

SANCTI AURELII AUGUSTINI CONFESSIONES

VARIO COMMENTARIORUM GENERE

EXPOSITAE ET VINDICATAE.



SANCTI AURELII
AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
CONFESSIONUM
Libri Tredecim

VARIO COMMENTARIORUM GENERE ILLUSTRATI

AB AEMULORUM OBTRECTATORUM

VEL DATIS, VEL DANDIS

SEU CONVICIIS, SEU CENSURIS, SEU ETIAM CAVILLATIONIBUS

VINDICATI ET EXPEDITI

OPERA ET STUDIO

FR. ARCHANGELI A PRAESENTATIONE

SACERDOTIS PROFESSI CARMELITAE EXCALCEATI
THEOLOGIAE ET S. SCRIPTURAE LECTORIS.



FLORENTIAE ANNO MDCCLVII.

EX TYPOGRAPHIO PETRI CAIETANI VIVIANI, AD INSIGNE IANI.

SUPERIORUM ADPROBATIONE.

AUGUSTISSIMAE

CAELI REGINAE

FR. ARCHANGELUS SERVORUM EIUS HUMILLIMUS.



I. *Etustissimis iam a temporibus usus invaluit*, AMPLISSIMA VIRGO, *ut Scriptores etiam honesti ac pii viro alicui aut munere, aut virtute, aut genere, aut opibus ornatissimo sua volumina inscribant: seu videlicet ut in eius clientelam recipiantur, seu ut ei de acceptis beneficiis hac publica si-*

significatione gratum testentur animum. Ita passim Adae filii : quos quidem minime reprebendo, immo sibi ipsis vacare, & rebus consulere suis libenter humane ac liberaliter patior. Mihi tamen aliam inire viam placuit; Ut enim ingenue & audacter dicam : Nullum iam mortalium habeo, aut cui plurimum debeam, aut in cuius bonitate & potentia insigne aliquod praesidium collocaverim. Tibi autem veri Numinis MATER *& rude volumen hocce, & cum eo quidquid in me est devovere aequum ac prope necessarium duxi. Si enim tibi, quae* MATER *es Sapientiae adridet, ut terrarum orbi patefaciam quod hucusque nonnisi paucis aliquot piis viris detexeram, dicam candide ac religiose, Me nec ulli hominum, nec Angelorum, nec hominibus Angelisque simul coniunctis ita obstrictum esse, sicut tibi* MATRI *ac* REGINAE, *cuius bonitatem atque in me munificentiam nulla laus aequare potest.* TU *quippe* LUX *mea* MATUTINA (1), *& quidem splendidissima me vix in matris utero conceptum in tuae tutelae praesidium adscitum, innumeris ac fortissimis undique circumstrepentibus hostibus, ea qua polles post Deum summa auctoritate & maiestate* TE *pro me stare palam fecisti;* TU *non semel me ipsa mea infirmitate ac malitia in summum vitae salutisque discrimen adductum rexisti ad hanc usque actatem, tutata ac solata es, incolumemque hactenus praestitisti. Talis denique, ut paucis complectar innumera, erga animam & corpus meum & adiacentia alia fuisti, ut quod aeternos ignes effugerim, quod valeam, quod vivam, quod spirem, tuae clementiae, tuae muneris sit. Interim cum tot munera nullo pacto queam rependere, gratias nunc tibi ago maximas, summas, & immortales; ac si modo Filius tuus mea vota ope sua secundarit, id polliceor ac spondeo,*

(1) Apocalypſ. 2. 28. *Et dabo illi stellam matutinam.*

deo, *me ergà* TE *talem futurum*, *ut omnis mea ratio*, *actio*, *cogitatio nihil aliud sit nisi constans ac perpetua beneficiorum tuorum commemoratio*.

II. *Et haec quidem de hucusque acceptis a* TE *beneficiis*. *Quae autem exspecto a* TE, *quam aestuantis & prostratae animae meae* IMBREM & MATUTINUM (1) & SEROTINUM *omni iure appellare possum*, *quae inquam a* TE *exspecto acceptis paria sunt*, *aut etiam ampliora*. *Scis enim* VIRGO *clementissima me nihil in hac vita adpetere ardentius*, *quam ut ad perfectum Filii tui amorem*, *& ad aeternam in immortali illa ac beata vita felicitatem aliquando perveniam* : *& ad eas summas res consequendas* TE *mihi adiutricem patronamque adoptatam*. *Scis denique me omnia ad omnes casus praesidia in* TE *constituisse*. *Nec temere at perperam* : *Quandoquidem nihil est tam excelsum*, *nihil tam arduum*, *quod* TU *a summo rerum omnium Arbitro*, *quem genuisti utero & mente*, *& apud quem proxime adsidens*, *super omnes humanas & Angelicas mentes triumphas*, *impetrare non valeas* ; *nec factum unquam est*, *ut misericordiam Tuam sibi defuisse senserint*, *qui a* TE *gratiarum omnium Parente suppliciter religiose & constanter divina postularunt*.

Eia igitur MATER *dulcissima*, *& rerum omnium mearum tum humanarum*, *tum divinarum prima ac summa Patrona*, *miserationum tuarum*, *quas nec humana ulla*, *nec Angelica lingua exprimere potest*, *thesaurum exsere*, *& illud potissimum effice*, *ut tandem aliquado cunctis animae meae hostibus prorsus victis atque protritis*, *ita ad religiosissimam virtutis normam vitam exigam meam*, *ut ad promissa pie sancteque viventibus praemia*, *& ad felicem tuae gloriae maiestatisque conspectum admittar*. *Totum vero summum*, *divi-*

num

(1) Ioel. 2. 23. *Descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum*.

num, ac aeternum iſtud negotium qua ratione facile ac liquidum fiet? qua arte breviter compendioque expedietur? Scis TU VIRGO *ſuper omnes homines Angeloſque ſimul coniunctos pulcherrima* (1) *ſanctiſſima, amabiliſſima. At novi & ego: Si ubique & ſemper* TE *inſpiciam,* TE *velim,* TE *diligam. Si ubique & ſemper totus ſim tuus. Interim humillimum hocce munuſculum ex hiſce pagellis & meo corde quaſi compactum, quod tibi conſecro, cui (poſt Filium Tuum, quem ubique exceptum volo) omnia accepta refero, & a qua omnia exſpecto, gratum habe.*



(1) Vide Salmanticenſes NN. tom. 6. de Gratia, Tract. 16. *de Merito*, Diſp. 1. Dub. 5. paragr. 2. n. 43., & 44.

PRAE-



PRAEFATIO.



I. CUr aureo huic Chriſtianorum Doctiſſimi Opuſculo vario Commentariorum genere dilucidando & vindicando manus admoverim, duo potiſſimum in cauſſa fuere: Rudium Catholicorum profectus: Et ipſius Auguſtini decus & gloria. Iam diu quippe obſervaveram, Catholicorum etiam ſimpliciores avide hocce arripere Opuſculum: qui tamen ſi pietati ſponſas coronas excipias, nihil propemodum inde referebant. Confeſſiones quippe ſcripſit Auguſtinus utique potiſſimum, &, ſi mavis, etiam tantum ad pietatem fovendam; At vero non potuit Vir altiſſimis & acutiſſimis quaeſtionibus excitandis atque tractandis, natus factus, ſuo interim nihil indulgere ingenio: plura ſcilicet non interponere vulgi, & aliquotiens etiam doctiſſimorum hominum captum excedentia. Maxime cum hic pios equidem, at non prorſus rudes, ut in Sermonibus ad populum & alibi, adloqueretur, ſed ab eruditionis copiis nonnihil paratos: quales illi viri erant, quos paſſim *Fratres* appellat. Quibus factum eſt, ut pium hoc Auguſtini Opuſculum cum ſummis aliorum Scriptorum libris conferri poſſit. Immo vero cum non unius generis argumentum ſibi hic praefixerit Auguſtinus, ſed omne quo Dei celſitudinem, ſuamque infirmitatem prodere poſſet, late per materias plures vagatur, ut vix quidquam Litterarius orbis habeat, quod non vel utcunque, oblique & a longe ſalutaverit. Nec tamen tot res uſitatis inſtrumentis tractat, ſed factus omnium ſcientiarum poſſeſſor, non tam ſtudio & exercitatione, quam natura & nimia inge-

ge-

genii felicitate, novas quasdam inducit phrases, non quas in scholis & circulis audierat, sed quas sua illi mentis vis inspirabat. Quae equidem non semel observata me ad iudicium illud deduxere, ab aliquibus forte ceu nimis durum paradoxum contemnendum, Difficilius Augustini mentem teneri in hoc pio Opusculo vulgi manibus trito, quam in summis illis Libris contra Donatistas, Pelagianos &c. ad quos nonnisi consummati Theologi adcedunt; in illis enim statutum argumentum habes: ad quod insuper Theologica monita iam adeo discussa, expolita, & saepius inculcata viam sternunt. Hic autem centum oculos habeas oportet, & quidem ad res inspiciendas non passim & proxime ab Eruditis discussas, sed in Augustini plerumque officina fabricatas. Et haec prima caussa mei laboris, ut nempe plurimis solutis aenigmatibus, Confessiones Augustini omnium captui adcommodarentur.

Altera caussa complectitur quodammodo geminas; Quarum prior praecedenti adfinis, ex eaque prognata statim liquet: nec siquidem levi Augustini gloria probabitur, ipsum humilibus in pagellis aliquot, dumque soli pietati dat operam, tot tractasse, vel insinuavisse doctrinas, quot diversae eruditionis Scriptores ingeniibus in voluminibus discutere possent. Sed & cum plurima hic dederit Augustinus quam subtiliter, ut plures instruxit, ita plurium etiam censuras passus, alias item pati fortasse poterat: unde oportebat, & inmissa retundere iacula: & in posterum inmittenda praevenire: seu aliquot interim parare propugnacula, queis Augustini verba tutius conquiescant, & contra eas quae deinceps adparere possent hostiles machinas praemuniantur. En cardines duo summi & velut poli, circa quos universa Commentariorum meorum machina vertitur: nunc enim Augustini sententias dilucido, nunc vindico atque communio.

II. At vero quis ubi machinae primas bases, & potiores partes construxit, statim depositis instrumentis, opus abiicit, & sua repetit otia? Immo quilibet eam subinde novis laevigat curis, atque etiam exornat. Quamobrem ego Augustini Confessionibus conatus sum minutioribus etiam curis lucem conciliare. Unde singulis Libris atque Capitibus argumenta adfixi, non parca & ieiuna, qualia passim ab aliis dari adsolent, sed lata atque distincta, fere quidquid Augustinus habet in breve cogentia. Quae quidem argumenta pene omnia ad commentarii naturam adcedere volui, quod optarem, nedum quae Augustinus narrat vel disputat compendio reddere, sed insinuare etiam seriem, vim, & scopum sermonis. Quoniam vero plures passus est Augustinus censuras aut alia eius opera, aut peculiare nullum perstringentes, quarum nonnullae Doctorum diligentiam fugere, aliae velut iustae permissae sunt, & etiam num vigent: eas ego occasionibus datis, vel etiam quaesitis, huc advocatas discussi, ut valui, atque

pro-

protrivi. Non raro autem in quaedam erupi nec dilucidando, nec defendendo Augustino necessaria: sed ad sermonis ornatum, levamenque Lectoris, metaphysicarum quaestionum frequenter occurrentium molestia aliquando forte opprimendi. Ut omittam digressiones plures, quas ab Ecclesiae filio, (licet indigno) charactere etiam Sacerdotali, & Religiosa professione Numini peculiari ratione consecrato Pietatis iura extorserunt.

Etsi vero Benedictini Patres congregationis Sancti Mauri, diligentissimi Operum Augustini correctores, & has Confessiones cum pluribus codicibus manuscriptis contulerint; tamen placuit & in hoc quidquam conficere, & alienae diligentiae novam addere; unde consului praeter editos codices omnes Latinos, tredecim MSS. Etruriae; nempe, undecim Florentinos, quorum unus in Bibliotheca Illustrissimi & Reverendissimi Canonici Gabrielis Ricardi, tres in S. Crucis, totidem in S. Marci, quatuor denique in Laurentiana Medicea adservantur; itemque unum Bibliothecae Fesulanae Canonicorum Regularium, alterumque Carthusiae Pisanae. Quorum tamen, si unum S. Crucis excipias, qui praefefert antiquitatem septem aut octo saeculorum, nullus (ut mihi videtur) mediam aetatem superat. Licet (ut ingenue dicam) eosdem MSS. non admodum constanter & ubique inviserim: tum quod solus, nulloque adiutus subsidio, nec admodum bene valens, & pluribus aliis curis distractus, molestissimi studii genus vix ferre possem: tum quod id minime necessarium, & nec admodum utile videretur. At vero codicum auctoritati rationum vires adieci, quod diligentiae genus in Benedictinis frequenter admodum desideratur. Quanquam integrum hocce negotium ad textus emendationem & confirmationem spectans in Operis fronte prorsus omiserim, tum ne in mustaceo laureolam quaererem, tum ne Benedictinis, de quorum eruditione, labore & diligentia optime sentio, quidquam detrahere viderer. Horum immo Patrum lectionibus, paucis admodum, ut suis locis insinuo, exceptis constanter adhaesi, eorumque editione in ceteris Augustini Operibus perpetuo usus sum; de qua editione praestantissima iuvabit quidquam rescire a Casimiro Oudino ordinis Praemonstratensis apostata, qui tom. I. Commentar. de Scriptoribus Ecclesiae Antiquis, saeculo V. cap. 5. *De editione Parisiensi &c.* post initium haec monet atque testatur „ Obstupui „ autem maxime, quando legi apud Guillelmum Cavum, parte 2. „ Histor. liter. ad an. 396. pag. 242. partis primae editionis Londinensis anni 1688. editionem hanc novam Augustinianorum operum „ esse attributam Ioanni Mabillonio his verbis: *Ex eo tempore &c. praemittam &c.* Nihil falsius isto Guillelmi Cavi iudicio unquam fuit, „ aut esse unquam poterit. Miror quomodo tam confidenter pronunciavit de re, quam prorsus ignoravit, cum sint adhuc in vivis plura hominum millia, qui Cavum mendacii aperti convincere possint.

„ Nihil omnino ad hanc editionem Augustinianorum operum contulit „ Ioannes Mabillio, distentus aliis curis, & studiis, quae totum illum „ occupabant; unde haec falsitas in Histor. liter. Guillelmi Cavi prorsus enormis idonea est quae omnem ab eo fidem proscribat. Eram „ tum temporis cum Mabillone, utpote conterraneo quotidianus, ut „ studia illius, ac lucubrationes ignotae mihi esse non potuerint. Itaque quod scripsit hic Cavus falsissimum est, cuius editionis opifices „ singularius quotidiana conversatione cognovimus, Dominos Thomam Blancpain (1), & Petrum Coustant Benedictinos Monachos, „ ex quorum manibus emergentes Tomos, atque ex recenti praelo madentes saepe vidimus. Hi duo Monachi praestantissimi editionem „ omnium D. Augustini operum novam aggressi sunt, & ad umbilicum successu temporum adduxerunt: quibus tertius adiunctus fuit, „ cuius nomen mihi excidit, qui Tomorum singulorum Indices, seu „ Tabulas Labore ingenti construxit, ac tunc temporis in Abbatia S. „ Germani officio Supprioris fungebatur, maximi vir meriti, ac virtutis. Immo non tantum Indices, seu Tabulas singulorum D. Augustini Tomorum construxit, sed etiam Indices & Tabulas omnium „ operum generales, quae ultimum huius editionis Tomum efficiunt. „ Haec testamur contra Cavum, quae vidimus oculis nostris] Et in fine cap. 5. „ Tomus undecimus Parisiensis editionis anno 1700. ad „ umbilicum perductus, complectitur *Vitam S. Augustini*, ex Scriptis „ illius factam a Monachis Benedictinis Congregationis S. Mauri, ac „ potissimum a Domino Thoma Blancpain, qui operum Divi Augustini novissime editorum primarius auctor fuit.] Unde refutatur & Ioannes Albertus Fabricius, item haereticus, qui tom. 2. Bibliothecae Latinae, sive, Notitiae Auctorum veter. Latinorum, lib 4. c. 3. de *Scriptoribus antiquis Christianis*, editionis Venetae 1728. pag. 355 in fine haec habet „ *Has editiones universas . . . . . longe post se reliquit novissima, quam Parisiis adornarunt, & emendatissime curarunt excudi Monachi Benedictini Congregationis S. Mauri* (2) Thomas, *in primis* Blampinus, Ioannes Mabillonius, & Franciscus Delfau, *quem nominat Quesnellus ad Leonem M. pag.* 726. Et haec de iis, quae Commentariorum scopo primario & potissimo adieci.

III. Quoniam autem plurium iuniorum libros actum agentes, & eadem quae olim alii, diversis licet phrasibus, refricantes summopere fastidio, ac tantum non exhorresco: arduumque & forte impossibile est, de Philosophia, Theologia, aliisque peculiaribus Facultatibus nova plura rimari ac differere; hinc ne in idem impingerem vitium, quod in aliis adeo improbabam, Scripta quaedam ad Polemicam Theologiam spectantia, quibus quindecim ab hinc annis iuvenili animosita-

te

(1) Vel Blampin.
(2) Melanges de Vingneul Tom. 1. pag. 67. seq. Acta Erud. A. 1683. p. 1. A. 1688. & A. 1701. p. 248.

te nova spondente aliquot sudores consecraveram, in arcula delitescere libenter passus sum; At vero Commentarios hosce etsi frivolos atque rudes publici iuris facere aequum visum est: quod Augustinus in reliquis scriptis tot stipatus expositoribus, quot periodos dedit, in his Confessionibus adhuc propemodum solus loqueretur. Si quis enim in hanc Scriptiunculam quidquam dedit quod Commentarium saperet, is certe est Henricus Wangnereck, Societatis Iesu theologus equidem doctus & gravis: qui tamen utut loquutus sit, de quo opportunis locis, minimi negotii scopum, & a meo prorsus diversum sibi proposuit: quod statim deprehendet quicunque illius & meas paginas vel cursim & leviter observabit. Interim aliquot tantum generalia lumina super hoc Lectori qui Wangnereck pagellas ad manus non habet, exhibebo. Tres postremos Libros prorsus omisit; quod ipse in Praefatione ad Lectorem, post med. admonet, caussam etiam subnectens hisce verbis „ Tres Libros postremos omisi, primum quia nihil de vita & conversione S. D. continent, sed explicationem capitis primi Geneseos: quam per modum appendicis adiecit; testandi credo amoris caussa, quo in sacras literas flagrabat &c. Secundo „ quia multas tum Philosophicas, tum Theologicas difficultates de „ tempore, aeternitate, materia, verbo divino, cognitione, & Voluntate Dei, ac utriusque immutabilitate l. 11. & 12. aliaque proponunt intricatiora, quam ut hic explicari debeant &c. Postremo, „ quia vix quisquam eos legit, & nonnisi eruditiores intelligunt. Nolui ergo mole non necessaria librum augere, cum libris X. tota „ Oeconomia Conversionis S. Augustini contineatur, cuius non tam „ doctrinam quam exemplum nunc proponimus.] Sed decem Libros nonnisi raris, minimis notulis insequutus est. Quarum notularum maiorem partem ille paragraphus conficit, quem *Usum* appellat; quo moralem personam agit, hortaturque v. g. ut Augustinum peccantem fugiamus, resipiscentem imitemur. Et quidem morum reformationem atque honestatem potissimum inspexit in suis Notulis Wangnereck, ut tota eius Praefatio insinuat: & postremis illis recitati sermonis verbis, *cuius non tam doctrinam quam exemplum nunc proponimus*, manifeste testatur. Denique ante transcriptum sermonem inquit: *De Notis meis id praeterea Amice Lector, moneo, me utilitatis & brevitatis rationem habuisse, ideoque subinde plura aut alia desiderabis &c.* Dedit autem suas Notas Henricus Wangnereck circa an. D. 1629. & obiit Dilingae die 11. Nov. an. 1664. Ex quibus concluditur (quod portento simile est) ad hanc usque diem Augustini Confessiones a nemine exacte ac serio discussas fuisse, atque dilucidatas.

IV. Ceterum quum observarem Augustini Confessiones in speciem equidem vulgares & blandas: re vera tamen plurimis sententiis aenigmatibus simillimis atque subtilissimis, & quidem ad diversa eruditio-

nis

nis genera spectantibus foetas esse, ut initio monebam: in audaciae me atque temeritatis crimen vocabam, utpote qui vix in Literis balbutiens, id adgressus essem, quod vel doctissimos & eruditissimos homines deterrere posset; Nimis enim grave certumque videbatur quod protulit Licentius apud Augustinum lib. 1. contra Academicos, c. 2. sub finem: *Si res magna est, magnos viros desiderat;* Tamen S. Doctoris responso, quod ibidem paullo post habetur, *Et maximae res cum a parvis quaeruntur, magnos eos solent efficere*, in animum erectus, haesitationes illas, atque omnem timorem abieci. Maximae enim res eos saltem magnos efficiunt, qui non propriis viribus, sed maximorum subsidiis fidunt. Ego autem vix Commentariis hisce manus admovi, cum id statui, non meipsum spectare, sed Augustinum: non inquam proprio, sed Augustini mei robore fidere. An vero nullam e Caelo lucem immitteret Augustinus parvulo, ubique in his Commentariis eius gloriam spectanti? An non Numinis, in cuius conspectu triumphat, subcineret phrasi: *Noli dicere: Puer sum: quoniam &c.* Ierem. 1. 7. Denique utut haec mihi cesserit alea: Illud saltem solamen nemo mihi invidere poterit, quod altissimarum rerum meditatione progignitur: optime enim velut ex Tullio dicitur ab Augustino lib. 1. contra Academ. c. 3. n. 7. *Beatum esse qui veritatem investigat, etiamsi ad eius inventionem non valeat pervenire*. Quod in praesenti proposito, de sudoribus ad ipsius Augustini gloriam profusis prorsus liquidum, & certum est. Quis enim nesciat, Caelites non tam munera, quam animum quo illa offeruntur intueri? Mihi autem nihil prius & antiquius fuit, quam ut Augustinum ubique & omnis generis laude florentem exhiberem.

V. Quum vero omnis ratio & experientia monito Symmachi oratoris ethnici, sed pro sua conditione gravis & modesti lib. 5. Epist. 83. ad Helpidium circa med. *Mediocribus scriptis Amicorum benignitas scit favere: alienorum invidia nescit ignoscere*, suffragetur: & longe ampliorem alienorum, quam amicorum copiam censere ego possim; praefari etiam iuvat; me ut parum viribus, ita maxime animo adesse: ad omnem scilicet impugnationis eventum animo me futurum parato & constanti: dummodo quod Ferrettius Anconitanus olim Iudaeorum, inde & Christianorum (1) magister lib. cui titulus, *La Verità Cristiana &c.* in fine totius Operis Iudaeis intonuit, veluti meum ab aemulis adtendatur: *Per ultimo mi resta il dire una cosa agli Ebrei: Che se vorranno asserire qualche cosa contro quest' opera, la facciano arrivare a me in iscritto, e non disperdano ciarle fra le genti semplici, ed ignoranti*. Veritas lucem amat iuxta oraculum Filii Dei Ioan. 3. v. 20., & 21. Scribere oportet, non in angulo mussitare cum pueris, aut orbis Lit-

(1) Fere ab anno 1734. studio Doctoris Pauli Medici.

Litterarii cerdonibus: *Versiculos in me narratur scribere Cinna.— Non scribit cuius carmina nemo legit*. Martialis lib. 3. Epigr. 9. in Cinnam. Larvas etiam abiicere decet, scriptoque proprium nomen adfigere: *Sed mihi opinionum, quae sine auctore prodeunt, nulla curatio est*. Symmachus idem qui supra. lib. 1. Epist. 43. ad Agorium Praetextatum. Nosse enim cupio quis sit ille, aut a quo doceri, aut quem docere debeo. Nec item de nihilo, seu quisquiliis, puta, an verbum illud sit Tullianum &c. cavillari decet. Cum autem iuxta Divinum oraculum Sap. 7. 26. sit sapientia *candor lucis aeternae*: ut curavi passim omne in disputationibus praeiudicium abiicere: ita cum hominibus praeiudiciorum tenebris obsitis congredi renuam, ardelionesque captionibus litem intentantes non tam responso, quam contemtu propulsabo. Unde haec est postremi huius sermonis conclusio: Sycophantas atque captiosos homines exhorresco atque detestor: Disputatores ingenuos & honestos etsi opinionibus meis adversos amice complectar. Si quis autem me de vero aliquo errore, in quem forte aut hic, aut alibi impegerim commonuerit, is inquam mihi carissimus erit: eique vincenti ego primos plausus impertiar.



AD-

ADPROBATIONES ORDINIS.

DE Mandaro R. A. P. N. Hilarionis a S. Reparata Italicae Congregationis Carmelitarum Discalceatorum Praepositi Generalis, summa animi attentione, & voluptate opus, cui titulus: *S. Augustini Hipponensis Episcopi Confessionum Libri tredecim, vario Commentariorum genere illustrati, ab Aemulorum Obtrectorum &c.* a R. P. Archangelo a Praesentatione, Prov. Nostrae Etruriae Sacerdote Professo, nec non in Collegio Nostro Senensi Theologiae, & Sacrae Scripturae Praelectore exaratum perlegi; & tantum abest, ut in ipso contra morum honestatem, aut contra S. Romanae Ecclesiae dogmata vel minimum quid reperiatur, ut ubique illud veram pietatem, sanam doctrinam, eruditionemque tum Sacram, tum profanam summopere redoleat. Author igitur laborem non tantum S. Patris Augustini studiosis, sed iis omnibus etiam, qui huius fulgentissimi Ecclesiae Catholicae Luminis exemplo ad meliorem frugem sese recipere gestiunt, perutilem suscepit.

In quorum fidem dabam Florentiae in Collegio nostro S. Pauli V. Kal. Aug. 1755.

F. Antonius - Benedictus a Purificatione Carm. Disc. huius Florentini Coenobii Prior, & Sacrae Theologiae Exlector.

EX commissione Rev. Adm. Patris nostri Hilarionis a S. Reparata Praepositi Generalis Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Italiae, Opus vidi, & qua potui diligentia perlegi, cui titulus: *Sancti Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi Confessionum Libri tredecim vario Commentariorum genere illustrati &c.* Auctore R. P. F. Archangelo a Presentatione Carmelita Excalceato Provinciae Etruriae, & in Collegio nostro Senensi Theologiae, ac S. Scripturae Lectore; in quo non modo nihil occurrit sacrosanctis Fidei Capitibus, aut Morum Praescriptionibus absonum, quin contra universa solidam in primis pietatem, tum acre Auctoris ingenium, amplissimam eruditionem, ferventem in eximium semperque victurum Augustini nomen venerationem, & adversus eiusdem vel perditos hostes, vel lividos aemulos firmissimum zelum redolent, atque ostentant: Opus propterea, quantum censeo, publica luce dignissimum.

Datum Florentiae in Collegio nostro S. Pauli pridie Id. Augusti 1755.

Fr. Ildefonsus a S. Aloysio in eodem Collegio S. Theologiae Lector.

Fr. Hilarion a S. Reparata Praepositus Generalis Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Sancti Eliae Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo Eiusdemque Sacri Montis Prior.

CUm Opus, cui titulus, *Sancti Augustini Hipponensis Episcopi Confessionum Libri tredecim vario Commentariorum genere illustrati, ab Aemulorum Obtrectatorum vel datis, vel dandis, seu Conviciis, seu Censuris, seu etiam Cavillationibus vindicati, & expediti*, a Fr. Archangelo a Praesentatione Nostrae Italicae Congregationis, & Provinciae Etruriae Sacerdote professo exaratum, a duobus ex nostris Theologis revisum, & approbatum fuerit; Nos tenore praesentium licentiam concedimus, quantum ad Nos attinet, ut Typis mandetur. Datum Romae in Conventu Nostro SS. Teresiae & Ioannis a Cruce die 26. Septembris 1755.

Fr. Hilarion a S. Reparata Praepositus Generalis.

Fr. Guilielmus a Iesu Maria Secretarius.



D E F A M A
AUGUSTINIANAE DOCTRINAE.



Quoniam vere, atque graviſſime inquit Ambroſius lib. 2. *de Virginibus ad Marcellinam Sororem*, paullo poſt initium = PRIMUS DISCENDI ARDOR, NOBILITAS EST MAGISTRI: hinc ut Auguſtinianae Scholae amici magis animentur, hoſtes deterreantur &c.

De AUGUSTINI ingenio, doctrinaque ab auctoritate totius orbis; Sacri videlicet, & profani: Catholici & haeretici: Chriſtiani, & ethnici; Vetuſtae, mediae, & noviſſimae aetatis.

Tot autem AUGUSTINI ingenio, & doctrinae ab eruditis viris datas laudes aequum erit in tres claſſes partiri; In prima eae recitabuntur, quae indefinite AUGUSTINUM extollunt; In altera quae cunctis Eccleſiae Doctoribus praeferunt; In tertia denique, omniumque ſuprema ſelectae aliquot ſubiicientur laudes, quae aut expreſſe, aut tacite AUGUSTINUM ſtatuunt Mortalium omnium (poſt Scriptores Canonicos) ſapientiſſimum.

I. I. CLASSIS.



Orum omnium, qui in inſignes Auguſtini laudes erupere, Hieronymus chorum ducet: is enim qui pro ſuo aevo Obiit an. 420. aut 422.
cenſebatur velut Chriſtiani orbis oraculum, quid eſſet Divinae ſcientiae conſonum optime callebat: quia acris ingenii, levibus doctrinis, quanquam ſpecioſis non rapiebatur: & quia maxime ingenuus, ellogiis ſuis nonniſi meritis, & veritati litabat. Hieronymus ergo animo adhuc in nimis acres, vel importunas Auguſtini diſputationes nonnibil amaro, Epiſt. inter Auguſtin. 68. (Olim, 13.) prope finem = Supereſt ut diligas diligentem, & in Scripturarum campo iu- Scripta paullò poſt an. 402.
venis ſenem non provoces. Nos noſtra habuimus tempora, & cucurrimus quantum potuimus. Nunc te currente, & longa ſpatia tranſmeante, nobis debetur otium &c. *Quod repetit Epiſt. 72. (Alias* Scr. circa an. 404.
14.) Epiſt. 75. (Al. 11.) cap. 3. n. 5. = Tu ut epiſcopus in toto or- Scr. in fine an. 404.
be notiſſimus debes hanc promulgare ſententiam, & in aſſenſum tuum

c omnes

I. CLASS.

omnes coepifcopos trahere . Ego in parvo tuguriolo cum Monachis &c. *Et in calce* = Peto in fine epiftolae, ut quiefcentem fenem, olimque veteranum militare non cogas, & rurfum de vita periclitari . Tu qui iuvenis es, & in pontificali culmine conftitutus doceto populos , & novis Africae frugibus Romana tecta locupleta . Mihi fufficit cum auditore & lectore pauperculo in an-

Scr. an. 416.

gulo monafterii fufurrare . *Inde paulifper depulfis tenebris , quibus aliqua (non profecto livida) animi amaritudo inducta erat , Epift.* 172. (*Al.* 30.) = Itaque duobus libellis tuis , quos meo nomini dedicafti eruditiffimis , & omni eloquentiae fplendore fulgentibus &c. certe quidquid dici potuit , & fublimi ingenio de Scripturarum Sanctarum hauriri fontibus , a te pofitum atque differtum eft . Sed quaefo reverentiam tuam , parumper patiaris me tuum laudare ingenium . Nos enim inter nos eruditionis cauffa differimus : ceterum aemuli , & maximè haeretici, fi diverfas inter nos fententias viderint , de animi calumniabuntur rancore defcendere . Mihi autem decretum eft , te amare , te fufpicere , colere , mirari : tuaque dicta quafi mea defendere . Certe & in Dialogo , quem nuper

Ideft lib. de Nat. & Grat. Cum mentione habuiffet 3. lib. de Peccat. merit. & remiff. ficut a Paulo Orof. acceperat.

edidi tuae beatitudinis , ut dignum fuerat , recordatus fum . *De tertio contra Pelag. Dialogo loquitur , in cuius calce alia inter haec dixerat* = Alios quoque fpecialiter tuo nomini cudere dicitur , qui necdum in noftras venere manus . Unde fuperfedere huic labori cenfeo , ne dicatur mihi illud Horatii , *In filvam ne ligna feras ;* aut enim eadem diceremus ex fuperfluo : aut fi nova voluerimus dicere , a clariffimo ingenio occupata funt meliora . *Clariffima au-*

Lib. 1. Saty. 10.

Scr. an. 418.

tem exorta luce , Epift. 195. (*Al.* 25.) *omnibus omiffis , & laudibus tantum incumbens , ita loquitur* = Omni quidem tempore beatitudinem tuam eo quo decet honore veneratus fum , & habitantem in te dilexi Dominum Salvatorem ; fed nunc (fi fieri poteft) cumulo aliquid addimus , & plena complemus , ut abfque tui nominis mentione ne unam quidem horam praeterire patiamur , qui contra flantes ventos ardore Fidei perftitifti , maluiftique quantum in te fuit , folus liberari de Sodomis , quam cum pereuntibus commorari . Scit quid dicam prudentia tua . Macte virtute , in orbe celebraris : Catholici te conditorem antiquae rurfum Fidei venerantur atque fufpiciunt ; & , quod fignum maioris gloriae eft , omnes haeretici deteftantur ; & me pari perfequuntur odio , ut quos gla-

Quis fuerit ille Annianus difputant Eruditi.

diis nequeunt , voto interficiant . *Morti autem proximus , nimirum exeunte anno 419. Epift.* 212. (*Al.* 24.) *dum Auguftinum & Alypium adloquitur* = Quod autem quaeritis , utrum refcripferim con-

Vide Baronium ad an. 417. n. 16. Voffium l. 1. Hiftor. Pelag. c. 6. Ianfenium . Ufferium c. 10. Cardin. Noris. l. 1. Hiftor. Pelag. c. 19.

tra libros Anniani pfeudodiaconi Celdenfis (*qui ipfius ad Ctefiphontem Epiftolam impugnaverat*) qui copiofiffime pafcitur , ut alienae blafphemiae verba frivola fubminiftret , fciatis me ipfos libros in fchedulis miffos a fancto fratre Eufebio presbytero fufcepiffe non ante multum temporis : & exinde vel ingruentibus morbis , vel dormitione fanctae , & venerabilis filiae Euftochii ita doluiffe , ut propemodum contemnendos putarem ; in eodem enim luto haefitat , & exceptis verbis tinnullis atque emendicatis , nihil aliud loquitur &c. Si autem Dominus vitam tribuerit , & notariorum habuerimus copiam &c. MELIUSQVE HOC FACERET SANCTITAS VESTRA &c. *Et revera per duos licet annos fuperftes obmutuit . Sicut & alta pace quievit , Dialogis fuis a Pelagio impugnatis ; videns nempe qualem pro fuis Achillem haberet .*

Idem

Idem Hieronymus, ſeu verius alius, ſub eius nomine, in Catalogo Scriptor. Eccleſ. ad Deſiderium & Damaſum: *vel*, de 12. Doctoribus = Auguſtinus Epiſcopus volans per montium cacumina quaſi aquila; & ea, quae in radicibus montium fiunt non conſiderans, multa caelorum ſpatia, terrarumque ſitus, & aquarum circulum claro ſermone pronuntiat. Qui enim in lignum fructuoſum adſcendere vult, paulatim ad ſuperiora & maiora capere poma feſtinat, ramos autem proximos parvulis relinquit. Nos autem qui parvuli ſumus, infirmique atque minores, ſi inferiora congregare valuerimus, nobiſcum bene agetur. I. CLASS.

II.

Antiquus neſcio quis, Serm. 92. qui inter Ambroſianos circumfertur, Auguſtini converſioni plaudens = Agamus gratias Domino Ieſu Chriſto, qui Religioni noſtrae tantum ac talem Principem dedit. Gaudeamus in Domino, gaudeant Angeli tam celebri converſione. Gaudeat caelum terraque, ac benedicant omnes Dominum, qui ad ſubſidium hominum illuminavit Auguſtinum. Ob. Ambroſ. an. 394.

III.

S. Paulinus, in Campania Italiae Provincia Nolenſis antiſtes, quum accepiſſet quinque S. Doctoris adverſus Manichaeos Libros, ita ei Epiſt. 25. (Al. 31.) gratias agit & plaudit = Caritas Chriſti, quae urget nos etiam abſentes, licet per unitatem Fidei adligat, ipſa fiduciam ad te ſcribendi, pudore depulſo, praeſtitit: teque per litteras tuas viſceribus meis intimavit, quas de Scholaſticis facultatibus adfluentes, & de caeleſtibus favis dulces, ut animae meae medicas et altrices in quinque Libris interim teneo: quos munere benedicti, & venerabilis nobis epiſcopi noſtri Alypii non pro noſtra inſtructione tantum, ſed etiam pro Eccleſiae multarum urbium utilitate ſuſcepimus. Hos igitur nunc Libros lectioni habeo, in his me oblecto, de his cibum capio, non illum qui perit, ſed qui operatur vitae aeternae ſubſtantiam &c. O vere ſal terrae, quo praecordia noſtra, ne poſſint ſaeculi vaneſcere errore, condiuntur. O lucerna digne ſupra candelabrum Eccleſiae poſita, quae late Catholicis urbibus de ſeptiformi lychno paſtum oleo. laetitiae lumen effundens, denſas licet haereticorum caligines. diſcutis, & lucem veritatis a confuſione tenebrarum ſplendore clarifici ſermonis enubilas. Vides frater unanime, admirabilis in Chriſto Domino & ſuſcipiende, quam familiariter agnoverim te, quanto admirer ſtupore &c. Os enim tuum fiſtulam aquae vivae, & venam fontis aeterni merito dixerim, quia fons vitae aquae ſalientis in vitam aeternam Chriſtus effectus eſt. Cuius deſiderio ſitivit in te anima mea, & ubertate tui fluminis inebriari terra mea concupivit. Ideoque cum hoc Pentateucho tuo contra Manichaeos me ſatis armaveris, ſi qua in alios quoque hoſtes Catholicae Fidei munimina comparaſti &c. *Vide etiam Epiſt. 24. (Al. 35.). Auguſtino autem in Epiſcopum Hypponenſem electo, haec ſcribit Paulinus Romaniano Epiſt. 32. (Al. 36.) paullò poſt init.* = Non autem tantum hoc ſcribimus gratulandum, quod Epiſcopatum Auguſtinus acceperit, ſed quod hanc Dei curam meruerint Africanae Eccleſiae, ut verba caeleſtia Auguſtini ore perciperent, qui ad maiorem Dominici muneris gratiam novo more provectus, ita conſecratus eſt, Ob. an. 431. Scr. ſub finem an. 394. Ioan. 4. Scr. an. 396.

I. CLASS. ut non succederet in cathedra Episcopo, sed adcederet. Nam incolumi Valerio Hypponensis Ecclesiae Episcopo, coepiscopus Augustinus est &c. Exsultemus itaque & laetemur in eo *qui facit mirabilia solus &c.* & nunc *exaltavit cornu* Ecclesiae suae in electis suis, ut *cornua peccatorum* (sicut per Prophetam spondet) hoc est Donatistarum, Manichaeorumque *confringat*. Utinam haec nunc Domini tuba, qua per Augustinum intonat &c.

Psal. 71. 18.
Psal. 148. 13.
Psal. 74. 11.

IV.

Scr. circa an. 410.

Consentius proponens quaestiones de Trinitate, Epist. 119. (Al. 221.) n. 5. sive post med. = Sed tu vir, cui Caelum, ut arbitror, ipsum subtilitate cogitationum intrare concessum est &c.

V.

Forte exeunte an. 414.

Macedonius iudex Caesareus, Vicarius Africae, lectis tribus prioribus libris de Civit. Dei, Epist. 154. (Al. 51.) ab initio = Miro modo afficior sapientia tua, & in illis quae dedisti, & in iis quae interveniens pro solicitis mittere non gravaris. Nam illa tantum habent acuminis scientiae sanctitatis, ut nihil supra sit &c. Explicui tuos libros (neque enim tam languidi, aut inertes erant, ut me aliud quam se curare paterentur) iniecerunt manum, ereptumque aliis solicitudinum caussis, suis vinculis alligaverunt. Ita enim mihi Deus propitius sit, ut ego anceps sum, quid in illis magis mirer, Sacerdotii perfectionem, Philosophiae dogmata, Historiae plenam notitiam, an facundiae plenam iucunditatem, quae ita imperitos etiam illicere potest, ut donec explicent, non desistant, & cum explicaverint, adhuc requirant &c. Haec interim occupatus aliis curis &c. Si otium fuerit, & superstes vita, etiam de Italia rescribam, ut tantum doctrinae opus debitis, etsi non satisfacientibus remuneretur officiis &c.

VI.

Scr. circa an. 415.
Habetur t. 8. ante lib. contra Priscill. & Orig.

Paulus Orosius presbyter Hispanus Epist. sive Consult. sive Commonitor. ad Augustinum de Errore Priscillianistarum, & Origenistarum, *n. 1. sive post initium* = Ad te per Deum missus sum; de te per eum spero, dum considero qualiter actum est, quod huc venirem. Agnosco cur venerim: sine voluntate, sine necessitate, sine consensu de patria egressus sum, occulta quadam vi actus, donec in istius terrae littus adlatus sum. Hic demum in eum resipui intellectum quod ad te venire mandabar. Impudentem non iudices, si accipis confitentem &c. *Unde Augustinus Epist. ad Hieronymum 166. (Al. 28.) n. 2.* = Ecce venit ad me religiosus iuvenis, Catholica pace frater, aetate filius, honore compresbyter noster Orosius, vigil ingenio, promtus eloquio, flagrans studio, utile vas in domo Domini esse desiderans, ad refellendas falsas perniciosasque doctrinas, quae animas Hispanorum multo infelicius, quam corpora barbaricus gladius, trucidarunt. Nam inde ad nos usque ab oceani littore properavit, fama excitus, quod a me posset de his quae scire vellet, quidquid vellet audire. Neque nullum cepit adventus sui fructum. Primo ne de me multum famae crederet &c.

Scr. an. 415. verno tempore.

VII.

Anno 415.

Idem Orosius de Ierosolymitano Conventu in caussa Pelagii, anno D. 415. celebrato, cui ipse interfuerat, lib. Apologetico cap. 3. = In-

Intromissum Pelagium unanimiter omnes interrogastis: an haec, quibus Augustinus episcopus respondisset, se docuisse * cognoscere-tur; illico ille respondit: *Et quis est mihi Augustinus?* Cumque universi clamarent, blasphemantem in Episcopum, ex cuius ore Dominus universae Africae unitatis indulserit sanitatem, non solum a Conventu illo, verum ab omni Ecclesia pellendum &c. I. CLASS.

* Forte legendum, cognosceret.

VIII.

In Synodo Diospolitana, per eadem fere tempora celebrata simile quidquam contigit: Augustini quippe absentis velut oraculi Liber obiectus est. Circa an. 415.

IX.

Epistola 201. *quae est Imperatorum, Honorii & Theodosii, ad Aurelium episc. in fine* = Eodem tenore etiam ad Sanctum Augustinum episcopum data. *Ubi Benedictini* = Isthaec verba in omnibus antiquis codicibus subiiciuntur: ubi vides id quod Aurelio Carthaginensi propter Sedis dignitatem concedebatur, Augustino Hipponensi episcopo ob personae meritum ac celebritatem fuisse delatum ab Imperatoribus. Hinc rursum Theodosius anno 430. cum *Sacram scriberet*, inquit Liberatus in Breviario c. 5. *ad universos episcopos ut Ephesum convenirent, & conferrent de Nestorii libris, & Cyrilli iudicio, scripsit Imperator Sacram, & beato Augustino Hipponensi episcopo per Ebagnium Magistrianum, ut ipsi Consilio praestaret sui praesentiam &c.*] *De praecisis autem verbis miram existimationem spirantibus, quibus confertae erant Litterae Theodosii ad Augustinum, vide saltem Cardinalem Norisium lib. 2. Histor. Pelag. cap. 9.* Scr. an. 419. mense Iun.

X.

In Actibus Ecclesiasticis, seu Epist. 213. (*Al.* 110.) *n.* 5. Placuit mihi, & vobis propter curam Scripturarum, quam mihi fratres & patres mei coepiscopi duobus conciliis Numidiae, & Carthaginis imponere dignati sunt, ut per quinque dies nemo mihi molestus esset &c. Die 26. Sept. an. 426.

XI.

In Prologo Retractationum, n. 2. = Tantumque mihi tributum est, ut ubicumque me praesente loqui opus esset ad populum, rarissime tacere, atque alios audire permitterer, & esse velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Scr. an. 426. aut 427.

XII.

Valentinus Abbas cum suis Monachis Adrumetini coenobii, inter quos dissensio orta erat de Libero Arbitrio, & Iustitia Dei &c. accepto Augustini libro de Grat. & lib. Arb. *Epist.* 216. (*Al.* 256.) *initio* = Venerabilia scripta, & librum tuae sanctitatis ita tremebundo corde suscepimus, ut sicut beatus Elias, cum in speluncae limine staret, faciem suam gloria Domini transeunte velavit: ita nos obiurgatos oculos teximus, quia per rusticitatem fratrum nostrorum nostro iudicio erubuimus &c. ne dum &c. de dictis sapientiae tuae, quae est sicut Angeli Dei, dubitare cum dubitantibus videremur. Non enim erat nobis necessarium interrogare de beatitudine, & de sapientia tua, quae est nobis nota per Dei gratiam. Scr. forte an. 427. initio aestatis.

I. CLASS. tiam. Nam ad librum dulcissimum sanctitatis tuae ita sumus alacriter iucundati, ut sicut Apostoli Dominum post resurrectionem prandentem secum non audebant interrogare, quis esset: Sciebant enim quia Iesus est: ita & nos nec voluimus, nec ausi sumus interrogare de libro utrum tuae sanctitatis esset, cum &c.

XIII.

Scr. circa an. 426. aut 427. *Leporius Monachus fere ex Hispania ut Orosius, ex Gallia ad Augustinum venit. Vide Cardinal. Norisium lib.* 1. Histor. Pelag. *c.* 23. *& lib.* 2. *c.* 3. *Sed & accipe quidquam ex Epist.* 219. *Augustini, aliorumque Africanorum Patrum ad Gallicanos Episcopos &c.* = Filium nostrum Leporium apud vestram sanctitatem pro sui erroris praesumtione merito idoneoque correptum, cum ad nos, posteaquam inde exturbatus est, venisset, salubriter perturbatum, corrigendum sanandumque suscepimus &c. Idem igitur & Dominus & Medicus noster utens vasis ac ministris suis qui dixit, *Ego percutiam, & ego sanabo*, per vos percussit tumentem, per nos sanavit dolentem Deuter. 32. 39. &c.] *Observant autem ibi Benedictini* = Ab Augustino dictatam epistolam, iudicat ex stilo Sirmondus: idemque alii ferunt iudicium de libello emendationis Leporii. Cuius Monachi errores nondum, opinamur, venerant in Augustini notitiam, quando in lib. de correptione & gratia, c. 11. haec dicebat: *Neque enim quisquam tanta &c.* Quippe hanc etiam Leporius *summam caecitatem suae insipientiae* detestatur in emendationis libello; qui proinde scriptus fuit post eumdem librum de corrept. & grat. Leporii per Augustinum emendati meminit Gennadius in lib. de Script. Eccl. c. 59. praeter Cassianum in lib. 1. de Incarnat. Ioannem 11. papam in epist. ad Avienum Facundum in lib. 1. c. 4. &c.] *Adsentior autem Sirmondo, eam Epistolam ab Augustino dictatam esse.*

XIV.

Hilarius Gallus, aut Arelatensis antistes, ut olim autumavit Ba- Scr. an. 418. aut 419. *ronius: aut simplex laicus, ut aliis, & nobis videtur, Epist.* 226. (*Al. ex* 7. *t. praefix. lib. de Praedest. Sanct.*) *n.* 10. *seu sub finem* = Nolo autem sanctitas tua sic me arbitretur haec scribere, quasi de iis quae nunc edidisti, ego dubitem. Sufficiat mihi poena mea, quod a presentiae tuae deliciis exsulatus, ubi falubribus tuis uberibus nutriebar, non solum absentia tua crucior &c. Quidquid pro ea gratia, quam in te pusilli cum magnis miramur, volueris aut valueris, gratissime accipiemus tanquam a nobia carissima, & reverentissima auctoritate decretum.

XV.

Scr. forte an. 429. *Darius Comes Epist.* 230. (*Al.* 263.) *n.* 1. = O me non modo ter aut quater, sed millies, & omni numero plus beatum, si mihi datum esset praesenti intueri tuos vere sidereos vultus, vocemque divinam, & divina canentem, & non solum mentis fructus; sed etiam cum aurium suavitate sumere & audire licuisset, putarem profecto me quasdam immortales leges non modo de Caelo, sed in ipso constitutum Caelo suscipere, & quasdam Dei voces non longe de templo, sed prope ipsum Deum adstantem tribunal audire.

XVI.

XVI. I. CLASS.

Audax episcopus Epist. 260. (*Al.* 139.) = Thefautum fapientiae defideravi, fed minus accepi, quam volui; licet minus non debet dici, fed munus quod oraculum legis contulerit Auguftinus facrator iuftitiae, inftaurator fpiritalis gloriae, difpenfator falutis aeternae. Opto itaque fapientiae floribus pafci, & vivi fontis hauftibus irrigari &c. Cur mihi fons orbis parvo fermone meavit? &c.

Quo an. fcripta non conftat.

XVII.

S. Profper Aquitanus, aut Reg. epifcopus, ut pluribus, maxime ex antiquis, aut faecularis, & quidem matrimonio adftrictus, ut nonnullis: aut folutus laicus caelibatum colens, ut plurimis, potiffimum ex iunioribus placet, doctiffimus inquam vir hic, qui nonnifi ex fcriptis & fama Auguftinum agnoverat, quot fcripfit, tot fere Auguftinianae doctrinae eximia praeconia. Lib. contra Collatorem, nimirum Caffianum *Collationum auctorem, cap.* 1. *circa med.* = Viginti amplius anni funt, quod contra inimicos gratiae Dei Catholica acies huius viri ductu pugnat & vincit. *Et cap.* 21. *initio, de Bonifacio, Romano Pontifice, qui vivere defiit die* 4. *Septembr. an.* 422. = Bonifacius .... cum effet doctiffimus, adverfum libros tamen Pelagianorum beati Auguftini Epifcopi refponfa pofcebat. *Inde in Carmine heroico* de Ingratis *adverfus Pelagianos, cap.* 2. *de Carthaginenfi Synodo, cui Aurelius Primas praefedit fermonem habens* = An alium in finem poffet procedere fanctum - Concilium, cui dux Aurelius, ingeniumque - Auguftinus erat, quem Chrifti gratia cornu - Uberiore rigans noftro lumen dedit aevo? *Et cap.* 3. = Iftius ore &c. Flumina librorum cunctum effluxere per orbem. *Confule etiam, fi placet, graviffimam eiufdem Epiftolam ad Ruffinum, quam fcripfit Auguftino adhuc vivente, ideft circa an.* 429.

Ob. circa an. 460.

Scr. an. 432. cum prius voce & fermone cötra eumdem pugnaffet, qui fcripferat an. 426.

At quis ifte Ruffinus? Notiffimus ille S. Hieronymi aemulus: fi Gabrieli Vazquefio Societatis Iefu Theologo, quoad rem hanc gravi fomno oppreffo atque fepulto adfentiaris; ita quippe manifefte loquitur t. 1. *Commentar. in* 1. *par. S. Thomae, difp.* 91. *cap.* 11. *n.* 74. = Nam & Gennadius apud Catholicos & doctos non bene audit, fiquidem &c. Ruffinum etiam praeponit Hieronymo &c. Hic Ruffinus ad Profperum fcripfit epiftolam, monens ipfum, quod multi de eo male fentirent, quia fententiam Auguftini fequeretur, & contra Collationes Caffiani fcripfiffet. Cui Profper refcripfit epiftolam, quae eft inter fua opera, inftruens ipfum contra Maffilienfium doctrinam, & in fine hortatur, ut plurimum in Auguftini libris laboret, fi confequi defiderat veram facrae Scripturae intelligentiam.] *Vah pinguem errorem, ftolidumve anachronifmum! Ut enim multa praeteream: cum ad Ruffinum fuum Profper fcribebat, Hieronymi hoftis a viginti circiter annis e vivis abfcefferat. Siquidem Ruffinus celebris anno* 410. *exeunte, vel initio fequentis vivere defierat; Profper autem eam Epiftolam dedit, ut fupra infinuavimus, anno* 429. *aut* 430. *quippe anno* 429. *Auguftino fcripferat. Unde haec ad Ruffinum Epiftola aut poft, aut paullo ante mortem Auguftini data eft: in ea fiquidem Profper S. Doctorem meritorum magnorum fenem appellat. Vide Cardinal. Norifium lib.* 1. Hiftor. Pelag. *cap* 3. *pag.* 39. *& lib.* 2. *cap.* 5. *pag.* 302. *Sed & duo illa lyppis atque tonforibus nota Vazquefium a tanto lapfu praecavere poterant: nempe Ruffinum Aquileienfis Ecclefiae presbyterum, & Monafticae vitae pro-*

fef-

I. CLASS. *fefforem longe ante Hieronymum mortem oppetiiffe: admodum vero Auguftino fuperftite, Hieronymum ad aeternas coronas vocatum. Ceterum labores illi etfi ingeniofi, quibus Norifius lividi Ruffini velut aliquando tandem correcti exitum lib. 1. cap. 3. illuftrare conatur, incerti admodum fructus funt: nec contra Ruffinum emergentes plures graviffimafque coniecturas exeuntiunt.*

XVIII.

Quo anno obierit, prorfus incertum. Plurimi Poffidium cum Pofidonio confundunt; at immerito. In calce t. 10.

Quid cenferet de Auguftini ingenio doctrinaque Poffidius Calamenfis epifcopus, qui cum S. D. annis fere quadraginta familiariter vixit, non opus eft ut dicamus: cum ea hiftoria omnibus nota, quam de geftis atque fcriptis eiufdem Auguftini confcripfit, ellogiis paffim contexta fit. At quidquam faltem infinuare expedit: Cap. 7. = Libros vero eiufdem, five tractatus mirabili Dei gratia procedentes ac profluentes inftructos rationis copia, atque auctoritate fanctarum Scripturarum, ipfi quoque haeretici concurrentes cum Catholicis ingenti ardore audiebant: & quifquis ut voluit, & potuit, notarios adhibens etiam ea quae dicebantur excepta defcripfit.

XIX.

Unde iure meritiffimo inquit Ianfenius Yprenfis antiftes t. 2. lib. Prooemial. de Ratione & Auctoritate, *cap.* 18. = Hinc expreffa illa elogia multiplicia, & homini mortali infufitata, quibus etiam tum vivens a viventibus viris magnis atque eruditis &c.] *Et Iacobus Hyacinthus Serry in* Auguftino vindicato contra Ioann. Launoii Traditionem &c. *cap.* 5. *cui titulus*: Launoii de Commoto ftatim in Auguftinum orbe Catholico fomnium diffipatur = Certe Patrum alteri tantam dum viveret, tributam auctoritatem, nulla, quod fciam, prodit hiftoria, nemo uberiores gloriae fructus in ipfo mortalitatis contubernio coepit: unus prae omnibus Auguftinus vivus, ut ita dicam, ac videns confecratus eft.

XX.

Flor. circa an. 490. ut ex lib. 3. deducitur.

Victor Uticenfis, feu, Vitenfis, in provincia Bizacena epifcopus, lib. 1. admodum poft initium = Qua tempeftate Hippone Regiorum obfeffa eft Civitas, quam omni laude dignus beatus Auguftinus librorum multorum confector, Pontifex gubernabat. Tunc illud eloquentiae, quod ubertim per omnes campos Ecclefiae decurrebat, ipfo metu ficcatum eft flumen, atque dulcedo fuavitatis dulcius propinata, in amaritudinem abfinthii verfa eft &c. Hufque ad illud tempus cc. iam xxx., & duos confecerat libros, exceptis innumerabilibus epiftolis, vel expofitione totius Pfalterii, & Evangeliorum, atque tractatibus popularibus, quas Graeci Homilias vocant, quorum numerum comprehendere fatis impoffibile eft.

XXI.

Flor. an. 495.

Gennadius presbyter Maffilienfis, in Catalogo Illuftrium Scriptorum = Auguftinus Afer, Hipponenfis oppidi epifcopus, vir eruditione divina & humana orbi clarus, fide integer, & vita purus: fcripfit quanta nec inveniri poffunt. Quis ergo glorietur omnia fe illius habere: aut quis tanto ftudio legat, quanto ille fcripfit? &c.

XXII.

I. CLASS.

XXII.

Iulianus Pomerius S. Caesario & Gennadio coaevus, in opere de Vita Contemplativa, *quod sub Prosperi nomine circumfertur, lib.* 3. *cap.* 31. *sub finem* = S. Augustinus Episcopus acer ingenio, suavis eloquio, saecularis litteraturae peritus, in Ecclesiae laboribus operosus, in quotidianis disputationibus clarus ..... in quaestionibus absolvendis acutus, in revincendis haereticis circumspectus, & in * explicandis Scripturis Canonicis cautus.

Vivebat an. 496.

* In Mss. 3. in *explanandis*. Unus, *in explorandis*.

XXIII.

Dacius Mediolanensis episcopus, ad quem extat Cassiodori Epistola: vel quicunque Chronicon rerum Mediolanensium, quod in Bibliotheca Mediolanensi adhuc ineditum adservatur, scripserit, 1. 10, *Augustinum* Dialecticis argumentis armatum *hominem dicit*.

Ob. circa an. 555.

XXIV.

Eugippus Abbas Africanus, in Praefat. Thesauri Sententiarum, *quas desloravit ex diversis scriptis S. D. distribuitque in duos Libros, & Probae virgini sacrae dicavit* = Inter magnos Ecclesiae Catholicae Doctores praeclarum fuisse, & esse beatum Augustinum quis ignorat episcopum? Quem divina eruditione mirabilem tum omnes Orthodoxi in toto terrarum orbe venerantur, praecipue tamen Apostolicae Sedis Antistites scripta eius sua auctoritate firmantes &c.

Flor. an. 553.

XXV.

M. Aurelius Cassiodorus, magnus ille Senator, & Patricius Romanus, Theodorico Italiae regi carissimus, initio Prologi Commentar. in Psalmos = Tunc ad Augustini facundissimi Patris confugi opinatissimam lectionem, in qua tanta erat copia congesta dictorum, ut retineri vix possit relectum, quod abunde videtur expositum &c. Quocirca memor infirmitatis meae, mare ipsius quorumdam Psalmorum fontibus profusum &c. Sed ut quidam de Homero ait, tale est de eius sensu aliquid surripere, quale Herculi clavem de manu tollere; est enim litterarum omnium egregius magister, &, quod in ubertate rarum est, cautissimus disputator: decurrit quippe tanquam fons purissimus, nulla faece pollutus &c.] *Et lib.* de Institutione Divinarum Scripturarum: *seu*, de Divinis Lectionibus, *cap.* 22. *initio* = Ipse etiam doctor eximius beatissimus Augustinus, debellator haereticorum, defensor fidelium, & famosorum palma certaminum, in quibusdam libris nimia difficultate reconditur, in quibusdam sic est planissimus, ut &c.] *Denique in Chronico, sub titulo:* Theodosius, Arcadius, & Honorius XII. = Augustinus beati Ambrosii discipulus multa facundia doctrinaque excellens &c.

Ob an. 575. nonagenario maior.
Scripsit etiam historiam, vulgo, *Tripartitam*, & plura alia.

XXVI.

S. Bernardus Abbas, Epist. 77. ad Hugonem de S. Victore, ante med. = Sed miror admodum, si novus iste novarum inventor assertionum, & assertor inventorum, invenire in hoc rationem potuerit, quae sanctos patres latuerit, Ambrosium & Augustinum, sive auctoritatem eorumdem auctoritate potiorem &c. *Pluribusque interpositis* = Ab his ergo duabus columnis, Augustinum loquor & Ambrosium, crede mihi, difficile avellor. Cum his inquam me aut

Natus anno 1091.
Ob. 20. Aug. 1153. aet. 63. Relig. 40.

erra-

I. CLASS. errare, aut sapere fateor. *Serm. item de S. Stephano, sub finem* = Recolitis quod illa Ecclesiae lingua, Augustinum loquor, de hoc Martyre senserit &c. *Vide etiam eiusdem Serm.* 80. *in Cantica*.

XXVII.

Nat. 27. Ian. an. 1564. & praenuntiato ult. vitae suae die, obiit insignis sancti. fama die Adscens. Dom. an. 1615 in nostro Conv. S. Silvestri in Tuscul. ubi eius Corpus incorrupt. ac flexibile adservatur.

Vener. P. N. Ioannes a Iesu Maria Calaguritanus plurium, operum quatuor tomis in folio contentorum scriptor, Romanae Curiae Proceribus, at potissimum Cardinali Bellarmino doctrina, & sanctitate acceptissimus, sui aevi vir summus, & omnium quos nostra Familia dedit Theologorum facile gravissimus, & nobilissimus, tom. 2. suorum Operum, in Stimulis Compunctionis, Stimulo 2. cap. 10. de Venerabili Eucharistiae Sacramento, *post med.* = Qualem (*pii amoris dulcedinem*) in se magnus olim Augustinus &c.

XXVIII.

Scripsit anno 1643.

Hieronymus Bardi, nobilis philosophus, medicus, & theologus, olim in Pisano Athenaeo Aristotelicae & Platonicae philosophiae professor, in erudito libello, cui titulus: Medicus politico-Catholicus: *seu*, Medicinae sanctae tum cognoscendae, tum faciendae idea, *cap.* 4. de Medicinae Praeside, *de Raphaelis primatu in Medicina sermonem habens* = Quod, *ait*, & confirmat vastissimum Augustini ingenium, qui de eius admirabili erga aegrotos patrocinio digna quidem, & gravia, suo more, verba facit serm. 126.] *Et* de Theologiae, ac Medicinae nobilissimo nexu, *art. ultimo* = Quemadmodum ethnicis explosa Minerva, Venus inter Stellas reposita est, quod merito magnum Augustini ingenium adegit ad querimonias lib. de consensu Evangel. primo &c.

XXIX.

Anno 1666.

In Eruditorum Ephemeride Gall. diei lunae 15. *Martii* 1666. = Quia D. Augustinus omnigena eruditione praeditus erat, de omnigenis etiam rebus, & pro omnibus hominum generibus scripsit. Operum eius plurima pro Theologis, aut Philosophis tantum sunt; sed tractatus de Civitate Dei, pro illis etiam est, qui scientiam non profitentur: cumque illum insigni cuidam Dynastae Romano nuncupaverit, cum videtur praesertim conscripsisse in gratiam nobilium, eorumque captui attemperasse; illum enim iucundum, & intellectu facilem elucubrare delectatus est, ibique servato splendido illo igne, qui in omnibus aliis operibus eius coruscat, iisque omnium admirationem conciliat, obscuritatem vitavit.... Unde etiam apud maximos totius orbis Principes in magno pretio fuit. Is est liber, cuius lectionem Aeginardo teste Carolus Magnus in deliciis praesertim habebat. Carolus V. Regum nostrorum sapientissimus tanti eumdem aestimabat, ut virum, cuius opera ad illius versionem Gallicam usus est, remuneratus sit dignitate Magistri supplicium libellorum. Henricus vero VIII. Angliae Rex Commentarios, quibus Ludovicus Vives Auctoris illius difficultates explanaverat, ut gratissimum munus omnium, quae sibi afferri possent accepit.

Quandoquidem eo prandium, coenamque cōdiebat, ut plures testantur apud Lancillottum l. 3. Vitae S. D. c. 38.

XXX.

XXX. II. CLASS.



Erum, quot fuere in orbe Scriptores, tot propemodum Augustini ingenium doctrinamque insigni obsequio suspexere. Libentius eas recitabimus laudes, quae in Augustinum velut in Doctorum summum, seu Christianorum doctissimum congestae sunt. Et primo quidem Romanos Pontifices advocabimus; Horum autem iudicia quaedam statim adsumtum evincunt: alia ex nexu miroque consensu: neque enim fuit Ecclesiae doctor, cui tam frequenter, tantave constantia illi plauserint. Vide interim Prudentium episcopum Trecensem, qui floruit saeculo nono, ad Hincmarum, & Pardulum. Ob. an. 861.

XXXI.

Ut Innocentius I. Augustini doctrinam probaverit, coniice ex eiusdem quatuor Epistolis, quae inter Augustinianas sunt 181. (Al. 91.) 182. (Al. 93.) 183. (Al. 96.) 184. (Al. 97.) Quae omnes scriptae sunt initio anni 417. Electus die 21. Dec. an. 401. Obiit die 12. Mar. an. 417.

XXXII.

Ut Zosimus, coniice ex Marii Mercatoris Commonitorio, *cap. 3. ex lib. S. Prosperi*, contra Collatorem, *cap. 10. & 21. nec non ex Epist. ipsius Augustini ad Optatum episc. 190. (Al. 157.) cap. 6. num. 23. quae scripta est paullo post med. an. 418.* El. 18. Mar. an. 417. Ob. 26. Dec. an. 418.

XXXIII.

S. Prosper Aquit. lib. contra Collat. *cap. 21.* = Bonifacius ..... cum esset doctissimus, adversum libros tamen Pelagianorum beati Augustini episcopi responsa poscebat.] *Quo respicit Iulianus Pelag. lib. 1.* Oper. Imperf. *cap. vel arg. 85. inquiens* = Aut sicut in his libris, quos nunc per Alypium ad Bonifacium misisti, dic captivum esse arbitrium, quod nos liberum dicimus &c. *Et lib. 2. 178.* Tu in his libris, quos nuper ad Bonifacium misisti &c.] *Ii vero libri quatuor fuere, contra duas Epistolas Pelag. scripti, circa an. 420. & Bonifacio nuncupati.* El. 29. Dec. an. 418. Ob. 4. Sept. an. 422.

XXXIV.

Caelestinus I. Epist. ad Venerium, *ceterosque Galliarum antistites, c. 2.* = Augustinus sanctae recordationis virum pro vita sua atque meritis, in nostra communione semper habuimus, nec unquam hunc sinistrae suspicionis saltem rumor adspersit: quem tantae scientiae olim fuisse meminimus, ut inter magistros * optimos etiam a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, utpote qui ubique cunctis & amori fuerit, & honori. Unde resistatur talibus, quos male crescere videmus.] *Haec circa an. 431. vix defuncto Augustino. Eo autem recitato testimonio, triumphans Prosper lib.* contra Collat. *c. 21.* = Contra istam clarissimae laudationis tubam, contra istam sacratissimi testimonii dignitatem, audet quisquam malignae interpretationis murmur emittere, & perspicuae sincerissimaeque sententiae nubem obliquae ambiguitatis obtendere? &c. El. 10. Sept. an. 422. Ob. 28. Iul. an. 432.

* Veteres libri non habent *optimos*.

XXXV.

De Sixto III. vide eumdem Prosperum lib. contra Collatorem *c. 21. n. 59. & 60. & in Chronico ad an. 439. Nec non Gelasium Papam* El. 24. Iul. an. 432. Ob. 11. Aug. an. 440.

II. CLASS. *pam Epist. 5. ad Honorium. Itemque Epist. ipsius Augustini 191. (Al. 104.) ad eumdem Sixtum tunc presbyterum, & 194. (Al. 105.) scriptas circa an. 418.*

XXXVI.

El. 22. Sept. an. 440. Ob. 4. Nov. an. 461. *S. Leo Magnus, adhuc archidiaconus Augustinianae caussae se vindicem prodidit: Prosper enim in Chronico ad Consulatum Theodosii XVII. & Festi haec narrat* = Hac tempestate Iulianus Eclanensis iactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis speciem praeferens, molitus est in communionem Ecclesiae irrepere. Sed his insidiis Xystus Papa diaconi (*hic observa*) Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum &c.] *Electus autem Leo in summum Ecclesiae pastorem, Pelagianam haeresim Veneta in provincia clanculum serpentem gravissima epistola 84. ad Ianuarium Aquileiensem episcopum, totius provinciae Metropolitam data, quam nonnulli*, ad Nicetam Aquileiensem, *alii*, ad Aquileiensem episcopum, *dixere, protrire sategit; In ea vero epistola duo capita Enchiridii Augustini 45. & 46. ex integro, & ad verbum exscripta conspiciuntur.*

XXXVII.

El. 1. Mart. an. 492. Ob. 19. Nov. an 496. *S. Gelasius Epist. 5. ad Honorium Dalmatiae episc. contra Pelagianam haeresim in Dalmatia renascentem, circa med.* = Ubi est quod scriptum est, *Terminos patrum tuorum ne transgredieris*: &, *Interroga patres tuos, & annuntiabunt tibi: & seniores tuos, & dicent tibi?* Quid ergo tendimus ultra definita maiorum &c.] *& inferius* = O si studerent adversus eos maiorum nostrorum libros responsaque cognoscere! Illic modis omnibus cerneretur, nihil esse prorsus, quod non & ab istis fuerit ventilatum, & ab illis magnifica veritate contritum: sicque &c.] *Haec die 28. Iul. an. 493. Vide etiam Epist. 6. Die autem 1. Nov. an. 493. ad omnes Episcopos per Picenum. Epist. 7. de sene, nomine*, Seneca, *in Pelagianam haeresim lapso &c. sub finem* = Adhuc maius scelus accrescit, ut sub conspectu & praesentia Sacerdotum, beatae memoriae Hieronymum atque Augustinum, Ecclesiasticorum lumina magistrorum, *musca moritura*, sicut scriptum est, *exterminans oleum suavitatis*, lacerare contenderet.] *Item si eas Epistolas diligenter expenderis, videbis in eisdem Augustini sententias passim & fere ex integro excerptas. Denique, Vazquez Iesuita 1. p. disp. 91. n. 75. cogitur fateri* = Porro auctoritatem Prosperi multa confirmant. In primis Gelasius Papa, & ipse per omnia Augustinianus, in Concilio Romano 76. Episcoporum &c.

Prov. 22. 28. Deut. 32. 7. Eccles. 10. 1.

XXXVIII.

El. 27. Iul. an. 514. Ob. 6. Aug. an. 523. *S. Hormisdas die 13. Aug. an. 520. Epist. 70. qua respondet Possessori episcopo Africano (qui erat unus ex missis in exsilium a Trasimundo rege) in fine* = De Arbitrio tamen libero, & Gratia Dei, quid Romana, hoc est, Catholica sequatur, & asseveret Ecclesia, licet in variis libris beati Augustini, & maxime ad Hilarium & Prosperum possit cognosci; tamen in scriniis Ecclesiasticis expressa capitula continentur &c.

XXXIX.

II. CLASS.

XXXIX.

S. *Felix IV. (Non II. ut quidam etiam eruditiſſimi ſcribunt : hic enim iam an. 365. Martyrium paſſus fuerat) tanti Auguſtinum fecit, ut pro canonibus in Arauſicana ſynodo definiendis, ipſas prorſus eiuſdem S. D. ſententias miſerit ad Caeſarium, qui a Semipelagianorum factione, in Galliis admodum aucta, nimis vexatus, a ſummo Eccleſiae Paſtore lucem poſtulaverat. Vide Ianſenium t. 2. lib. Prooem.* de Ratione & Auctoritate, *c. 15. & Card. Noris. lib. 2.* Hiſtoriae Pelag. c. 23.

El. 22. Iul. an. 526. Ob. 18. Sept. an. 529. vel 530.

XL.

B*onifacius II. ſynodum Arauſicanam II. de qua diximus, ex Auguſtini doctrinis confectam probavit, confirmavitque die 25. Iannar. an. 530., vel 531. data epiſtola ad Caeſarium Arelatenſem, qui pro eadem confirmatione rogaverat. Ante med. autem illius epiſtolae dicit Bonifacius* = Atque ideo cum de hac re multi Patres, & prae ceteris beatae recordationis Auguſtinus epiſcopus &c.

El. 21. Sept. an. 529. vel 530. Ob. 17 Octobr. an. 531.

XLI.

I*oannes II. Epiſt. 3. ad Avienum & Senatores, reſpondens tribus Quaeſtionibus de Chriſto Deo & homine, ſingulas definitiones Auguſtini teſtimoniis firmaturus, praemitit.* = Sanctus Auguſtinus, cuius doctrinam ſecundum praedeceſſorum meorum ſtatuta Romana ſequitur & ſervat Eccleſia.] *Haec anno* 534.

El. 31. Dec. an. 532. Ob. 26. Maii an. 535.

XLII.

V*igilius in Epiſt. qua tandem Synodum V. Generalem confirmavit* = Praecipue cum manifeſtum ſit, Patres noſtros, & maxime beatiſſimum Auguſtinum, qui in divinis Scripturis claruit &c. Nos quoque ſimiliter illis exemplis incitati &c.

El. an. 540. Ob. 20. Ian. an. 555.

XLIII.

S. *Gregorius Magnus, huius nominis I. lib. Regiſt. 8. Indict. 3. Epiſt. 37. Innocentio Africae Praefecto, eiusdem in Iob Commentarios laudanti ita reſpondet* = Si delicioſo cupitis pabulo ſaginari, beati Auguſtini patriotae veſtri Opuſcula legite, & ad comparationem ſiliginis illius noſtrum furfurem ne quaeratis.] *Praefatione Homiliarum in Ezechielem, ad Marianum epiſcopum* = Tua itaque dilectio has ſibi ad legendum mitti popoſcerat: Sed valde incongruum credidi, ut aquam deſpicabilem hauriret, quem conſtat de beatorum patrum Ambroſii atque Auguſtini torrentibus profunda ac perſpicua fluenta aſſidue bibere &c.

El. 3. Sept. an. 590. Ob. 12. Mar an. 604.

XLIV.

S. *Martinus martyr, huius nominis I. Epiſt. 4. ad Eccleſiam Carthagin.* = Vos merito de ſincero corde amplectimur, cum maxime tanquam perennes lucernas confeſſionis veſtrae caracteres nobis expreſſeritis, ſive huic Apoſtolicae Sedi per Synodales litteras veſtras, quas in vobis Spiritus-Sanctus informavit per Eccleſiae Catholicae oratorem glorioſum, nempe Auguſtinum &c.

El. 5. Iul. an. 649. Ob. 16. Sept. 655.

XLV.

XLV.

El. 27. Iun. an. 678. Ob. 10. Ian. an. 682. Praefuit per suos Legatos Syn. 6. Gener.

S. Agatho Epist. ad Augustos, quae extat act. 4. Synodi 6. = Augustinus doctor praestantissimus &c. veritatis prudentissimus praedicator &c.

XLVI.

El. 9. Febr. an. 772. Ob. 25. Dec. an. 795. Sub quo habita est VII. Gen. Sy.

Hadrianus I. Epist. quae extat in 7. Synodo, act. 2. ad Constantinum, & Irenem = Augustinus Patrum praecipuus, & Doctorum optimus.

XLVII.

El. 2. Feb. an. 1049. Ob. an. 1054.

S. Leo IX. Epist. 1. ad Michaelem Patriarcam Constantinopol. = Beatus & Catholicus doctor Augustinus, & in Latina Ecclesia clarissimus.] *Et ibi* = Augustinus noster Chrysostomus.

XLVIII.

El. 22. Apr. an 1073. Ob 25. Maii an. 1085.

S. Gregorius VII. in Apologetico pro Decretis, Caelestini I. elogium ex integro refert, & suum facit. = Vir omnium virtutum Augustinus Hypponensis episcopus, quem & Caelestinus, vir Apostolicus in decretis suis commendat &c.] *Vide etiam in Decret. ad c. 6. Unde Bertholdus Constantiensis ad Rhenum presbyter, eiusdem Gregorii adversus schismaticos defensor, lib. de Sacr. Excom.* = Nos absque scrupulo S. Augustini egregii doctoris assertioni acquiescere debemus; quem & Romani Pontifices &c.

XLIX.

El. an. 1316. Ob. Aven. an. 1334.

Ioannes XXI. vulgo XXII. ad Generalem, & Ord. Eremit. S. Augustini = Vere utique isti sunt verae Doctores Ecclesiae, Gregorius scilicet, Augustinus, Hieronymus, atque Ambrosius, quorum doctrina informatur Ecclesia. Hos inter celeberrimus idem Pontifex Augustinus, magnae quidem auctoritatis, & sanctitatis praesul, magnae circumspectionis, & praevisionis pater &c.

L.

El. 19. Aug. an. 1458. Ob. 14. Aug. an. 1464.

Pius II., quum esset Aeneas Sylvius, Epist. 130. ad Cardin. Caravaiel = Cuius (*Augustini*) tanta gloria est, ut nullius laudibus crescat, vituperationeve minuatur &c. Quem nihil obscurum, sed omnia clarent &c. *Et iam Romanus Pontifex in Bulla (edita an. 1463. qua retractavit quae in minoribus exsistens scripserat pro Concilio Basileensi contra Eugen. IV. cuius initium.* In minoribus agentes &c. *paragr. 2.* = Cogimur igitur, dilecti filii, B. Augustinum imitari, qui cum &c. retractationes edidit. Humilis & probatissimi vir ingenii &c.

LI.

El. 9. Aug. an. 1471. Ob. 13. Aug. an. 1484.

Sixtus IV. in Bullar. Augustiniano = Augustinus inter intemeratae Ecclesiae Doctores praecipuus: & subtilissimus Evangelii, ac sacrarum Litterarum perscrutator.

LII.

El. 24. Apr. an. 1585. Ob. 27. Aug. an. 1590.

Sixtus V. in Bulla contra Astrologos Iudiciarios, cuius exordium: Caeli & Terrae creator Deus &c. *post initium, Ariolorum phantasmata exsufflans* = Cum Augustinus praecipuum Ecclesiae lumen &c.

LIII.

II. CLASS.

LIII.

Clemens VIII. quanti Auguſtini doctrinam fecerit, liquet ex integra genuina certiſſima hiſtoria Congregationum de Divinis Auxiliis. *Interim paucis plura deprehendes, adtendens quae mox ſubiiciam ex Oratione, quam Pontifex ille longe graviſſimus, & ſapientiſſimus eisdem diſputationibus praemiſit, quaeve in Actis eorum habetur.* = Quamvis nonniſi Deo rationem reddere debeam mearum actionum, dicam tamen impraeſentiarum rationes, propter quas adſtringere ſtatui totam hanc diſputationem ad normam doctrinae S. Auguſtini de Gratia. Prima eſt, quod ſi teſte D. Proſpero fere initio libri contra Collatorem, viginti annorum ſpatio acies Catholicae Eccleſiae ita dimicavit pro gratia contra Pelagianos, ut tandem Auguſtino duce vicerit, oportet etiam, ut in cauſa conſimili eumdem ducem agnoſcamus, & ſequamur. Secunda eſt, quod idem Sanctus nihil videtur praetermiſiſſe eorum quae ad praeſentes Controverſias pertinent &c. Tertia tandem ratio eſt, quod cum multi Pontifices, & Praedeceſſores noſtri doctrinae S. Auguſtini tam fuerint aſſertores, ac vindices, ut quaſi haereditario iure eam in Eccleſia relinqui voluerint: aequum non eſt, ut patiar illum hac haereditate privari.] Qui honor, *inquit ſagaciſſimus P. Serry doctor Sorbonicus, lib. contra Launoium, cap.* 18. nemini Patrum contigiſſe legitur.

El. 30. Ian. an. 1592. Ob. 3. Mar. an. 1605.

LIV.

Paulus V. Clementi VIII. pro Auguſtini doctrina adlaboranti ſubſidio fuerat: & in Romanum Pontificem electus, Divinorum auxiliorum *reſumta cauſſa, prorſus in Clementis ſenſa ierat. Quod Theologis ingenuis, propriaeque, Numinis, & Eccleſiae eius ſponſae gloriam praeferentibus nimis exploratum, ac certum eſt.*

El. 17. Maii an. 1605. Ob. 28. Ian. an. 1621. Medius inter Clem. & Paulum fuit Leo XI. pontifex 27. dierum.

LV.

Alexander VII. in Brevi, ſeu Reſcripto dato 7. Auguſti, an. 1660. ad Academiam Lovanienſem Ianſeniſmi inſimulatam, quaeve profeſſa fuerat, Auguſtino & Thomae ſe adhaerere. = De reliquo non dubitamus vos pro ſingulari ſcientiae pietatisque &c. nec non praeclariſſimorum Eccleſiae Doctorum Auguſtini & Thomae Aquinatis inconcuſſa tutiſſimaque dogmata ſequi ſemper ut aſſeritis, ac impenſe revereri velitis. Quorum profecto ſanctiſſimorum virorum penes Catholicos univerſos ingentia & omnem laudem ſupergreſſa nomina novi praeconii commendatione non egent &c.

El. 7. Apr. an. 1655. Ob. 22. Maii an. 1667.

LVI.

Clemens X. die 18. *Dec.* 1671. *in Diplom. Indulgentiarum viſitantibus Eccleſias S. Auguſtini &c. cuius exordium:* Unigeniti Dei Filii &c. *poſt initium* = Itaque eximia, omniſque humanae laudis praeconium longe ſupergreſſa S. Auguſtini Epiſcopi & Confeſſoris, Eccleſiae Doctoris praecellentiſſimi, qui ſpiritu Dei plenus, haereſum errorumque tenebras, tanquam fulgentiſſimum Chriſtianae eruditionis iubar profundiſſimis ſimulque ſole clarioribus ſcriptis profligavit, & hominum corda, eo, quo ipſe ardentiſſime flagrabat charitatis igne ſuccendit, decora grato devotoque mentis affectu recolentes, Sanctaeque Monicae eius genitricis, cuius piis lacrymis & apud Deum gemitibus, tanti, tamque ſublimis Doctoris converſionem debemus &c.

El. 20. Apr. an 1670. Ob. 22. Iul. an. 1676.

LVII.

II. CLASS.

LVII.

El. 12. Iul. an. 1691. Ob. 17. Sept. an. 1700.

Innocentius XII. in Reſcripto ad Academiam Lovanienſem, rudium ardelionum tumultibus iterum agitatam, dato 6. Febr. an. 1694. = Apoſtolica vos primum auctoritate commonemus, ut ſublatis contentionibus, Sapientiae, quae deſurſum, & pacifica eſt, vacetis: profitentes, ut aſſeritis, doctrinam praeclariſſimorum Doctorum Auguſtini & Thomae: quorum ille tantae ſcientiae fuit, ut inter Magiſtros optimos etiam a noſtris praedeceſſoribus haberetur; & cuius doctrinam, ſecundum eorumdem praedeceſſorum ſtatuta Romana ſequitur, & ſervat Eccleſia.

LVIII.

El. 23. Nov. an. 1700. Ob. 19. Mar. an. 1721.

Clemens XI. quum prodiiſſet Ioannis Launoii foetus poſthumus (ſeu quicunque alius, teterrimus Auguſtinianae doctrinae hoſtis Launoii ſe larva contexerit, de quo Dupinus, Abbas Granet, & alii) quo Auguſtini doctrina contemnebatur, haec habuit die 28. Ian. an. 1704. = Cum, ſicut Nobis innotuit, in lucem prodierit libellus quidam, cui titulus: *Veritable tradition de l'Egliſe, ſur la predeſtination, & la grace &c. Par Mr. de Launoy &c.* Nuperrime vero Venerabiles Fratres noſtri S. R. E. Cardinales in tota Republica Chriſtiana contra haereticam pravitatem Generales Inquiſitores a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati, audita libelli huiuſmodi cenſura, illum ad minus tamquam impium, blaſphemum, nec non fulgidiſſimo Catholicae Eccleſiae lumini, maximoque Doctori Sancto Auguſtino, quin immo ipſimet Eccleſiae, atque Apoſtolicae Sedi iniurioſum, damnandum & prohibendum eſſe cenſuerint. Hinc eſt quod nos pro commiſſa &c. nec non Romanorum Pontificum praedeceſſorum noſtrorum, qui eiuſdem S. Doctoris praecelſam doctrinam magno ſemper in pretio habuerunt, totoque mentis affectu amplexi fuerunt, laudabilibus veſtigiis firmiter inhaerere volentes &c.

LIX.

El. 29. Maii an. 1724. Ob. 21. Febr. an. 1730. aet. 81. Vide eius Vitam ſcriptam ab Alexandro Borgia Archiep. Firmano n. 63.

Benedictus XIII. cum eſſet Benev. Archiep. in cap. 11. Exod. Lect. 28. n. 22. = Io prego il mio Nonno S. Agoſtino &c. *In cap. 15. Lect. 23. n. 30.* = Coloro, che han profeſſato meco la ſteſſa Regola del gran Padre S. Agoſtino, che della Muſica compilò ſei interi libri, come veggiamo nel tom. 1. delle ſue ADORATE Opere. *In cap. 22. Lect. 34. n. 6.* = S. Agoſtino canonizò &c. e sì autorevole deciſione è ora riverita per canone &c. *Denique* magnum *dicit Auguſtinum, & obſequio nominat Lect. 27. n. 12. Lect. 30. n. 22. Lect. 36. n. 18. Lect. 37. n. 23. Lect. 38. n. 2. Lect. 43. n. 5. Lect. 52. n. 17. Lect. 60. n. 10. & Lect. 63. n. 17. Item 1. par. Sermonum ſuper Vitam Virginis Serm. 49. n. 1. & 2. par. Serm. 5. n. 2. Serm. 36. n. 1. & Serm. 50. n. 5.*

Et iam Romanus Pontifex in Litteris ad Papienſem epiſcopum, datis 23. Ian. 1728. De Detegendis Auguſtini exuviis, *dicit S. Doctorem*, in profitenda Praedicatorum regula Parentem: in Theologico curriculo Ducem: in Paſtorali miniſterio cunctis vitae rationibus Patronum. *Et in Bulla data 22. Septembr. eiuſdem anni, cuius initium*, Ad ſummi Dei gloriam &c. *paragr. 5. ſive poſt med.* = Nuncio tam ſancti, tam gravis, & maturi iudicii Epiſcopalis ad Nos perlato, prae gaudio exſilit cor noſtrum, ſummaque laetitia perfuſi gratias Deo egimus, quod ſuam gloriam in ſancti Auguſtini exuviis canonice vindicatis augere voluerit, quem ob

ſan-

ſanctimoniam, atque intemeratam doctrinae excellentiam, ut fulgentiſſimum Eccleſiae lumen Innocentius, Zoſimus, Bonifacius, Caeleſtinus, Gelaſius, Hormiſdas, aliique deceſſores noſtri Romani Pontifices magno ſemper in honore habuerunt, noſque ipſi ut Parentem aeque ac Magiſtrum veneramur, utpote cuius regulam, & doctrinam in noſtro Praedicatorum ordine a primis adoleſcentiae annis profeſſi ſumus, & favente Deo profitemur. Ut autem noſtrum, ac totius Eccleſiae gaudium ubique diffunderetur &c. II. CLASS.

LX.

Clemens XII. die 16. April. an. 1732. in Bulla, quae incipit, Exponi nobis nuper fecit &c. *ante med. confirmat Statuta & privilegia pro Cathedra Mutinensi.* In commendationem tutiſſimae doctrinae SS. PP. Auguſtini & Thomae, *erecta.* El. 12. Iul. an. 1730. Ob. 16. Febr. an. 1740.

LXI.

Benedictus XIV. adhuc feliciter regnans, in Bulla (data die 31. Mart. an. 1745. Pontif. an. 5.) qua Capitulo Generali Fratrum Erem. S. Aug. facultatem concedit eligendi deinceps Priorem Generalem ad vitam in officio manſurum, *cuius initium.* Inter maximas noſtras &c. *paragr.* 2. = Maximi enim omni tempore fecimus inſignem huiuſmodi Familiam, tum propter eiuſdem S. Auguſtini tutiſſima atque inconcuſſa dogmata ab illius Alumnis tradita ac ſervata, tum propter eximios viros quos edidit &c. *Et in Epiſt. Encyclica (edita die 19. Febr. an. 1749. Pontif. an. 9.)* de Eccleſiarum cultu & nitore; de Officiorum Eccleſiaſticorum & Muſices rationae, occaſione &c. *cuius initium,* Annus qui &c. *paragr.* 9. Magnus Pater Auguſtinus lib. 9. Confeſſ. cap. 6. de ſeipſo teſtatur &c. Nat. 31. Mart. 1675. El. 17. Aug. 1740.

Omiſimus autem Pelagium I. (Elect. 11. Apr. ann. 555. mort. 1. Mart. an. 560.) differentem contra Schiſmaticos. Nicolaum I. (El. 24. Apr. 858. *mort. 13. Nov.* 867.) *Epiſt. ad Carolum regem. Urbanum II. (El. an.* 1088. *mort.* 1099.) *Epiſt. 53. Innocentium III. (El. 8. Ian.* 1198. *mort. 16. Iul.* 1216.) *Serm. 1. Dedicat. Eccleſiae; & forte alias.*

LXII.

In compoſito eminet caput: ſubinde reliquum integrum corpus: tandemque conſiderantur ſingula membra. Unde recitatis elogiis a Romanis Pontificibus Auguſtino datis, addenda ſunt collata a Conciliis, quae ſunt corpus Eccleſiae.

Concilium Epheſinum omittimus: ſat pro eo ſunt quae inſinuavimus de celebri Theodoſii Epiſtola n. 9. Indictum an. 431.

LXIII.

Concilia etiam Carthaginenſia omittimus: de illis omnibus quippe dici poſſet, quod S. Proſper lib. de Ingratis, *cap. 2. in fine* = An alium in finem poſſet procedere Sanctum-Concilium, cui dux Aurelius, ingeniumque - Auguſtinus erat: quem Chriſti gratia cornu - Uberiore rigans, noſtro lumen dedit aevo. Accenſum vero de lumine &c.

LXIV.

Quinta Synodus Gener. Conſtantinopolitana II. Collat. 3. in fine. = Sequimur per omnia SS. Patres, & Doctores Eccleſiae Atha- Ind. an. 553.

na-

II. CLASS. nasium.... Augustinum &c. ac suscipimus omnia quae de recta Fide, & condemnatione haereticorum exposuerunt] *Collat. vero 5. & 8. prae ceteris Augustini testimonia plura laudantur insigni honore.*

LXV.

Ind. an. 680. *Sexta Synodus Gener. Constantinop. III. in Epist.* Mansueti episcopi Mediolan. *initio posita, in calce* = Augustinum omni sapientia clarum *dicit*.

LXVI.

Ind. an. 1438. *Synodus Gener. Florentina sess. 7. post med. seu Andreas Colossensis* = Quod vero in dictis Sanctorum hoc habeatur, nunc demonstrabo. Beatus Augustinus praeclarissimus doctor Latinorum, quem sancta quinta Synodus recepit, qui & praestantissimus appellatur, in multis suis libris &c.

LXVII.

Ind. an. 1545. *Synodus Gener. Tridentina sess. 7. Iustificationis doctrinam ab Augustino traditam, non tam probat quam ferè transcribit. Vide Dominicum Gravinam Ord. Praedicat. 1. p. t. 3. lib. 4. art. 9.*

LXVIII.

Circa an. 633. *Synodus Toletana* VIII. *cap. 2. sub finem* = Vir quoque Sanctissimus Augustinus vestigationis acumine cautus, inveniendi arte praecipuus, asserendi copia profluus, eloquentiae flore venustus, sapientiae fructu faecundus, haec in suis narrat * affatibus &c.

* vel, affectibus.

LXIX.

Circa an. 794. *Synodus Francofordiensis contra haeresim Felicianam, sub Hadriano I. congregata: seu potius Hadrianus I. de eadem caussa Epist. ad Episcopos Hispaniae, ante med.* = Venerabilis vero pater Augustinus, & admirabilis doctor, in quodam Sermone &c.] *Et in Synodica eiusdem Concilii, ab Episcopis Galliae, & Germaniae ad Praesules Hispaniae missa, ante med.* = Quos & beatus Augustinus... mirabiliter distinxit dicens &c. *& infra* = Audiamus ergo beatum & doctissimum Augustinum &c. *Denique infra* = Sed & inter lucidissimas, & catholicas Augustini sententias &c.

LXX.

Ind. an. 855. *Vide etiam, si placet, Synodum Valentinianam III. sub Lothario Imp. in caussa Valentini episcopi an. 855. celebratam, cap. vel can. 1. & Epist. Alexii episc. Melfitani ad Iulium, circa initium, quae habetur in Synodo Later. V. Gener. sub Iulio Papa II. & Maximiliano*
Ind. an. 1512. *I. Imp. sess. 3. Tandemque Petrum Fontidonium in Orat. pro Synodo Trident. adversus Ioannem Fabriciam Montanam ad Geom. circa med.*

LXXI.

Flor. circa an. 462. *Nunc membrorum, seu particularium Doctorum, iuxta dicta n.* LXII. *iudicia recitanda sunt. Claudianus Mamertus, Viennensis Ecclesiae presbyter, ad quem exstant S. Apollinaris Sidonii Epistolae, frater Mamerti episcopi, in* trium librorum de Statu Animae *opere, quod laudato Sidonio dicavit, lib. 2. post med. seu cap. 10. postquam Gregorium Nazianzenum, & Ambrosium simpliciter laudasset* = Aurelius Augustinus, & acumine ingenii, & rerum multitudine, & operis mole velut quidam Chrysippus argumentandi virtute, aut Zenon

II. CLASS.

non ſenſuum ſubtilitate, aut Varro noſter voluminum magnitudine, & qui profecto talis naturae attentione diſciplinis exſtiterit, ut non immerito &c.

LXXII.

S. Apollinaris Sidonius Avernorum epiſcopus, Epiſtolar. lib. 2. Epiſt. 9. ad Donidium, circa med. = Nam ſimilis ſcientiae viri, hinc Auguſtinus, hinc Varro; hinc Horatius, hinc Prudentius lectitabantur.] *Et lib. 4. Epiſt. 3. ad Claudianum, poſt med.* = Iam ſi ad ſacroſanctos Patres pro comparatione veniatur, inſtruit ut Hieronymus, deſtruit ut Lactantius, adſtruit ut Auguſtinus &c.] *Denique lib. 9. Epiſt. 2. ad Euphronium Auguſtodunenſem epiſcopum, poſt initium* = Neque enim cum Hieronymus interpres, Dialecticus Auguſtinus, allegoricus Origenes &c.

Ob. forte an. 482. aut ſeq. Olim matrimonio iunctus Papianillae, ex qua filios, filiaſque ſuſcepit.

LXXIII.

Arnobius Iunior. in Dialogo, in quo ipſe, & Serapion loquuntur, lib. 2. paullo ante finem, ſic hunc inducit = Teſtor Deum, quia ſollicitudini univerſa ambiguitate eliminas, ſi de his eius (*Auguſtini*) mihi definita proferas, & de omnibus quae tranſacta ſunt, evidentia eius adferas documenta. Fateor enim me eius aſſertiones ita probatas habere, ut ſeipſum ore ſuo haereticum detegat, qui Auguſtinum in aliquo putaverit reprehendendum eloquio. *Cui ipſe Arnobius* = Meo ſenſu loquutus es: nam ea, quae eius nunc profero, ac ſi ſacratiſſima Apoſtolorum ſcripta, ſic credo, & teneo, & defendo.

Flor. V. Eccleſiae ſaeculo exeunte. Ex his liquet perperam ei tributos Commentar. in Pſ. in quibus Aug. doctrina contemnitur. Vid. P. Serry contra Launoium c. 14. in fine.

LXXIV.

Ioannes Maxentius, Monacus, & presbyter Antiochenus, impugnans Epiſtolam Hormiſdae (quam aut ſerio, aut modeſtiae cauſſa, negat genuinum partum eſſe Pontificis) dum ab eodem Auguſtinianae doctrinae datas laudes probat, ſubſumit = Verumtamen quia eos Libros, quos B. Auguſtinus epiſcopus ad Hilarium ſcripſit, & Proſperum, in fine huius Epiſtolae Romanam teſtatur ſuſcipere Eccleſiam, & quid de gratia Dei & libero humano arbitrio eadem teneat & ſervet Eccleſia, ex ipſis Libris abundè poſſe ſciri aſſerit &c.

Circa an. 520.

LXXV.

Epiſcopi Africani in Sardinia exſules ad Ioannem, Venerium, & alios, poſt longam doctiſſimamque diſputationem ex Auguſtini ſententiis digeſtam, ſub finem Epiſt. ſeu cap. 17. = Prae omnibus ſtudium gerite Libros S. Auguſtini, quos ad Proſperum & Hilarium ſcripſit, memoratis fratribus legendos ingerere. Quorum mentionem beatae memoriae Hormiſda Sedis Apoſtolicae glorioſus antiſtes in Epiſtola, quam conſulenti ſe ſancto fratri conſacerdotique noſtro Poſſeſſori reſcripſit cum magno praeconio &c. *Recole poſita n. XXXVIII.*

An. 523.

LXXVI.

S. Remigius Archiepiſcopus Rhemenſis, Galliarum dictus Apoſtolus: vel Haymo Alberſtatenſis, vel Lugdunenſis epiſc. vel tandem Remigius in Abbatia S. Germani Antiſiodorenſis Monachus, vel quicunque eos Commentarios ſcripſerit, in 2. ad Corinth. c. 12. ante med. = Secundum Auguſtinum adhuc neceſſe eſt ad altiora conſcendere, & profundiora ſcrutari, qui in elucidandis quaeſtionibus omnes Doctores, poſt Apoſtolos, praecellit.

Ob. forte an. 530.

 LXXVII.

II. CLASS.

LXXVII.

Revocatus ab exsilio Sardiniensi an. 523. Ob. 1. Ian. an. 533. aet. 65.

S. Fulgentius, Ruspensis in Africa episcopus, lib. 1. ad Monimum, cap. 30. seu, in fine totius lib. = Nos itaque Charissime, haec interim pauca de libris S. Augustini, & responsionibus Prosperi, ob hoc maluimus huic libello inserere: ut cuncti noverint, quid debeant de praedestinatione Sanctorum, impiorumque sentire: simulque ut adpateat eiusdem Beati dictis tenorem nostrae sententiae convenire] *Et lib. 2.* de Veritate, & Praedest. & Gratiae Dei, *cap. 18.* = Haec itaque Conciliorum Patrum Apostolicis institutionibus tradita permanet in Ecclesiis sine aliqua dubitatione doctrina, quam Graeci, Latinique Pontifices &c. In qua beatus Augustinus indutus virtute ex alto, abundantius illis omnibus laboravit &c. Proinde memoratus Dei Pontifex turrim fortitudinis ipsam gratiam tenens, & exinde cuncta hostilium machinamenta telorum caelestis iuvaminis virtute confringens, non solum ipse de hoste victoriam referens triumphavit: quin etiam posteris certandi & vincendi ordinem, si quando victa pravitas reciduo ausu infandum caput erigere niteretur, ostendit &c. Hunc legat omnis, qui salutem aeternam adipisci desiderat, humiliter orans misericordiae Dominum, ut eumdem spiritum intelligentiae legens accipiat, quem ille accepit, ut scriberet: & eamdem illuminationis gratiam adipiscatur, ut discat, quam ille adeptus est, ut doceret.

LXXVIII.

Produxit suam historiam usque ad an. 534. & paullo post obiit.

Marcellinus Comes Illyricianus, in Chronico, an. 429. Indict. 12. Florentino, & Dionysio Coss. = Beatissimus Augustinus Hypponensis Ecclesiae elegantissimus Christi Sacerdos, doctorque praecipuus, morte placida quievit.

LXXIX.

Ob. an. 543. aut 544.

De S. Caesario, olim Abbate Lerinensi, inde Archiep. Arelatensi, qui praefuit Arausicano II. & aliis Gallicanis Conciliis, non est opus ut dicamus: Augustini doctrinam adeo suam fecit, ut nedum a doctissimis Benedictinis in nova Literaria Historia Galliae, *sed & ab aliis eruditissimis viris passim* Augustinus Galliatum *appelletur.*

LXXX.

Exsulabat circa an. 550. Audax tamé & impius in Vigilium Papam: & in defensione Triú Capit. obstinatissimus, in schismate forte mortuus est.

Facundus Hermianensis in Africa episcopus, pro Defensione Trium Capitul. ad Iustinian. Imp. *lib. 9. in fine* = Audeant isti, si possunt, haereticum dicere (*Augustinum*) audeant solita praesumtione damnare, & tunc vere discent, quae sit pietas & constantia Ecclesiae Latinorum, quam Deus magisterio eius instituit atque firmavit; cum ab omnibus confestim anathematizati fuerint, & tanquam putrida & morbida membra praecisi &c.

LXXXI.

Ob. circa an. 555.

Dionysius Exiguus, natione Scytha, & Monasterii Romani Abbas, auctor Aerae Christianae, ad Felicianum Pastorem, *post med.* = Ne tamen ulterius inter Catholicos contentio vitanda coalescat, beati Augustini unum de multis testimonium huic praefationi amore S. Religionis adnexui, qui in II. de Civit. Dei &c. Ecce Doctor excellentissimus, atque veridicus &c.

LXXXII.

LXXXII. II. CLASS.

M. Aurelius Caffiodorus, quem audivimus etiam n. xxv. lib. de Inftitutione Divinarum Scripturarum; *feu* de Divinis Lectionibus, *initio, in* Octateucho = Quos libros in codice fupradicti Bafilii &c. Deinde S. Ambrofius &c. De iifdem principiis fanctus quoque Auguftinus difertus atque cautiffimus difputator duodecim volumina confcripfit, quae doctrinarum pene omnium decore veftivit: haecque vocavit, *de Genefi ad Litteram*. Qui quamvis de eadem re tractaverit, de qua Bafilius, & S. Ambrofius celeberrima laude fulferunt; tamen quod poft difertos viros difficile contingere folet, opus fuum longe in aliam fummitatem Domino largiente perduxit. Scripfit etiam &c. Ob. an. 575.

LXXXIII.

Venantius Fortunatus, natione Italus, Pictavorum epifcopus, plurium operum fcriptor, in Expofitione Orationis Dominicae, in paragr. de verbis, Fiat voluntas tua ficut &c. *poft med.* = Quicumque cum Apoftolo Paulo, ideft oculo Ecclefiae, & cum beato Auguftino, eius fequace confonat, in eo ignorantiae caligo non regnat. Vivebat an. 600.

LXXXIV.

S. Ildephonfus Archiep. Toletanus, S. Ifidori Hifpalenfis antiftitis difcipulus, Serm. 2. de Beata Virgine, cuius exordium, Inter Sanctarum Scripturarum eloquia &c. *poft initium* = Audiant beatum Auguftinum, cui contradicere fas non eft, de hac re in lib. Enchiridii &c. Ob. 23. Ian. an. 667.

LXXXV.

Vener. Beda lib. 2. de Tabernaculo, *cap.* 3. = Auguftinus omnia, quae Fidem turbare poterant haereticorum venena evacuat.] *Et de* fex Mundi aetatibus, *t.* 2. *pag. mihi* 114. *n.* 4376. *de Geftis Theod. min. Arcadii filii* = B. Auguftinus Hipponenfis epifcopus, & omnium doctor eximius Ecclefiarum, ne Civitatis fuae ruinam videret, tertio obfidionis menfe &c. Ob. 27. Iun. an. forte 735.

LXXXVI.

Ionas epifcopus Aurelianenfis, de Cultu Imaginum adverfus Claudium Taurinenfem *epifc. lib. 1. ante med. ad verba haeretici.* Et quia &c. = Et fi ceteros excepifti, B. Auguftinum, quem conftat inter omnes Latinos doctores differtiffimum extitiffe doctorem, fanctaeque Dei Ecclefiae fortiffimum defenforem, & propugnatorem excipere nullatenus debueras; Is enim... aliis facundius copiofiufque diverfarum haerefum, & fchifmaticorum perverfa Statuta, fortiter rationabiliterque evertit, deftruxit, atque fubftravit. Ob. an. 843.

LXXXVII.

Amolo Lugdunenfis Ecclefiae Archiepifcopus, Opufc. 2. de Gratia, & Praefcientia Dei, deque Praedeftinatione & Libero arbitrio &c. *fub finem* = Sed iam audiamus beatum Auguftinum, quomodo & ipfe, poft Apoftolum, praecipuus Praedeftinationis & Gratiae praedicator hortetur Fideles &c. Ob. an. 854.

LXXXVIII.

Prudentius Trecenfis, vel, Tricaffinus epifcopus, Epift. ad Hincmarum, & Pardulum, *initio* = Hoc primum praecipueque veftram finceritatem monens & poftulans, ut doctrinam beatiffimi Patris Augu- Ob. an. 861.

II. CLASS. gustini, omnium absque ulla dubietate undecumque doctissimi, Sanctarum Scripturarum auctoritati in omnibus concordissimam (quippe nullus Doctorum abstrusa earum scrupulosius rimatus, diligentius exquisierit, verius invenerit, veracius protulerit, luculentius enodaverit, fidelius tenuerit, robustius defenderit, effusius disseminaverit.) vestri Pontificatus tempore, commento quolibet impugnari non permittatis; quando caelestis gratiae munere donata existit, ut nullo cuiusquam certamine ullatenus evelli possit: cum eam & Apostolicae Sedis sublimitas, & totius Ecclesiae Catholicae unitas auctoritate concordissima approbarint ac roborarint.] *Et inde ut insigne Augustinianae doctrinae debitum obsequium magis stabiliat, disputat auctoritate Romanorum Pontificum*, Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Caelestini, Leonis, & Gregorii.

LXXXIX.

Ob. 22. Apr. an. 863. *Lupus Servatus, ord. S. Benedicti Monachus, & inde Abbas Ferrariensis Epist. 5. ad Einbardum* = Obsecro autem legite libri S. Augustini de Civit, Dei XXII titulum XXVII. & videte, si non his quae scripsi paria de eadem calamitate vir ille divini ingenii senserit.

XC.

Ob. circa an. 870. aut 871. *Quam maximi faceret Augustini doctrinam Gothescalcus monachus eruditissimus atque doctissimus, qui eodem saeculo 9. floruit, seu potius Hincmari Rhem. archiep. fraudibus & superbia emarcuit, non est cur dicamus: quum ad sustinendam doctrinam vel Augustinianam, vel quam talem credebat, incredibiles calamitates usque ad mortem passus sit. Scripsere autem pro Gothescalco (seu, ut alii scribunt, Gottescalcho) vindicias viri eruditione, & doctrina eximii: ut Vincentius Contenson ord. Praedic. t. 1. lib. 3. in* Appendice de Praedestinatianis *paragr. 3. Cardin. Norisius editionis novissimae, t. 4. post Appendicem ad Donatist. Histor. pag. 682. cuius Apologiae initium est* = Mallem calamum suspendere, quam plenum invidia opus aggredi.

XCI.

Vivebat an. 875. *Remigius sacri Palatii Lotharii Imperat. primum Archicappellanus, deinde Amolonis in eadem Lugdunensi sede successor, cum sua Ecclesia*, lib. de Tenenda immobiliter Scripturae Sanctae veritate, & SS. orthodoxorum Patrum auctoritate fideliter sectanda *cap.* 4. = Haec igitur cum legissemus, adiuncto nobis Fratrum nostrorum, Deo donante, bene studentium & rectè intelligentium collegio &c. graviter perculsi, & confusi animo, vidimus in eis & Scripturae Sanctae certissimam veritatem, & beatissimorum Patrum, praecipueque S. Augustini reverendam, & in omni Ecclesia Catholica receptissimam auctoritatem novo conatu, & ausu nimis temerario impugnari &c. *Et post med.* = Hanc Scripturae Dei veritatem atque auctoritatem secutus beatissimus pater, & egregius Doctor Augustinus &c. *Et ante finem* = Denique de B. Augustini libris & scriptis in quibus ex necessitate novae, idest Pelagianae haeresis destruendae, & Fidei catholicae defendendae instantissima intentione de natura & gratia, de gratia & libero arbitrio, de correptione & gratia, de praedestinatione sanctorum, & bono perseverantiae, de baptismo parvulorum iuxta profunditatem Scripturae Sanctae, & Evangelicae atque Apostolicae doctrinae regulam multipliciter disputavit,

tavit, adhuc ipso vivente, ficut Profper & Hilarius ad eumdem fcribunt, & multò magis poft obitum eius propter obfcuritatem rerum, & tarditatem minus intelligentium, multiplex querela, maxime intra Gallias exorta eft; fed continuo per divinae mifericordiae providentiam, & conciliis ac ftatutis beatiffimorum Patrum, & decretis atque auctoritate Apoftolicae Sedis Pontificum &c. Denique beatiffimus Papa Caeleftinus &c. Hunc igitur beatiffimum Patrem, & fideliffimum femper in communione Sedis Apoftolicae habitum... etiam nos tota devotione honoremus, toto ftudio, & intentione pietatis fequamur. Et in quibus propter obfcuritatem rerum, & fubtilitatem difputationum minus eum intelligere poffumus, vel a Domino intelligentiam poftulemus, vel ab eis quos ipfe fuo dono illuminare dignatus eft, humiliter nos doceri patiamur ac deprecemur. II. CLASS.

XCII.

Hincmarus Rhemenfis archiepifcopus in opufculo IV. Capitulorum ad Hincmarum Laudunenfem epifcopum, *cap. 57. circa med.* = Quapropter etiam tria tibi ex verbis beati Auguftini Catholicae Ecclefiae doctoris eximii &c. *Et infra* = Audi quid exinde ad remedium pertinens idem Doctor catholiciffimus, & fubtiliffimarum rerum inveftigator, & gratiae Dei inventor fagaciffimus dicat &c. Ob. an. 882. vel 883. Turbidae mentis homo, huius etiam Hincm. Laud. cuius erat avunculus, lividus hoftis.

XCIII.

Remigius Antifiodorenfis epifcopus, omnium quotquot ipfius aetas dedit fapientiffimus habitus, in Expofitione Pfalmorum, in praeambulis, paragr. de Multifaria infcriptione titulorum, *poft initium* = Hieronymus Hebraicae linguae doctiffimus inquifitor, continuationem &c. Beatus autem Auguftinus rerum obfcurarum fubtiliffimus indagator, inter ardua fine offenfione difcurrens, hanc partem elegiffe cognofcitur &c. Ob. circa an. 900.

XCIV.

S. Anfelmus Auguftae prope Alpes in Italiae Burgundiaeque finibus ortus, olim Abbas Coenobii Beccenfis in Normannia ord. S. Benedicti, ab anno 1093. Cantuariae archiepifcopus in Prologo Monologii, *poft med. ita fuas doctrinas triumpho communit* = Nihil potui invenire me in ea dixiffe, quod non &c. maximè B. Auguftini dictis cohaereat.] *In Declamatione vero eiufdem libri, facta a quodam nonnihil iuniore Anfelmo, utpote qui videtur floruiffe circa med. faeculi 12. plura auctoritate Auguftini ftabiliuntur: & concluditur* = Recte ergo, & veriffime Anfelmus, quia cum eo eft veritas, & filius veritatis Auguftinus. Ob. an. 1109. aet. 76.

XCV.

Rupertus Abbas Monafterii Tuitienfis, in Prologo ad Evangel. Joann. in fine = Igitur alta myfteria, quae in hoc fplendore Evangelii velut grandis aquila pervolavit magnus doctor Auguftinus, nos eadem quidem via, fed non omnino eifdem veftigiis fubfequi enitemur; nam ille quidem alta montium pervolat cacumina &c. Ob. 4. Mart. an. 1135.

XCVI.

Honorius presbyter Auguftodunenfis, in Dialogo de Praedeftinatione & Libero arbitrio, *poft initium, dicenti Difcipulo*, Rogo te, de hac re latius differere &c. *refpondet* = Cum fummi Doctores de hac materia multa confcripferint opufcula, praecipue beatus Apoftolus Flor. circa an. 1130.

II. CLASS. stolus Paulus ad Romanos, & Sanctus Augustinus inde quatuor ediderit libros, quid a me amplius poscitis, qui ad comparationem illorum sum elinguis?

XCVII.

Ob. 11. Febr. an. 1140. aet. 44.

Hugo de S. Victore, ad quem exstat S. Bernardi Epistola, natione Saxo, professione Monachus, dignitate Abbas S. Victoris Serm. 99. de S. Doctore = Lingua Augustini calamus scribae velociter scribentis extitit, quia Spiritu S. docente, & ducente verbum Dei elegantissime dispensavit. Inde & de ipso in hac eius solemnitate canimus, Quod Prophetarum & Apostolorum plenus spiritu, quae praedixerunt mystica fecit nobis pervia, post quos secunda dispensandi verbi Dei, primus effulsit gratia.

XCVIII.

Ob. an. 1156.

Petrus Abbas Cluniacensis, Epist. ad S. Bernardum, quae inter huius Epistolas nunc est 229. = Augustinus maximus, post Apostolos, Ecclesiarum instructor.

XCIX.

El. Archiep. circa an. 1160. Ob. 20. Iul. an. 1164.

Petrus Lombardus, archiepiscopus Parisiensis, qui ex collectis quatuor libris gravioribus Patrum sententiis dictus est, Magister Sententiarum, *non tam dicto, quam facto Augustinum ceteris Ecclesiae Doctoribus praetulit: quae enim in eius libris doctrina Augustiniana frequentior? Quod passim eruditi viri, etiam in hoc catalogo recensendi observant: Vide potissimum lib. 1. Dist. 40. & 41. & lib. 2. Dist. 26. 27. 28. & 29.*

C.

Flor. sub Alexandro 3. Pontif. circa an. 1178.

Universus Clerus Pisanus, Epist. (quae occurrit ante huius Doctoris opus, de Regressu Animarum ab inferis) *ad Hugonem Etherianum, natione Etruscum, dum illum ad scribendum* de Defunctorum Christianorum Vita *adhortatur, sub finem* = Ea non minori studio amplexaremur, quam si beati Augustini essent.

CI.

Ob an. 1262. Vide P. Vincentium Iustinianum; & Antonium Possevinum in Apparatu sacro.

Hugo de S. Charo, primus ex ord. Praed. S. R. E. Cardinalis, qui edidit indicem in universam S. Scripturam, in totius operis Indice (vel quicunque Indicem fecerit) insinuans gravissimam Augustini sententiam de Magorum ad Christum adorandum adventu, tom. 6. relatam, sic loquitur = Augustini nostrum magni Patris sententia.

CII.

Nat. an. 1205. Ob. 15. Nov. an. 1280.

Beatus Albertus Magnus, S. Thomae Aquin. Magister, in Theologica Summa, 2. part. tract. 14. q. 184. ad q. 3. = Dicendum quod sic: quia hoc Augustinus apertè dicit, cui contradicere impium est in iis, quae tangunt Fidem & Mores.

CIII.

Ob. 7. Mar. an. 1274. aet. 50.

S. Thomas Aquinas Scholarum Angelus, & v. Ecclesiae Doctor Augustini doctrinae totus adhaesit, ut nemo non novit: adeo quod dicatur passim, Augustinus contractus. *Hinc Urbanus V. Pontifex summus ad Universit. Tolos. rescribens* = Quanta a Deo scientia dotatus adtendentes, ordinem Fratrum Praedicatorum, & universalem Ecclesiam illustraverit, ac B. Augustini vestigia insequutus, Ecclesiam eamdem doctrinis, & scientiis quam plurimis adornaverit.] *Hinc*

etiam

etiam a graviſſimis viris, Dominicanorum avus *Auguſtinus dicitur*, *quod fuerit in doctrina pater Aquinatis*, *qui eadem ratione Dominicanorum pater eſt*. *Vide Dominicum Gravina*, *illius inclyti ordinis Theologum praeſtantiſſimum*, *t. 3. 1. p.* Catholicarum Praeſcriptionum, *lib. 4. de Patrum ſenſu & auctorit. art. 8. paragr.* Illuſtrium Patrum tituli & encomia] *P. Ioannes Bapt. Gonet eiusdem ord. Theologus in* Clypeo Theologiae Thomiſticae, *t. 6. in Appendice 2. ad Tract. de Gratia*, *cap. 4. in fine inquit*. = Demum ut alios omnes omittamus: praecipuas Auguſtini laudes breviter complexus eſt S. Thomas tribus his verſibus, qui habentur in proſa, quam de ipſo compoſuit, & quae in eius feſto canitur = *Salve Gemma Sacerdotum-Lingua Chriſti*, *vox Coelorum-Scriba vitae*, *lux Doctorum*. Quae verba mirum in modum Auguſtinum, eiuſque doctrinam commendant. Quae enim maior poteſt eſſe laus, quam a tanto, & Angelico Doctore, *Linguam Chriſti*, *vocemque coelorum appellari ?*] *Quod & alii obſervarunt*. *Verum officium illud a S. Thoma fuiſſe digeſtum*, *minime nobis eſt exploratum*; *vetuſtiorem parentem ei conſignat Ludovicus ab Angelis Erem. Auguſt. lib. 5.* de Vita & Laudibus S. Auguſtini, *cap. 7.*

CIV.

Iacobus de Voragine, *aut Viragine*, *urbe Ligurum maritima oriundus*, *Dominici filius*, *Provinciae*, *inde totius Ordinis Praeſul*, *tandemque ad Genuenſem thiaram a Nicolao IV. elevatus*, *vir Auguſtinianis ſcriptis quam diligenter evolvendis addictiſſimus*, *in Hiſtoria Sanctorum*, *in vita Auguſtini* = Auguſtino Dottore egregio &c. Fu grandemente dotto nell' arte liberale, in tanto che tenuto era ſummo Filoſofo, e luculentiſſimo Rettorico.] *Et inde de Adeodato ſermonem habens*. = Il quale Auguſtino nell' adoleſcentia ſua, eſſendo ancora Gentile, e Filoſofo generato avea.

Ob. 14. Iul. an. aet. circiter 70. Dom. 1298. non 1299. aut 1300.

CV.

Ioannes Scotus, *vir ſubtiliſſimè ingenii*, *Minoritarum oraculum*, *de cuius morte & funere plura vulgus fabulatur*, *quanti inquam ſummus ille philoſophus*, *atque theologus Auguſtini doctrinam fecerit*, *habemus a Minoritis Patribus Hiſpaniae*, *qui in Supplici Libello haec ad proprii Magiſtri immortale decus depoſuere*. = Adeo Auguſtinianae doctrinae addictus fuit, ut in ſolis Theologicis Commentariis octingenties, & quindecies S. Auguſtinum in ſuarum aſſertionum teſtem protulerit, enixe prae ceteris Doctoribus ſatagens illius mentem intimius penetrare.

Ob Coloniae 8. Nov. an. 308. aet. forte 34.
Vide Petrum de Camp. Hiſtor. Aug. t. 1. l. 3. c. 3. & Concentum Euchologicum P. Maced. pag. 439.

CVI.

Ranutius, *vel Ranulphus Higatus*, *vel Hicdenus monachus paſſim dictus Ceſtrienſis*, *eximio operi titulum dedit* = D. Bernardi Tractatus de Gratia & Libero arbitrio Commentariis illuſtratus, S. Auguſtino primario Eccleſiae Chriſtianae propugnatori conſonus demonſtratus, atque a filiorum alienorum depravationibus vindicatus.

Ob. an. 1363. Religionis 64.

CVII.

B. Iordanus de Saxonia, *Ord. Erem. S. Auguſt. Serm.* 138. *de S. Doctore* = Ipſe tamen tam ab erroribus intellectus, quam a corruptione affectus per actum hierarchicum purgatus fuit. *Et Serm.* 140. Poſt Paulum neminem Sanctorum praefero in doctrina Fidei Auguſtino: unde ipſe proprie dicitur alter Angelus.

Ob. 22. Nov. an. 1372.
De quo vide Signinum Episc. in Ord. Chronico.

II. CLASS.

CVIII.

Ob. an. 1419. *S. Vincentius Ferrerius, Europae apostolus, & sanctitatis portentum, Serm. de S. Doctore* = Potest verificari de eo una prophetia
Zach. 4. Zachariae, quem Angelus suscitavit a somno dicens: *Quid vides?* & dixit: *Vidi & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernae eius super illud*. Nota: Candelabrum aureum totum est B. Augustinus: alii Doctores dicuntur lucernae; nemo accendit lucernam, & in absconditu ponit, neque sub modio: & ad litteram Christus vocat quemlibet Doctorem lucernam, sed supra candelabrum, scilicet B. Augustinum; quia audeo dicere, Omnes Doctores, qui venerunt post eum, substentantur super eius doctrinam, sanctam, puram, catholicam, auri purissimi, sine errore falsarum opinionum: & quilibet Doctor est contentus ad probandum dictum suum, si potest habere unam auctoritatem Augustini.

Matth. 5. a v. 14.

CIX.

Ob. circa an. 1442. *Ioannes de Ragusio, Ord. Praedic. Procurator Gener. in Oratione, in qua per octo dies in Concil. Basil. respondit ad art. 1. Bohemorum de Communione sub utraque specie propositum a M. Ioanne Rogkyzana 16. Ianuarii, longe post med.* = Et dicebatur ulterius quod Doctores antiqui, qui in praedictia conditionibus excelluisse repetiuntur, praeferendi sunt modernis Doctoribus, praecipueque quatuor Doctores, quos tanquam quatuor columnas substentantes Ecclesiam Catholicam in veritate fidei & doctrinae Catholica Ecclesia recipit & veneratur, videlicet Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, Gregorium: inter quos Augustinus praecellit ingenio, & excellentissimus habetur: praeferenda est igitur auctoritas sua in expositione Catholicae veritatis omnibus Doctoribus modernis quantaecumque auctoritatis, vel ingenii fuerint.

CX.

Ob. Aquilae in Vestinis an. D. 1443. art. 66. & an. 1450. a Nicolao V. summo Pontif. Sanctorum fastis adscriptus est. *S. Bernardinus Senensis insignis ille Seraphici ordinis splendor Italiae Apostolus. tom 1. Serm. 61.* de Pugna & Praeda Paradisi, *pro Dominica octava Resurect. cap. 2.* De Secretariis & aliis principalioribus Amicis aeterni Regis: *ibi inquam sic disputat.* = Sedet ergo Dominus &c. Ipsi circumstant quatuor cancellarii principales, videlicet Marcus, & Lucas, Matthaeus, atque Ioannes &c. Adsunt etiam his cancellariis quatuor principales scriptores, & plurimi subscriptores: Hieronymus adest Marco &c. Ambrosius adest Lucae &c. Gregorius totus in morali sensu humanus, Matthaeo satis conformis est. Augustinus contemplatione altivida Ioannem ut AQUILA imitatur.

CXI.

Ob. 2. Maii an. 1459 aet. 70. *S. Antoninus Ord. Praedic. splendor, & Archiep. Florent. Chron. par. 2. tit. 10. cap. 8.* de B. Augustino, & scriptis eius, *initio* = Quasi sol refulgens, qui dominus dicitur planetarum, & pater luminis, super omnia luminaria splendens, delectabilis oculis, & per omnia respiciens: sic Augustinus Ecclesiam illustravit, gemma Doctorum, pater Theologorum, suavis eloquio, omnes materias penetrando dilucidana. Unde de eo Hieronymus &c. Prosper vero &c. Emiscius quoque postquam Hieronymum, & quosdam Doctores commemorando laudavit, sic concludit: *Hos omnes Augustinus ingenio, & scientia sua vincit!* Nam licet Hieronymus 6. millia voluminum

Ori-

Origenis &c. iste tamen tanta scripsit, ut non solum diebus & noctibus scribere libros eius quis non possit, sed nec legere occurrat. Volusianus etiam dicit de eo &c. Sed & devotus Bernardus &c. Merito igitur sicut sol refulgens, sic iste &c. Hic in adolescentia sua in liberalibus artibus ita plene fuit eruditus, ut summus Philosophus & Rhetor luculentissimus haberetur, & ex maximo & acutissimo ingenio &c. II. CLASS.

CXII.

Marsilius Ficinus Florentinus, Philosophus Platonicus, Medicus, atque Theologus clarissimus, tom. 1. Oper. queis titulus = Opera & quae hactenus extitere, & quae in lucem nunc primum prodiere omnia omnium artium, & scientiarum, maiorumque facultatum &c. *lib.* 11. de Immortalitate animorum, *cap. 6. initio* = Aurelius Augustinus divino vir ingenio, quo Latinorum nullus Platonicam maiestatem tum sapientia, tum eloquentia expressit exactius, iactis a Platone superioribus fundamentis, argumentationes huiusmodi construit, *Aliud est verum, aliud veritas &c.* Natus 19. Octobr an. 1433. Ob. an. 1499.

CXIII.

Ioannes Driedo a Tournhout, Theologus Lovaniensis, saeculi 16. Doctorum omnium maximus & nobilissimus habitus, lib. 1. de Libertate Christiana, *cap. 3. sub finem, recitatis pluribus Augustini sententiis ad implexa Gratiae arcana spectantibus* = Hactenus dogmata venerandi patris Augustini, quin potius S. Spiritus ex Propheticis Apostolicisque doctrinis elucidata, declarata, demonstrata in libro de Correptione & Gratia. Ob. an. 1535.

CXIV.

Ioannes Eckius natione Suevus. Lutheri, Carolstadii, Oecolampadii, Melanthonis, aliorumque iuniorum haereticorum fortissimus malleus, Epist. ad Desiderium Erasmum, inter Erasmianas 303. post med. = Hoc ex meo addam, qui Augustini doctrinam eminentissimam in primis post sacrum canonem, ac Ecclesiae S. decreta suspicio & veneror, idcirco mihi displicet iudicium tuum &c. At ego Francisci Philelphi iudicium plus laudo, qui ista de iis statuit, quod Aurelius Augustinus *acutior, & peritior, & subtilior fuerit in omni Philosophia: huic Hieronymus plurimum praestiterit dicendi eloquentia potius, quam doctrina;* claudens Epistolam ait; *Quod si ex his duobus unus effici potuisset, nihil absolutius natura edidisset.* Et quod Philelphus de Philosophia, hoc eruditi omnes in Theologia de Augustino statuunt &c. Noli ergo Erasme tantum Ecclesiae lumen, quo post primas Ecclesiae columnas, nullum fuit illustrius, tuo iudicio obtenebrare. Agnosce potius doctissimum fuisse Augustinum, eius amplectere scripta, versare in illis non indiligenter, impudentissimum profecto eum iudicabis, qui aliquem ex Doctoribus eruditione Augustino audeat praeferre. Ob. an. 1543. Scripta Epist. 2. Febr. an. 1518.

CXV.

Augustinus Steuchus Eugubinus, Canonicus Regularis Congregationis S. Salvatoris, Bibliothecarius Apostolicus, & inde episcopus Chisamensis, Leoni X., Clementi VII. & Paulo III. carissimus, vir omnigenae eruditionis, in Deuteronom. cap. 10. = Apud nos vero scripsit D. Augustinus. Verum ut in multis ingenii sui majestatem osten- Flor. circa an. 1540. Ad hunc extat Epist. Erasmi ordine novo 1175. quā ipse retudit Epist. quae eodem ordine est ultima.

II. CLASS. dit, ita ad alia Hebraicarum littersrum cognitione destitutus, attingere non potuit. Vir medius fidius dignus, cuius ingenium nullas haberet litteras incognitas propter eius sublimitatem, ac maiestatem.] *Vide etiam in cap. 2. Genes. circa finem.*

CXVI.

Nat. an. 1478. Ob. an. 1547. *Iacobus Sadoletus, Mutinae nobilibus parentibus ortus, a Leone X. Romam vocatus, in episcopum Carpentoratensem in Comitatu Venascino electus, & inde a Clemente VII. Cardinalis creatus, lib. 2. in epist. ad Rom. ad illa verba*, Quos praescivit &c. *ita loquitur* = Ex altera quoque psrte etsi ab ea stat Doctor omnium maximus, idemque gravissimus & sanctissimus vir Augustinus &c.

CXVII.

Nat. an. 1488. Ob. an. 1556. *S. Thomas de Villanova, Ord. Erem. Aug. olim Granatensis, inde Valentinae Ecclesiae antistes, Conc. 1. de S. Doctore, ante med.* = Si enim sapientia lux est, quis in Ecclesia Dei ita lucet, ut Augustinus? A sole omnia astra lucent, ab Augustino omnes, qui post ipsum fuerunt Doctores ssapientiae lumen accipiunt; ipse vero propria luce lucet, quam a nullo hominum, sed a solo Deo accepit. Nullo enim tradente, nullo magistro cunctss didicit disciplinas. De lucis autem huius plenitudine hoc dixerim; Pollent quidem in Ecclesia plurimi variis donis, alius devotione, alius &c. Sed quod est sapientiae proptium, Scripturas intelligere, penetrare sacramenta, nosse mysteris, innodata dissolvere, obscura propalare, & similia; Hoc sibi iustissime vendicat Augustinus, haec pars Augustini in hac sapientiae luce: sicut sol omnia astra, ita ceteros omnes (post Apostolos) superat Augustinus. Et merito ad alios in Ecclesia, in hoc quasi sol sd sydera comparatur &c.] *Et prosequitur, plurima addens. Similia habet in aliis Sermonibus.*

CXVIII.

Iulius Scaliger nat. 1484. Ob. 1558. Iosephus Iustus eius filius patre forte doctior, natus 1540. ob. 1609. *In Scaligerana Posteriori* = Augustinus magnus disputator &c. Veterum praestsntissimus est Augustinus.

CXIX.

Melchior Canus, natione Hispanus Canariensis antistes, inclyti Ord. Praedic. post S. Thomam, maximus & potissimus splendor, in opere de Locis Theologicis, de Auctoritate Doctorum Scholasticorum *lib. 8. c. 5. post init.* = Magister ergo Senrent. dixit &c. Huic D. Thomas ceterique Scholae Theologi assensi sunt. Nimirum D. Augustinum Magister secutus est, cuius opiniones Schola libenter amplectitur. *Et lib. 12.* de Locorum usu in Scholsstica Disput. *cap. 11. Praecepto 3. post med.* = Cum vero in omnium artium usu optimorum imitatio artificum valeat plurimum, exempla in Theologia disserendi ab his peti aequum est, qui in hac arte excelluerunt; quorum Augustinus & Thomas sunt facile principes: Augustinus citra aleam: Thomss iudicio peritorum. Neque enim &c.] *Et omisso Augustino, de quo nemo dubitat, disputat pro S. Thoma.*

Ob. Toleti 6. Nov. an. 1560.

CXX.

Ob. 25. Mar. an. 1576. *Iac. Goborius Paris. in Titi Livii Libb. 1. 2. & 3. in lib. 1. in Animadversione, quae habetur in operum Livii fronte, post Lucium Florum* = Venerabilis vir miraculo litterarum, D. Augustinus

nus lib. 2. *de Doctrina Chriſtiana* Mercurium repertorem perhibet &c. II. CLASS.

CXXI.

Franciſcus Horantius ord. S. Franciſci, epiſcopi Placentini in Hiſpania, ad Tridentinum Concilium procurator, vel theologus, tandemque in Hiſpania epiſcopus, lib. 1. de Iuſtificatione contra Calvinum, *cap.* 51. = Haec longe omnium (*plures ſententias laudaverat*) in perluſtrandis Fidei noſtrae Sacramentis princeps Auguſtinus, quam quidem doctrinam tanquam è caelo lapſam ſuſcipimus & ſanctam veneramur, ut fidei noſtrae regulae conformem amplexamur &c. Ob. 12. Oct. an. 1584.

CXXII.

Gilb. Genebrardus, Theologus Pariſienſis, Divinarum Hebraicarumque litterarum profeſſor Regius, Aquiſextienſis epiſcopus, vir ſummus & integerrimae fidei, qui (ut huiuſmodi hominibus evenire ſolet) adverſam ſortem habuit, lib. 3. *Chron. pag. mihi* 441. = Moritur magnus ille Auguſtinus Hyppone &c. Ob. 14. Mar. an. 1597.

CXXIII.

Petrus Caniſius, Societatis Ieſu Theologus pietate, & doctrina clarus, Henrici Caniſii ſanguine & religione frater, de Immunitate Mariae a quocunque actuali peccato, *lib.* 1. *cap.* 10. *paullò poſt initium* = De Patribus mox dicam, ſi Auguſtinum prius in medium adduxero. *Et lib.* 5. de Inſtituto ſacrarum peregrinationum, *cap.* 24. *paullo poſt initium* = Quare Auguſtinus, Theologorum alioquin acutiſſimus &c.] *Vide etiam, ſi placet Commentar. de Verbi Dei corruptelis, lib.* 1. *de* Propria & aliena fide Infant. *cap.* 1. *paullo ante finem*. Ob. 21. Dec. an. 1597. aet. 77.

CXXIV.

Ad laudatum Petrum Caniſium, velut de Virgine optime meritum Scriptorem humaniſſimam dedit epiſtolam Hoſius Cardinalis, & Epiſcopus Varmienſis die 25. *Ian.* 1570. *qui morti proximus, & in obſequio erga Auguſtinum Caniſium imitatus, haec verba quaſi teſtamenti loco reliquit* = Sanctiſſimus & doctiſſimus Doctor ille Eccleſiae Divus Auguſtinus, quem ego prae ceteris omnibus in vita mea colui &c. *Vide Ioannem Severanum Sanctoſeverinatem Congregationis Oratorii presbyterum, lib. cui titulus*: Pretioſae mortes Iuſtorum. Floruit eodē tempore.

CXXV.

Gregorius de Valentia Metimnenſis, è Societate Ieſu S. Theologiae in Academia Ingolſtadienſi profeſſor, in Analyſi Fidei Catholicae, *lib.* 1. *de Verit. Chriſtianae doctr. cap.* 3. *initio* = Ac primo quidem praeclariſſimum Eccleſiae lumen D. Aurelius Auguſtinus, licet ipſe incredibili eſſet ad iudicandum de re ingenio praeditus, tamen &c. *Et inferius, volens oſtendere, Tridentini doctrinam eſſe conformem Patribus, inquit* = Etenim doctrinam D. Auguſtini, ut utar compendio, Catholicam doctrinam Maiorum eſſe, ne ipſi quidem audent diffiteri ſectarii. Num vero aliud D. Auguſtinus, aliud Concilii Tridentini Patres de quaeſtionibus Fidei controverſis docuerunt? Ob. 25. Apr. an. 1603.

CXXVI.

Gabriel Vaſquez Ieſuita quanquam liberioris ingenii 1. *p. diſp.* 88. *n.* 19. *c.* 6. *initio* = Mirabile ſane fuit ingenium Auguſtini in- Ob. an. 1604. aet. 55.

pro-

II. CLASS. probanda gratiae necessitate contra Pelagium; contra Semipelagianos verò, utpote viros alioqui insignes, & eximiae sanctitatis, nec tam aperte a veritate aberrantes multo mirabilius] *Et* 89. *n.* 7. *c.* 1. = Multo enim melius nobis est cum Augustino, quam cum aliis sentire, qui ut dixi, in materia de gratia & praedestinatione inter caeteros Ecclesiae Patres non aliter quam sol inter caetera minora sydera praefulget] *Et c.* 4. *initio* = Tametsi aliorum Patrum auctoritas in omni controversia magni ponderis apud omnes esse debeat, in hac tamen, de qua nunc agitur, unus pro multis mihi semper erit Augustinus, non solum quod omnium, qui benè sentiunt iudicio, inter caeteros plurimum emineat, sed quod &c.

CXXVII.

Flor. an. 1606. *Iacobus Bosius*, de Triumphanti Cruce, *lib.* 3. *cap.* 10. = Augustinus non uno quidem doctissimorum ac divinorum operum suorum loco &c. *Et paullo post* = Demum vero idem magnus S. Ecclesiae Doctor, haereticorumque durissimus malleus Augustinus &c. *Et lib.* 4. *cap.* 5. = Neque enim D. Augustinus eiusdem Ecclesiae lumen clarissimum, qui veritatis semper fuit solertissimus indagator &c.

CXXVIII.

Flor. an. 1606. *Ioseph Phavorinus, Philosophus & Medicus Fabrianensis, in almo Perusino Gymnasio Medicinae Practicae Ordinarius, & primo loco Interpres, in* Synopsi de Hominis excellentia, *par.* 1. *cap.* 45. *circa med.* = Sed nostros Christianos iam consulamus Theologos: Augustinus inter omnes celeberrimus &c.

CXXIX.

Ob. 26. Febr. an. 1611. aet. 78. *Antonius Possevinus Iesuita eruditissimus in* Apparatu sacro, *titulo*, Augustinus = Augustinum Synodus & Patres illustrissimum Latinorum Doctorem vocarunt.

CXXX.

Ob. an. 1611. Relig. 61. *Hieronymus Torrensis: eiusdem ord. Theologus, & Academiae Dilinganae Professor*, in Confessione Augustiniana, *in Dedicatoria ad Dominum Othonem Truchesem &c. initio* = Cum multos post Apostolorum tempora tum Graeca, tum Latina Ecclesia clarissimos viros habuerit, qui &c. nemo tamen eorum, ut arbitror, maioribus quam Aurelius Augustinus naturae Deique donis instructus ad res Ecclesiae iuvandas plus studii, diligentiaeque contulit. Fuit enim in eo, quod vix paucis contingit, acutissimum ingenium, acerrimum iudicium, fidelis admodum memoria, veritatis inveniendae ardens studium &c. Denique quicquid praeclari natura hominibus ingenerate solet, hoc fere totum in eo ipso invenire possumus, & admirari debemus &c. *Et inferius* = Certe si ex aliorum Patrum libris, qui multi & praeclari extant facere coniecturam licet, eorum nullus (quod bona eorum pace dixerim) cum tot tamque variis haereticorum monstris decertavit, nullus eo in genere copiosior, nullus utilior, nullus doctior, nullus maiori dexteritate hostiles tractavit animos, nullus &c. Sed quid plura? Post Christum natum in Catholica Religione uno eodemque tempore magis varias & exitiosas, numeroque plures haereses erupisse, quam nostro infoelicissimo tempore nunquam audivimus, aut legimus, quae tamen omnes,

omnes, ni plane fallar, unius Auguſtini verbis confutari & pro- II. CLASS.
teri vel maxime poſſunt. *Et poſt med.* = Nam Catholici Theologi &c. qui ut nihil etiam ſcriptiſſent hactenus, unus nobis ſupereſt Auguſtinus veritatis teſtis, & praeco irrefutabilis, quem adverſariis omnibus iure noſtro proponere & opponere poſſumus, ut hic multorum inſtar non ſolum noſtram, ſed etiam totius Eccleſiae Catholicae communem cauſam ſubſtineat atque propugnet.] *Haud leviora iudicia prodit in Praefat. ad Lectorem, paullo poſt initium; & iterum inferius; & in ratione ſecundae editionis.*

CXXXI.

Franciſcus Suarez, Societatis Ieſu Theologus egregius, qui nempe ingenio initio admodum tardus, deinde ſuperno quodam dono velox, ut in Vita eiusdem praefixa Operibus dicitur, par. 1. Oper. de Divina Gratia *tripartiti, Prolegom. 6. cap. 6.* de Patribus, qui veram de Gratia doctrinam &c. *poſt. med.* = Unde tandem concludo, non tantum in rebus, quas Auguſtinus certas exiſtimat, ſed etiam in his omnibus, quae ſimpliciter tanquam vera, & probabiliora conſtanter & ubique amplectitur ſententiam eius eſſe praeferendam, niſi communis Patrum, vel Eccleſiae auctoritas obſtare videatur, quod raro, vel nunquam continget. Ob. 25. Sept. an. 1617. aet. fere 70.

CXXXII.

Iacobus David, vel, Davius, vel, Davitius Perronius Cardinalis, natus in Normannia inferiori nobili genere, in pueritia, parentes ſequutus, Calviniſta, inde Catholicus, itemque Apoſtolici vir pectoris, & acerrimi ingenii, lib. 1. Reſponſ. ad Iacobum 1. regem M. Britann. cap. 12. = Auguſtinus maximus, poſt Apoſtolos, praedeſtinationis doctor; immo os & lingua veteris Eccleſiae, quantum ad illam de gratia doctrinam. Ob. 5. Sept. an. 1618. aet. 63.

CXXXIII.

Robertus Cardinalis Bellarminus facile Ieſuitarum omnium doctiſſimus, lib. 2. de Gratia, cap. 11. poſtquam varia Romanorum Pontificum oracula adtuliſſet quibus Auguſtini doctrina de praedeſtinatione & gratia ſtabilitur = Itaque Sedes Apoſtolica non tantum ſemel, ſed etiam ſecundo & tertio adverſus Pelagianorum reliquias pro defenſione gratiae & praedeſtinationis ſententiam tulit: ut iam haec ſententia non quorumvis doctorum opinio, ſed fides Eccleſiae Catholicae dici debeat. Ob. 17. Sept. an 1621. aet. 79.

CXXXIV.

Ludovicus ab Angelis Portuenſis Luſitanus, Ord. Erem. S. Auguſt., & Chroniſta gener. Doctor Theologus, & publicus olim in Colleg. S. Aug. Ulyſſipponenſis S. Scripturae Interpres, lib. 6. de Vita & Laudibus S. Auguſtini, *cap. 1.* = Ut Aquila &c. ita noſter alios Eccleſiae Doctores ſapientia, ſemetipſum vicit ſanctitate. Scripſit Aug. Vitam anno 1612.

CXXXV.

Apud laudatum vero Ludovicum ab Angelis, lib. 5. cap. 7. Sagalenſis Monachus in Geſtis Caroli Magni refert, Criſtiani pectoris Principi illi exclamanti = O utinam haberem duodecim clericos ita devotos, omnique ſapientia ſic perfecte inſtructos, ut fuerunt Hie-

ro-

II. CLASS. ronymus & Augustinus: *Albinum hominem sui aevi eruditissimum, severique iudicii, non sine indignatione reposuisse* = Creator caeli & terrae similes illis plures non habuit: & tu vis habere duodecim?

Testatur etiam idem Ludovicus, Alphonsi de Castelbranco, Conimbricae Praesulis, Lusitaniae olim pro-Regis, viri omni ratione praestantissimi, in pulpitis privatisque locis fuisse dictum illud usitatissimum = Qui Augustinum: & reliquos Ecclesiae Doctores, & amplius habet.

Refert item Ludovicus cap. 8. ex Ambrosio Corano in Vita S. D. antiqua pervulgata carmina = Aut tua quis lector noscere cuncta potest? -- Namque voluminibus mille Augustine refulges -- Testantur libri quod loquor ipse tui -- Quamvis multorum placuere volumina, libris -- Si Augustinus adest, sufficit ipse tibi.

Ulterius, cap. 16. prodit ex Serm. 46. quid coram immenso populo apud Parisios dixerit Absalon Abbas ex primis Canonicis Regularibus S. Victoris, nempe = Multiplex & subtilis literarum dispositio, in qua Augustinus caeteris Ecclesiae Doctoribus praeminet.

Commendat pariter Diederii Benedictini, in Praefat. *lib. de Illat. sublimem conceptum*. Celsissimus ille Augustinus de Superis ad nos delapsus, impraesentiarum si adesset, qui totum mundum iam libris suis implevit &c.

Denique apud eumdem Ludovicum lib. 5. cap. ultimo habes hocce testimonium Ioann. Baptistae Egnatii in exemplis Virorum Illustrium = Ut neminem certe invenias, quem ipsi Augustino praeponas, sive ingenii vim, sive acumen, aut praestantiam rerum aestimes: siquidem tam &c.

CXXXVI.

Apud Ambrosium Staibanum, eiusdem ord. Erem. alumnum, in Templo Augustiniano, *Polycrates (mihi prorsus incognitus) lib. 2. cap. 18., & 23.* = Inter opiniones, quas colligo, illam pluris facio, caeterisque antepono, quae a S. Augustino desumitur, nullusque me arguat &c.

Itemque Longobardorum Historia = Sicut Imperator Augustus excelluit omnes Reges, sic & Augustinus excelluit omnes Doctores.

CXXXVII.

Scripsit Aug. Vitã an. 1610. *Cornelius Lancilottus, eiusdem instituti Erem. theologus, lib. 1. Vitae S. D. cap. 3. ex lib. 4. Confess. cap. 14. disserens de Augustini ingenio, inquit* = Et sane praestare in hac re adeo potuit, utpote qui fuerit ingenio ad miraculum acuto penitus & subtili iudicii acrimonia singulari, memoria pertinaci, cunctis denique naturae dotibus iis, quibus ad scientiam pervenitur cumulatissime redundarit.] *Et lib. 3. cap. 34. sua, & omnium Eruditorum sententia* = Alii .... Aquilae non immerito similem esse dixerunt, quod super imbecillitatis humanae nubila, uti D. Ioannes inter Evangelistas, sic inter Ecclesiae Doctores altius evolarit, atque immutabilis veritatis lumen acie penetravit.

CXXXVIII.

Ob. an. 1626. aet. 54. *Franciscus de Mendoza, Iesuita ampli ingenii, in* Viridario sacrae & profanae eruditionis, *lib. 3.* de Floribus sacris, *Problem. 1. initio* = Inter alia felicissimi ingenii monumenta, quae Doctorum Doctor D. Augustinus lucubravit &c.

CXXXIX.

CXXXIX. II. CLASS.

In Vindiciis Univerfitatis Salmanticae, & Religionum Auguftinianae & Dominicanae, in verba Auguftini iurantium, Hifpanica lingua datis, queis hic titulus = Por - La Univerfidad - De Salamanca - y las fagradas Religiones de fanto - Domingo, y fan Auguftin - Sobre &c. *In hoc inquam erudito Libello, anno D.* 1627. *Barcinone impreffo, centies Auguftinus Theologiae oraculum, & parens adferitur, quomodo Philofophiae Ariftoteles, Medicinae Hippocrates &c. Tertio autem cap. feu paragr. expofita Scholafticae Theologiae natura, erudite & acute ei Auguftinum principem & parentem dandum evincit hifce verbis, quae fideliter Latine reddimus* = Huius autem alti & implexi negotii princeps & dux fupremus fuit magnus Auguftinus, & Theologorum Scholafticorum maximus, nec enim in erroribus acriter feliciterque expungendis aequalem habuit. Myfteriorum fumma & altiffima dilucidavit in libris de Trinitate, de gratia, & libero arbitrio; ex quibus Concilia fuos canones contra haerefes defumfere, ut videre eft in Concilio Araufícano, & Milevitano, & inde in Tridentino. Tractatus de creatione &c. *Et pluribus interpofitis* = Et ut adfirmat communis fenfus Theologorum, id deficere poteft legi Dei, quod Auguftinus ignoravit. Non eft materia Scholaftica, quae correfpondentiam non habeat cum libris Auguftini, feu, de qua Auguftinus non agat, in eaque nullus eum aequavit; Et fi quifpiam alium maiorem habebit, contemnere poterit Univerfitatis electionem &c. Et fimili modo loquentes adferri poffent alii Pontifices plures, & Sancti, qui eodem modo, eademque veneratione & aeftimatione doctrinae Sancti huius, & fecuritatis qua gaudet, loquuti funt. Ex quo manifefte colligitur, quod electio, quam Sancti huius Univerfitas fecit, in eius ceu in Magiftri verba iurans, pro Theologia Scholaftica, conforme eft ei, quod Sancti, & Pontifices, & Ecclefia univerfalis iudicavit, & quod nequit calumniam pati &c. *Veniens autem ad Aquinatis, alterius Scholafticae principis auctoritatem adtollendam, illud pro bafi prima, & fere unica ponit: Inftitiffe nempe quam fideliter quintum illum Ecclefiae Doctorem Auguftini veftigiis.* = Angelici etiam Doctoris S. Thomae contemni nullo modo poteft electio. Et in veritatis huius ftabilimentum illud fat eft expendere, magnum hunc Doctorem adeo fidum exftitiffe S. Auguftini difcipulum, ut eum poffimus Secundum Auguftinum dicere, cum dicat Urbani quinti in Bulla ad Tolof. Univerfitatem fententia &c.

An. 1627.

CXL.

Hieremias Drexelius Iefuita, t. 3. Aurifodinae, *p.* 1. *cap.* 7. = Auguftinus plura fcripfit, quam quis legerit: &c. Adfceffit his Auguftini libris tanta auctoritas.... ut nullius fcriptis fecundum Evangelii hiftoriam & Tarfenfis Pauli epiftolas maior hominum confenfus acceflerit. *Et eodem tomo fuper Tobiam, par.* 2. *c.* 5. *paragr.* 2. = Inter bona everfae Urbis numero Auguftini 22. libros de Civit. Dei, grande opus, multoque nobiliffimum, quod pro fuo agnofcit fanctiffimus Scriptor, & fatetur fcribendi caufam fuiffe everfionem Romae fub Alarico. Atqui hoc unicum eft e multis bonis tam miferandae vaftationis. Quod fi nihil aliud boni everfam Romam eft fecutum, nihilominus quaeftio plane fit, an reipublicae Chri-

Ob. an. 1638. aet. 71.

II. CLASS. Christianae non magis expediat hoc Augustini divino scripto iam posse frui, quam Urbem eo tempore non expilari.

CXLI.

Ob. 25. Aug. an. 1629. (non, ut quidam dicunt, 1624.) Romae aetate decrep. insigni opinione sanctitatis.

Thomas de Lemos, ord. Praedic. insignis splendor, vir acerrimi & gravissimi ingenii, in lectione & possessione altioris Augustini doctrinae aut nulli, aut paucis secundus, qui in Congregationibus de Auxiliis divinae Gratiae, sub Clem. VIII., & Paulo V. adeo feliciter disputavit, ut genuina earumdem Congregationum Acta testantur, Tract. 4. de haeresi Pelag. cap. 1. haec habet = Supremus, post Apostolos, gratiae defensor, & Pelagianae haeresis gloriosissimus debellator fuit magnus ille Pater Augustinus, Ecclesiae lumen, Fidei columen, Evangelii tuba, orbis oculus, haereticorum omnium malleus perpetuus, qui, ut Ecclesia de ipso canit, post Apostolos secunda dispensandi verbi Dei primus refulsit gratia.

CXLII.

Flor. circa an. 1621.

Franciscus Collius, Ambrosiani Collegii Doctor, & Eccles. Mediolan. Canonicus ordinar. & Poenitentiarius Maior, de Animabus Paganorum, *par. 2. lib. 4.* de Patrum veneratione circa &c. *cap. 10. sub finem* = Hinc D. Augustinus, qui licet miraculum, ac prodigium quoddam esset sapientiae, nunquam satis pro dignitate laudandum &c. *Et par. 1. lib. 4. cap. 19.* de Probabilibus causis &c. *ante med. dixerat* = D. Augustinus divino vir plane ingenio &c. *Et sub finem* = Caeterum quia hasce causas (*praedictionum*) solita subtilitate agnovit beatus Augustinus &c.

CXLIII.

Flor. circa an. 1623.

Livius Galante Seraphici ord. Observ. Theologus, publicus utriusque Philosophiae Professor, lib. cui titulus, Christianae Theologiae cum Platonica comparatio, &c. *lib. 1. qui est operis praeludium, pag. 1. initio, col. 1.* = Hinc est quod in primis beatus Augustinus Ecclesiae Doctor celeberrimus, & Philosophus maximus asserebat &c. Grave testimonium, & dignum excellentissimi viri, qui inter Ecclesiae S. proceres primarium locum tenet, quique sincerae veritatis extitit sincerissimus iudex. *Et infra, pag. 17. col. 2. recitatis variorum Patrum testimoniis* = Sed videamus quid encomii protulerit D. Augustinus, S. Theologiae choryphaeus, & in Platonica Philosophia excellentissime versatus. *Et pag. 18. col. 2.* = Ego ... dicerem eiusdem auctoritate fretus, priusquam Christianus esset Augustinus, omnium philosophantium scripta eum & vidisse & ponderasse, & deinde quae sibi veritati magis consona & pietati visa sunt elegisse &c. *Vide etiam, si places, pag. 23. col. 1.*

CXLIV.

Ob. an. 1634. aet. 75.

Ioannes Lorinus, Ignatii filius, gravis Scripturarum Interpres, in Acta Apostolorum, cap. 10. v. 37. = Unus Augustinus, quem tanti facit etiam Calvinus, nec quanti debet, clare & crebro hoc tradit, alios enim patiar praeteriri &c. *Ponitque in margine.* = Augustinus unus sufficit ad omnes haereticos redarguendos.

CXLV.

CXLV. II. CLASS.

Didacus Alvarez Metinensis, Archiepiscopus Tranensis & Salpensis in Apulia Iapigia, ex ordine Praedicat. adsumtus, summus, post Thomam de Lemos, in Congregationibus de Auxiliis achilles, lib. 1. de Auxiliis Divinae Gratiae, &c. *disp.* 5. Quantam auctoritatem circa &c. habeat S. Augustini sententia &c. *circa med.* = Unde, ut quidam notaverunt graves Auctores, Sedes Apostolica non tantum semel, sed etiam secundo & tertio adversus Pelagianorum reliquias pro defensoribus gratiae & praedestinationis, quam ex sacris litteris hausit Augustinus, sententiam tulit, ut iam eius doctrina non unius particularis Doctoris opinio, sed fides Ecclesiae Catholicae dici debeat. Ob. an. 1631. act. decrep.

CXLVI.

Cornelius Cornelii a Lapide Iesuita, Scripturarum interpres praestantissimus, versans illud Sap. c. 8. *v.* 11. Et acutus inveniar in iudicio, &c. *haec habet* = Hac ingenii & acuminis dote inter omnes Patres & Doctores Ecclesiae, velut Aquila excelluit Augustinus, cui proinde iure meritoque haec elogia assignat S. Prosper lib. 3. de vita contemplativa, c. 31. &c. Concilium Tolet. 8. c. 2. anno 653. &c. Ob. an. 1639. septuagenario maior.

CXLVII.

Odoricus Raynaldus Congregationis Romani Oratorii Presbyter, in Annal. Eccles. a Baronianis depromtis, ad an. 416. n. 15. = E ben si vede che trapassando il Dottore Sovrano nell' altri componimenti l' altri Scrittori, ne' trattati contro i Pelagiani superò se stesso. *Quod nempe Augustinus in ceteris scriptis omnes Doctores superans, in iis quibus Pelagianos adgressus est, semetipsum vicerit.* Scribebat an. 1651.

CXLVIII.

Dominicus Gravina Neapolit. ord. Praedic. Neapolitanae Provinciae Moderator, & in Universitate Neapolitana Theologicae Cathedrae primarius Professor, t. 2. de Haeretic. Praescript. *parte altera, lib.* 4. *art.* 1. *ubi cum ostendisset librum Hester canonicum dicendum ex Concil. Carthag.* 3. *c.* 45. *Witakero haeretico obiicienti fuisse Concilium Provinc. & paucorum tantum Episcoporum, respondet* = Licet Carthaginense fuerit provinciale, illud, sicut & multa recepta, fuerunt postmodum ab universali Ecclesia &c. Nec pauci dici possunt Episcopi, qui ducenti septemdecim a Theodoro Balsamone numerantur. Qui numerus etsi ad paucissimos restrictus esset, quia tamen inter illos paucos unus consedit Augustinus, multis praeponderare debebat cum iis paucis coniudicans, quando solus extra Concilium tanta est eius auctoritas, ut nullus, nisi protervus, ei audeat refragari. Ob. Romae 16. Aug. an. 1643. aet. 70.

CXLIX.

Henricus Calenus in Censura operum Iansenii Yprensis Antistitis = Ab ipso Theologorum omnium magistro Augustino &c. a principe Theologorum omnium S. Augustino &c. Ob. 1658.

CL.

Paulus Therlogus, Hybernus Manapiensis, Societatis scriptor haud rudis, in Anteloquiis in Cantica Salomonis, *Anteloq.* 4. *Sect.* 13. *paullo post init.* Et quoniam ut advertit Cano lib. 2. de locis theologicis, Augustinus omnium consensione Theologici ludi ante- Ob. an 1645. aet. 51.

 fi-

II. CLASS. signanus habetur, utcumque de aliis Ducibus opiniones ferantur; auspicemur ab eius dictis, quae ad longum referemus &c.

CLI.

Ob. an. 1647. Relig. 26.

Alexander Pellegrinus, *item S. Ignatii filius*, *in* Paradoxis, Monitisque Moralibus, *quibus Iesu Christi Evangelium secundum Matth. illustravit*, *Parad. 9. in cap. 5. titulo* = Sui carnifex ultor iniuriarum, *post med.* = Qua in re, ut in rebus omnibus, maximi semper apud me ponderis est futura auctoritas Augustini, quem cum nomine, validissimum omnino malleum haereticorum nomino, ut verbis utar S. Bernardi Serm. 80. in Cantica &c.

CLII.

Scribebat an. 1643.

M. Ludovicus Bail, *doctor Theologus Parisiensis*, *in* Summa Conciliorum, *t. 2. sugillans Dordrectanam Synodam*, *a Calvinistis in Hollandia contra Arminianos*, *anno Chr. 1618. congregatam* = Sed ut probe advertunt nonnulli, quem locum D. Paulus inter Scriptores Canonicos, eumdem habet Augustinus inter Ecclesiasticos: atque ut in illius quaedam sunt difficilia, quae pravi & instabiles depravant ad suam ipsorum perditionem; idem in huius libris observare licet.

II Petri 2.

CLIII.

Nat. an. 1583. Ob. 1652.

Dionysius Petavius, *Societatis Iesu scriptor eruditissimus*, *tom.* 1. Theologiae Dogmat. *lib. 9. cap. 6. n. 1.* = Augustini de gratia sententiam quotquot deinceps consecuti sunt Patres, & Doctores, tum vero Ecclesiae Romanae Praesules, Praesulumque Conventus aliorum ratam & Catholicam iudicarunt, ut hoc satis magnum putarent veritatis argumentum, quod ab Augustino positum ac decretum esse constaret.

CLIV.

Ob. in Galliis 2. Iul. an. 1651.

Nicolaus Causinus, *Iesuita sagacis ingenii*, *& multae meditationis*, *lib. de* Imperio Rationis super passiones, *Divis. 2.* = E' forza il confessare co' Teologi, che quest' Oracolo de' Dottori &c. *Scilicet*: Necessum est fateri cum Theologis, quod hocce Doctorum Oraculum &c.

CLV.

Ob. Dilingae 12. Nov. an. 1664.

Henricus Wangnereck, *item Iesuita*, *vir felicis*, *& gravis ingenii*, *in Praefat. ad Notas suas in Augustini Confessiones*, *circa finem* = Accedit singularis, ac plane divinus spiritus, in eius scriptis elucens, quo ad boni assensum Lectorem intelligentem cogit, & ad affectum valide impellit, ut meliorem fidei virtutisque Magistrum, post Scripturas sacras, nec ipse reperire possim, nec alteri suadere: praesertim si animus est in Fidei & Theologiae abdita aliquando penetrare, & solidae virtutis prima principia recte intelligere, ac penitus imbibere.

CLVI.

Ob. Romae in nostro Seminario S. Pancratii (ubi Theologiam Polem. docuerat) mense Nov. an. 1670.

N. P. Laurentius a S. Teresia Droghedae in urbe Hyberniae in Ultonia provincia, *& Lugensi comitatu Catholicis & nobilibus parentibus ortus*, *vir sagacis & admodum subtilis ingenii*, *in* Spicilegio Theologico, *V. tomis in folio comprehenso* (*opere posthumo*) *tom. 2. Controver. 7.* de Impossibilitate Scientiae Mediae ex auctoritate petita, §. 4. *n.* 70. = In priori fundamento ex S. Scriptura depromto

hacte-

II. CLASS.

hactenus &c. Nunc veniendum eſt ad ſecundum fundamentum deſumtum ex authoritate SS. PP. & precipue D. Auguſtini. Quanti autem ſit ponderis eius in hac parte authoritas, non eſt neceſſe fuſiori calamo proſequi, cum conſtet, Pontifices, Concilia, & Scholaſticos fere omnes ad eum in hac re uti ad ORACULUM confugere.

CLVII.

N. P. Philippus a SS. Trinitate, Gallus Malaucenſis, dioeceſis Vaſionenſis (*in ſaeculo*, Spiritus Iulien) *plurium operum auctor, vir ingenio amplo, omnium facultatum & ſcientiarum, maxime divinarum capace, ſaepe Prior & definit. Prov. ſemel & iterum Provincialis, ter aut quater Viſitator Gener. bis Definit. Gener. a die 25. Apr. an. 1665. ad ſexennium Praepoſitus Generalis; nedum de ſua Religione, ſed & de Eccleſia doctrina, pietate, & divinis geſtis optime meritus, tantus inquam Tereſiae Filius in ſua Theologia in 4. tomos in folio diſtributa, tom. 2. Tract.* 3. de Gratia Dei &c. *in Prologo* = In eius (*Gratiae*) examine poſt auctoritatem Sacrae Scripturae, & Conciliorum, auctoritatem S. Auguſtini, & D. Thomae in omnibus magnam, ſed in hac materia maximam ubique amplectemur. Indiviſam ponimus auctoritatem Auguſtini & Thomae, cum amborum ſit eadem doctrina, fideliſſimus quippe eſt Thomas Auguſtini diſcipulus: unde unus Thomas pro mille aliis circa intelligentiam Auguſtini. *Et in Prologo eiuſdem tom. 2. ſub finem* = Doctrina quippe D. Thomae ...... ſatis eſt ſuo auctore tuta, & maxime in hac materia de Gratia, in qua convenit cum Auguſtino.

Nat. an. 1603. Religionem ingreſſus Lugduni an. 1620. Ob. magna fama ſanct. Neapoli 28. Febr. an. 1671.

CLVIII.

Vincentius Contenſon, patria lingua, Contenſons, Aquitanus pietate, & doctrina dignus S. Dominici filius, in Theologia Mentis, & Cordis, *t. 1. lib. 2. Differt. 2. cap. 2. ſpeculat.* 2. Quod Scientia Media nimis e diametro Auguſtino eiuſque diſcipulo Thomae reluctetur = Obſervatu digniſſimum eſt .... D. Auguſtinum, qui ingenii ſui incomparabilis donibus inſignem humilitatem adiungebat &c. Credebat nimirum Doctorum omnium ſapientiſſimus, & iuxta humillimus &c. *Et lib. 8. Differt. 6. de* Laudibus S. Auguſt. & Thomae, *elog.* 5. = Quid illa iudicii humilitate modeſtius, qua Doctorum Aquila Auguſtinus ſenſibus ita diffidebat ſuis &c.] *At videndus eſt integer locus; ut etiam t. 2. lib. 11. p. 4. Differt. 2. cap. 2. ſpecul. 3. propoſit. 2.*

Ob. 26. Dec. an. 1674. aet. 33.

CLIX.

Paulus Segneri Ieſuita, Concionator tota Europa celeberrimus, nec contemnendus theologus, in libro cui titulus, Criſtiano Iſtruito, &c. *par. 3. Serm. 29. de Reprobatione Chorearum, n. 2. ſeu poſt initium* = E come cogli altri ſi è potuto accordare un Santo Agoſtino, che è ſtato il maggior ingegno da Dio donato alla Chieſa? E pure egli &c.

Ob. 9. Dec. an. 1695. aet. 70.

CLX.

P. N. Ioannes ab Annuntiatione (*in ſaeculo*, Ioannes Llanes Campomanes, *nobiliſſimis parentibus ortus*) *Salmaticenſis noſtri Collegii Moderator, & Rector, Congregationis noſtrae Hiſpanicae bis Definitor Generalis, itemque ſummus Praepoſitus, vir Literatis notus, tota autem Hiſpania celeberrimus, in Theologia Polemica & Scholaſtica nulli ſui aevi ſecundus, in opuſculo Hiſpanice ſcripto, cui titulus*, Innocentia

Scripſit plura; maiorem vero melioremque parte immenſi curſus noſtri Theolog. in mpe de Grat. act. & habit. de Iuſtificat. & Mer. de Fide., & Spe;

II. CLASS.

Spe; de Carit. & statu Relig. de Incarnat. de Sacram. in cõmuni, & Euch. ac tandem de Poenit. qui tamen tomus (õmes in folio) posthumus exiit. Ob. autem etiã fama sanct. sexagen. maior, an. 1701.

tia Vindicata &c. *sive* Apologia *Vener. Servi Dei* Ioannis Palafoxii *Episcopi Angelopolitani &c. ab aemulo anonymo calumnia & dolo impetiti ad n. 22. paragr. 5. n. 66. dixit Hispanice quod nos Latine* = Ut S. Augustinus agnovit magnum suum ingenium memoriamque (lib. Confess. 1. cap. 9. & 20.) in divinae Maiestatis id laudem vertens &c. *Peculiari obsequio eumdem S. Doctorem nominans etiam ad n. 3. paragr. 2. num. 19. & ad n. 381 paragr. 7. num. 104. In nostro cursu autem Complutensi Philosophico, quem ipse ad meliorem & breviorem formam reduxit, in lib. 4. Physic. disp. 21.* de Tempore, *in Prologo* = Adeo autem obscure deprehenditur propria temporis quidditas, ut Augustinus, tametsi praeditus AQUILINO ingenio, dixerit &c. *Vide etiam eumdem in eruditione praevia ad Tract. de Gratia.*

CLXI.

Floreb. adhuc sub Alex. VIII. qui electus est an. 1689.

Ioannes Palatius I.V.D. in Historia Roman. Pontific. a S. Petro usque ad Innoc. II. *tom. 1. Annot. in S. Innoc. 1.* = Augustinum in duobus Africanis Conciliis electum fuisse ad scriptis suis haeresim (*Pelagianam*) exagitandam habemus in Epist. 103. in quibus elucubrationibus cum nihil uberius, nihil eloquentius dici potuerit, apparet in aliis scriptis superasse alios, in istis vicisse seipsum.

CLXII.

Nat. 9. Sept. an. 1631. Ob. 22. Febr. an. 1704. aet. 73.

Henricus Norisius, Augustiniani ordinis, & Collegii Cardinalium splendor & gloria, Augustinum, Maximum Doctorem, Maximum Ecclesiae Doctorem, Summum Ecclesiae Magistrum, Doctorum summum *passim appellat. Vide editionis novissimae t. 1. in Dedicat. ad Franciscum Barberinum Cardinal. in fine. Praefat. ad Vindicias, initio Vindiciarum, cap. 2. Denique t. 3. ad errores P. Macedo, quos* Somnia *vocat, errore, vel somn. 10.*

CLXIII.

Nat. 27. Sept. an. 1627. Ob. Parisiis 12. Apr. an. 1704. aet. 77.

Iacobus Benignus Bossuet, Parisiensis Facultatis doctor, Meldensis Episcopus, vir eruditionis amplitudine, & disputationis robore ac maiestate nulli forte suae aetatis secundus, in Praefat. ad Instructionem circa Versionem Novi Testam. *typis mandatam an.* 1702. *circa finem quaedam habet, quae Latine exhibemus.* = Non est qui ignoret regulas ab Augustino nobis datas, ut linguae Hebraicae, aliarumque primarum bonum sentiamus, quin earum ullam ceu magistri calleamus. S. Pater autem talibus monitis adeo bene usus est, ut licet Hebraicae linguae nullam, * Graece vero minimam cognitionem haberet, nihilosecius inter Theologos occidentis primas tenuit, & argumentis prorsus ineluctabilibus certavit in haeresim. *Et in ipsa Dissert. contra doctrinam & Criticam Grotii, quae praeparat ad secundam Instruct. circa* Vers. novi Testam. *an. 1702. post med.* = Doctus hic Iesuita (*Parisiorum*) addit, quod etsi Augustinus ad eam gratiae scientiam devenerit, ut nullus, post Apostolos, aequari ei possit &c. Hac ergo de caussa Ecclesia consensu communi Augustino fidit in negotio omnium quotquot hucusque humanum ingenium torquere potuerunt gravissimo, ac spinosissimo.

* De quo tamen serio nos disputabimus lib. 10. cap. 39. signo A. n. 14. & 15.

CLXIV.

An. 1700. ediderunt t. 11. complectentem Vitam S. D.

Benedictini Operum S. Augustini correctores diligentissimi, de quorum immensa eruditione, & acerrimo iudicio non est cur dicamus.

Prae-

Praefat. in Tom. 8. initio = Cum Doctoris Catholici duo sint officia, alterum Christianae religionis veritates illustrare ac confirmare, alterum easdem ab insurgentibus haereticorum erroribus vindicare, nemo veterum aut recentiorum utrasque partes implevit felicius Augustino, qui OMNIUM judicio id merito assecutus est, ut praecipuus ac summus Ecclesiae Doctor haberetur.

II. CLASS.

CLXV.

In aureo Opusculo, de Optima legendorum Ecclesiae Patrum methodo, *in quatuor partes tributo, cuius auctor fuit* Natalis Argonensis, *iam in saeculo cansidicus egregius, ab emissa autem apud Carthusianos Religiosa professione*, Bonaventura; *in hoc inquam Opusculo, primum Gallice, subinde studio I. E. R. Latine excuso, frequenter Augustinus ceteris Patribus Ecclesiae praefertur; 3. par. cap. 1. circa med.* = D. Augustinus, quum prae ceteris quandam adhibuerit methodum &c. *Cap. 2. ante finem* = D. Augustinus Ambrosium proxime consecutus amplissimo est, ac mirum in modum acuto ingenio. Eius feracitas finem non habet: rationibus & argumentis plurimum valet, in disputando acerrimus, in Christianae religionis dogmatis versatissimus, ac mirabili in omnibus quae tractat gratia ornatissimus: uno verbo, Augustinus Theologorum in Occidente parens est, atque magister &c. *Cap. 5. post med. agens de variis Scripturae sensibus, veniensque ad omnium gravissimum, quem Theologicum dicas, in eo Augustinum supra omnes Patres effloruisse observat. Cap. 10. initio* = Rationi admodum consentaneum videtur, in lectione Patrum de Fidei dogmatis, initium ducere ab eorum contra Paganos operibus, a quibus ad praecipua Fidei capita illustranda maximum peti potest subsidium. Hoc scribendi genere excelluerunt Iustinus martyr, Origenes, Tertullianus, Minutius Felix, Arnobius, Augustinus, & alii; Apud eos mixtum est utile dulci: & quamvis (EXCEPTO AUGUSTINO) plus revera apud hosce Apologistas niteat eruditionis & eloquentiae quam altioris Theologiae &c. *Denique cap. 11. ante med.* = Quamobrem in altioris Theologiae concertationibus apprime cavendum, ne Arnobius, Lactantius, Clemens Alexandrinus, aliique Augustino praeferantur &c. *Vide adhuc, si placet, cap. 2. sub finem & par. 2. cap. 10. circa finem.*] *De Erasmo autem par. 2. cap. 6. & par. 1. cap. 11. post med. ne scilicet eius audacis hominis eruditioni admodum fidat.*

Scripsit hoc opus an. 1688. Ob. in Carthusia Gallion. an. 1704. aet. 69.

CLXVI.

Historia Ecclesiast. ab initio mundi, ad nostra haec usque tempora, primo Gallica lingua scripta, in Italicam inde a Silvagio Canturani translata, & in 4. tomos minimae molis distributa, t. 2. saec. 5. plura de Augustino habet, quae Latine dare iuvat. Quaerenti Discipulo, quid censuerit Ecclesia de Augustino, & eius scriptis, respondet Magister = Ecclesia Romana Augustinum semper singulari veneratione suspexit, habitusque est ceu gratiae Doctor. Concilia Romanique Pontifices ipsas Augustini voces adsumsere, quibus suas decisiones cuderent. Longe ditior ingenio, quam eruditione, quod non calleret linguas, minimamque Antiquorum lectionem haberet. At magna stabiliebat principia, ex quibus plures sequelas deducebat, formabatque systemata iusta & bene cohaerentia. Corpus, ut ita dicamus, Theologiae Latinorum Patrum ipse edidit, qui enim eum-

Scripta huius saeculi ioitio.

II. CLASS. eumdem sequuti sunt, nedum eius principia in sua transtulerunt, sed & frequenter aliud non peregere, quam ipsa eius verba exscribere. Tandem Theologiae compendio conficiendo incumbens Petrus Lombardus duodecimo saeculo, propemodum nihil aliud egit, quam varia Augustini loca colligere. Quanquam vero S. Thomas, ceterique Scholastici diversa usi sint methodo, adhuc plerumque Augustini adhaesere principiis, quibus suas opiniones communiere.

CLXVII.

Aureus hic liber impressus est quater lingua Angl. inde Gall. an. autem 1735. Ital.

Incognitus Anglus lib. de Scientiarum incertitudine, *cap.* 18. *de Theologia Schol.* = Plerique Patrum erant Platonici ... Tales erant Origenes, S. Ioan. Chrysostomus, & ut alios omittamus, S. Augustinus, qui fuit ex iis, quos Scholae potius sequutae sunt.

CLXVIII.

Ob. 16. Febr. an. 1710. aet. 78.

Spiritus Flechier Episcopus Nemausiensis, praeced. saeculi Orator summus, Serm. de S. Aug. 1. p. circa med. de illius conversione Paulinorum verborum virtute facta agens, haec inquit Gallice, quae Latine damus = Patrum doctissimum lucrari debebat doctissimus Apostolorum. *Et paullo post* = Sicut splendores omnes, qui primis tribus diebus creationis mundi erant dispersi, in quarto iuncti fuere in corpore Solis: ita lumina plura veritatis, quae primis tribus saeculis Ecclesiae in variis erant sparsa Doctoribus, omnia se in Augustino iunxisse videntur.

CLXIX.

Obiit 11. April. an. 1712. aet. 76.

Ios. Ricardus Simonius, Oratorii Iesu in Galliis presbyter eruditus, lib. 3. Histor. Crit. Vet. & Novi Testam. *cap.* 9. *pag.* 397. 398. = Origeni & Hieronymo S. Augustinum a me subiungendum esse censui: qui eruditione (*utique Ecclesiastica, quod permittimus*) prioribus aequalis quidem non fuit, sed hunc defectum ingenii sui viribus iudiciique soliditate supplevit &c. Subtilioris quidem & acutioris erat ingenii quam S. Hieronymus, estque Origene ordinatior etiam, & verbis aptior in omnibus, quorum inventor est &c. Quaestionibus suis in septem priores Bibliorum libros ostendit se Critices inscium non fuisse.

De hoc Scriptore disserit P. de Graveson ord. Praedic t. 8. Histor. Eccles. *in* 12., *& ultima classe* Virorum Illustrium *saeculi* 17. *At Simonii, hominis saltem imprudentis opera, potissimum versionem Gallic. Novi Testam. caute legere debes, vel etiam nullo modo. Vide Decret. Card. de Noailles Archiep. Paris. datum an.* 1702. *& Instructiones Pastor. Iacobi Ben. Bossuet, Meldens. Episc. ed. an.* 1702., *&* 1703.

CLXX.

Scribebat adhuc Romae an. 1721. Ob. autem in Gallis.

Ignatius Hiacynthus Amat de Graveson, S. Facultatis Parisiensis Doctor, & Collegii Casanatensis Theologus, ord. Praedic. qui multae eruditioni haud modicam pietatem iunxit, ut ex scriptis eius conicio, t. 2. Histor. Eccles. *Colloq.* 5. *de* 5. *saeculi Patribus* = Veniamus modo ad S. Augustinum, qui tanquam Doctorum Aquila, & omnium Ecclesiae Latinae Patrum maximus vulgo audire solet &c. *Et inferius Discipulo de Augustini ingenio, & sapientia intimiorem eruditionem postulanti* = Maximam authoritatem, & summam omnium fidelium venerationem semper in Ecclesia Latina obtinuit

II. CLASS.

tinuit doctrina S. Auguftini. Eam fiquidem egregiis encomiis commendarunt multi Pontifices Romani, Concilia in fuis condendis Canonibus ac decretis ipfiffima S. Auguftini verba adhibuerunt. Patres Latini ex libris Sancti illius Doctoris non folum bauferunt principia, quibus paffim ufi funt, fed etiam frequenter S. Auguftinum fere tranfcripferunt. *Petrus Lombardus* Parifienfis Epifcopus, qui faeculo duodecimo Theologiam univerfam in Epitomem cogere voluit, nihil fere egit, quam S. Auguftini locos & fententias excerpere. *S. Thomas* omnium Tbeologorum facile princeps a doctrina S. Auguftini, quam in purum putumque, ut dici folet, fuccum converterat, ne latum quidem unguem in fuis Operibus defcivit, unde iure ac merito *Auguftinus contractus* appellatur. Denique praecipuae totius Orbis Academiae, & Scholae nobiliffimae Sancto Auguftino affurgere, eiufque doctrinae fafces fubmittere gloriantur. *Et Colloq.* de Doctina, Difciplina &c. *poft initium* = In hoc contra Pelagianos & Semipelagianos cuftodiendo gratiae Chrifti depofito, Ecclefiae imprimis charo, ftrenue prae caeteris Patribus per viginti & amplius annos adlaboravir S. Auguftinus, & omnia, quae ad medicinalem Cbrifti gratiam fpectant, tam dilucide explanavit, tam nervofe ftabilivit, ut Concilia, quae poft ipfius obitum celebrata fuerunt, fua de quaeftionibus iudicia, & potiffimum de gratia Canones ex S. Doctoris fententiis ad verbum formanda fenferint. Unde Card. Bellarminus &c. Mirum igitur effe non debet, fi Theologi praedeftinationis gratuitae, & gratiae feipfa efficacis defenfores, S. Auguftinum Theologiae principem, Catbolici orbis Magiftrum, Haereticorum malleum tantopere venerantur &c.

CLXXI.

Honoratus Tournely, *S. Facultatis Parif. Doctor*, *Socius Sorbonicus &c. t.* 1. Praelect. Theolog. de Deo & Divinis Attribut., *q.* 16. *ar.* 5. *licet in Molinae quifquilias*, *ab Auguftino praevifas atque reiectas*, *aut amore*, *aut alia cauffa vehementer propenfus* = Tanta eft apud omnes in Auguftinum reverentia, tanto in pretio eius auctoritas, ut certatim omnes non Catholici modo, fed etiam baeretici tam eximii Doctoris praefidio fuam communiri doctrinam ambiant. Unde non tam de auctoritate, quam de mente ac fenfu huius Doctoris in Scholis controvertitur &c. Flor. an. 1717. Ob. an. aet. 72.

CLXXII.

Matthaeus Petitdidier Abbas S. Petri Senon. Tract. Theolog. de Auctoritate & Infallibilit. Romani Pontif. *cap.* 6. de Patribus Latinis quinque priorum faecul. *mox ita erumpit* = S. Auguftinus, magnum illud Ecclefiae lumen &c.] *Gallice ille fcripfit*, *& eius Opufculum paullo poft verfum eft in linguam Italicam.* Ob. 15. Iun. an. 1728.

CLXXIII.

Dominicus Viva, *Societatis Iefu Theologus*, *t.* 1. Propofit. damnat. *de prop.* 30. *ab Alex. VIII. profcripta*, *in Synopfi*, *licet contra eos ageret*, *qui plus aequo Auguftini auctoritati fidebant* = Temeritatis notam non effugeret, qui in dubium revocaret quidquid contra haereticos indubitate affirmat Auguftinus. Scripfit circa an. 1707. Vivebat adhuc an. 1730.

II. CLASS.

CLXXIV.

Ob. 12. Mar. an. 1738. aet. 80. *Iacobus Hyacintus Serry, ord. Praedic. olim Natalis Alexandri, cum P. de Graveson discipulus. Doctor inde Sorbonicus, & tandem in Academia Patavina primarius S. Theologiae Professor, Theologica eruditione, & Latini styli elegantia nulli forte suae aetatis secundus, lib.* Vindiciarum Augustini contra Launoium &c. *in Dedicat.* = At Doctorum quos prisca tulit aetas omnium maximum ... strenuum Ecclesiae defensorem ... summum divinae gratiae vindicem. *Et initio cap. 1.* = Cum enim Augustinum adoratum terris ac coelo caput gentium omnium linguis ferri videat, quod illo nemo melius divinae gratiae vires expertus sit, nemo felicius explicaverit: eiusque doctrinam a viris omni retro aetate sanctissimis doctissimisque propugnatam certo sciat &c.] *Item, in* Vindiciarum Vindiciis Ambrosii Catharini, *seu*: de Necessaria in Sacramentis perficiendis intentione, *cap. 19.* = At ecce ... dum refutatum D. Augustini censorem, poenitentia ductum, & salutari pudore suffusum putabamus: qui illatam Doctorum maximo atrocem iniuriam fleret in angulo &c. *Denique t. 1.* Praelectionum Theolog. *Disput. unica* de Mundi Opificio &c. *Praelect. 2.* de Mundo condito non per Dierum naturalium intervalla &c. *paullo post initium* = Augustinus ex adverso more Aquilae altius inspexit, & sublimius, quidpiam excogitavit. Excelsa illa, ac prope Angelica qua pollebat mentis acie intelligens &c. *Et infersus* = Doctorum Aquilam sugillant &c. *Et sub finem* = Quibus sane consultius fuisset magnum Viri tanti Nomen atque Doctrinam venerari, & amplecti, Dictumque illud Volusiani alta mente defigere. = *In caeteris quibuscunque Doctoribus aliqualis toleratur inscitia; ast ubi ad Augustinum ventum est, Legi Dei deest, quod Augustinum contigerit ignorare.*

CLXXV.

Vivebat adhuc an. 1731. *Caietanus Benitez de Lugo, ord. Praedic. Prov. Hispan. S. Theolog. M. & Reverendissimi P. Thomae Ripoli ord. Praedic. Generalis M. Hispaniae Socius*, de Concursu Dei praevio &c. *Prolegom. n. 9.* = Quis immobiliter non credat M. Patri Augustino, Doctori illi ineffabiliter mirabili, ac incomparabiliter honorando &c. *Et n. 15. enumeratis aliquot de Augustiniana doctrina elogiis* = Non sunt haec blandientis orationis poppysmata, sed &c. quae cum in animum immitto, profundius intelligo demum, eo celsius evasisse Augustinum, quo mens solum audeat admiratione adspirare &c. *Vide integrum, non ita brevem sermonem; quem cudebat circa an 1730. dicabatque Benedicto XIII. Vide etiam alterum Opus, cui titulus* = Vera Christi gratia illuminans, vocans &c. = *Clementi XII. Benedicti successori dicatum, initio Praefat. qua Pontificem adloquitur.*

CLXXVI.

Nat. 8. Dec. an. 1678. Ob. 1. Mar. an. 1741. *Xaverius Vanalesti, Societatis Iesu concionator egregius, Serm. de S. Ioseph, post initium* = Piano non mi tacciate d' audacia, prima d' ascoltar il Dottor dei Dottori S. Agostino. *Idest*: Sistite: antequam me audaciae incusetis, adtendite Doctorem Doctorum Augustinum. *Vide etiam, si placet, eiusdem Serm. de ipso S. Augustino.*

CLXXVII.

CLXXVII. II. CLASS.

P. Elias a S. Ioseph, meus in Religioso instituto frater, vir tenacis memoriae, studio moribusque Theologiae Mysticae addictus, lib. Italice scripto, cui titulus, Esortazioni al Silenzio Crist. e Relig. *Exhort.* 5. *n.* 4. = Dilucidans magnus (*Augustinus*) litterarum Parens &c. *Et n.* 5. = Iure meritoque magne Augustine doces &c.] *Et lib. item Italica lingua scripto cui titulus*, Il Tesoro della Castità Cristiana: *Serm.* 3. *n.* 6. *eodem obsequio Augustinum nominat. Serm. autem* 8. *n.* 3. *ita loquitur* = Et ut exordium faciamus a primo S. Ecclesiae ingenio Augustino, fatetur ipse &c. Ob. Florentiae 18. Ian. an. 1742. aet. 80.

CLXXVIII.

Bernardus - Maria Giaccus, ex ord. Capuccinorum Concionator summus, & Tullius Italorum, Orat. de Convers. S. Aug. paullo post init. Italice dixit, quod nos Latine = Magnus sanctus, inter Ecclesiae Patres, & Doctores maximus &c. *Et infra* = Sortitus erat .... vastitatem mentis, scibilium immensitate etiam ampliorem. *Et ante finem* = Primum luminare visibilis Regni Iesu Christi. *Orat.* 2. *in fine* = Erit ne ex vobis, qui audeat omnia sua studia longe consummatissima luci comparare Augustini adhuc tenelli? Audebunt ne turbidi rivuli omnium scibilium vastum illum Oceanum aemulari? Ob. 6. Iun. an. 1744. aet. 71. Relig. 56.

CLXXIX.

P. Ioannes - Ioseph a S. Teresia, natione Lusitanus meus Religiosa professione collega, vir passim doli inscius, & maxime ingenuus, in litterariis concertationibus nonnihil sagax & alacer, in aureo Opusculo Italice scripto, de Amoris Iesu in Eucharistia Portentis (Le Finezze di Gesù Sacramentato) *loco* 11. *paullo post init.* = Dicere non auderem, nisi Ecclesiae luminare maius S. Augustinus ante idem protulisset. Obiit Romae in Conv. S. Mariae de Victor. die 15. Iul. an. 1749. aet. 91. in Saeculo, *Ioannes Nerogna.*

CLXXX.

Laurentius Migliaccius, Panormitanae Ecclesiae Canonicus, Iudex Synodalis, S. Officii Qualificator & Consultor, Librorumque Censor, in docto & eleganti Opusculo, cui titulus = Lampridius detectus, & castigatus: seu, Intemeratae Marianae Conceptionis magnanimo voto vel usque ad sanguinem propugnatae Vindiciae; *Dissert.* 6. *cap.* 2. Quod pia sententia summum moralis certitudinis fastigium assecuta &c. *post initium* = Confirmat haec omnia Cicerone longe sapientior Augustinus &c. Hanc vero fuisse mentem magni illius Oratoris atque (*Tullii*) Philosophi &c. *& post med.* = Quandoquidem magnus ille Augustinus &c. Scripsit. an. 1741. Ob. die 25. Sept. an. 1749.

CLXXXI.

Lamindus Pritanius, seu, Ludov. Anton. Muratorius, Ambrosiani Collegii Doctor, sub eo nomine delitescens, quem plures maximi faciunt, lib. de Ingeniorum moderatione in Religionis negotio, *in Praefat. post init.* = Quanta, & quam iusta huc usque nomini & ingenio, & pietati sanctissimi huius viri existimatio, & veneratio accesserit, tot seculorum auctoritate, & tot Scriptorum non Orthodoxae solum, sed & Heterodoxae Familiae consensu firmata, nemo est nescius. Augustini doctrinae assurgebant, assurgunt adhuc fere omnes, contendentibus hinc nobis, inde Protestantibus, suffragio tanti Magistri positas tueri sententias. *Et paullo ante med.* = Ob. 23. Ian. an. 1750. aet. 78. incept.

II. CLASS. Virum nempe illum, cuius fama neque laudibus crescere nostris, neque alieno livore imminui iam queat. Quanquam enim Augustinum supra quam plurimos Ecclesiae Catholicae Patres veneremur &c. *Et circa finem* = Erat Augustinus ad miraculum usque acutissimo ingenio instructus &c. *Vide etiam, si placet, lib. 1. cap. 13. in fine; cap. 24. initio lib. 2. cap. 9. circa finem. Et lib. 3. cap. 4. paulo post initium.*

Huius praecipitis iudicii hominis de plurimis etiam, in quibus hospes erat, insigni audacia garrientis Opuscula caute legas, aut nullo modo. Benedictus enim XIV. Rom. Pont. feliciter regnans Epist. ad Praesid. Inquisit. Hispan. data 31. Iul. an. 1748. cuius init. *Dum praeterito mense Iunio &c.* ante med. = Notum denique tibi „ erit nomen Ludovici Anton. Muratori adhuc viventis, multorum- „ que librorum communi plausu receptorum editoris. Oh quam „ multa in eis reperiuntur censura digna! Quot huiusce furfuris „ nos ipsi eos legentes offendimus! Quot nobis ab aemulis & ac- „ cusatoribus oblata sunt! „

CLXXXII.

Adhuc vivit Romae clarissima fama.

P. Ioann. Antonius Bianchi Lucensis ord. Min. Observ. vir ingenii ampli & felicis, in aureo opere, cui tit. Della Potestà e della Politia della Chiesa &c. *tom. 4. lib. 2. cap. 2. §. 4. sub finem* = Onde in sentimento di (*Augustini*) questo gran Padre &c. *& tom. 5. par. 1. lib. 3. cap. 4. §. 3. longe post med.* = Conosceva molto bene col suo gran lume Sant' Agostino, che &c. *Alios Patres vero passim simpliciter nominat.*

CLXXXIII.

Adhuc in vivis est.

Benedictus Plazza Siracusanus Iesuita, in Academia Panormitana eiusdem Societatis Studiorum Praefectus, Sanctaeque Inquisitionis Siculae Censor & Consultator, in erudito & pio opusculo, cui titulus, Christianorum in Sanctos, Sanctorumque Reginam, eorumque Festa, Imagines, Reliquias Propensa devotio a Praepostera cuiusdam Scriptoris Reformatione sacrae potissimum Antiquitatis monumentis, ac documentis vindicata, simul & illustrata, *3. par. cap. 11. n. 3.* = Auctore magno Augustino hoc ipsum piaculo non caret &c. *In eo autem contra Ludovicum-Antonium Muratorium opere cum eruditus Scriptor Patres omnes, & quidem non semel advocet, nullum tamen pari honore nominat.*

In eo opere non improbamus nisi paucos aliquos capitulorum titulos, qui minus exacte digesti sunt, & videntur in severiori Theologia duriusculi: ceterum eadem ipsa titulorum doctrina in capitulis bene digesta prorsus Theologica & sana est.

CLXXXIV.

Adhuc vivens. Potiora vero (ut ipsemet fatetur) a P. Plazza deprompsit.

Pari zelo eumdem male natum Ludov. Anton. Muratorii libellum impugnavit inde Salvator Mauricius, item Iesuita, in opusculo Italice scripto, & in tres partes distributo, cui titulus, La Divozion de' Cristiani difesa dalla Critica di Lamindo Pritanio, Dialogi &c. *& in eo pari honore Augustinum nostrum constanter nominat. 1. par. Dialog. 12. ante med. pag. (editionis Luc. an. 1753.) 109.* = Ei l'esempio ne avrebbe d'un gran Santo Padre, gran Dottore, grande Oratore, qual fu senza fallo S. Agostino. *Sub finem, pag. 113.* = E riflettendo col suo grand' ingegno S. Agostino &c. *Et pag. 114.* = Ma

Ma c' è voluto un S. Agoſtino a perſuaderlo contro Pritanio? *Vide etiam, ſi placet, Dial. 14. circa med. pag. 126. & 130. & 2. par. Dial. 11. poſt init. pag. 297. & 3. par. Dial. 8. poſt med. pag. 458. 459. & 460.* II. CLASS.

CLXXXV.

Ioannes Lamius, vir doctus, eruditionis autem tum ſacrae, tum profanae amplitudine aut nulli huius noſtri aevi, aut paucis quidem ſecundus Florentiae, ubi bis ellogiis ultimam manum damus, adhuc clariſſima fama vivens, (ſcribimus autem menſe Iulii, an. 1755.) de Eruditione Apoſtolorum Lib. ſingulari, *cap. 14. ante finem* = Hactenus ille, cui iam ſuccedat Latinorum Patrum longe praeſtantiſſimus Auguſtinus, qui lib. 22. de Civit. Dei, cap. v. ita acutiſſime de more ſuo, & diſertiſſime ſcriptum reliquit &c.

Natus in S. Cruce Etrur. oppido Florent. inter & Piſas ad Arnum ſito die 8. Nov. an. 1697.

CLXXXVI.

Romanum Breviarium die 28. Auguſti ei ſacra, in officio eiuſdem, lect. 6. = Tam multa pie, ſubtiliter, & copioſe ſcripſit, ut Chriſtianam doctrinam maxime illuſtrarit. Quem in primis ſecuti ſunt, qui poſtea Theologicam diſciplinam via & ratione tradiderunt.

CLXXXVII.

Expendere etiam oportet quatuor Scripturarum ſenſibus totidem Patres a Theologorum choro deſtinari: Litterali nempe Hieronymum, Allegorico Ambroſium, Morali Gregorium, Anagogico autem Auguſtinum; Quis vero neſciat, poſtremum hunc ſenſum, Aeternae Patriae mirabilia, ſeu Fidei arcana concernentem, omnium altiſſimum atque nobiliſſimum eſſe? Alii diverſa phraſi idem, & quidem etiam feliciius evincente, Auguſtinum in Scripturarum ſtudiis altiſſimo muneri ſervant; Inquiunt videlicet, poſtquam alios Patres determinatis ſenſibus deſtinaverunt. = In aliis ſenſibus, & alta caligine obtectis, Aurelius lucem ſecet.

Vide N. Dominicum a SS. Trinit. t. 2. pag. 485. Bibliot. Theolog.

Comparant etiam Theologi Auguſtinum Ioanni, ut ſicut huius Evangelium altius volat, ita Auguſtini Commentarii in Evangelia aliaſve Scripturas ſubtiliores ſunt ceteris &c.

CLXXXVIII.

Et tandem quo devenerint aliqui, vide = Ubi quis, *dicunt*, invenerit doctrinam in Auguſtino clare fundatam, illam poteſt abſolute tenere, & docere, non reſpiciendo ad ullam Pontificis Bullam! *Equidem huiuſmodi propoſitionem oblique in Petri Cathedram ſeditionem conſlantem, & pluribus, ſaltem quoad uſum, obnoxiam ſcopulis minime probo: quin immo Alexandrum VIII. quod die 7. Septembr. an. 1690. eam cum aliquot aliis Vaticani fulmine adufferit, maxime commendo; ſed illud tantum cupio, intelligant aliquando tandem Lectores, prorſus ſummam & incredibilem inſediſſe Scriptoribus omnibus de Auguſtini ingenio & doctrina opinionem.*

Macarius Havermans Diſſ. Theolog. de Auctorit. SS. PP. theſi, vel paragr. 6. & Ianſen. l. 3. de Statu nat. purae cap. 22.

CLXXXIX.

III. CLASS.

CLXXXIX.



Unc vero de summa Augustini fama dicendum. Ea nimirum recitanda sunt ellogia, quae ipsi velut nedum Christianorum, sed & mortalium omnium (post Scriptores Canonicos) ingeniosissimo atque sapientissimo data sunt. Et quidem ex hactenus recitatis, plura & supremam hanc classem illustrare poterant; at in abundantia tanta liberaliter agere visum est.

Primum heic locum, non aetate, sed summae dignitatis auctoritate, & splendore obtinebit Martinus V. Rom. Pontifex, olim, Odo de Columna, *de Augustino eiusque Familia optime meritus, qui Serm. de* Translatione Corporis S. Monnicae, *post initium, ita loquitur* = Omnes dudum noverant Filii nomen. Quicunque de Christo, de Fide, de Religione aliquid saperent, omnibus in ore erat Augustinus: ut nihil pene ex S. Litteris possit, nisi eo duce, intelligi, nihil, nisi eo interprete, explicari. Eo iam auctore factum est, ut nec Philosophis sapientiam invideamus, non Oratorum eloquentiam desideremus, non Studiosorum ingenia requiramus, non denique nobis acumen Aristotelis necessarium sit, non Platonis eloquentia, non prudentia Varronis, non gravitas Socratis, non auctoritas Pythagorae, non Empedoclis solertia, non cuiusque illius generis hominum scientia, aut virtus exemplo, aut documento nobis esse debeat. Idem nobis Prophetarum oracula, idem Apostolorum voces refert, idem omnem omnium Scripturarum sensum exprimit: unus postremo omnium Patrum, Sapientumque ingenia, ac studia exhibet. Si veritatem quaeritis, si doctrinam, si pietatem, quis doctior &c. Augustini tanta extant erga omnem Ecclesiam beneficia, ut nulli pene dicam Sanctorum maiora merita debeamus. Quidquid enim simul omnes Apostoli plantaverunt, quidquid Apollo, atque alii Apostolorum sectatores rigaverunt, hic coronavit &c.

El. 11. Nov. an. 1416. Ob. apoplexia 20. Febr. an. 1431.

CXC.

Circa an. 400.

Quid usque ad portentum de Augustini ingenio & eruditione doctus Ianuarius sentiret, coniice ex lib. 2. seu Epist. 55. (Al. 119.) Augustini ad eumdem, cap. 21. n. 38. ubi haec habentur = Tantum absum ab eo, quod PUTASTI NIHIL ME LATERE, ut nihil in epistola tua legerim tristius &c.

CXCI.

Possidius Epist. ad Macedonium, quam laudant Iansenius t. 2. lib. Prooem. c. 18. Cardinalis Norisius in Vindiciis Augustinianis, & alii (mihi autem incognita est) = Augustinus homo caelestis, imago Divinitatis, Pater Patrum, Doctor Doctorum, abyssus sapientiae, praeco veritatis, eructator Divinorum eloquiorum &c. Augustinus par Angelis in fervore, par Prophetis in absconditorum mysteriorum revelatione, par Apostolis in praedicatione. *Equidem ista non adeo proprie & stricte excipienda sunt, sed quidquam dandum amplificationi; at certe quod volumus nos saltem evincunt.*

CXCII.

Ob. an. 636.

S. Isidorus antistes Hispalensis, Ecclesiae doctor longe praestantissimus, cuius eruditionem sapientiamque qui ignorat discere poterit vel ex lectionibus 2. Nocturni, quae habentur in Romano Breviario die

die 4. *Aprilis ei facra*, *lib. 6. Etymologiarum*, *vel Originum*, *cap.* 5. = Marcus Terentius Varro apud Latinos innumerabiles libros fcripfit. Apud Graecos quoque Calivetius (*Al.* Caffiterus) miris attollitur laudibus, quod tantos libros ediderit, quantos quifque noftrum * aliena exfcribere propria manu vix poffit. De noftris quoque apud Graecos Origenes in Scripturarum labore tam Graecos, quam Latinos operum fuorum numero fuperavit. Denique Hieronymus &c. Horum tamen omnium ftudia Auguftinus INGENIO, vel SCIENTIA SVA VICIT. III.CLASS.

* vel, nullatenus.

CXCIII.

S. Ifidori iudicium non tam adoptavit, quam ad verbum tranfcripfit Hugo a S. Victore, de quo diximus n. XCVII. *vir nulli forte prifcorum inferior*, (*ut inquit P. de Gravefon t. 4. Hiftor. Ecclef.*) *t.* 3. *lib.* 4. *Eruditionis Didafcalicae*, *cap.* 14. *titulo*. Quae fint Scripturae authenticae. *Tranfcripto autem Ifidori iudicio*, *fimul atque confusè alios*, *licet primi fubfellii Patres*, *Athanafium*, *Bafilium*, *Ambrofium &c. commemorat*. Ob. 11. Febr. an. 1140. act. 44.

CXCIV.

Rupertus Abbas, *de quo diximus n.* XCV. *lib. 7. de Operibus Spiritus Sancti*, *cap.* 19. *& ultimo*, *poftquam in praeced. de variis Ecclefiae Luminaribus*, *maximè de Hieronymo peregiffet* = Et multum quidem eft in illis, quo iure laudetur hic S. Scientiae Spiritus, fed nos ad finem properantes ex eis contingimus (*Alios velut in figno commemoraverat*) in quo ifte Spiritus manifeftè operatus eft, quod fe dignum fuit ad laudem fuam, ad Ecclefiae fuae defenfionem Catholicae fidei perpetuamque munitionem. Ifte eft Auguftinus columna & firmamentum veritatis, & verè columna nubis, in qua thronum fuum pofuit fapientia Dei: cuius ex ore &c. *Et profequitur fusè. Quae tamen recitavimus Scriptori non Canonico vix, & ne vix quidem tribui poffunt. At evincunt faltem*, *nullius hominis*, *quicunque ille fuerit*, *naturale ingenium*, *Ruperti iudicio*, *Auguftiniano comparandum*. Ob. 4. Mart. an. 1135.

CXCV.

Petrus Pictavienfis, *Monachus S. Benedicti*, *in Panegyrico Petro Mauritio*, *vulgo*, Venerabili *eiufdem Inftituti profeffori*, *Abbati Cluniacenfi 9. Magiftro fuo dicato*, *& metrice fcripto*, *cuius prima verba* Plaudite felices &c. *poft initium*, *cum advocaffet primor terrarum orbis viros*, Virgilium, Ciceronem, Ariftotelem &c. *quibus Mecoenatem fuum compararet in hanc expreffionem erupit* = Vix Auguftinus fubtilius abdita cernit &c. Flor. faeculo 12.

CXCVI.

Petrus autem Mauritius in Carminibus adverfus Calumniatores Carminum eiufdem fui Petri, *quorum exordium*, Audio &c. *circa med.* = Auguftinus hic eft, quem nobis Africa mifit -- Tertia pars orbis, re maior: hinc potior -- Aft Auguftino vincit utramque fuo. Ob. an. 1157.

CXCVII.

Francifcus Mayro, *vel*, *Mayronius*, *natione Gallus*, *profeffione Minorita*, *Francifci filius*, *Ioannis Scoti difcipulus*, *per antonoma-* Ob. Placentiae an. 1325.

III. CLASS. *masiam*, Doctor Illuminatus, *plurium oper. scriptor cuius nomen adhuc celebre est in Facultate Parisiensi, in nota ad illud lib. 4. Confess. c. 16.* Quidquid de arte loquendi &c. *haec habet* = Ex hoc dicto documentum accipitur, quod scientia illius hominis fuerit divinitus infusa, & non humanitus acquisita, cum homines ingeniosissimi illas doctrinas addiscant caeteris docentibus cum ingenti difficultate. *Hanc deductionem, miraculum adstruentem minimè amplector, immo suo loco impugnabo; At vide quantum absit, ut Mayro naturale aliquod ingenium Augustiniano praetulerit!*

Vid. P. Ignat. Hyac. Amat. de Graveson. t. 5. Hist. Eccles. de Viris Illustr. saec. 13. Et Lucam Vadingum.

CXCVIII.

Ob. 23. Nov. an. 1372.

Beatus Iordanus de Saxonia, quem laudavimus etiam n. CVII. Serm. de S. Aug. 13. = Unde etiam de Augustino potest exponi illud Iob. 14. *Qui claudit stellas quasi sub signaculo*; quia in ipso in scrinio sui pectoris quasi tota sapientia fuit reclusa, quae quasi aperto sigillo eructatione suae doctrinae ore, & manu fuit mundo pandita & reserata. Unde ipse dicitur claudere stellas, idest omnium aliorum Doctorum doctrinas in suo pectore, quasi sub signaculo ad modum, quo liber, vel littera clauditur sigillo. *Ampliores nobilioresque ingenii dotes in quo privato Scriptore, aut Christiano, aut ethnico concipere possumus?*

CXCIX.

Ob. Mantuae 22. Mar. an. 1516. eique mortuo Fredericus Mantuae Dux marmor. statuam posuit.

Ioan. Baptista Mantuanus, cognomento dictus, Spagnolus, *seu* Hispaniolus, *natione Italus, patria Mantuanus, ord. Carmelit. Latina, & Hebraica eruditione clarus, Theologus egregius, Poeta autem longe nobilissimus, lib. 2. de S. Nicolao Tolent. cecinit de S. Augustino* = ... Mysteria sacris -- Hausta libris, ut fons latis amplissima ripis -- Flumina diffundens, ut sol &c. Et omne -- Quod Grai, quod Foenices scivere, quod Indi -- Niliginique Sacerdotes, Babilonica Templa -- Doctus erat, coelum, manes, elementa, Deumque.

CC.

Nat. 1. Febr. an. 1462. in pago Trittenheim ad Mosellam. Ob. in Monaster. S. Iacobi Herbipoli 23. Dec. an. 1518. vel 1519.

Ioannes Trithemius, olim Abbas Spanheimensis, inde Vvirciburgensis ad S. Iacobum, lib. de Scriptoribus Ecclesiast. = Augustinus episcopus Hypponensis &c. vir tam in Divinis Scripturis, quam in saecularibus litteris omnium Doctorum eruditissimus, sermone disertus, eloquio clarus, sensu profundus...... tanta scripsit opuscula, ut neminem crediderim omnia posse, vel legere, vel habere. Unde sine dubio mentiri convincitur, qui se Augustinum invenisse totum confitetur. Cunctos enim Scriptores, & numero librorum, & utilitate praecedit, qui plusquam mille tractatus insignes composuit. Nemo sic profundè S. Scripturam, ut Augustinus explanavit: Christianosque mores nemo sic utilier instituit; nec fidem Catholicam aliquis eo ardentius defensavit &c. Hunc si doctorem habueris, etiam deficientibus caeteris, sufficit ipse tibi.

CCI.

Ob. an. 1556.

S. Thomas de Villanova, cuius mentionem habuimus n. CXVII. Conc. 1. de S. Aug. circa med. = Etenim intellectus acumine, ingenii perspicuitate, disputandi acrimonia, inveniendi copia, differendi subtilitate MONSTRUM quoddam in natura fuit Augustinus, qui humanae intelligentiae terminos irradiante Deo visus est transcen-

fcendiffe, vir intellectu (ut quidam ait) & fapientia prope divinus. *Paria, vel certe non admodum diffimilia occurrunt in eadem, & in aliis Concionibus.* III.CLASS.

CCII.

Melchior-Canus, (*quem advocavimus etiam n.* CXIX.) *lib.* 10. de Philofophorum Auctoritate, *cap.* 5. *poft initium* = Nam ut alios praeteream, in huiusmodi caufa aliud D. Auguftino videri folet; cui cave quemquam anteponas: nec enim doctior vir fuit Auguftino quifquam, nec clarior. Ob. 16. Nov. 1560.

CCIII.

Sixtus Senenfis, Hebraeo patre natus, olim Francifci, difpenfatione S. Pii V. inde Dominici filius, trium linguarum, Latinae, Graecae, & Hebraicae abfolutus poffeffor, vir ubique feliciffimi ingenii, quod laboribus pertinaciffimis etiam excoluit, lib. 4. *Bibliothecae Sanctae* = Aurelius Auguftinus Hipponae Epifcopus, natione Afer, patria Tagaftenfis, vir fupra omnes, qui ante eum, & poft eum hucusque fuerunt mortales, admirabili ingenii acumine praeditus, omnibus liberalibus Difciplinis inftructus, Platonica Philofophia pleniffime imbutus, Ariftotelicae doctrinae non ignarus, in Divinis fcripturis longe omnium eruditiffimus, & in earum explanatione ultra quam dici queat incomparabili fubtilitate fublimis &c. Ob. Genuae apud fuos an. 1569.

CCIV.

Thomas Stapletonius Anglus, S. Theologiae Doctor, & in Academ. Lov. SS. Scripturarum Regius Profeffor, (aliorum doctiffimorum operum auctor), in Epift. ad Rom. c. 2. *cui titulus*, Antidota Apoftolica contra noftri temporis Haereticos, *in Praefat. ad Lectorem, longe ante med.* = D. fane Auguftinus naturae & gratiae veluti miraculum &c. *Nominat autem inde fimpliciter Theodoretum, Hieronymum &c.* Ob. Lovan. 12. Octobr. an. 1598.

CCV.

Ludovicus ab Angelis, quem n. CXXXIV. *audivimus, frequenter quod volumus adferit : lib.* 1. *cap.* 3. = Et pulcro fenfu (*nempe quod fuerit mortalium omnium ingeniofiffimus*) magis factus ad imaginem & fimilitudinem Dei, quam caeteri mortales, *Et inferius* = Ariftoteles aliquibus Daemonium ob fubtilitatem ... Auguftinus vero &c. *Iterum autem* = Tanta ei facilitas, quanta caeteris hominibus difficultas in vaftiffimo fcientiarum mari natans inter illos quemadmodum Delphinus inter Pifces. *Et in fine* = Denique ingeniorum oceanus &c. Scripfit an. 1612.

CCVI.

Apud eumdem Ludovicum lib. 1. *cap.* 3. *Ambrofius* Coranus, *vel*, Coriolanus, *ord. Erem. S. Aug. Prior Generalis, patria Romanus, qui floruit an.* 1470. *Romae tractatum edidit fub hoc titulo* = Auguftinus fuit imago Trinitatis; *propugnare & evincere contendens, nullum in intellectu, ex quo * poeffimum Trinitatem inter & hominem fimilitudo petitur, Auguftino comparandum.* * Aug. l. 13. Conf. c. 32.

CCVII.

Cornelius pariter Lancilottus, de quo n. CXXXVII. *eadem ex communi Eruditorum fenfu refert, commendatque, ut lib.* 3. *cap.* 34. = Scripfit an. 1616.

III. CLASS. Alii naturae monstrum, humanae intelligentiae terminos transgrediens, alii ingeniorum orbis phoenicem nominarunt.

CCVIII.

Ob. an. 1626. *Franciscus de Mendoza, de quo iam n. CXXXVIII. in Viridario sacrae & profanae eruditionis, lib. 3. de Floribus sacris, Problem. 1. circa med.* = Sapientia princeps, & coryphaeus Theologiae &c. *Et in fine* = Quare cum Divus Augustinus vir alioqui omnium ingeniorum Princeps, omnium Theologorum Doctor, omnium in quibuscunque facultatibus Sapientum Antesignanus.

CCIX.

Cornelius Iansenius, Yprensis antistes tot in Augustini laudem Nat an. 1585 *protulit, ut si simul iungantur, in integrum volumen excrescant, iis* Ob. 6. Maii *vero detractis, ingens Iansenii Opus in tres tomos in folio distributum, quintam fere partem suae molis amitteret. Nos paucas quasdam* an. 1638. *recitabimus, nonnullis tantummodo insinuatis, aliis prorsus omissis. Hic autem licet certo Apostolicae-Sedis iudicio in quibusdam ad Gratiam spectantibus deceptus sit, (de quo dicemus lib. 1. cap. 1. G.) maxime tamen audiendus est, tum quod esset longe doctissimus, tum quod in Augustinianorum operum lectione pertinacissima nulli concesserit; dicitur enim in Vitae Synopsi Operibus eius praefixa:* Familiaribus fassus est, se decies & amplius universa opera Augustini attentione acri, adnotatione diligenti; libros vero contra Pelagianos facile trigesies a capite ad calcem evolvisse. *Et ipsemet t. 2. lib. Prooem. cap. 10.* = Itaque venerabilem stylum eius arripui, nullisque taediis, aut laboribus territus, volutationi & lectioni assiduae universorum librorum eius iterum iterumque saepius repetitae per viginti duorum annorum spatium immersus fui &c. *Quid ergo Iansenius, qui Augustini ingenium tam longo tempore, tot sudoribus, tantaque diligentia meditatus fuerat, de eodem senserit, videamus. In Vitae Synopsi, circa med.* = Patres caeteros utiles esse, sed Augustinum necessarium, immo unum pro omni materia Theologica sufficere aiebat &c. Nullum aut Aristotelis, aut Archimedis, aut cuiuscunque sub coelo ingenium dicebat aequale Augustino. *Vide etiam sub finem. Item t. 2. de Ratione, & Auctoritate, lib. Prooem. cap. 17. initio* = Quapropter si quis pro dignitate divinum illud ingenium Augustini celebrare vellet, merito mihi duo dicere posse videtur, quorum alterum naturam, alterum Dei gratiam spectat. Et primum quidem verissime, meo iudicio, statueret, nemini Mortalium, qui ab Apostolorum, addo ab omnium Scriptorum Graecorum, aut Latinorum temporibus, huc usque scriptis claruerunt, tam sublime, acutum, vastum prodigiosumque ingenium divinitus obtigisse, quam S. Augustino datum fuit. Non hoc incertis coniecturis, non ex laudibus amantium favori eius decantatis, sed &c. *Et quod dixerat, pluribus statuit. Vide etiam cap. 18. & 23. cui titulus* = Notitiae verae Theologiae limites in se fixit Augustinus. *Et cap. 24. Denique t. 3. post med. Praefat. libri 6. qui est primus de Libero Arbitrio* = Ut non immerito magnopere dolendum sit, nonnullos ita humanis, & plerumque fallacibus ratiocinationibus deditos esse, ut liberi arbitrii intelligentiam, tutius ab Aristotele, & e gentili Philosophia, quam ex antiquae Ecclesiae promptuariis haurien-

dam

III. CLASS.

dam effe arbitrentur. Nempe quia res ifta cum naturalis intelligentiae terminos non excedat, ratione quoque metienda eft. Quafi vero ullus ab Ecclefia peregrinus fublimitate rationis Auguftino praeferendus, vel conferendus fit &c.

CCX.

Dominicus de Gravina, qui audiebatur etiam n. CXLVIII. t. 1. de Praefcript. Haeret. in Praefat. ad Lectorem, initio = Praeclare S. Auguftinus, ingeniorum Flos fcripfit &c.

Ob. an. 1643

CCXI.

Angelus Paciuchellius ord. Praedic. Theologus eruditiffimus atque graviffimus, 1. p. Expofit. in epift. ad Rom. in Praefat. ad Lectorem, nonnullos Patres fimpliciter nominat, ad Auguftinum autem accedens = Tonat ille magnus literarum Pater &c. *Et in Obfervationibus ad* Ionam Prophetam, *Italica lingua datis, t. 1. Lect. 4. n. 16. non tam ex fua, quam ex omnium Eruditorum fententia, tale fuiffe S. Doctoris ingenium adferit, quod fere naturae excedere limites, & miraculum faperet* = L' ingegno di S. Agoftino fi tiene avefle quafi del miracolofo; tant' era eccellente ed elevato &c.

Ob. Romae 14. Mar. an. 1660.

CCXII.

Noster Dominicus a SS. Trinitate (olim totius Ord. fupremus Praepofitus) vir genere, ingenioque, maxime in Polemica Theologia nobiliffimus, in fua Bibliotheca Theologica in feptem tom. in fol. divifa, tom. 1. fect. 5. cap. 16. lib. 2. de SS. Patrum eruditione etiam in naturalibus differens = Quale ingenium Auguftinus? .... Nonne S. Auguftinus, cui hactenus quidem nullum ingenium adeo in omnibus Difciplinis promptum extitit? Scripfit de Dialectica &c.

Natus Niverni in Gallia 4. Aug. an. 1616. Ob. 7. Apr. an. 1687.

CCXIII.

Petrus Annatus Congregationis Doctrinae Chriftianae Generalis Praepofitus, t. 1. Apparatus ad Theologiam Pofitivam, lib. 4. de SS. Ecclefiae Patribus, art. 27. = Ecclefiae Latinae (*Auguftinum*) Doctorem Maximum quifque, five Latinus, five Graecus; & Doctorum aquilam orbis univerfus. Nec immerito; quis enim Doctorum alius &c.

Natus apud Ruthenos, Congregat. Doctr. Chrift. nomen dedit Tolofae an. 1655. Ob. Parifiis ferme octogenarius 2. Febr. an. 1694.

CCXIV.

Noster P. Iofeph-Angelus a Nativit. B. V. M. Mediolanenfis, plurium operum fcriptor, in opere pofthumo, cuius titulus eft: Lector Biblicus, five Biblia Sacra Scholaftice praelibata, *Tract.* 2. de fecunda Cognitione &c. *cap.* 3. de Caufa efficiente &c. *art.* 4. An Deus ita fuerit caufa fpecialis S. Scripturae, ut eius fingula verba apicefque dictaverit, & qualiter, *poft init.* = Utitur hoc argumento efficaciter, acutiffime, fapientiffime femper mirabilis Auguftinus &c. *Tract.* 3. de Chrifto ad litteram &c. *cap.* 5. *ar.* 9. Hebdomadas Danieli &c. *poft init.* = Sane divinum illud Ecclefiae lumen, & ingeniorum Apex Auguftinus &c. fed magis terret quod Doctor Maximus &c. *Tract.* 9. de 9. Cognitione S. Scripturae &c. cap. de Diverfis, &c. *cap.* 3. *art.* 1. *ante med.* = De quo potiffimum finceritas mirabilis Auguftini in tanta fapientia, quam non fatis tum praeterita, tum futura faecula mirabuntur, gloriatur &c. *Denique Tract.* 10. de Senfibus S. Scripturae, *cap.* 7. *art.* 3. *initio* = Primo fuam fen-

Floruit exeunte praeced. faeculo.

III.CLASS. sententiam proponit P. Antonius ..... In choro Doctorum, quibus accinit ipse, deest regulator Angelicus, deest Augustinus qui praesit, desunt SS. Patres &c. *Vide etiam, si placet, Tract. 3. cap. 3. art. 5. circa med. Tract. 5. cap. 2. art. 3. in fine Tract. 6. Sect. 2. cap. 2. art. 9. in fine & cap. 3. art. 1. Tract. 8. cap. 5. art. 6. circa med. Et tandem Tract. 11. cap. 1. art. 1. in fine : & cap. 4. initio, & art. 4.*

CCXV.

An. 1700. ediderunt hunc tom. XI. in quo S. D. vita, & generalis index omnium Operum.

Benedictini Galli, Congregationis S. Mauri, quos etiam adtendimus n. CLXIV. *Lib. 3. Vitae S. D. cap. 3. n. 4.* = Tunc etiam *de vera Religione* conscripsit, in quo &c. vix ulla est lucubrationum Augustini quae ad illius incredibilis ingenii magnitudinem demonstrandam plus valeat. Nihil enim admiratione dignum vel stupendum magis, quam hominem religionis Christianae mysteriis recens imbutum, nec adhuc alio quam Fidelis nomine in Ecclesia decoratum, de divina illa religione tam eximie disserere, & adeo egregiam illius dignitatis ac excellentiae imaginem depingere potuisse.] Et in Admonitione ad eumdem Librum = Certe liber de vera Religione, si quis alius, hoc elogium (*datum a Paulino Epist.* 31.) Augustino demerebatur. Etsi enim recens tum, cum eum scripsit, in verae religionis partes perductus esset, nec alio quam Christiani catholici nomine praeditus; eo tamen sublimi modo Christianae religionis sacramenta exponit, oppositorumque dogmatum in primis Manichaeorum revellit fundamenta, ut iam tum absolutissimi doctoris & strenuissimi episcopi vices impleverit.] *Et Praef. in t.* 10. *S. Aug. in fine, de duobus libris ad Prosper. & Hilar. nempe*, de Praedest. Sanctorum, & de Dono Persev. *ex proprio, aliorumque iudicio* = Hic observant rem ab Augustino libris illis duobus contra adversarios tractatam tanta luce atque energia, ut non tam ingenii vires intendisse, quam divino afflante Spiritu locutus fuisse videatur.

Rivius l. 4. c. 10. n. 3.

CCXVI.

Ob. 22. Febr. an. 1704. aet. 73.

Cardinalis Norisius, de quo etiam n. CLXII. *t. 1. in Praefat. ad Pelagianam Historiam, initio* = Illum dico Augustinum, qui ingenii vi ac magnitudine ita caeteris mortalibus praestitit &c. *Et lib. 2. Histor. Pelag. pag. 324. de S. Doctoris obitu differens* = Hunc vitae exitum habuit Augustinus, omnium Mortalium, si eos, quos Canonicos Scriptores appellamus, excipias, sapientissimus &c. Liberales artes caeterasque scientias proprio Marte percepit; neque enim fas erat, eum qui omnium Magister futurus erat, aliquando inter discipulos censeri. *Denique cap. 4. Vindiciarum, paragr. 9. initio* = Magnum illud ingeniorum monstrum &c.

Benedictus XIV. R. P. adhuc feliciter regnans in Brevi ad Augustinenses, dato 31. Mar. an. 1745. vocat Norisium, *Romanae Ecclesiae splendidissimum lumen;* & Epist. ad Episc. Matr. praesidem Inquisitionis Hispan. cuius initium: *Dum praeterito mense Iunio &c.* data 31. Iul. an. 1748. post init. de eodem Norisio loquens = Literatorum „ sui temporis facile principis, & ex solo literaturae Ecclesiasticae „ & profanae merito sacro Cardinalium Collegio adscripti &c. „

CCXVII.

Ob. an. 1704. aet. 77.

Iacobus Benignus Bossuet, de quo supra n. CLXIII. *post ultima verba ibi laudata* = Cui equidem momento illud addere oportet, Au-

Augustinum supra mortales omnes ingenio praeditum penetrantissimo ad detegendum, qui in aliquo errore delitescant cuniculi, & quot qualesque ab eo emergere possint sequelae. Etiam hic utor verbis docti huius Iesuitae. *En habes insignis huius laudis parentes duos: magnum illum Praesulem, & doctum Iesuitam.* III.CLASS. Garner.dissert. 7. c. parag. 3.

CCXVIII.

Marcus Battaglinus, Nucerensis episcopus, t. 1. Histor. omnium Conciliorum Italice scriptae, ad Concil. Hyppon. an. 393. = Ut induceretur in campum ad Ecclesiae defensionem magnus heros (*campione*) S. Augustinus &c. Praesidebat sacro coetui Valerius Hypponensis antistes, qui vix delibavit sublime & propemodum divinum ingenium Augustini, disputationibus exposuit &c. Et Augustinus sublimiter praeditus ingenio & facundia, detulit eam (*Resurrectionem*) ad Auditorum mentes tam certam, ut Adversarii se ex acie reduxerint, & cum ipso professi sint, citra controversiam eamdem Resurrectionem velut Fidei dogma tenendam, sic haerentes confusi; stupentibus autem spectatoribus, quod Africa foecunda parens monstrorum irrationalium, aeque feliciter monstrum ratione praeditum peperisset, Augustini scilicet mentem. *Et ad Concil. Afric. an. 424. initio* = Ecclesia Africana... merito facta est Ecclesiasticae disciplinae instauratrix, & nil mirum, cum plures inter egregiae indolis, & pietatis homines Augustinum haberet, qui equidem ut forte nunquam parem habuit in ingenii vivacitate, in pertinacissima exercitatione scribendi, & in profunditate doctrinae, ita &c. *Ita simpliciter dedimus, quod, ut praemonuimus, Battaglinus Italice scripserat.* Ob. 1. Octob. an. 1717. aet. 61.

CCXIX.

Carolus Casalicchius Iesuita mercurii iocundi, Argutiarum Centur. 3. argut. 10. cui titulus : Non dari deplorabilius malum, quam malum non agnoscere : *post med.* = S. Agostino principe di tutti i Letterati &c. *Idest*: S. Augustinus princeps omnium Litteratorum &c. Flor. exeunte saeculo praeced. Societate ingressus an. 1651.

CCXX.

*Abbas Fleurius parens plurium librorum, ut de Moribus Israelitarum & Christianorum, Historiae Ecclesiasticae (quam tamen quibusdam praeiudiciis foedavit) in 36. * tomos distributae &c. lib. de Studiorum delectu & methodo, 1. par. c. 4. titulo* = Christianorum studia, *Gallice hoc iudicium fert de Augustino quod Latine reddimus* = Augustinum iuvenilem aetatem agentem omnes Philosophos legisse quam exactissime inficiari non possumus. Haud immerito praedicabis ipsum perfectum Philosophum. Quandoquidem non habuit orbis hominem perspicacioris ingenii, meditationis ita profundae, & ratiocinationis quam nullus imitari queat. Natus 6. Dec. an. 1640. Fuit a Confessionibus Ludovico XV. quem dimisit mense Martii 1722. Ob. eodem an. 1722. 14. Iul. aet. 82. * Computata additione.

CCXXI.

Ioannes Pellegrinus Turri, ex Societate Iesu Concionator gravis, vir item, ut fertur, assidui studii patiens, Serm. 1. de Virgine, par. 1. paullo ante finem = La Fenice di tutti gli umani ingegni, il grand' Agostino. *Scilicet* = Phoenix omnium humanorum ingeniorum, magnus Augustinus. Vivebat adhuc an. 1722. aet. 83.

III. CLASS.

Impressum est hoc opus anno 1736. & prior tomus dicatus est Carolo VI. Imp.

CCXXII.

Ioannes Baptista Bovius tom. 1. Theatri Moralis Dogmatico-Historici *&c. Tract.* 2. *cap.* 8. *ante med.* = Udite la glosa del Padre delle lettere S. Agostino *cap.* 13. *ante med.* = Sant' Agostino il più dotto tra' Santi si protesta &c. *Tract.* 4. *cap.* 1. *circa med.* = Così l'AQUILA degl' ingegni Sant' Agostino lasciò pur scritto &c. *Et tom.* 2. *Tract.* 1. *cap.* 10. *post initium* = Secondo il sentimento de' Santi Padri citati, e degli altri comunemente, confermato dall' AQUILA degl' ingegni Agostino &c. *Denique passim Augustinum peculiari obsequio nominat tom.* 1. *Tract.* 1. *cap.* 2. *post med. & cap.* 3. *circa med. & cap.* 17. *circa med. Tract.* 2. *cap.* 9. *ante med. Tract.* 3. *cap.* 14. *post med. Tract.* 4. *cap.* 9. *ante med. Et tom.* 2. *Tract.* 1. *cap.* 5. *in fine, & cap.* 7. *ante med. cap.* 8. *post init. & cap.* 9. *post init. Tract.* 2. *cap.* 1. *ante med. cap.* 3. *post med. cap.* 4. *ante med. & circa med. Tract.* 3. *cap.* 10. *post init. & cap.* 17. *post init. Tract.* 4. *cap.* 8. *post med. & cap.* 20. *post initium.*

CCXXIII.

Comprehenditur haec historia 13. tom. in 8. eiusque titulus est: *Abregè de l'Histoire Ecclesiastique*. Eius auctor (quem suspicantur Abbatem *Racine* virum Litterario orbi notum) obiit an. 1754.

In Compendio Ecclesiasticae Historiae a Gallo & Gallice scripto; Coloniae impresso, quodque magno plausu lucem adspexit anno 1754. *plura in Augustini laudem habentur, quorum aliqua Latinè hic exhibemus. Tom.* 2. *pag.* 263. = S. Augustinus ingenio pollebat iusto, acri, & sublimi; abstrusas res vivacitet facileque pervadendi dono: memoria prodigiosa: naturali aequitate: summo in veritatem amore &c. In studio linguae Graecae & Latinae magnos progressus fecit. Inde in eloquentiam, & omnes Philosophiae partes incubuit, & celeriter quidquid legerat tenuit &c.] *Pag.* 326. = S. Augustini opera quidquid in Theologia desiderari potest complectuntur. Hic Patet in cunctis suis scriptis exacte & nitore mirabili explicat digeritque Christianas veritates, expedit ab omnibus haereticorum tricis & cavillationibus, distribuitque methodico ordine. Praecisione notavit quid credendum sit circa quodcumque mysterium, quid iis, quae emergunt, obiectionibus sit respondendum &c. Sint supra modum abstractae & difficiles materiae, quas tractat, eas tanta felicitate dilucidat, ut ab universo terrarum orbe teneri possint &c. Idea, quam huius viri exhibere studeo, facile ostendet, quae sit eorum felicitas, qui sunt fidi discipuli eiusdem insignis Magistri, & quam merito unus summorum virorum nostri aevi (M. Duguet) soleret adserere, Ecclesiasticis nullam aliam sortem ambiendam quam hanc, scilicet gustandi scripta Doctoris huius incomparabilis, beneque dignoscendi quale quantumque eorum sit pretium &c.] *Pag.* 338. = Omnes Patres in Scripturae studiis laboravere, & eorum quilibet nonnulla eius loca dilucidavit. At S. Augustinus eam totam qua late patet complexus est, deprehenditque eiusdem totam oeconomiam ideamque. In hoc tamen portentum nullum. Augustini caracter singularis est. NUNQUAM visus est homo tam ampli, & iusti ingenii &c.] *Ipsa postrema Auctoris verba sunt haec* = On n'a guetes vû d'homme d'un esprit aussi ètendu, & aussi iuste, que le sien.

In hac tamen Historia, cuius nonnisi pauca quaedam delibavimus, aliquoties desideratur modestia & obsequium erga summos Ecclesiae Praesules.

CCXXIV.

CCXXIV. **MIXTA CLASSIS.**



Andem videndum eſt, utrum quod pro Palladio rhetore Q. Aurel. Symmachus dixit lib. 1. Epiſt. 9. de Auguſtino nos dicere poſſimus, nempe = Viri qui inter ſe aliarum rerum ſaepe diſſentiunt, concordem ſententiam ſuper huius laude tenuerunt. De Paganis, Haereticis, impiis, & ſuſpectis Scriptoribus *loquimur, qui Sanctorum ſcripta contemnere, aut non magni facere adſolent: quique invicem rerum ad Fidem ſpectantium ſaepe diſſentiunt: paſſim autem, & quam libenter Catholicorum iudiciis contradicunt; Videndum inquam, utrum & huius generis homines de Auguſtini ingenio doctrinaque optime ſenſerint.*

Hanc vero claſſem (quam etiam Appendicem *vocare poſſes)* Mixtam *dicimus, quod in ea datas a malis Scriptoribus laudes, ad quamcunque claſſem ſpectent, perturbate recenſeantur.*

Exordium facit Poſſidius Calamenſis antiſtes, qui cap. 7. Vitae S. Doctoris haec habet = Libros vero eiuſdem, ſive tractatus mirabili Dei gratia procedentes, ac profluentes inſtructos omni rationis copia, atque auctoritate Sanctarum Scripturarum ipſi quoque haeretici concurrentes cum Catholicis ingenti ardore audiebant, & quiſquis ut voluit, & potuit, notarios adhibens, etiam ea quae dicebantur excepta deſcripſit. Quo obierit anno incertum. In calce t. 10.

CCXXV.

Maximus Grammaticus Madaurenſis ſenex pro Gentibus ſcribens, provocanſque Auguſtinum, Epiſt. 16. (Alias, 43.) n. 3. = Sed illud quaeſo, vir ſapientiſſime, ut remoto facundiae robore atque exploſo, qua cunctis clarus es, omiſſis etiam quibus pugnare ſolebas Chryſippeis argumentis, poſtpoſita paululum dialectica, quae nervorum ſuorum luctamine &c. Scripta forte circa an. 390.

CCXXVI.

Quid de Auguſtini ingenio ſenſerit iuratus eius hoſtis Petilianus Donatiſta, Cirtenſis epiſcopus, olim advocatus forenſis, conıice ex his Auguſtini verbis lib. 3. cap. 16. n. 19. contra eumdem = Eat nunc, & anhelis pulmonibus, ac turgidis faucibus me tanquam dialecticum criminetur: immo non me, ſed ipſam dialecticam velut mentiendi artificem in populare iudicium ream advocet; & in eam quamlibet fragoſiſſimo ſtrepitu advocati forenſis ora diſtendat. Dicat quidquid vult apud imperitos, unde ſtomachentur docti, illudamur indocti. Me propter rhetoricam, Tertulli oratoris, a quo accuſatus eſt Paulus, vocabulo denotet. Scrip. circa an. 400. t. 9. Actor. 24. 1.

CCXXVII.

Secundinus Manichaeorum Auditor Epiſt. ad Aug. n. 1. = Nam dignus es, qui ab iiſdem talia munera conſequaris, iidemque (*Pater, Filius, & Spiritus S.*) veritatis tuae nutritores efficiantur, vere lucerna, quam in cordis tui candelabro dextera poſuit veritatis .... iubeantque ſine lapſu illam manere domum, quam tu non ſuper erroris arenam, ſed ſuper ſcientiae lapidem collocaſti &c. *Et infra n. 3.* = Haec itaque cum ſuſpenſo animo agilique oculo iterum iterumque repetiſſem, ſummum inveni ubique oratorem, & deum pene totius eloquentiae: nuſquam vero comperi Circa an. 405. t. 8.

Chri-

MIXTA CLASSIS. Christianum: & armatum quidem contra omnia, affirmantem * vero nihil &c. Ego namque fateor non tali diligentia, nec tanta industria Anicianae domus micare marmora, quanta tua scripta perlucent eloquentia. Hanc si voluisses veritati concordare, magnum utique nobis extitisset ornamentum.

* Quod nempe Ecclesiae dogmata demonstrativa ratione non stabiliantur.

CCXXVIII.

Circa an. 406. t. 9.

Lib. 1. contra Cresconium Grammaticum partis Donati, cap. 1. n. 2. = In cuius primis partibus laborasti, ut suspecta hominibus eloquentia videretur. Nam velut laudans genus dicendi meum, & rursus velut timens ne hoc genere te vel quemquam falsa persuadendo deciperem, in accusationem * ipsius eloquentiae perrexisti &c. *Et cap. 2. initio* = Sed credo cum me videres a nonnullis putari eloquentem &c. *Et cap. 3. initio* = Nam quod te dicis & *arte dicendi imparem nobis, & exemplis legis Christianae penitus non instructum*, quo pertinet obsecro? Numquidnam te compuli contra mea scripta rescribere; & ideo recusantis & excusantis haec vox est? Si ergo penitus non instructus es, cur non potius taces, aut ita loqueris, ut instrui te desideres? *Instare me*, dicis, *& provocare semper, ut ad dignoscendam veri quaestionem mecum vestri disceptent; sed vestros prudentius ac patientius facere, qui in Ecclesia tantum quae in Lege mandata sunt populos docent, nec nobis respondere curant &c. Et cap. 13. item initio* = Nostri enim quam maxime apud Stoicos viguisse dialecticam: quamvis & ipsi Epicurei &c. Quid est enim aliud dialectica, quam peritia disputandi? Quod ideo aperiendum putavi, quia etiam ipsam mihi obiicere voluisti, quasi *Christianae non congruat veritati*. & ideo me doctores vestri *velut hominem dialecticum merito fugiendum potius & cavendum, quam refellendum revincendumque* censuerint.] *Similia insinuantur lib. 2. cap. 1.*

* Editi adduni *totius*: quod abest, & merito, a MSS.

CCXXIX.

Scr. forte an. 408.

Nectarius paganus, aetatis decrepitae Epist. 90. (Al. 201.) ad August. = Idcirco gaudeo primum, quod apud instructum disciplinis omnibus virum mihi hic est sermo institutus. *Vide etiam Epist. eiusdem 103. (Al. 253.) quam complet his verbis* = Deus summus te custodiat, & legis suae te conservet praesidium atque ornamentum nostrum.

Scr. ann. 409.

CCXXX.

Vide Odoricum Raynaldum ad an. 411. & Benedictinos, in imo marg. Epist. 132.

Volusianus Urbis nobilissimus eques, disertus orator, & eximiae philosophus, Gentium tenebris licet, & superstitionibus captus, Apollonio & Apuleio Magis addictus, quem Augustinus ad luctam dogmaticam Epist. 132. (Al. 1.) provocaverat, & tandem (aliis concurrentibus subsidiis) Christianis castris adiunxit, Epist. 135. (Al. 2.) ad Aug. in fine = Accepisti, vir totius gloriae capax, imperitiae confessionem, quid a partibus vestris desideretur agnoscis. Interest famae tuae, ut quaesita noverimus. Utcumque absque detrimento cultus divini in aliis Sacerdotibus toleratur inscitia, at cum ad antistitem Augustinum venitur, LEGI DEEST, quidquid contigerit ignorari.] *Quae laus tanta est, ut vix, & ne vix quidem Scriptori non Canonico tribui possit; unde S. D. Epist. seq. eam dispungit.*

Scr. subinit. an. 412.

CCXXXI.

Huius Epist. tempus incompertum.

Longinianus item Paganus philosophus, & sacerdos, quem pariter Augustinus provocaverat, Epist. 234. (Al. 21.) ad eumdem Aug. ini-

initio = Beatus sum, & relucentis puro virtutis tuae lumine admodum illustratus, qui dignum me divini tui affaminis honore cumulandum esse duxisti. Sed grave mihi onus; & difficillimam respondendi provinciam, Domine venerande, satis imponis, praecipue tuis percunctationibus &c. nec tuis Romanorum vir vere optime &c. *Et n.* 3. Ut autem me cultorem tuarum virtutum dignatus es iam olim scienti insinuare quod diligas &c. Sed ante omnia quaeso te, ut exiguissimae opinioni meae veniam concedas, & sermoni meo ad te, quia coegisti, remisso forte incongruo facile indulgeas, & me quid de his existimes, vel tu quid sentias, sanctis scriptis tuis, ut ille ait, iam non melle, sed nectare dulcioribus si mereor, informare digneris. Ovid. Trist. 5. Eleg. 5.

CCXXXII.

Pelagius Brito, seu Britannicus, antequam contra Christi gratiam iam diu conceptum venenum proderet, ut Augustini ingenium sapientiamque suspexerit, conjicere facile est ex Aug. Epist. ad ipsum 146. *in qua ita loquitur S. D.* = Ego autem etsi in me non agnosco praeconia de me tua, quae tuae benignitatis epistola continet &c. *Qua Epistola accepta, triumphavit Pelagius; quos tamen triumphos praesenserat, atque inde compressit acutissime S. Doctor: ut habemus ex lib. de Gestis eiusdem Pelagii, scripto sub initium anni* 417. *ab ipso Augustino ad Aurelium, cap.* 26. 27. 28. *&* 29.

Vivebat adhuc circa an. 410. Illius autê exitus prorsus obscurus.

Scr. circa an. 413.

De huius nomine vide Augustin. Epist. ad Paulin. 186. (*Al.* 106.) *c. & n.* 1. *Prosper. in Chron. ad Consul. Lucii, & Heracl. an.* 413. *Paul. Oros. in Apolog.*

CCXXXIII.

Iulianus Eclanensis episcopus, olim Iae nobilissimae feminae, Aemilii episcopi Beneventani filiae matrimonio iunctus, Latinae & Graecae linguae iam ab adolescentia peritissimus, rhetor disertus, Liberalibus excultus Disciplinis, Pelagianorum, & forte haereticorum omnium ingeniosissimus, & Augustini implacabilis hostis, dum non adtendit, S. Doctoris ingenium sapientiamque laudavit; Voluit enim duos eligere summos Achilles, ex quibus integra Polemicarum, quae tum vigebant controversiarum atque concertationum victoria penderet: seipsum nempe pro Pelagianis: & Augustinum pro Catholicis: Iuliano vincente, Pelagianis: Vincente Augustino, Catholicis palma deberetur. *Quod tamen foedus, utpote intolerabilem superbiam & arrogantiam spirans humilis Augustinus reiecit, & exsecratus est. Vide lib.* 2. *contra eumdem Iulianum, cap.* 10. *n.* 36. *lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 4. *& lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 22.

Nat. circa an. 385. Ob forte circa an. 455.

Calamum arripuit contra Augustin. & Eccles. circa an. 420.

Ut hunc haereticum noscas, vide saltem Aug. lib. 1. *contra eumdem, c.* 4. *& lib.* 6. *Oper. Imperf. c.* 18. *Marium Mercat. p.* 5. *& Card. Noris. lib.* 2. *Histor. Pelag. c.* 13.

CCXXXIV.

Massilienses Semipelagiani, sic dicti quod velut Pelagiano dissecato systemate, parte una abiecta, aliam adoptaverint, dum in Augustinum querelas struunt, eius eximiam mentem ceterasque doctrinas constanti obsequio suspiciunt. S. Prosper Epist. 225., *n.* 9. *nempe sub finem* = Nam unum eorum praecipuae auctoritatis, & spiritalium stu-

Ambae scriptae an. 428. aut 429. t. 2. & 10. ante lib. de Praedest. SS.

MIXTA CLASSIS.

ſtudiorum virum, ſanctum Hilarium * Arelatenſem Epiſcopum, ſciat beatitudo tua admiratorem ſectatoremque in aliis omnibus tuae eſſe doctrinae; & de hoc quod in querelam trahi iam pridem apud ſanctitatem tuam ſenſum ſuum per litteras velle conferre.] *Hilarius laicus S. Doctoris diſcipulus, non ut Proſper, qui Auguſtinum numqnam viderat, ſed domeſticus, Epiſt. 226. n. 9. ſeu, admodum ante finem* = Sed plane illud tacere non debeo, quod ſe dicant tuam ſanctitatem hoc excepto, in factis & dictis omnibus admirari.

* Viſum erat nonnullis ſubſtituendum hic eſſe, *Honoratum*; Sed MSS. conſtāter praeferunt, *Hilarium*.

CCXXXV.

Saeculo 8. labente.

Extulit Auguſtini ingenium doctrinamque Felix epiſcopus Urgellae, quae Civitas eſt in Pyrenaei montis iugo poſita, qui Elipando Toletanae Eccleſiae in Hiſpania Archiepiſcopo, quondam ſuo diſcipulo errorem illum, Chriſtum ſecundum naturam humanam Dei Filium eſſe adoptivum, non naturalem *inſtillavit. Vide ſaltem Ionam Epiſcopum Aurelianenſem, lib. 1. de Cultu SS. Imaginum adverſus Claudium Taurinenſem epiſcopum: Dungalum Monaſteri Sandionyſiani in Agro Pariſienſi eruditum Monachum contra eumdem Claudium, & Paulinum Aquileienſem in 7. libris contra eumdem Felicem, maxime lib. 4. poſt med. & lib. 5. circa med. & lib. 6. longe poſt med.* ubi = Haec ſunt (ais) ſententiae praefati egregiique doctoris Auguſtini &c.

CCXXXVI.

Saec. 9.

Claudius natione Hiſpanus, Taurinenſis Eccleſiae Epiſcopus, qui Vigilantii errores contra Sanctorum venerationem, cultum, & reliquias inſtauravit, circa Auguſtini ingenium doctrinamque in ſimilia ſenſa ivit, eiſdem graviſſimis Auctoribus teſtibus. Ex pluribus, pauca haec ex Iona Aurelianenſi Epiſcopo contra eumdem exhibemus; Lib. 1. de Cultu SS. Imaginum, poſt initium, ad verba haeretici, Nec mirum eſt &c. Patet enim te dicta beati Auguſtini in Expoſit. Evang. Ioan. de cuius dictis nihil te latere iactitabas, penitus ignoraſſe &c. *Et infra, ad verba*, Et quia quid &c. = Quem (*Auguſtinum*) quia eius ſalutiferis doctrinis iugi meditatione aſſuefactus, inter caeteros magnarum laudum praeconiis merito afferre ſolitus eras &c. *Itemque ex Dungalo, longe poſt initium* = Auguſtinum adſumit, a cuius ſubtilitate ingenii, Chriſtianique ſenſus rectitudine longiſſime diſtat. Alios quidem praeter eum ſolum pene omnes abiicit, unum vocans magnum mentionarium, alium compilatorem, alium ruſticum &c.

CCXXXVII.

Nat. an. 992. Ob. an. 1050. aet. 58.

Aboali Abiuſceni, vulgo, Avicenna, *vir ingenii ſupra modum felicis, Arabum Medicorum doctiſſimus, in omni propemodum profana facultate magiſter, quem Hiſpani * aperta rapina ſuum fecerunt, hiſce verbis, ſi nonnullis credimus, Auguſtini ingenio & doctrinae plaudit* = Apparuiſti Compatriota noſter, homo mirabilis in univerſa terra, altiſſimi intellectus, humanarum divinarumque rerum ſcientia & ſapientia peritiſſimus, quod de te ſentio accipe; Parcant mihi Socrates, Plato, Ariſtoteles, & omnes mundi Sapientes: Tu enim tantum ſcientiae poſſides, quantum humanae menti tribui poteſt] *Verum ipſe Ludovicus ab Angelis, qui lib. 1. de Vita, & Laudibus S. D. cap. 3. idem elogium recitaturus, ita praefatur* = Oſtendunt Avicennae verba, ſi tamen illius, qui nec eiuſdem cum Auguſtino

* Vide Nicolaū Anton. l. 2. Bibliothecae Hiſpan. Veteris, c. 2.

Pa-

Patriae, natione Perſa, profeſſione Mahomettanus, & multis ſaeculis poſterior. *Nobit tamen ſat eſt, a vivente homine, non a phantaſmate Auguſtinum laudatum.* MIXTA CLASSIS.

CCXXXVIII.

De Berengario Turonis in Galliis orto, Eccleſiae Andegavenſis Archidiacono, Sacramentariorum parente, qui haereſim aliquando eiuratam iterum amplexus eſt, tandem vero circa annum 1083. ſerio abiecit, & in Eccleſiaſtica communione obiit, idem habet ex pluribus; Guitmundus Monachus Ord. S. Bened. Crucis S. Leufredi dioeceſis Ebroicenſis in Normannia, & poſtea Averſanus in Italia Archiepiſcopus, lib. 2. de Corp. & Sanguin. Chriſti veritate in Euchariſtia, *admodum ante finem* = Ex his palam eſt, quia ſi doctorem praecipuum Auguſtinum, quo maxime nitebaris, diligenter advertis &c. *Et lib. 3. poſt initium* = Quoniam ex beato Auguſtino ſcandali pene totius videtur eſſe principium, quid nobiliſſimus idem Doctor de ſacrificio Eccleſiae ſentiat videamus &c. O ſententia luculentiſſima, o ſententia fideliſſima, o ſententia vere beatiſſima & excellentiſſimo doctore Auguſtino digniſſima &c. *Et inferius* = Aut de his ſe explicent, aut Auguſtinum nobis obiicere deſiſtant. *Et admodum ante finem* = Si ergo vobis o Berengariani beatus Auguſtinus ita, ut ſolet, clariſſimus eſt, iudicium eius ſequimini &c. Dicit vobis Auguſtinus veſter &c. Quocirca beati Auguſtini iudicio vos ſtolidi eſtis &c.] *Vide etiam; ſi adhuc plura deſideras, lib. 1. admodum poſt initium. Lanfrancum Papia Italiae civitate oriundum, ex Abbate Ord. S. Bened. Cantuarienſem Archiep. totiuſque Angliae Primatem, lib. ſingulari contra eumdem; & Algerum Scholaſticum Leodienſem, ac inde Monachum Cluniacenſem in tribus libris in eumdem ſcopum.* Ob. 6. Ian. an. 1088.

CCXXXIX.

De Guillelmo de S. Amore, Mendicantium ordinum hoſte, & pacis honeſtatiſque turbatore laudant S. Bonaventuram, lib. de Paupertate, *q. 2. Videre poteris lib.* de Paupertate Chriſti, *admodum ante finem, circa med. ſermonis Guillelmi. De Gyraldo eumdem Bonav. in* Apologia pauperum, *in* primae reſponſionis ſecunda particula &c. *art. 1. circa med.* Ob. S. Bonav. an. 1274.

CCXL.

Ioannes Wicleffus, natione Anglus, in Lincolnienſi dioeceſi Parochus, Romanae Eccleſiae, & omnium Patrum contemtor, quid ſenſerit de Auguſtini ingenio doctrinaque cum Ioanne Huſſo-ipſius diſcipulo, agnoſci poteſt ex ſcriptis viri ſummi, ord. Carmelitarum obfulgentiſſimi ſideris, P. N. ThomaeWaldenſis, natione item Angli, ex vico Walden, eorumdem haereticorum fortiſſimi mallei, qui t. 1. Doctrinalis Fidei, *lib. 1. art. 2. cap. 34. circa med.* = Miror ergo qua fronte impudica Auguſtinum dicit patronum &c. Conſidero, inquit (*Wicleffus*) quod in multis extraneis ac modernis diſſentio: ſed cum multis Sanctis, & antiquis, & ſpecialiter Auguſtino convenio. Hoc dicit pro doctrina animationis ſuae. Et forſan hac audaci pompa confiſi ſui diſcipuli, vocabant eum famoſo & claro nomine; IOANNEM AUGUSTINI. *Et t. 2. de Sacramentis*, doctrina 2. *initio* = Obtendit nempe Witcleff. & diſcipuli eius contra Catholicos auctoritates Auguſtini.... vociferans & ſtrepens, Sic habet Auguſtinus ut doceo &c. Caeterum quo modo formidaret haereticus iſte fal-

Ob. 31. Dec. an. 1387.

Huſſus vivicomburio obſtinatus anno 1414.

Ob. autem pius Waldenſis Rothomagi in Normannia 5. Nov. an. 1430.

MIXTA CLASSIS. falſificare dictum Auguſtini, quando non timet falſum teſtem facere textum Dei? *Et de Sacram. Euchar. cap.* 31. Quod Sacrificium Altaris eſt unum &c. *initio* = Fugit iterum doctor iſte per iter aequivocum Sacrificii & Sacramenti, credens ſe poſſe ſalvari per praetenſam fugam ad Statuam Auguſtini &c. *Et poſt med.* = Utinam ergo, qui Auguſtinum, aut aliquem S. Patrem vocant in patrem, eum quem ſic invocant, putarent aſtare praeſentem, promptumque coram omnibus dicere, Non ego hoc ſenſi, quod nomine meo falſe finxiſti, ſed &c.

CCXLI.

Ob. 12. Iul. an. 1536. Scripta an. 1518. *Deſiderius Eraſmus, vir maledicus, & admodum ſuſpectae fidei, Epiſt. 376. ad Ioan. Eckium, cui admodum diſplicuerat ab eodem Eraſmo Auguſtinum Hieronymo fuiſſe poſthabitum, dum caeco furore diſputat, haec circa med. conteſtatur* = Quis neſcit in Scholis decantatum, Auguſtinum inter veteres eſſe praecipuum Theologum, admirabilem Philoſophum, invictum Dialecticum? Quaſi vero quidquid illic quocunque caſu iactatum ſit, oraculi vice debeat haberi? *Et inferius* = Cumque locis compluribus tractet rem Dialecticam, ad quam ut erat natura compoſitus, ita impenſe delectatus

Scr. an. 1529. videtur &c. *Et inde etiam proprio iudicio Epiſt. ad Alphonſum Archiep. Tolet. ac totius Hiſpaniae Primatem, t. 1. operum S. Auguſtini praefixa, ab initio* = Incomparabilis Eccleſiae doctor, & invictus propugnator D. Aurelius Auguſtinus &c. Quid enim habet orbis Chriſtianus hoc Scriptore, vel magis aureum, vel auguſtius? Ut ipſa vocabula nequaquam fortuito, ſed Numinis providentia videantur indita viro &c. Sunt aliis aliae dotes ..... In Athanaſio ſuſpicimus ſeriam, ac ſedulam docendi perſpicuitatem. In Baſilio &c. *Et numeratis nobilioribus Patribus, cum propriis dotibus* = At non arbitror alium eſſe Doctorem, in quem opulentus ille, iuxta ac benignus Spiritus dotes ſuas omnes largius effuderit, quam in Auguſtinum, quaſi voluerit in una tabula vividum quoddam exemplar Epiſcopi repraeſentare &c. *Et inferius* = Ingenii felicitas prorſus erat incomparabilis, ſive ſpectes acumen vel obſcuriſſima facile penetrans, ſive capacis memoriae fidem, ſive vim quandam mentis infatigabilem. Difficultatibus quaeſtionum alebatur: huc quiſquis provocabat, prorſus equum, ut habet proverbium, in planiciem invitabat: nec ullis materiis libentius indulſit, quam quae ſubtilitate torquerent, nec conquieſcebat, donec nodos omnes explicuiſſet. Ad docendum ſemper erat paratus, non aliter quam avidus negociator ad lucrum. O virum ad totius Eccleſiae publicam utilitatem natum, factum, datumque divinitus.

CCXLII.

Ob. ut ferunt, Catholicus, circa an. 1537. *Ioannes Ludovicus Vives, gente Hiſpanus, patria Valentinus, in profana eruditione vir magnus, tametſi iniquae indolis, depravatae conſcientiae, & maximae ſuſpectae fidei, in Praefat. (quam ſcripſit Lovanii an. 1522.) ad Principem &c. pro ſuis Commentariis in libros de Civit. Dei, poſt med.* = Auctor eſt Auguſtinus, vir Deum immortalem quam ſanctus, quam doctus, quam ſpecimen columenque reipublicae Chriſtianae: quo uno multis ritibus, multis ſtatutis moribus, caeremoniis piis, ac venerandis eſt illa innixa, nec iniuria. Fuit enim in viro illo ſtudium uber-

ubertrimum, cognitio Sacrarum Scripturarum exactiſſima, iudicium acre & exterſum, ingenium ad miraculum acutum.

MIXTA CLASSIS.

CCXLIII.

Martinus Lutherus, haereticorum omnium procaciſſimus, plurimorum autem iuniorum coryphaeus, & princeps lib. quod verba, Hoc eſt corpus meum, *adhuc firmiter ſtans* ≕ Auguſtinus omnibus praeferendus Doctoribus, qui poſt Apoſtolorum tempora vixerunt. In Colloquiis *lib.* 2. *fol.* 135. ≕ S. Auguſtinus prae omnibus Doctoribus mihi placuit, & placet, inſignis eſt Doctor, omni laude dignus, ſolide & ſinceriſſime tractat. *Vide etiam fol.* 477. *Et titulo, De Patribus* ≕ Apologia Philippi omnes Eccleſiae Doctores ſuperat, etiam Auguſtinum. *Et Epiſt. ad Ducem Georgium de ſuo Albero* ≕ Nullus ab Apoſtolorum temporibus Doctor, aut Scriptor, ram &c. hoc certe ſcio, quod neque Auguſtinus &c. *Equidem inſanit, dum bubones duos eis laudibus ornat; at ſimul prodit, quo loco Auguſtinum habeat.*

Nat. an. 1483. Ob. 17. Febr. an. 1546. poſt med noctem.

CCXLIV.

Henricus VIII. Rex Angliae, haereticorum quondam malleus, paulo poſt amicus, & patronus, antequam inſaniret, in aureo opuſculo, quo valide Mart. Lutherum adgreſſus eſt, nullum habuit argumenti genus adeo familiare, ut illud ab Auguſtini auctoritate petitum. Unde Lutherus lib. contra eumdem Angliae Regem ≕ Quis eſt Auguſtinus? Quis nos cogit illi credere? &c. *Recole etiam relata n. XXIX.*

Ob. 27. Ian. an. 1548.

CCXLV.

Philippus Melancthon Lutheri dilectiſſima proles, apud Proteſtantes Theologus ſummus, a Caelis illuſtratus &c. Molliorum Lutheranorum dux, & inſtitutor, & Auguſtanae Confeſſionis auctor, Declamat. in S. Doctorem ≕ Ornatus eſt Auguſtinus miraculis quibuſdam; expulit daemones &c. Sed haec ſunt longe praeſtantiora miracula; Succeſſus in gubernatione; & haec iudicii rectitudo, & fidei conſtantia, quod vidit Pauli ſententiam, de Lege, de Peccato, de iuſtitia Fidei tanta fuerat caligo, ut nec ſermonis genus in S. Litteris intelligeretur. Haec ipſa vocabula, quae ſunt praecipua in Eccleſia, quas res proprie ſignificarent ignorabantur, Lex, Evangelium, Peccatum, Gratia, Fides, Litera, Spiritus. Hae tenebrae depulſae ſunt Auguſtini opera, qui quidem illas tantas res perſpicere iudicare non potuiſſet, niſi exercitia peculiaria Spiritus deguſtaſſet &c. Debetur etiam ipſi gratia, qui litteris mandavit veram interpretationem, ut poſteritatem admoneret.

Natus Breitae in Germ. an. 1497. Ob. Vvittemb. an. 1560.

CCXLVI.

Magdeburgenſes, vulgo, Centuriatores, *hoc eſt qui per centurias Annales curarunt, ſeu potius innumerabilibus naeniis, & fabellis, & blaſphemiis corrupere, Centur.* 5. *col.* 1118. *&* 1119. ≕ Recte affirmari poteſt, eum (*Auguſtinum*) veri epiſcopi officio perfunctum eſſe, nam veram doctrinam non modo in ſua Eccleſia, ſed ubicunque rogabatur, praedicavit, ac ea docuit, quae ex Apoſtolorum ſcriptis didicit: errores confutavit, & contradicentes convicit. Vitia & mala opera graviter reprehendit, & quae ad pietatem pertinent, graviter inculcavit. Notorie peccantes, aut haereſes defendentes clave ligante conſtrinxit, & poenitentiam agentes ad

Edita fuit putidiſſima haec hiſtor. an. 1560. Eius primarius architectus & auctor fuit Mathias Flaccus Illyricus Lutheranorum rigidiorũ coryphaeus, & princeps.

MIXTA CLASSIS.

ad Ecclesiam reduxit, eosque gratia Dei consolatus est. Plurimos Manichaeos, Donatistas, Pelagianos, & Paganos convertit. Possidonius ei adscribit donum miraculorum &c. Sanctus & strenuus athleta Dei ad conservandum fideliter depositum religionis Iesu Christi toto tempore ministerii Ecclesiastici multas, & asperas dimicationes, & certamina substinuit contra veritatis hostes, ut fuerunt Donatistae, Manichaei, Ariani, Priscillianistae, Marcionitae, Apollinaristae, Photiniani, Novatiani, Pelagiani, Iudaei, & Pagani, quos gloriose devicit.

CCXLVII.

Natus Novioduni in Picardia Galliae 6. Iun. an. 1509. Ob. 27. Maii, an. 1564.

Ioannes Calvinus, summus alter recentium haereticorum coryphaeus, lib. 3. Institutionum, cap. 3. = A nullo compendiosius tradita iustificationis doctrina: neque opus est investigando laborare, quid veteres senserint, quando unus Augustinus sufficere ad id potest, qui fideliter magnaque diligentia omnium sententias collegit; ex illo igitur sumant Lectores, si quid de sensu antiquitatis habere certi voluerint. *Similia habet alibi saepe.*

CCXLVIII.

Ob. 8. April. an. 1586. aet. 64.

Martinus Chemnitius, Germaniae haereticus notus, de Lectione Patrum = Augustino omnium eruditorum consensu tribuitur palma. Plura doctrinalia habet, quam aliquis reliquorum: & ea etiam magis proprie, & commode explicata, quam extant apud reliquos.

CCXLIX.

Natus Vezeliis vetusto Heduorum oppido 24. Iun. an. 1519. Ob. 13. Octobr. anno 1605. aet. 87.

Theodorus Beza Calvini fidus achates, vir certe felicis ingenii, cui proinde & hac ratione durissimum iudicium factum arbitramur, in cap. 5. epist. ad Rom. acriter Desid. Erasmum perstringit, quod in eius loci expositione Origenem Augustino praetulerit, alte illud inculcans, Unum pene Augustinum, a Pelagianis videlicet excitatum, hunc locum recte tractasse.

CCL.

Natus Genevae 8. Feb. an. 1559. Ob. in Anglia an. 1614.

Isaac Causabonus Calvinista in respons. ad Epist. Cardinalis Peronii (quem audivimus n. CXXXII.) *edita Londini per Ioan. Karthon, pag. 29.* = Non dubitat Rex (*Iacobus 1. Rex Angliae*) cum beato Augustino pronunciare &c. *Et Epist. 710.* = Magnus plane vir fuit Augustinus, pietate & doctrina mirabilis.

CCLI.

Nat. an. 1562. Floruit potissimum post an. 1619.

Franciscus Gomarus Calv. Arminii malleus in Speculo verae Ecclesiae *pag. 96. ante med.* = Augustinus Patrum omnium communi sententia purissimus habetur.

CCLII.

Videtur floruisse circa an. 1622.

Ricardus Montacutius Anglus constanti obsequio Augustinum nominat. In Analectis Ecclesiasticarum exercitationum, *exercit. 1. sect. 6. post initium* = Ambrosius Pater est e Latio, & inter celebres in Latio Patres, si unum exceperis Augustinum, celeberrimus fortasse e Latio Pater. *Exercit. 4. sect. 4. ante med.* = Quid ergo Augustinus in contrarium adductus? Quasi vir, si quis alius, architectonicotatos, & dialecticarum peritissimus rationum &c. *Apud Ioh. Iacobum Hofmannum in Lexico* Universali Historico, Geographico &c. *in*

in vetustiori editione idem Montacutius, solidissimi iudicii virum, & in fidei dogmatibus disceptandi principem *Augustinum appellat*. *Ipse vero Hofmannus velut ex communi, tritaque Eruditorum sententia*, Latinorum Theologorum coryphaeum *dicit*.

MIXTA CLASSIS.

CCLIII.

Marcus Zuerius Lutheranus in Histor. universali Sacra, & profana, *ad annum Dom.* 431. = Hippo princeps Africae civitas a Vandalis obsidetur, & capitur. Finem vivendi in ea obsidione fecit Augustinus Episcopus Hipponensis, verus Christianorum Varro, qui tam multa legit, ut nihil videatur potuisse scribere, & tam multa scripsit, ut nihil videatur potuisse legere.

Flor. circa med. saeculi elapsi.

CCLIV.

Guilielmus Cave SS. Th. Pr. Canonicus Windesor, haereticus notus in Scriptorum Ecclesiasticorum Historia Litteraria &c. *in saeculo Ariano, n.* 396. *pag.* 187. = Ingenii felicitas, iudice Erasmo, prorsus erat incomparabilis: sive acumen spectes &c. De omnigena eius eruditione pluribus agere idem esset ac lucem soli offundere: hospes sit oportet tum in eius, tum in aliorum scriptis, qui nesciat Augustinum in toto meliorum litteratorum circulo eminere: in quaestionibus vero Theologicis primas tenere.

Ob. 4. Aug. an. 1713.

CCLV.

Ludovicus Ellias Dupinus, patria Parisinus, Ioannis Launoii (qui obiit 10. *Mart. an.* 1678.*) dignus discipulus, Facultatis Parisiensis doctor, vir equidem Catholicus, sed aliquoties fere impius, saepe lividus & maledicus, passim liber & audax, in* Bibliotheca Auctor. Eccles. *t.* 3. *Gallice scripsit, quod mox nos Latine* = S. Augustinus ingenio admodum vasto polito, & acuto pollebat. Eius ratiocinia valde urgebant: usitata eius methodus est, praeclara principia ponere, ex quibus innumeras elicit consequentias, adeo ut omnia doctrinae illius capita arctissimam inter se connexionem habeant. In pleraque mysteria magis ratiocinatus est, quam ullus auctor ante illum. Plures quaestiones prius non motas agitat, harumque plures sola acuminis sui vi diremit. Longe saepius abivit ab eorum sententia, qui ipsum praecesserunt, ut novam prorsus viam &c. Contra vero cum agitur de Ecclesiae doctrina, eam cum animi firmitate proponit, ac tuetur, eamque oppugnantes fortiter adoritur &c. Argumenta innumera ex aliquo principio edisseruit, corpusque Theologicum ut ita loquar, Latinorum Patrum, qui post ipsum fuerunt, efformavit. Hi siquidem ex illius libris nedum hauserunt principia, quibus usi sunt, sed etiam frequenter eumdem trascripserunt. Concilia in suis decretis condendis verba eius adhibuerunt. Denique cum Petrus Lombardus saeculo 12. Theologiam universam in epitomen cogere voluit, nihil fere egit, quam S. Augustini locos excerpere. Et quamvis S. Thomas ceterique Scholastici &c.

Ob. 6. Iun. an. 1719. aet. 62.

Clemens XI. anno 1703. Epist. ad Ludovicum XIV. Galliae regem: *Nequioris doctrinae homo &c.*

CCLVI.

Ioannes Clericus, alias implacabilis hostis Augustini, haereticus manifeste Calvinista-Arminianus, hoc est sectator Iacobi Arminii, Amstelodamensis quondam ministri, inde Lugduni Batavorum Theologiae

Natus Genevae 19. Mart. an. 1657. Ob. Amstelodami 8. Ian. 1736.

Iacobus Arminius natus an. 1560. Ob. an. 1609.

MIXTA CLASSIS. *giae Professoris : intus autem , & re vera etiam Socinianus , vir equidem Litterario in orbe magnus , audacia autem maximus , fastu & tumore nulli propemodum mortalium secundus : hic inquam saeculi praesentis initio infamem libellum in Augustinum scripsit , cuius insignem partem in his Commentariis expugnabimus ; At verò quid & hic intus de Augustini ingenio , & eruditione sentiret , ex* P. D. Angelo - Maria Quirini *Monacho ord. S. Benedicti erudito , & inde S. R. E. Cardinali , & Brixiensi Archiepiscopo , nuper è vivis erepto cognovimus . Cum enim ille adhuc Monachus , maioris , & , ut dicunt , vivae eruditionis capessendae gratia , diuturnam viam iniisset , & Amstrodamum adeesset , ubi cum Ioanne Clerico litterarias collationes habuit ; A quo disputandum inter & illud sciscitatus est ,* Quem ex Patribus summum , *seu*, quem Patrem omnium sapientissimum arbitraretur ? *Cui mox Clericus ,* Augustinum *reposuit . Quum autem non opinato audito responso , subsumsisset Monachus* : Popularis igitur fama est , quae Italorum mentes adeo occupavit , Commentarios quosdam in Augustini scripta a te fuisse prognatos ! *Prodidit Haereticus iniquum & impium arcanum* = Equidem , *inquit* , ego ille *Phereponus* ; qui tamen Commentarios illos non in Augustini contemtum cudere volui : Sed quod iniquum videretur , Hollandiae Magistros huius Doctoris auctoritati innixos, Synodi Dordraci (Dordrecht , *vel* , Dort) decretis nos subiectos velle ; quasi tolerari posset , ubi Romanae Inquisitionis iugum excussum fuerat , novum induci in decretis illis comprehensum , excusso aliqua ratione fastidiosius .] *Vide* Histor. Litterar. Italiae , *in 3. libros divisam , a mense Septembr. an.* 1748. *usque ad Septembr. an.* 1749. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 7. *impressionis Venetae an.* 1750. *pag.* 190.

CCLVII.

Flor. circa an. 1725. *Casimirus Oudinus , ord. Praemonstratensis in Gallia apostata , t.* 1. Commentar. de Scriptoribus Ecclesiae antiquis , *saeculo* 5. *n.* 410. *Dissert. singulari* de Editionibus &c. *initio* = S. Augustinus natus &c. qui Africam regionem , omnemque simul Ecclesiam innumeris , quibus ille fulsit scriptis illustravit &c. Doctor super omnes (inquit Sixtus Senensis) qui ante eum & post eum hucusque fuerunt mortales , admirabili ingenii acumine praeditus &c.] *Et integrum adoptat altissimum eilogium a Sixto datum lib. Bibliothecae S. pag.* 204. *Quod audivimus n.* CCIII.

CCLVIII.

Albertus lib. 2. *contra Curistodianos* = Non dubito , quin si viveret Augustinus , se Martini Lutheri discipulum profiteri non erubesceret . *Hoc nempe infame somnium insinuat oblique , quis passim & apud omnes sit Augustinus .*

CCLIX.

Feildus haereticus Anglus lib. 3. *de Ecclesia , fol.* 170. *in fine* = Augustinus Patrum quorumcunque maximus , & omnium , quos Ecclesia Dei ab ipsis Apostolorum temporibus habuit , Theologorum celeberrimus .

CCLX.

Covvellus in Respons. ad Burgens. pag. 3. *in fine* = S. Augustinus scientia tam divina , quam humana caeteros omnes , qui fuerunt , vel erunt , iis solis exceptis , qui a Spiritu S. inspirati sunt , longe superavit .

MIXTA CLASSIS.

CCLXI.

Anonymus ſub Conſtantii *nomine in* Anticotone *deliteſcens pag.* 131. = Auguſtinus inter Theologos celeberrimus.

CCLXII.

Haereticus Anglus in opuſculo de Humana Prudentia, *cuius dedicatoriae is titulus*. TO THE. E. dvv. Hungerford. Eſq. Sir. *Sect.* 2. *cui titulus*, Of Religion, *eadem lingua Anglicana ex quid profitetur* = Unum Auguſtinum mille Patribus, unam S. Scripturae paginam mille Auguſtinis praefero.

CCLXIII.

Hebraei denique infenſiſſimi licet Chriſtiani nominis hoſtes, & ipſi hocce in choro canere geſtiunt, dum Auguſtinum noſtrum Chriſtianorum Sapientum Caput *paſſim appellant: ut teſtatur, ipſis etiam Hebraicis vocibus redditis, circa finem Serm.* 2. *de S. Auguſtino, qui eſt tertius in ordine*, Angelus Formentini *Carmelita de Obſervantia, in S. Theologia Magiſter, praeced. ſaeculi Concionator equidem rudis, & etiam ridiculus (ut magna pars eius aevi) at Hebraica eruditione exornatus*. Flor. circa an. 1677.

CCLXIV.

At vix non in immenſum abibimus; Unde omittimus Alypium, lib. 3. contra Academ. in fine. Nebridium epiſt. ad S. D. 6. (Al. 71.) Severum Milevitanum antiſtitem Epiſt. 109. (Al. 37.) Iacobum & Timaſium ab ipſo converſos Epiſt. 168. ex lib. de Geſtis Pelag. Quodvultdeum Diaconum Carthaginenſem in geminis Epiſtolis ante lib. de Haereſ. nempè 221. & 223. Rabanum Archiep. Moguntinum Epiſt. ad Eberardum Comitem. Hermannum Contractum in Chronico ad an. 430. Lupum Ferrarienſem Abbatem in Collectione de QQ. 3. q. 3. & Epiſt. 30. ad Gotteſcalcum Monachum, poſt initium. S. Petrum Damiani Cardin. Oſtienſem epiſc. Opuſc. 24. contra Clericos propriet. cap. 1. & Opuſc. 19. de Abdicatione Epiſc. cap. 1. & Opuſc. 37. Albericum arg. 2. d. 1. de quo vide etiam Ambroſ. Staibanum in Templo Auguſtin. & Ludovicum ab Angelis lib. 6. de Vita & Laudibus S. Doct. c. 2. Ioſephum Pamphilum Veron. Signin. epiſc. in ſui ord. Chronico. Ioan. Pontanum de Divinis laudibus, in Hymno v. S. Auguſt. Polydorum Virgilium, ſeu, Vergilium Urbinatem, in Opere de Rerum Inventoribus, lib. 6. c. 2. circa med. c. 3. initio, & c. 6. circa finem: iuxta tamen exemplaria Italica: in Latina quippe ipſius Polydori phraſi myſterium nullum adparet. Leonardum Coquaeum ord. Erem. S. Aug. in Commentar. ad Libros de Civit. Dei. Iacobum de Valentia ord. Eremit. epiſc. Chriſtopolitanum in Canticum, *Te Deum* &c. Iacobum Gaddium Academicum (*ſvogliato*) in opere Critico-Hiſtorico, de Temporibus. Hieronymum Torrent. & Ioann. Piſtor. Nindan. apud Antonium Poſſevinum in Aug. Ioanni Pappae haeretico. Alphonſum Salmeronum Ieſuitam in Evangelic. hiſtor. t. 1. Prolegom. 9. initio. S. Carolum Borromaeum in Epiſt. Paſtor. de S. Simpliciani, aliorumque Translatione, ſcripta 8. Maii, an. 1582. (quae habetur 4. par. Actor.) ante med. Hieronymum Magium lib. 1. Miſcellan. cap. 8. Aegidium Romanum. Caeſarem Cardin. Baronium, t. 10. Annal. in Appendice. Valerium Venetum Card. lib. 3. Rhetorum Eccleſiae cap. 42. Ioannem Launoium Doctorem Pariſienſem (etſi temerarium, & ad-

MIXTA CLASSIS. admodum inquinatae doctrinae) qui obiit die 10. Mart. an. 1678. Stephanum de Camps Iesuitam, qui vivebat an. 1676. Ludovicum Sebastianum le Nain de Tillemont, Sacerdotem Gallum (qui obiit 10. Ianuar. an. 1598.) in Histor. Eccles. Gallice scripta, & (si quaedam excipias) iusto acrique iudicio tractata. Aloysium Bourdalove Societatis Iesu pietate, & doctrina magnum splendorem (qui nat. 20. Aug. an. 1632. ob. 13. Maii an. 1704.) in Serm. de Concept. Virginis, post init. Natalem Alexandrum ord. Praedic. immensae eruditionis hominem (qui natus 10. Ianuar. 1639. obiit Parisiis 21. Aug. 1724.) Histor. Eccles. saec. 5. c. 4. art. 3. Patrem nostrum Iosephum a Spiritu Sancto (qui floruit an. 1721.) in Hispalensi S. Angeli Custodis Collegio Rectorem, in cursu Theologiae Mystico-Scholasticae, tom. 2. disput. 3. de Necessitate Orationis, q. 2. n. 43. Ioannem Croiset Iesuitam (qui floruit an. 1719.) in Catalogo SS. tom. 2. dum Augustini vitam exorditur. P. Iosephum Augustinum Orsi ord. Praedic. virum summum, S. Palatii Apostol. Magistrum novis adhuc scriptis Ecclesiam illustrantem, qui in immensa sua Ecclesiastica Historia, cum de gestis ad saeculum v. spectantibus scribit, innumerabilibus Augustinum elogiis exornat. P. Ioann. Laurentium Berti ord. Erem. S. Aug. in sua Theologia frequenter. Petrum Franciscum Foginium Florentinum, Romae, ubi nunc floret, Beneficiatum S. Ioann. Later. Custodem substitutum Bibliothecae Vaticanae, in Praefat. ad editionem selectorum operum S. Augustini, *de Gratia Dei* &c. quam verae doctrinae omnibus propinandi caussa curavit an. 1754. Milleloquium immensum opus (etsi barbarum, & foetum piis magnis fabulis,) Patris Bartholomaei de Urbino Erem. Augustin. qui scripsit circa an. 1550. Annales (nec istos equidem castigatos) P. Aloysii Torelli Erem. Augustin. septem tomis in fol. comprehensos, scriprosque praeced. saeculo exeunte. Vide etiam quod habetur in Vita S. Udonis Abbatis Cluniacensis apud Christianum Lupum ord. Erem. S. Aug. t. 9. Oper. in Scholiis ad Tertulliani lib. de Haeretic. Praescript. in Schol. c. 7. paragr. cui titulus: *Qui illis Dialecticam instituit*, circa med. Hos inquam & alios omittimus. Ultra quam plures (licet nonnullorum ipsa verba teneamus) quorum nomina nobis exciderunt.

CCLXV.

Portento autem simile est, & prorsus stuporem excitat, atque etiam vincit, quod a nonnullis proditur, si vere consistat, Ambrosium Ecclesiae Mediol. antistitem, Augustini adhuc Manichaei disputationibus nimis deterritum, publicas pro tanto aut arcendo, aut in ovem vertendo lupo indixisse preces, & *Litaniis* solemniter recitandis addidisse, *A Logica Augustini libera nos Domine*. Quarum Litaniarum etiam num exemplaria extare testantur. Vide Lancillotum lib. 2. Vitae S. D. cap. 1. & alios eiusdem Vitae Scriprores ex Ambrosio Coriolano, vel, Corano, patria Romano, ord. Erem. S. Aug. Priore Gener. qui floruit circa an. 1475. scripsitque vitam S. Aug. de Laudibus eiusdem Orationes tres; Commentarios in Regulam, & quaedam alia. Item vide Commentarios nostros, lib. 3. cap. 12. C. & lib. 6. c. 3. D.

CCLXVI.

MIXTA CLASSIS.

CCLXVI.

Sed & supernae revelationes, seu visiones produntur, ad ostendendum peculiaribus summisque laureolis, & Caelum ipsum Augustino eius Christianorum Doctorum omnium praestantissimo plausisse. Talis fuit visio Tagio, vel Taio Caesaraugustano antistiti, qui ad perquirenda quae latitabant Gregorii Moralia, Romam advesserat, in aede S. Petri circa mediam noctem concessa. Ex qua visione equidem si quaedam vox, iuxta opinionem Caesaris Card. Baronii ad an. 649. corrigatur, nihil conficitur; Verum eam correctionem impugnat valide Ludovicus ab Angelis lib. 6. de Vita & Laudibus S. Doctoris, cap. 6. Talis item fuit alia superna visio in Longobardica Sanctorum historia relata: nisi in eamdem redeat cum praecedenti: nempe sit quodammodo ipsius epitome, & ad eam adludat. Vide Ludovicum loco paullo ante laudato, & Cornelium Lancillotum lib. 3. cap. 70. Lege etiam, si placet, qualem in superna visione Augustinum inspexerit Beata Gertrudis, lib. 4. Insinuationum Divinarum.

CCLXVII.

Lyppi denique & tonsores in foro: Turgidi, multoque vino madentes in cauponis: Puellae in choreis: Vetulae in angulis, & in vigiliis ad ignem: Agricolae dum scisso littore aratro, frondosis sub quercubus se reficiunt & gestiunt, Augustino ceu Mortalium omnium ingeniosissimo pro suo ipsorum modulo plaudunt; Dum enim solaminis caussa implexo de aenigmate agunt: illud frequenter inculcant, & repetunt: tantam esse eius profunditatem, tot circuitibus obvolvi & implicari, ut nonnisi magni Augustini acumine, dexteritate, sagacitate exsolvi & complanari posset. Vel ipse Augustinus laudes suas explebit, cuius hic est sermo nostro simillimus = „ Nonne ista cantant & in montibus pastores, & in theatris Poetae, „ & indocti in circulis, & docti in bibliothecis, & magistri in „ scholis, & antistites in sacratis locis, & in orbe terrarum „ genus humanum? „ Lib. de Duabus Anim. contra Manich. cap. 11. n. 15. Loquitur autem de necessitate arbitrii ad peccandum.

ET en quot & quanta, dicet quispiam, etiam usque ad nauseam! At tot & tanta, inquio ego, necessaria erant, ut quod volebatur ostenderetur; in suspiciendo nempe quam maxime Augustini ingenium totum orbem in unum sensum conspirasse. Putas vero quae recitavimus, aut insinuavimus simul iuncta decimam partem conficere insignium ellogiorum, quae Augustini ingenio data sunt?

Si quis autem est Mortalium omnium audacissimus, & stolidissimus, qui in hunc totius orbis sensum adlatrare, vel mussitare praesumat: attendat Ionae Aurelianensis episcopi lib. 1. de Cultu Imaginum, longe ante med. sententiam gravissimam = Igitur quia „ non solum B. Augustino, sed etiam aliis eximiis Doctoribus te „ superciliose praetulisti, merito solitaria destructionis tuae gloria„ tio, in immensum sese extendens, in irritum deducitur. Vae „ namque eidem gloriationi tuae (iuxta illud Ecclesiastis) immi„ net, quia non habens fotum ex consortio aliorum, frigore soli„ tario torpet, & cum ceciderit, non habebit sublevantem. Eccles. 4. v. 10. & 11.

De Vi & Pondere communis & constantis Famae.

T hucusque quodammodo compactum est corpus; nunc animam seu spiritum addimus, ut nullam imposterum Augustini fama vertiginem pati possit.

Ob. eodem fere tempore, quo & Demosthenes: scilicet an. ante Chr. 321. aet. suae 63.

Aristoteles ethnicorum Philosophorum aquila, lib. 1. Topicorum, cap. 1. n. 6. seu circa med. = Probabilia autem sunt quae „ videntur omnibus, aut plurimis, aut Sapientibus] Lib. 3. cap. 1. n. 3. seu post init. = Quod magis eligit prudens, vel bonus vir, vel lex „ recta, vel studiosi circa singula delecti quatenus tales sunt, vel „ in unoquoque genere periti, vel quaecunque plures, vel omnes, „ ut in Medicina, vel aedificatoria, quae plures Medicorum, vel „ omnes &c.] Lib. 3. Politicorum, cap. 7. n. 6. seu, ante med. = Nam si plures sint, quorum unusquisque non sit studiosus, ta„ men fieri potest, ut in unum convenientes, omnes meliores sint &c. „ Nam cum plures sint, unusquisque partem habet virtutis, & pru„ dentiae, ac fiunt in unum collati quasi homo unus, qui multos pedes „ habeat, multasque manus, multosque sensus; & eodem modo circa „ mores, & intelligentiam. Quapropter melius iudicant multi, & in „ Musica, & in Poetarum operibus: alii enim aliud, & cuncti „ cuncta discernunt] Quae confirmat n. 12. sive circa med. & n. 14. seu sub finem. Lib. 7. Ethicorum cap. 13. n. 9. seu, post med. = Quod item omnes &c. *Non prorsus fama illa perit, quam „ multa per orbem - Turba hominum celebrat*] Lib. de Divinatione per somnium, ipso fere initio = Nam quod omnes quidem, vel plures existimant . . . praestat fidem &c.

Cicero lib. 2. de Natura Deorum, post initium = Quid enim est „ hoc illo evidentius? Quod nisi cognitum comprehensumque ani„ mis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec con„ firmaretur diuturnitate temporis, nec una cum saeculis aetati„ busque hominum inveterare potuisset. Etenim videmus ceteras „ opiniones fictas, atque vanas diuturnitate extabuisse. „

Interfectus est an. aet. 64. ante Chr. 38.

Lib. 1. Tusculan. Quaestionum, *de Contemnenda morte*, admodum post initium = Auctoribus quidem ad istam sententiam, quam vis „ obtineri, uti optimis possumus: quod in omnibus caussis & de„ bet & solet valere plurimum] Et inferius = Omni autem in re „ consensio omnium gentium lex naturae putanda est.] Et iterum paullo post = Quod si omnium consensus naturae vox est, omnes„ que qui ubique sunt consentiunt &c. „

Alius, cuius sententia fere in proverbium abiit = *Nec unus fallit omnes, nec omnes unum.*

Ob. an. Chr. 65.

L. An. Seneca Epist. 102. *An claritas post mortem ad nos faciat, post initium* = Nam quomodo fama non est unius sermo, „ nec infamia unius mala existimatio: sic nec claritas, uni bono „ placuisse. Consentire in hoc plures insignes & praestantes viri „ debent, ut claritas sit.] Et inferius = Numquam falsis constan„ tia est: variantur, & dissident.] Et Epist. 117. *An cum Sapientia bonum sit, etiam sapere? post initium* = Multum dare solemus praesumtioni omnium hominum. Apud nos veritatis argumentum est, aliquid omnibus videri &c. Cum de animarum aeternitate disserimus, non leve momentum apud nos habet consensus hominum &c.

Io-

Iofeph Hebraeus, de Antiquitate Iudaeorum contra Apionem Alexandrinum, lib. 1. poft initium = Verae fiquidem hiftoriae indicium eft, fi de eisdem rebus omnes eadem dicant atque confcribant. „ Vivebat adhuc an.Chr.93.

Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, cap. 4. feu poft initium = Quis inter nos determinabit, nifi temporis ratio, ei praefcribens auctoritatem, quod antiquius reperietur &c. In quantum enim falfum corruptio eft veri, in tantum praecedat neceffe eft veritas falfum &c.] Lib. de Praefcriptione Haereticorum, cap. 47. feu, admodum ante fin = Ita ex ipfo ordine manifeftatur, id effe Dominicum & verum, quod fit prius traditum: id autem extraneum & falfum, quod fit pofterius immiffum. Ea fententia manebit adverfus pofteriores quafque haerefes &c. „ Ob.decrepita aet forte circa an. 220.

Vincentius Lerinenfis Commonitorii cap. 3. = In ipfa item Catholica Ecclefia magnopere curandum eft, ut id teneamus, quod ubique, quod femper, quod ab omnibus creditum eft &c. Sed hoc ita demum fiat, fi fequamur univerfitatem, antiquitatem, confenfionem &c. Ob. circa an. 448.

S. Gregorius Magnus, lib. 9. Indict. 4. Epift. 9. ad Serenum Epifcopum Maffil. *De Sanctorum Imaginibus non confringendis &c.* poft init. = Si non aliud, vel illud te non debuit revocare, ne defpectis aliis Fratribus, folum te fanctum & effe crederes fapientem? „ Ob. 12.Mart. an. 604.

Non femel Auguftinus mentionem habet fuarum Confeffionum.

ib. 3. contra Petiliani Donatiftae Cirtenfis Epifcopi Litteras, cap. 17. = Verba tertii * libri Confeffionum mearum, quae per feipfa, & de multis ante, & poftea dictis manifeftiffima funt legentibus, fub quo ei videtur intellectu proponat atque arguat. „ Circa an.402.

* In omnibus MSS. (inquiunt Benedictus) legitur *quarti Libri*.

Doctus atque religiofus Darius Comes Epiftolam dederat humaniffimam ad S. Doctorem, ordine 230. (Olim 263.) & in ea n. 4. in fine magna anxietate Opufculum hoc poftulaverat: *Peto ut etiam Confeffionum libros a te perfcriptos, mittere, ac donare digneris &c.* Cui pari urbanitate refcribens Auguftinus, Epift. 231. (Olim 264.) n. 6. ita loquitur = Sume itaque mi fili, fume vir bone, & non in fuperficie, fed in Chriftiana caritate Chriftiane; fume, inquam, libros, quos defiderafti, Confeffionum mearum: ibi me infpice, ne me laudes ultra quam fum; ibi, non aliis de me crede, fed mihi, ibi me adtende, & vide quid fuerim in meipfo, per meipfum, & fi quid in me tibi placuerit, lauda ibi mecum, quem laudari volui de me; neque enim me Quoniam &c. „ Circa an.429. Nefcimus (profitentur hic Benedictini) an hic fit idem ille Darius, qui praefecti praetorio munus gerebat an. 436.

Lib. *de Dono Perfeverantiae*, cap. 20. n. 53. = Quid autem meorum opufculorum frequentius & delectabilius innotefcere potuit, quam libri Confeffionum mearum? Cum & ipfos ediderim antequam Pelagiana haerefis exftitiffet; in eis certe dixi Deo noftro, & faepe dixi: *Da quod iubes, & iube quod vis.* Quae mea verba Pelagius Romae, cum a quodam fratre, & coepifcopo meo fuiffent, eo praefente commemorata, ferre non potuit, & Circa eumdē an. 429. L. 10. c. 29. 31. & 37.

„ con-

„ contradicens aliquanto commotius, pene cum eo, qui illa „ commemoraverat litigavit. Quid vero &c. Et in eisdem etiam „ libris quod de mea conversione narravi, Deo me convertente ad „ eam fidem, quam miserrima & furiosissima loquacitate vasta-
L. 3. c. 11. & 12. & l. 9. c. 8. „ bam, nonne ita narratum esse meministis, ut ostenderem me fi- „ delibus & quotidianis Matris meae lacrymis ne perirem fuisse con- „ cessum? Ubi etiam praedicavi &c. „

An. 427. Denique lib. 2. Retractationum, cap. 6. = Confessionum mearum libri XIII. & de malis & de bonis meis Deum laudant iustum „ & bonum, atque in eum excitant humanum intellectum & affe- „ ctum, interim quod ad me attinet, hoc in me egerunt cum scri- „ berentur, & agunt cum leguntur. Quid de illis alii sentiant, ipsi „ viderint, multis tamen Fratribus eos multum placuisse & placere „ scio. A primo usque ad decimum de me scripti sunt. In tribus „ ceteris de Scripturis Sanctis, ab eo quod scriptum est, *In princi-* „ *pio fecit Deus caelum & terram*, usque ad sabbati requiem. „

Quo tempore scriptae sint Confessiones.



Uo autem anno hoc Opusculum scriptum sit, non possumus adeo exacte, & tuto iudicare. Certe in fine Prologi ad Retract. haec profitetur S. D. = Inveniet fortasse, quo- „ modo scribendo profecerim, quisquis opuscula mea or- „ dine quo scripta sunt, legerit. Quod ut possit, hoc Opere, „ quantum potero, curabo ut eumdem ordinem noverit.] At hi libri proxime eos praecedunt, qui contra Faustum scripti sunt; Solemnis autem in Manichaeorum oraculum illud pugna indicta est circa annum 400. Quamobrem & Confessionibus eadem consignare tempora, non incongruum erit. Ita & diligentissimi Operum Augustini editores Patres Benedictini opinantur = Hosce libros obser- „ vamus scriptos circiter annum Christi quadringentesimum: prop- „ ter quod ab Augustino recensentur proxime ante illos, quos epi- „ scopus adversus Faustum Manichaeum non multo ante, vel post „ hunc annum elaboravit, ut suo loco dicetur.] Agebat tum S. Doctor an. aet. suae quadragesimum sextum: Episcopatus quartum, aut quintum.

Qua de caussa scriptae sint Confessiones.



Uaerimus etiam, quid Augustinum ad has Confessiones scribendas impulerit? Caesar Card. Baronius t. 5. Annal. an. 395. n. 38. ita argumentatur = Ut autem adeo arcto ami- „ citiae vinculo Paulinus & Augustinus mutuo necteren-
Apud Aug. Epist. 31. „ tur, sequestris in primis Alypius Tagastensis Episcopus intercessit, „ ut litterae amborum significant. Sed & laudavit mirifice qui- „ dem ob egregiae vitae sanctitatem Paulinus Alypium; usque a- „ deo, ut vitae ipsius historiam ab eo ad se scribi rogarit. Cum „ ille Christianae modestiae consulens, totum illud refudit nego- „ tium Augustino &c. Verum hoc exemplo & de Paulino in

„ eam

„ eam adducor sententiam, ut opiner, ipso rogante, & solicitius „ exposcente, scriptos ab Augustino iam facto Episcopo libros „ Confessionum; licet id ipse reticuerit Augustinus, ne non tam „ divinorum donorum a se perceptorum praedicator, quam sui „ ipsius videri potuisset esse laudator: cum magna animi summis„ sione illud confitendo peccata sua, Dei verò munera accepta re„ censendo, arripuerit dicendi genus. Ut autem id Paulinum ab „ Augustino exegisse opiner, illud magnopere persuadet, quod qui „ Alypii res gestas adeo exoptavit, & expetiit scripta historia me„ moriae commendari; idem ipse Augustino semel & iterum de„ gustato, eidemque penitus addictus exquisisse videtur avidius, & „ exegisse importunius, vitae ipsius Augustini ab ipso commenta„ rium scribi: quod ea modestia, atque cautela prudenter ipse qui„ dem exhibuit, dum sua recensendo, & deflendo peccata, vitam „ suam a tenera aetate contexuit.

Nec autem eruditissimi Cardinalis opinio grave quidquam amittet, sed erit verosimilior & plenior, si cum altera Benedictinorum Patrum foedus inierit, qui lib. 4. Vitae S. D. cap. 12. n. 2. in fine haec habent = Quia vero Paulinus Alypium episcopum, „ quamvis frustra, rogavit ut omnem vitae suae historiam ad ipsum „ scriberet, eo fretus exemplo Baronius opinatur, eiusdem Pauli„ ni rogatis, ac impulsu scriptos fuisse ab Augustino suos Con„ fessionum libros. Non unus tamen Paulinus, sed multi boni „ Christiani, qui eum noverant, vel potius, quod ad constitutio„ nem animae non eum noverant, quae esset vita ipsius nosse cu„ piebant. His ille morem gessit, quos sperabat, & congratulatu„ ros ei de bonis ipsi a Deo datis, & oraturos Deum pro quibus„ dam pristinorum vitiorum reliquiis ipsius in via Dei progressum „ adhuc retardantibus.] Haec opinio sese gravissima nititur quoad ambas partes cap. 3. & 4. lib. 10. huius Operis; ubi tamen una manu S. D. blandiens Sanctis Fratribus bono animo publicas Confessiones hasce optantibus, & excipientibus: altera modestissime lividos aemulos vellicat, idipsum quidem ptensantibus, sed carpendi & maledicendi prurigine.


tom. 11. Epist. 24. n. 4.

Confess. l. 10. c. 3. n. 4. & 5.

Verum non adhuc plene quiescam, nisi Baronius & Benedictini patiantur me & Possidii Calamensis episcopi, qui annis ferme quadraginta familiariter suaviterque cum Augustino vixit, testimonium omni exceptione maius recitare; inquit ergo Possidius in praefat. Vitae S. D. = Nec adtingam ea omnia insinuare, quae i„ dem B. Augustinus in suis Confessionum libris de semetipso &c. „ Hoc enim facere voluit, ut ait Apostolus, ne de se quisquam „ hominum supra quam se esse noverat, aut de se auditum fuisset, „ crederet, vel putaret humiliatis more utens &c.

2. Cor. c. 12. v. 6.

Et hoc vero Possidii testimonio praecedentes opiniones non infringuntur, ut liquet, sed complentur. Unde iidem Benedictini ipso lib. 4. cap. 2. n. 1. post init. ita loquuti fuerant = Nam „ cum iacere cuperet, nulloque inter homines esse numero, aegre „ admodum ferebat vir sanctus, se contra in ore omnium versari, „ atque etiam sanctae conversationis nomine summo dignum ho„ nore haberi. Itaque ne de se quisquam hominum, ait Possidius, „ supra quam se esse noverat, crederet, non solum qualis ante „ perceptam gratiam fuerit, sed etiam qualis iam sumta viveret „ designavit. Cernebat praeterea multis bonis Christianis, qui pa„ riter



SANCTI AURELII AUGUSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI CONFESSIONUM

LIBRI TREDECIM.



LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.



EI invocatione praemissa; maiestatem eius in supernum splendorem adtollit: humanaeque naturae, Protoparentis lapsu sanciatae infirmitatem deplorat. Equidem Deus talis est, ut immensa caeli, terraeque spatia implens: iis non adhuc finiatur. Tot vero, talibutque dotibus fulget, ut earum nedum inire numerum; sed & celsitudinem suspicere nequeas. Quid vero humana natura? In seipsa abiectionem illius expendens, vitae originem quaerit; & Infantiae rationes; modosque percurrit: cui non tam nutricis, vel Matris, quam Dei cura provisum fuisse observat. Quanquam vero aetas illa candori passim, & innocentiae concedatur: adhuc si acriori discutiatur iudicio, nedum originali labe, sed & aliis quoque rationibus immunda convincitur. Tum ad pueritiam, quam studiorum neglectu, puerilium nugarum amore genito saepe foedavit: de quo tamen haud leves poenas sub Magistrorum ferulis dedit. Haec inter vix non sacris laticibus expiatus est, potissimum religiosa Matre operam dante, quod vehementi stomachi dolore oppressus, tamiam in fata concederet. Nec inde tamen suis è quisquiliis emergens, Latinae, & maxime Graecae linguae studia humanae reipublicae admodum bona contemnens, obscenis poeticis fabellis gaudebat, rapiebatur. Quas nunc diris devovens, horrore meditatur, ut Grammaticorum nonnulli tanta accuratione verba pensitent: qui tamen insigni oscitantia res ad aeternam salutem spectantes omittunt. Quanquam rebus hi consulant suis; Suo Augustinus se angit animo, quod in eorum, vel non admodum dissimili luto haesitans, nugis, mendaciis, furtis, ad annum usque aetatis decimumquintum naturam suam, egregiis dotibus a Numine exornatam inquinaverit.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Eorum omnium, quae ad Altissimi gloriam, & sui ipsius abiectionem, pudoremque dicturus est, prologi quasi loco, eumdem invocat Deum, celsitudinem eius celebrans, hominisque originis labe tincti obscuram sortem dolens. Inde fidei, & excitantis gratiae ad supernas actiones necessitate stabilita, earum seriem, ordinemve disquirit.



Agnus es Domine, & laudabilis valde (*a*): magna virtus tua, & sapientiae tuae non est numerus. Et laudare te vult homo (*b*), aliqua portio creaturae tuae; & homo circumferens mortalitatem suam (*c*), circumferens testimonium (*d*) peccati sui, & testimonium, [1] quia superbis resistis (*e*); & tamen laudare te vult homo, aliqua portio creaturae tuae. Tu excitas (*f*), ut laudare te delectet, quia fecisti nos ad te (*g*); & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te (*h*). Da mihi, Domine, scire, & intelligere: utrum sit prius, invocare te, an laudare te; & scire te prius sit, an invocare te. Sed quis te invocat, nesciens te? Aliud enim pro alio potest invocare, nesciens te. An potius invocaris, ut sciaris? Quomodo autem invocabunt, in quem non crediderunt? [2] Aut quomodo credent, sine praedicante? Et laudabunt Dominum (*i*), qui requirunt eum? [3] Quaerentes enim, inveniunt eum, & invenientes laudabunt eum. Quaeram te, Domine, invocans te (*k*); & invocem te credens in te (*l*); praedicatus enim es nobis (*m*). Invocat te, Domine, fides mea (*n*), quam dedisti mihi, quam inspirasti mihi, per humanitatem Filii tui, per ministerium praedicatoris (*o*) tui.

(*a*) ***Et laudabilis valde:*** = Loquitur, ut patet, ex v. 3. Psal. 144. quem Ipsemet n. 5. sic exponit. „ Quantum dicturus erat? quae verba quaesiturus? „ Quantam conceptionem conclusit in uno *valde*? Cogita quantum vis. Quando „ autem potest cogitari, qui capi non „ potest? ***Laudabilis est valde: & magnitudinis eius non est finis***. Ideo dixit, „ *valde*, quia ***magnitudinis ejus non est finis***: ne forte incipias velle laudare, & „ putes te laudando posse finire, cuius „ magnitudo finem non potest hab re &c.

Vulgata nostra pro, *valde*, habet, *nimis*. Sequutum autem Augustinum LXX. versionem potissimum in commentariis ad Psalmos, manifestum est eruditis tum Catholicis, tum haereticis. Eruditissimi Benedictini Patres in Praef. ad quartum tom. operum Augustini, qui complectitur enarrationes in Psalmos, longe post med. „ Ceterum de commentariorum horumce merito non est pronuntiandum comparate ad Hebraeam textum hodiernum, neque etiam ad Hieronymianum; „ quando Augustinus LXX. Interpretes, „ qui forte Hebraeum exemplar aeque, „ vel etiam magis emendatum habuere, „ sequendos sibi proposuit. Nescius est „ nemo quantum auctoritatis eorum traductioni iam inde a primis temporibus „ Deus voluerit esse in Ecclesia; quantum existimationis ei pepererint Apostoli, illam in novi Testamenti paginis „ consignantes; quantum &c.) Guilielmus Cave pseudo-Canonicus Windesor in Historia Literaria Scriptorum Ecclesiasticorum, n. 396. pag. mihi 193. de tom. 4. „ Continet *Enarrationes in Psalmos*. Quo „ in opere &c., & in quo concinnando „ versionem ex LXX. *Interpretibus* factam „ constanter sequitur.

Ea autem versio Ptolomaei Philadelphi Ægypti regis, & Demetrii Phalerei

eius

---

(1) Iac. 4. 6.
(2) Rom. 10. 14.
(3) Psal. 21. 27.

eius Bibliothecarii cura facta septuaginta-duos interpretes habuit: licet passim septuaginta dicantur.

Iure autem meritissimo Augustinus iis verbis auream hanc suam Opellam exordirus e . Quum enim de Altissimo plura praedicaturus esset, & omnis in eius magnitudinem praeconia derivaturus: quid aliud praefari poterat, vel debebat: nisi tanti Moecenatis celsitudinem nullis prorsus finiri limitibus: Ut sic interim conceptu uno plura complecteretur; divinae in se, altissimaeque eloquentiae stimulos exciraret; & Lectoris exspectationi consuleret, ne forte parem rei orationem postularet.

Eadem divina ratione undecimum Librum exorditur, in quo scilicet de nova re ad finem usque totius operis disputationem init; ut nemo sit, qui aliquando tandem non videat, nonnisi ad maiorem Dei gloriam integram hanc Opellam scriptam fuisse.

I. Iam vero prima lucta ineunda est, ut optimam Augustini famam, totius orbis sensu partam a nebulonum quorumdam censuris, & blasphemiis, Numinis, cui Augustinus, & Monnica tam bene famulati sunt, subsidio implorato, vindicemus.

Eos inter, qui de Augustino dura quaedam protulere, eminet *Desiderius Erasmus Roterodamus*. At vero nullum orbis protulit hominem, qui in Doctorum summum tam capitali exarserit odio, ut *Ioannes Clericus*. Unde & de utroque quidquam praefari, maxime quoniam & imperitorum manibus commentarii hi nostri terendi sunt, aequum, & etiam necessarium videtur.

Desiderius Erasmus, natus Roterodami, amplae Hollandiae urbis die 28. Octobris anni 1465., vel, 1467. Gerardum ex Gouda item Hollandiae urbe patrem habuit: qui a parentibus Ecclesiasticae conditioni destinatus, Margarita Medici filia, quam iam stupro impleverat, raptu abstracta a parentibus, clam fugam arripuit; filium eo nefario concubitu, genitum, Sacris, quae nimis fastidiebat, substituens. Vix natus infans, Patris nomen imitatus, dictus est *Gerardus*; hoc est Gerardus filius Gerardi. Sui tamen, aetatis adcessu, compos factus, & adtendens apud suam gentem, Gerardum, fere idem esse, ac apud Latinos, desiderium: maluit *Desiderius* appellari. Cui etymologiae adhuc insistens, vocem graecam, *Erasmus*, desidarium significantem, suum voluit esse cognomen. Patre è vivis erepto, urgente Tutorum consilio: Augustinensium, quos Canonicos Regulares appellamus, in Monasterio SS. Georgii & Cyrilli Civitatis Stein (quod paullo post suppressum est) habitum sumsit, quem tamen inde longe aequiori animo, religiosam vitam pertaesus dimisit, cupiens nullo cohiberi fraeno, arbitrio indulgere: & profugi instar amplioris eruditionis capessendae praetextu, incerta sede, & lege per orbem vagari. Mendax ero, & iniquus, si inficiatus fuero, *Desiderium Erasmum* a copiosis, & insignibus naturae dotibus paratum, & instructum fuisse; Promto, acri, & splendido ingenio fuit, & tenaci felici memoria polluit. Et ingeniam autem, & memoriam longa adsidua lectione, litterariisque exercitationibus importunis etiam, ac fastidiosis excoluit; talis denique fuit, qui inter sui aevi summos viros facile adcenseri posset: & altiora Litterariae reipublicae subsellia occupare; Nisi quod dum ambit in Eloquentia, in Philosophia, in Theologia: & in quovis facultate doctrinae insignia adipisci, & ubique primas tenere: nullam prorsus facultatem absolute consequitur: factus omnium Musarum servus, domesticus vero, seu amicus nullius; Talis inquam factus qui in omnem propemodum arenam prosilire posset: nullum tamen fortissimorum athletarum prosternere. At inquies: Ita forte a natura statutum est. Alii nati videntur pluribus leviter delibandis; alii paucis quidem, sed absolutissime possidendis: ut & in rem hanc illud inculcari possit; *Est unicuique suum ingenium, & propria sors*. Ita, ut vis, res ista se habeat, quam nunc discutere otiosum esset. Quod altiori mente tenendum censeo, istud est: *Erasmi* scilicet ingenium, quamquam in varias partes distractum, in nonnullis, ad quae magis ferebatur, mediocritatem utcumque excessisse; At vero cum malo nescio quo genio, ad convicia, & censuras passim raperetur: & non posset non inconstanti iudicio rem unam, eamdemque discutere: & hunc non mordere, cui olim blanditus fuerat; nullum, saltem circa res illas, quibus iudicii maiestas principatur, scripsit absolutum opus, quod non inquinaverit, & cui omnis plausus debeatur. Cum autem *Erasmus* malo illi genio non reluctaretur, ad tantam sensim audaciam, & sentiendi libertatem declinavit: ut vetustum adsgium, vel problema de Platone Gentium, & Philone Iudaeorum oraculo: *Aut Plato Philonizat: aut Philo Platonizat*: ab Eruditis ad ipsum deductum sit: nempe: *Aut Erasmus Lutherizat; aut Lutherus Erasmizat*. Qua quidem audacia, & libertate ut Catholicorum cen-

censuras, & odium: ita haereticorum plausus, & existimationem in se concitavit; guadent enim hi, homine litterario in orbe celebri, & in speciem Catholico duce, ac magistro, ima vertere summis, & quadrata rotundis mutare; cuncta prout libuerit, una vel altera, & si levissima coniectura adducta, in dubium, & suspicionem vocare: fervidioris pietatis viros deridere: summos vetustissimos Ecclesiae Doctores, cum favent, extollere, cum adversantur, ceu e trivio viros excipere: nulli Patrum, immo nec decem Patribus ut proprio mercurio fidere: ubique censoriam virgam exercere; nemini parcere, omnium proscindere famam; Ecclesiasticorum eximias virtutes tacere, dissimulare: vel levissimos autem naevos omni studio retegere, & pingere; orbi, maxime simplicioribus, mille artibus, & omni lividae orationis genere facere magnos, amplificare. At iam satis.

Quaeres: An *Erasmus* nedum liber, nedum audax nedum impius: sed & haereticus vere, & proprie, & serio dicendus sit? Maior Eruditorum pars, ut ingenuè loquar, arbitratur non esse dicendum: Duplici vero momento; Scripta siquidem ille sua Ecclesiae iudicio subiecit. Datisque ad summos Ecclesiae Praesules modestis Epistolis, ab illis noxiarum suarum veniam postulavit. Quibus tamen Eruditis minime adsentior: Primum enim momentum, quod veluti praecipuum passim adducitur, utique gravissimum est, quo scilicet plures deceptos homines ab Ecclesiae castris non semovendos statuimus. At non ita bonus ego sum: ut illud obesa nare praeterire velim; Quid enim ad Ecclesiam, si tua eius iudicio submittas: & interim non in subtilibus, & obscuris erres; sed & in vulgaribus, atque manifestis: de quibus homines te longe rudiores, dummodo pii, iudicare possunt? Et interim, non inde improbanda, sed iam centies improbata praedices? Te ne Catholicum dicam humana infirmitate deceptum? Immo vero iniquum vaferrimum seductorum, qui Ecclesiam matrem adpellasti, ut sinum proderet, in quem iaculareris. An non talis fuerit *Desiderius Erasmus*, an non & in manifestis a veritate, a pietate, a religione exorbitaverit, dicant qui eius scripta mente a praeiudiciis libera, & nare emoncta perlegerunt, Alterum quoque momentum, a nonnullis Eruditis in *Erasmi* favore adductum frivolum est; saepe quippe ille Divinis amicitiam spopondit, at nunquam reddidit; nec aliquando ita constanter, solemniterque resipuit, ut vere, & serio se resipuisse prodiderit.

II. At quidquid sit de *Erasmi* persona, ad illius, qui decipi nequit tribunal deducta die 1. Iulii anni 1536. Plurimas certe eius doctrinas improbandas, atque diris devovendas esse, nemo Catholicorum diffitetur. Nostri autem instituti est, quae in Augustinum protulit accurate discutere.

Tot autem de *Erasmo* diximus: ut si de *Ioanne Clerico* (1) paria dixerimus, insignem abs dubio Lectoribus qui in commentariis brevitatem postulant, molestiam inducturi simus. Sed nec ratio postulat, ut plura de isto dicamus; Haereticus quippe fuit manifestus, & totiens nos provocabit, ut si quae nunc hac, nunc illa occasione dicturi sumus, simul iungas, longe de eodem plura, ac de *Erasmo*, habiturus sis. *Ioannis Clerici* ingenium plurimum equidem Erasmiano concessit; at nec ipsum vulgare, immo egregium, libris, & quidem non unius generis, e manibus nunquam dimissis tulerat exercitatum. At vero quom *Ioannes Clericus* supra fidem natura iniquus, & superbus esset: & tam libenter calumniae, dolo, & convicio indulgeret: vix autem haud nunquam veritatis amore scriberet: tot tenebris, ut huius generis hominibus solet contingere, captus est: tot deceptus fallaciis: tot quisquiliis, erroribus, & blasphemiis paginas suas foedavit: ut mihi eius ingenium puer videatur in utero egregie conceptus, qui tamen dum emitteretur, mox detruncatus, vel praefocatus est. Unde patienter ferent *Ioannis Clerici* ingenii admiratores, (quorum non paucos etiam ex Catholicis novi) si eum eo velut, nedum impio, sed & e trivio, & vacui cerebelli homine disputavero.

Desiderius Erasmus non peculiari volumine, sed prout casus tulit, & sparsim in Augustinum blateravit. *Ioannes Clericus* tamen integro propemodum libello, dum se Augustinianorum dictorum expositorem simularet. De quo ut Lector prorsus certior fiat; adtendat Casimirum Oudinum ordinis Praemonstratensis Apostatam, qui tomo 1. Commentarii de Scriptoribus Ecclesiae antiquis, saeculo 5. n. 420. Dissert. singulari de Editionibus &c.

(1) Natus Genevae an. 1657. 19. Martii. Obiit Amstelodami die 8. Ian. an. 1736. aet. 79.

&c. cap. 6. de Appendice Auguſtiniana *Ioannis Clerici* &c. „ Ioannes Clericus, qui damnat alios novis Sanctorum Patrum editionibus incumbentes, uti Ioannem Martianay in Quaeſtionibus Hieronymianis, quas dictus Clericus circa eumdem edidit, quod Hieronymo *multas obſervationes*, *&* *notas* addidiſſet, quae nulli uſui erant: quam ut molem voluminum Hieronymianorum, eorumque *pretium* augerent: atque ita emptores ab emendo ob enorme pretium, & lectores a legendis illis ob taedium avocarent, in illud, cuius alios arguit ipſe omnium primus impegit in editione operum S. Auguſtini omnium anni 1700. Amſtelodamenſi, quam Tomis, ſeu voluminibus XIV in folio diſtinctam vendi vidimus hic Lugduni Batavorum, enormi auctione pretii: inutili tot voluminum partitione, & compactione, ac meditata a Bibliopolis deceptione eorum, qui minus ſibi, ſuisque pecuniis non diſperdendis, attendunt. His non contentus, ut obtemperaret typographis, mercenarium ipſum conducentibus; anno 1703. *Appendicem Auguſtinianam* ſub ficto *Ioannis Pbereponi* nomine, ac Tomi duodecimi titulo edere circa principia a ſe adverſus alios ſtabilita aggreſſus eſt.) Et pluribus interpoſitis. „ In hac vero Appendice Auguſtiniana a Ioanne Clerico congeſta, haec continentur; Opus illud falſo inſcriptum eſt, *impreſſum anno 1703. Antuerpiae*, *ſumptibus ſocietatis*: cum conſtet editum fuiſse Amſtelodami apud Fratres Huguetanos. & Petrum Mottier, apud quos venditur. Incipit Ioannes Phereponus *Praefatione*, quam tomo huic XII. praemittit, ut rationem *Appendicis huius* allectae reddat, & quae in ea continentur recenſeat. Quantum autem de ſe Ioannes Clericus praeſumat, quanto faſtu turgeat, abunde ex praefatione iſta liquet, ubi Auguſtinum ſibi longe inferiorem facit, ſe autem *a triginta annis Dei minime fallacia lumina*, *ſive per rectam tantum rationem*, *ſive per revelationem ad nos delata*, *ſola attendere conatum eſſe*; *ita ut magiſtros omnes &c. Quamobrem & Dialecticam &c. & Grammaticam*, *ac Criticam &c.* Nihil unquam iſtis verbis inſolentius dici, quibus eruditionem ſuam Ioannes Clericus orbi litterario commendatam eſſe cupit) Et in fine eiusdem cap. 6. „ In hoc tomo XII. a pag. 5. ad 470. nihil omnino eſt, quod ad laborem Ioannis Clerici ſpectet, excepta Praefatione, quae ſuperbiam eius orbi letterario detegit. A pag. 471. ad 622., qua Tomus concluditur, vix columnae viginti ex labore Clericali procedunt, aliis omnibus vel ad Deſiderium Eraſmum, Henricum de Noris, vel ad alios pertinentibus. Unde mirum eſt tanto faſtu nomen ſuum Tomo huic praefixiſse, in quo tam modica laboris pars ad ipſum ſpectat. Agunt de hac Appendice Auguſtiniana Acta Beruditorum Lipſiae anno 1703. menſe Iulio pag. 289. ad 292.) Qui etiam ſub finem cap. 5. „ Editio Amſtelodamenſis diſtinxit hoc Volumen in duo (*nempe*, 10.) abſurde, & inutiliter, contra mentem Monachorum illorum, qui tantis curis incubuerant emendandis D. Auguſtini operibus ..... Debentur hae nugae Ioanni Clerico, qui victum ſibi comparat ex opera inutili, quam Bibliopolis Amſtelodamenſibus praebet. „) Haec haereticus, qui circa an. 1725. floruit, de haereticorum ſceleſtiſſimo, qui tum ſeneſcebat.

III. Contra hunc iratis diis ſcriptum libellum calamum acuere Robertus Sonchinus haereticus Anglus, & quidam Calaber: quorum tamen libros nec poſt diligentiam omnino maximam me habere potuiſſe ingenue, & religioſe conteſtor. De quo profecto diu dolui; & nonniſi tunc reſpiravi, quum Eruditorum quorundam teſtimoniis, & aliquot etiam coniecturis ſuaſus ſum *Ioannem Pbereponum* a duobus illis acriter quidem vellicatum: at non prorſus, exacte, & ubique diſcuſſum. Mihi autem conſilium eſt, & virgulas *Ioannis Pbereponi*, Confeſſiones has concernentes, ad examen vocare: & nec unum commentariorum, etiam quos oneſtos dicunt, omittere.

In eundem impium libellum ſcripſit & Ludovicus Antonius Muratorius, ſub Lamindi Pritanii larva deliteſcens, Lib. 2. & 3. de Ingeniorum moderatione in religionis negotio; quem certe ad manus habeo; ita tamen frigide, atque ſubtimide, ut ſtomachum moveat. Equidem ibi, ut alibi, profuſo Lamindus ſermone utitur, ſed prorſus elumbi: ut fere nihil tandem concludat; fiatque ſcurrae ſimilis, qui plumbeo certans pugione, centum ictibus nec ſemel, niſi forte in pelle ſauciat adverſarium. *Ioannem Pbereponum* iuniorum haereticorum ſceleſtiſſimum, & procaciſſimum nedum Auguſtini ſententiss improbantem: ſed & ipſum S. Doctorem dicteriis, conviciis, & blaſphemiis proſcindentem fere obſequio ſuſpicio; & vix, ut plurimum, damnat, ac re-

repellit ut intemperatioris criticae hominem. Plures accuſationes recitat, & intactas relinquit. Ex illis autem quas in haſce Confeſſiones *Phereponus* iaculatur, nec recitat niſi quatuor, nempe quas habet ad cap. 12. Lib. 8. cap. 7. Lib. 9. cap. 3., & 38. lib. 10. Niſi forte aliqua mihi exciderit, nec enim ordinatae ſunt, ſed diſperſae, & inter innumera frigida verba confuſae. Quot vero alii *Pheréponi* commentorii diſcutiendi superſint, ex dicendis quiſque deprehendet. Nec enim eſt Auguſtini liber, in quem tam ſaepe, & acriter *Phereponus* debaccatus ſit, ut in hunc Confeſſionum, qui varii multiplicis generis doctrinas, ſententias, & hiſtorias complectitur. Quibus omnibus expenſis, nemo prudens, ut confido, me vel in Lectores, vel in Lud. Ant. Muratorium iniurium dicet, ſi totiens cum *Pherepono* pro Auguſtino certans, reſponſionum, quas ille repoſuit, nec ſemel meminero. Vide tamen infra l. 3. c. 11. F. l. 8. c. 2. E.

IV. Hiſce ad dicendorum lucem delibatis; primum quid generatim *Eraſmus*, atque *Phereponus* in has confeſſiones iaculati ſint videamus.

Eraſmus Cenſura ad Libros Retractationum, & Confeſſionum, poſt initium „ Libris Retractationum omnium
„ operum ſuorum argumenta contexuit,
„ & confeſſionum libris vitam omnem
„ ſuam depinxit, quorum utrumque
„ tam diligenter ab illo factum eſt, ut
„ iniquior aliquis ſuſpicari poſſit, non
„ prorſus abſuiſſe humanum affectum
„ Χενοδοξία ſeu φιλαυτία cuipiam aſ-
„ finem.) Et ſub finem. „ Porro Confeſ-
„ ſionum libri . . . . . Habent quiddam
„ peculiaris moleſtiae. Primum in hoc,
„ quod multa de ſeipſo commemorat
„ partim &c. partim ad gloriae ſpeciem
„ accedentia. Quid autem faſtidioſius,
„ quam humani livor ingenii, ſi quis
„ quid, quamlibet modeſtè de ſeipſo
„ praedicet? „

Eraſmi iam foetidam crambem recoquit *Joannes Phereponus*, eamque anxioribus curis ad menſam ſuam advocat, dum inſidiatur capiti 3. lib. 10. huius operis; ne autem per omnis *Eraſmi* plyttacus videatur, copioſioribus hiſce verbis illam recantat „ Sunt qui
„ ſuſpicentur, cum multa Auguſtino ob
„ priorem vitam, ab adverſariis, quos
„ non paucos habuit obiicerentur, eum
„ Confeſſiones haſce ſcripſiſſe, quaſi Apo-
„ logiam quamdam obliquiorem, in qua
„ fateretur veluti apud Deum, quod
„ negare non poterat. Cetera vero prae-
„ termitteret, aut emolliret: & quae-
„ cumque ad honorem ſuum facerent,
„ quaſi aliud agens exaggeraret. Quae
„ ſuſpiciones quamvis forte iniquio-
„ res ſint, ex inuſitata tamen naſcun-
„ tur ratione, qua Auguſtinus cum Deo
„ garrit, atque argutatur: rhetoricoque
„ fuco, que pictae ſunt hae Confeſſio-
„ nes. Dum tam multa de ſe apud
„ Deum, immo apud homines loquitur
„ & tam multa perexigui momenti, ad
„ alios quidem quod adtinet, narrat ne-
„ mo eſt qui non quaerat: cui bono?

℟. Quaerimus a *Pherepono*, quinam Catholicorum iniqua & impia ſuſpicione illa capti ſint? Integer immo Catholicus orbis, ut lyppis, atque tonſoribus notum eſt, maxime, & potiſſimum ex Confeſſionibus, atque Retractationibus Auguſtini humilitatem, & modeſtiam agnoſcit & praedicat. Quinam inquam id ſuſpicatus eſt, niſi ſolus *Eraſmus*? Quid vero tam iniqui hominis ſuſpicionibus ponderis? An parcere debebat *Eraſmus* Dei famulo, qui nec Matri pepercerat? Quid autem ille de Virgine ſenſerit: ut eius in humani generis ſalutem curam pinxerit: quaſi pluſu verba, phraſes, & preces, quibus eidem Eccleſia obſequitur, exceperit, obſervaverit, novimus; rudiores vero noſcere poſſunt a Petro Caniſio Societatis Ieſu erudito, & pio theologo lib. 5. cap. 10. de Maria Deipara Virgine.

Quamquam *Eraſmum*, & *Pheroponum Eraſmus* ipſe depellit. Inquit enim eadem Cenſura poſt priora verba recitata „ Verum res longe ſecus habet, ſi
„ quis optimi viri conſilium expendat. O-
„ lim ſolemne erat praeſtantium virorum
„ geſta libris, & orationibus celebrare
„ . . . . . Perſpiciens igitur frequenter
„ in hiſtoriis huiuſmodi multum falſita-
„ tis inveniri, ſive immodico ſtudio, ſive
„ errore ſcriptoris, ſive &c. maluit ipſe
„ ſui hiſtoriographus eſſe, nimirum ſibi
„ conſcius, quam non aſſentaretur ſibi
„ &c.) & poſt med. „ Suas vero dotes,
„ nec ignoravit ob ſtultitiam, nec odit ob
„ putiditatem. Verum hactenus ut ea
„ res nihil officiat hominis inſigni mode-
„ ſtiae. Non aliter amat, non aliter
„ praedicat in ſe dona Dei, quam
„ amaret, & praedicaret in aliis. Igno-
„ rare tua bona, ſtupiditatis eſt: non
„ praedicare Domini benignitatem, in-
„ gratitudinis eſt: non expendere in uti-
„ litatem proximi quod acceperis, im-
„ pietas eſt. Non gaudere de fructu fra-
„ terno, quem Dominus per te contulit,
„ impii ſimul, & ingrati livoris eſt. Quo-

modo

„ modo depromes talentum in usuram, „ si non agnoscas quid tibi traditum sit? „ Quomodo possis inde tollere cristas, „ quod intelligas totum esse gratuitae „ Dei benignitatis? Quoties autem divina „ bonitas te velut organo dignatur uti „ ad iuvandos alios, non habes quod „ insolescas, sed habes unde gratulere „ fratribus, unde gratias agas Deo, tuo „ pariter & illorum nomine. Sic amavit, „ sic praedicavit suas dotes vir sanctissi- „ mus.) Eu *Erasmus*, qui ut, de Pelagio, sua ipsius professione damnato observavit Prosper, *ore malam extinxit sobolem, quam protulit ore*. Quanquam non debebat iniquitatis sator eam suspicionem prodere, quae nulli prorsus momento nititur, quaeque in nullius aut Catholici, aut etiam haeretici non supra fidem scelestissimi mentem venire poterat. Qui etiam sic Augustino vindiesto, pietatem tamen suam non vindicavit: cum iterum eamdem suspicionem inculcans, *Primum quod multa de seipso commendat &c. partim ad gloriae speciem accedentia &c.* Quo fere innuit se non adhuc conquiescere.

Verum nimis vago, & fere indefinito, quanquam robusto *Erasmi* sermoni quaedam addenda sunt: quae rem magis e proximo urgeant. Quorum tamen, ne commentarius hic in immensum abeat, velut semina nunc exhibebimus, quae in Operis decursu saepe digerentur, & firmabuntur.

Plures & naturae, & gratiae dotes, quibus redimitus fuit Augustinus omittit. Quas vero commemorat, mira religiosa dexteritate adtenuat, & ut ita loquar enervat, Si quas autem naturae dotes integras prodit; quid ambit? morum gravare maculas, & excusationum diverticula tollere, Nec, si cuncta sagaciter expendantur, detectae illae dotes ad augendam insignem Augustini famam idoneae deprehenduntur: quum aliis rationibus essent notissimae; & eximiis ex operibus nobis relictis, nemo licet rudis non prospexisset, divinum hominem teneris iam ab unguiculis singularis ingenii dedisse specimen. Quid vero Augustinum cogebat, nonnulla aeternam in oblivionem itura; immo & eis, cum quibus confessiones scribens, conversabatur, aliisque eiusdem aetatis incognita retegere, & scribere: ex quibus lividi homines, & impudentes aemuli fucum possent incautis facere, tantive ingenii altam famam deprimere? Eius generis sunt, puerum se in scholis vapulasse; In Graeci idiomatis studiis vexatum nimis, & tortum &c. de quibus tamen praeiudiciis opportunis locis disseremus. Idem autem pari ratione expendi valet in iis, quae ad gratiae conditiones adtinent. Augustinum nondum sacris undis renatum in vitia effusis habenis ivisse, coaetaneis pluribus forte notum erat; sed quid eadem vitia publicis solemnibus scriptis retegere universo terrarum orbi, & posteris omnibus ad exitum usque mundi futuris? Augustini coaetanei, & posteriores etiam historici S. Doctorem nobis pringunt ceu hominem divinis charismatibus mirum in modum perfusum, mortalibus, & Caelitibus carum, A quo habemus, nisi ab ipsomet in Confessionibus hisce, per annos fere triginta sordibus immersum, & Manichaeorum fabulis dementivisse? Caelis autem, & piis hominibus durum fuisse, & exosum? Si vero Augustinus illis scripsisset, qui eum saeculo indulgentem optime noverant, cur & ea detegere, quae nonnisi Deo, & sibi nota erant? quid tanta arte, rhetorica, & dialectica minutiora grandia facere: haec vero maxima, enormia? omnia denique augere, dilatare? En igitur quam iure, & merito quispiam suspicari possit Augustinum Confessiones scripsisse, ut inanem gloriam captaret! Quin immo; en quam fidendum sit Possidio, qui cum eo ferme quadraginta annis fideliter vixit, in Praefat. Vitae dicenti. „ Hoc enim facere voluit, ut „ ait (1) Apostolus, ne de se quisquam „ hominum supra quam se esse noverat, „ aut de se auditum fuisset, crederet, „ vel putaret, humilitatis sanctae more „ utens &c.) En quam ingenue ipse S. D. Epist. 231. (Alias 264.) n. 6. Dario scripserit. „ Sume itaque fili mi.... libros „ quos desiderasti, Confessionum mearum: „ ibi me inspice, ne me laudes ultra „ quam sum; ibi, non aliis de me cre- „ de, sed mihi &c. „ Utinam ergo alii Augustini vitam scripsissent: a quibus virtutes haberemus fuso, exactiori calamo pictas: vitia autem non dilatata, Possidius enim, quod saepe fastidio, & vix non ira meditor, nimis compendio studuit,

Iam vero Augustino a superbiae nota exemto; *Pheroponi* modestiam admiremur. *Quamobrem* (inquit in Praefat.) *& Dialecticam diligenter colui, ne ratiocinando fallerer: & Grammaticam, ac Criticam, sive litteras Hebraicas, sive*

(1) II. Cor. 12 6.

sive Grecas spectet, lectionemque indefessam, non versionum, tantum, sed & authenticarum Scripturae librorum Dialecticae pro virili adieci &c. Quae supra & infelix Apostata horrore meditabatur. Haec *Phereponus*, non alibi, non quondam: sed in miseris illis chartulis, in quibus Doctorum modestissimum iactantiae, & tumoris ismiam accusabat. Ita iuxta fabulas, quondam rana thronum occupare satagebat, a quo Iovem se deturbasse somniabat. At iam olim canebatur: *Carmina vel possunt caelo deducere lunam!* Et haec in calumniam superbiae.

Deum vero Augustinus adloquitur quandoquidem & adloquuti sunt David, Iob, Ieremia: & alii Sacri Scriptores: ut privatos pios homines plures omittam. *Pherepunus* cum Luthero, cum impiis, cum tenebris *garriat*; congruum est enim unumquemque suis cum amicis *garrire*. Item, Deum adloquitur, ut certi simus, ipsum *Pherepono* longe dissimilem esse: animum videlicet adhibere non multiplicem, & tortuosum: sed Ingenuum ac simplicem; quod ante med. Censurae & *Erasmus* iam observaverat hisce verbis „ Horum (*mendacii, amplifica- „ tionis virtutum, & miraculorum &c.*) „ ne quid accidere posset, Augustinus „ suo penicillo seipsum nobis depinxit: „ Idque ut maiore cum fide faceret, „ nec mala sua reticuit, nec hominibus „ ista loquitur, sed Deo confitetur, „ cui mentiri nec pium est, nec tu- „ tum. „

Et nos autem non semel observavimus argutiis Augustinum libenter indulgere; nec mirum tamen: pollebat enim ille ingenio supra modum subtili: unde & volens nolens ad argutias declinabat. Quod etiam *Erasmus* commonuerat longe post initium Epist. ad Alphonsum Fonsecam Archiepiscum Tolet. inquiens „ Difficultatibus quaestionum „ alebatur, huc quisquis provocabat, „ prorsus equum, ut habet proverbium „ in planiciem invitabat: nec ullis ma- „ teriis lubentius indulsit, quam quae „ subtilitate torquerent, nec conquie- „ scebat, donec nodos omnes explicuis- „ set „ *Pherepunus* autem habetioris ingenii homo ab argutiis praecavit. Item, argutiis utitur Augustinus, ut culpas suas amplificet, merita dissimulet, & Dei virtutem adtollat. *Pherepunus* si quando vel pueriliter *argutatur*: propriam gloriam ambit: Augustini vero, Hieronymi Ambrosii, & totius orbis maxime religiosi dedecus, & infamiam.

Cum autem Cartagine, Romae, & Mediolani, quae totius orbis principes civitates erant, eximiis plausibus Rhethoricam docuerit Augustinus: iam praesentiebamus fore ut aliquoties ab humanis liret studiis avulsus, pulcre, ornate, apte, rhetorice scriberet. Mirum autem est, *Pherepunum* Grammaticalibus quamquam studiis distentum dicendi venustatem, & splendorem non esse adsequutum. Cur vero non ita constanter & ubique ut in Confessionibus hisce elegantiam Augustinus servavit? Ut homines ad eius voluminis lectionem pelliceret, in quo tanto studio Numinis maiestatem, clementiamque: animae vero suae abiectionem, & raditatem pinxerat; quod ipsemet forte innuere voluit illis verbis n. 13. cap. 20. lib. de Dono Persev. r. *Quid autem meorum opusculorum frequentius, & delectabilius innotescere potuit, quam libri Confessionum mearum.* Displicuit tamen *Pherepono* Augustini rhetorica, quod gestiret latinae linguae, ut Grecae imperitiam (de quo tamen suo loco (1) illi exprobrare.

Nil mirum autem si tanta arte, & vafritie Augustino calumniam intentavit *Pherepunus*, fictis eam personis supponens, *sunt qui suspicientur &c* cum *Argumentum* (2) *Theologicum ab invidia ductum* tam bene calluerit, ut primus ipse tom. 1. Philosophiae, & quidem late pertractaverit. Egregium quidem *Argumentum Theologicum, ab invidia ductum*, quod nec Augustinus Dialecticorum princeps, nec Aristoteles, nec Plato, nec quispiam hominum, nisi forte tenebrarum princeps excogitaverat: Ignem in palestrium immittere, ut flagret: & inde e proximo consistentes honestos viros de suscitato incendio criminari. Attendere tamen debebat *Pherepunus*, dum haec Eruditis in Augustinum scriberet, non Gregorii (3) Leti Filiae se fabulari.

Et haec in *Erasmum* atque *Pherepunum*: qui in Confessionibus hisce, superbiae, & iactanti e vestigia deprehendi effutiebant; Cum tamen prima illa verba, *Magnus Dominus, & &c.* mox prodant quam religioso, nobili fine a Doctorum modestissimo scriptae sint.

In *Pherepunum* disputabimus frequentissime; At maxime hoc cap. comm. sequenti, & comm. G. cap. 4. comm. G. cap. 5. D. cap. 7. C. cap. 11. M. cap. 16.

---

(1) Lib. 10. c. 19. A. n. XV.
(2) Vide lib. 10. c. 31. A.

(3) Filia Gregorii Leti Ordin. S. Francisci Apostatae *Pherepuni* uxor.

16. A. G. & K. cap. 18. H. cap. 20. C. Lib. 2. cap. 2. E. cap. 7. B. Lib. 3. cap. 3. G. cap. 6. O. cap. 7. H. c. 11. F. n. 11. Lib. 4. cap. 3. I. cap. 5. G. cap. 12. C. cap. 14. A. G. Lib. 5. cap. 9. C. cap. 10. B. cap. 13. E. cap. 14. B. D. Lib. 6. cap. 2. D. cap. 3. E. cap. 8. B. cap. 9. A. cap. 10. 13. cap. 13. 13. cap. 16. E. Lib. 7. cap. 6. D. cap. 9. B. E. Lib. 8. cap. 2. B. E. H. cap. 3. A. cap. 4. A. B. cap. 5. B. E. cap. 7. D. cap. 8. C. cap. 12. D. E. H. I. K. Lib. 9. cap. 2. I. cap. 3. H. cap. 6. F. cap. 7. D. cap. 10. F. G. I. cap. 12. H. cap. 13. C. Lib. 10. cap. 3. A. cap. 29. A. cap. 31. D. cap. 35. F. cap. 39. A. cap. 42. A. Lib. 11. cap. 2. G. cap. 10. B. cap. 23. D. Lib. 12. cap. 1. B. cap. 3. B. cap. 17. A. Lib. 13. cap. 11. A. cap. 18. D. cap. 21. D. cap. 24. A. cap. 25. A. cap. 29. A. cap. 32. A. cap. 33. B. cap. 36. A.

Non ita frequenter, & propoſito in *Eraſmum*: ſed opportunis tantummodo aliquot digreſſionibus, octo forte, vel decem.

(*b*) *Et laudare te vult homo &c.* = Exorditur hic ſuas calumnias *Ioannes Pherepoaus* honeſti commentarii ſpecie. Si enim mox contumelioſas voces congereret, & blaſphemaret; in ipſo veſtibulo offenſi, deterritique vel utcumque honeſti lectores, tam iratas paginas a ſeipſis proiicerent, & conculcarent. Adeoque non eſſet *Pherepoaus in Argumento Theologico ab invidia deducta*, Princeps, & Protoparens Dialecticorum. En igitur honeſtus commentarius. *Tò, &, perinde bis eſt, et*, tamen: *ut ſequens repetitio huius membri orationis oſtendit*.

℞. Nimis modeſtus es Apollinis primogenite, qui a nubibus tanto faſtu deſcendiſti, ut infantes balbutientes inſtrueres: huiusmodi voces, *tamen*, *adhuc*, *nihilominus*: & aliae innumerae, quae iſtis aequivalent, adeo in ſimilibus ſermonibus involvuntur, ſeu, illis aptari poſſunt, ut linguam, qua proferuntur, vel proferri poſſunt utcumque callentibus ſola natura duce mox occurrant. Ut ſi dicerem: Altiſſimae mentis homo *Pherepoaus*; & traeniis libenter indulget! idem eſſet ac dicere: & tamen, & adhuc, & nihilominus oacniis &c.

I. Nunc ad Auguſtinum, qui duos cardines ſiſtit, quibus tota haec opella oiti debet, Dei magnitudinem, & hominis abiectionem: quod nempe banc, & illam meditari ambiat, & pingere. Egregium religioſae orationis genus, quo nec integro ſaeculo nobilius excogitare poſſumus; ut ipſe S. D. obſervaverat Lib. 2. Soliloq. ipſo fere initio: ubi ſibi imponit rationis nomine, *Itaque ora breviſſime, at perfectiſſime quantum potes*. Reſpondet autem: *Deus ſemper idem, noverim me, noverim te, Oratum eſt*. Forte vero alludit Auguſtinus ad Illud Iacobi 1. 18. *Ut ſimus initium aliquod creaturae eius*.

Modica autem homo pars creaturae Dei, tum ſi cum reliquis creaturis omnibus ſimul iunctis, ut liquet: tum etiam forte ſi cum ſolis Angelis committatur. Angelos enim, quorum magnum numerum eſſe, omnis generis argumentum convincit: tot eſſe, ut & hominum, & etiam ſenſibilium rerum numerum vincant, & quaſi in infinitum abeant, magna Theologorum pars opinatur. De quo paſſim illi in tract. de Angelis. Videat qui eam rem erudite diſputatam ambit Auguſtinum Calmet. tom. 3. Theſauri Antiquitatum Sacr. & Profan. Differr. de Angelis bonis, & malis, a pag. (iuxta editionem Luc. an. 1731.) 308. & Ioan. Laurentium Berti De Theolog. Diſcipl. t. 2. Lib. 10. cap. 5. Qui tamen iure, meritoque concludunt, non eſſe eam rem exploratam: adeoque non temere de illa pronunciandum. Primus nempe pag. 310. *Ma in queſte materie il più ſicuro è penſare, e parlare con ſobrietà, e di non voler ſapere troppo*. Berti autem Propoſit. 1. *Videtur numerus Angelorum non eſſe hominum multitudine ampliorem: ſed incerta res eſt, neque debet temere definiri*. Et in fine cap. *At quidquid dixeris, neque certa ratione probari poteſt, neque apertiſſime refutari*. Certe, ut & illi obſervant, immenſo illi numero Auguſtinus non admodum favet; Quandoquidem Enchirid. cap. 29. n. 9. inquit. „ Alia vero creatura rationalis, „ quae in hominibus erat, quoniam pec- „ catis, atque ſuppliciis, & originalibus, „ & propriis tota perierat, ex eius parte „ reparata, quod angelicae ſocietati rui- „ na illa diabolica minuerat (1) ſupple- „ retur. Hoc enim (2) promiſſum eſt „ reſurgentibus, quod erunt aequales „ angelis Dei. Ita ſuperna Ieruſalem ma- „ ter noſtra, civitas Dei nulla civium „ ſuorum (3) numeroſitate fraudabitur,

(1) Ita Am. Er. Dam. & MSS. At Lov. & Arn. *ſuppleretur*.

(2) Lucae 20. 36.

(3) a. ſent. 4. 9. 6. *A quibuſdam*.

„ aut (1) uberiore etiam copia fortasse re„ gnabit. Neque enim numerum aut sanctorum hominum, aut immundorum daemonum, novimus, in quorum locum „ succedentes filii sanctae matris &c.) „ Et Lib. 22. de Civit. Dei, cap. 1. in „ fine, „ Qui (*Deus*) de mortali proge„ nie, merito, iusteque damnata tantum „ populum gratia sua colligit, ut inde „ suppleat, & instauret partem, quae „ lapsa est angelorum; ac sic illa dile„ cta, & superna Civitas non fraudetur „ suorum numero civium, quin etiam „ fortassis & uberiore laetetur.

Si vero in Patres, & ethnicos etiam doctores incurras, hominem maximam creaturarum partem dicentes; noli haesitare; De pretio, non de numero, & mole loquuntur. Ut Ovidius Naso Metamorphoseos Lib. 1. v. 67. 68. 69. & 70.

„ Sanctius his animal, mentisque
„ capacius altae
„ Deerat adhuc: & qood dominari
„ in cetera posset.
„ Natos homo est, sive hunc divino
„ semine fecit
„ Ille opifex rerum: mondi melioris
„ origo,

Quo etiam spectant pentametri versus illi Virgilio in Incompletis tributi, qoi incerta sede vagantur,

„ Non vos, non (2) vobis nidificatis
„ aves.
„ Non vos, non vobis vellera
„ fertis oves.
„ Non vos, non vobis mellificatis apes.
„ Non vos, non vobis fertis aratra
„ boves.

Sed & nomero maior mundi pars utcumque homo dici potest; vivit (3) enim cum arboribus, sentit cum animalibus, intelligit cum Angelis. Item, in hominis corpore, si Physicis quibusdam credimus, omnium propemodum vegetabilium partes; formaeqoe deprehenduntur.

At Augustinus Dei maiestatem celebraturus; id expendebat, quod hominis conditionem dimittit. Cui tam nobile, & religiosum initium suis Confessionibus conferenti plaudimos iis cuiusdam Sibyllae carminibus:

„ Felices hominum illi censebuntur
„ in orbe
„ Qui laudare Dei supremi nomen
„ amabunt.

(*c*) *Homo circumferens mortalitatem suam*. = Corpus corruptibile. Vel, carnis concupiscentia. Utrumque enim per mortalitatem significare solet. Serm. 6. (Alias, de Divers. 17.) cap. 5. n. 7. „ Virga regnum significat; serpens mor„ talitatem. A serpente enim homini „ mors propinata est. Ipsam mortem „ Dominus dignatus assumere .... Mor„ talitate indutus est, quam infixit in „ cruce &c.) In Fragmento sermonis 8. (*De decem* (4) *plagis &c.* n. 1. „ Ser„ pens significat tempus mortalitatis hu„ ius: mors enim a serpente propinata „ est. Tamquam ergo cadentes de manu „ Domini in terram, mortales effecti „ sunt; onde proiecta virga ex manu „ serpens effecta est.) Lib. autem 1. de divers. Q.Q. ad Simplicianum, q. 1. n. 55. & 13. „ Certe enim ipsum velle in „ potestate est, qoonism (5) adiacet no„ bis; sed quod perficere bonum non „ est in potestate, ad meritum pertinet „ originalis peccati. Non enim est haec „ prima natura hominis, sed delicti poe„ na, per quam facta est ipsa mortali„ tas, quasi secunda natura, unde nos „ gratia liberat Conditoris sibi per fidem „ &c. *Condelector* (6) *enim*, inquit, *legi* „ *Dei secundum interiorem &c.* Legem „ appellat in membris suis onus ipsum „ mortalitatis, in quo ingemiscimus (7) „ gravati; Corpus enim, quod corrumpi„ tur (8), aggravat animam &c.„) Similia docet Lib. de Catechizandis Rudibus, cap. 18. Lib. 11. de Gen. ad Litt. cap. 32. & alibi frequenter.

(*d*) *Circumferens testimonium &c.* = Liqoet ex dictis. Cum sit concupiscentia originalis peccati consectarium, eius testimonium dicitur, quemadmodum enim cicatrix acceptum olim vulnus: & vultus squallor antiquam infirmitatem; ita propemodum concupiscencia antiquatam culpam designat. Qua Augustini sententia capitalis Novatorum error dispellitur; si enim concupiscentia peccati testimonium est; noo igitur est ipsum peccatum. Quod & alibi adeo constanter docet, ut ipse Calvinus, eoi summus, & unicus doctor est Augustinos, fa-

(1) Sic Am. Er. Dan. & MSS. At Lov. & Arn. *sed uberiore*.
(2) Quidam e. loco pro, non dicunt, *nunc*.
(3) Vide Serm. 43. de cap. 7. Isa. (Alias, de Verb. Apost. 27.) c. 3. n. 4.

(4) Exod. 7.
(5) Rom. 7. 18.
(6) Rom. 7. 22. & 23.
(7) II. Cor. 5. 4.
(8) Sap. 9. 15.

fateri coactus sit Lib. 3. Instit. c. 3. paragr. 10. *Neque aptum est Multum investigando laborare, quid hic veteres senserint &c. Inter Augustinum, & nos hoc discriminis interest, quod ipse concupiscentiam non audeat vocare peccatum, sed infirmitatem, nisi consensus accesserit; Nos autem pro peccato habemus.* At Catholicam veritatem illam, nedum ab Augustino, sed & ab aliis quoque Patribus fuisse stabilitam Polemistae evincunt. Quamque iterum docuit, & firmavit Generalis Oecumenica Tridentina Synodus sess. 5. Decr. de Originali peccato. Sed & propulsatur alterum eorumdem iuniorum (1) haereticorum teterrimum, priori non absimile dogma: originale videlicet peccatum in baptismate radi, non prorsus convelli; si enim in renatis nonnisi testimonium peccati est: profecto convulsum, abiectum est peccatum, non tantum rasum; vestigium quippe animalis abscessionem insinuat. Quam item Christianam veritatem Sess. & Decr. paulo ante laudato Oecumenica Tridentina Synodus definivit. Nec est cur haeretici adeo decantent longum S. D. sermonem Lib. 1. de Nuptiis, & Concupisc. ad Valerium Comit. a cap. 25. illum quippe Theologi centies iam dilucidavere. Dicerem ego compendio: Omnis circa locum illum quaestio id intuetur: quo pacto dicat Augustinus, *dimitti, non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur.* Atqui, inquio ego, ibidem plura profert, quae innuunt vere tolli, & propulsari peccatum. Quamobrem ita rem in meridiana luce constitui posse mihi videtur; Peccatum originis in concupiscentia, ceu in nido delitescit, ceu in involucro implicatur. Adcedit Baptisma: abit peccatum: remanet nidus, seu involucrum: nempe concupiscentia, vel fomes. Vigila, abiice praeiudicia: & tum legens integrum sermonem illum, quod nos diximus, videbis Augustinum docere. Verum peccatum omnino propellitur; concupiscentia vero, aut fomes dimittitur, non ut non sit, sed ut ad peccatum non imputetur. Remanet, inquam vera concupiscentia vero peccato evacuata. V. infra l. 9. c. 11. N. n. 1.

Ex dictis etiam reiicienda est Michaelis Baii Lov. Academiae doctoris, atque professoris foede olim decepti propositio ordine 74. *Concupiscentia in renatis, relapsis in peccatum mortale, in quibus iam dominatur, peccatum est, sicut alii habitus pravi.* Quale somnium illud viri, qui totiens Augustini auctoritatem, & magisterium iactavit! Vestigium animalis nec ipsum animal est, nec in animal aliquando migrabit. At Baii propositiones Pius V. Gregorius XIII. & novissime, anno scilicet 1664. Urbanus VIII. in bulla *Eminenti* Vaticani stilo confixere.

(e) *Testimonium quia superbis &c.* = Quia nempe peccatum nostrum ab Adamitico est. Illud autem in superbiae specie passim, & quidem iure meritissimo constituitur. Unde S. D. Lib. 11. de Gen. ad Litt. cap. 31. n. 41. „ Mox „ ut ergo praeceptum transgressi sunt, „ intrinsecus gratia deserente omnino nu„ dati, quam typho quodam, & su„ perbo amore suae potestatis offende„ rant, in sua membra oculos inie„ cerunt &c.) Qui etiam dixerat cap. „ 4. & 5. „ Ut etiam sic ostenderet a„ nimae superbiae ad eruditionem futu„ rorum sanctorum &c. Nec arbitran„ dum est, quod esset hominem deie„ cturus iste tentator, nisi praecessisset „ in anima hominis quaedam elatio com„ primenda, ut per humiliationem pec„ cati, quam de se falso praesumserit „ disceret. Verissime quippe dictum „ est, (2) *Ante ruinam exaltatur cor,* „ *& ante gloriam humiliatur.* Et hu„ ius forte hominis vox est in Psal„ mo (3), *Ego dixi in abundantia mea* „ *&c.* Deinde iam expertus quid mali „ habeat superba praesumptio &c. „) Idem docet Lib. 14. de Civit. Dei, cap. 13. per totum. Laudari etiam solent plures alii Augustini libri, quamquam non ubique fideliter.

Sed Basilium etiam, Chrysostomum, Prosperum, Fulgentium, Leonem Romanum Pontificem, Eucherium, Damascenum, Gregorium Rom. Pontificem, Bernardum, aliosque plures Patres ei suffragari sententiae, locis etiam insinuatis, testantur Theologi. Vide saltem S. Thomam, 2. 2. q. 163. art. 1. & 2. Depromitur autem ea sententia vix non manifeste ex Gen. 3. 5. Ecclesiastico 10. 15. Tob. 4. 14.

Si quaeras autem a S. Thoma, quaenam fuerit illa superbia? Respondet 2. 2. q. 163. ar. 2. talem fuisse, quae

 di-

(1) Lutherus Assert. 2. Kemnitius in examine Concilii, sess. 6. pag. 480. Calvinus, & alii.

(2) Prov. 16. 18.
(3) Psal. 29. 7.

divinam similitudinem, non quidem exactam, vel propriam (hanc enim nonnisi fatuus ambire potest) sed quam *imitationis* dicere possumus expetierit; Unde in argum. *Sed contra* inquit: super illud Psalmi 68. *Quae non rapui tunc exsolvebam*, dicit Augustinus: *Adam, & Eva rapere voluerunt divinitatem, & perdiderunt felicitatem.*

I. Piget autem hic sermonem conferre cum Scoto, doctore plurimum subtili, cuius ingenium inter tutius urbis nobilissima veneror, atque suspicio. Sed quaenam illa eiusdem opinio, Adamitici peccati speciem constituendam esse in nimia quadam amicitiae adfectione? Quod ita ille tradit: ac si Augustino duce ad opinionem illam accesserit. En eius verba in lib. 2. Sentent. dist. 21. quaest. 2, in Scholio, pag. mihi 835. „ Primum „ ergo peccatum hominis non potuit „ esse immoderatus amor sui, sed secundum quod dicit Augustinus, ubi „ supra, immoderatus amor amicitiae „ uxoris. Nam dicit Augustinus (1), „ quod *noluit contristare eam, quam „ credebat sine suo solatio contabescere, „ & a se alienatam omnino interire*, „ ut habetur in litera dist. 22. cap. „ illo, *Ex quo manifeste*. Patet ergo „ quod non fuit amor concupiscentiae, „ vel &c.) Exactior Aug. textus iste est. Lib. 11. de Gen ad Litt. cap. 42. & ultimo, n. 58. „ *Neque enim frustra est illud, quod Apostolus* (2) *ait*, Adam enim primus formatus est, deinde Eva & Adam non est seductus, mulier autem seducta &c. n. 59. „ Ita Salomon „ vir tantae sapientiae, numquidnam „ credendum est, quod in simulacrorum cultu credidit esse aliquid utilitatis? sed (3) mulierum amori ad „ hoc malum trahenti resistere non valuit &c. Ita & Adam posteaquam de „ ligno prohibito seducta mulier manducavit, eique dedit; ut simul ederent, noluit eam contristare, quam „ credebat posse sine suo solatio contabescere, si ab eius alienaretur animo, & omnino illa interire discordia. Non quidem carnis victus concupiscentia, quam nondum &c. sed „ amicali quadam benevolentia &c.

℞. Similes observationes in aliorum quoque Patrum, ni male memini, scriptis aliquotiens occurrunt; at planum videtur, non esse adeo graves, & serias, ut systema regere, aut inducere valeant. Dicant alii quid sentiant; mihi ita respondendum videtur. Aliud est incitamentum ad peccandum, & aliud ipsum peccatum. Amore incitatus fuit Adam ad delinquendum in re superbiae, Sicut ex eo quod Salomon ab uxoribus suis incitatus thus idolis obtulerit, non sequitur Idololatriae peste non inquinatum. Quive ut amicis indulgeant, ad crapulas, & lupanaria accedunt, temperantiam, & castitatem offendunt. Conferes cum hucusque dictis quae dicentur L. 7. c. 21. F.

(f) *Excitat, ut &c.* = Facis excitanti gratia, ut te, & quidem gaudio laudemus. Quam excitantem gratiam, eiusque necessitatem agnoscit & alibi frequentissime; Exacte vero etiam ad praesentem phrasim, Lib. 2. de Peccatorum meritis, & remissione, cap. 17. n. 26. „ Nolunt „ homines facere quod iustum est, sive „ quia latet, an iustum sit, sive quia non „ delectat. Tanto enim quidque vehementius volumus, quanto certius quam „ bonum sit novimus, eoque delectamur „ ardentius .... Ut autem innotescat „ quod latebat, & suave fiat quod non „ delectabat, gratiae Dei est, quae hominum adiuvat voluntates.) Et cap. 18. „ n. 31. „ Quocirca quoniam quod a „ Deo nos avertimus, nostrum est, & „ haec est voluntas mala; quod vero ad „ Deum nos convertimus, nisi ipso excitante, atque adiuvante non possumus, „ & haec est voluntas bona: quid habemus, quod non accepimus?) Vide etiam lib. de Gratia, & Libero Arbitrio, cap. 17. & Lib. de Natura, & Gratia, cap. 32.

Quae in aliorum quoque Patrum, maxime qui Augustinum sequuti sunt inveniri testantur Theologi. Vide S. Prosper. Lib. de Grat. adversus Collatorem, scilicet Cassianum Collationum auctorem, cap. 14. & S. Bernardum Lib. de Gratia, & Lib. Arbitrio. Unde Generalis Oecumenica Tridentina Synodus sess. 6. c. 5. „ Declarat praeterea ipsius iustificationis „ exordium in adultis &c. ut qui per „ peccata a Deo aversi erant, per eius „ excitantem, atque adiuvantem gratiam „ ad convertendum se ad suam ipsorum „ iustificationem, eidem gratiae libere „ assentiendo, & cooperando disponantur &c „

Adsentior autem doctissimo Ioanni Laurentio Berti Erem. Augustin. t. 3. de Theolog. Disciplinis, Lib. 14. cap. 8. de

(1) L. 11 de Gen. ad Lit. n. 42.
(2) I. Tim. 2. 13.

(3) III. Reg. 11. 4.

de *Actualis gratiae divisionibus*, haec observanti. „ Similiter (1) non differt, nisi „ nomine a Gratia *praeveniente* Gratia „ *excitans*; nec a *subsequente* Gratia *adiuvans*. Nam gratia *praeveniens*, quatenus „ per subministrationem caritatis excitat „ animum somno oppressum, idest abreptum cupiditatibus, & nihil de sanctis „ operibus cogitantem, est gratia *excitans*. Atque gratia *subsequens & cooperans*, in quantum voluntatem excitatam adiuvat, ut bonum opus perficiat, „ dicitur Gratia *adiuvans*. Quae gratiarum nomina sunt apud Augustinum „ frequentissima &c.) Quod iam observaverant, & quidem latius, Nostri Salmanticenses, qui t. 5. Tract. 14. disput. 5. de Gratia Actuali dub. 7. de variis divisionibus Gratiae Actualis, paragr. 3. n. 162. haec habent „ Dicendum est tertio, „ gratiam excitantem esse idem realiter „ auxilium cum gratia operante; & gratiam adiuvantem esse idem realiter auxilium cum gratia cooperante &c. „) Et paragr. 4 n. 166. „ Dicendum est „ quarto, gratiam specialiter praevenientem esse idem realiter cum gratia operante; omnem autem gratia cooperantem „ esse realiter gratiam subsequentem.)

(g) *Fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* = De nobilissima, arcana hac sententia tot dicenda se mihi offerunt, ut multitudo fere me obruat.

Ioannes Pherepanus ita eam se dilucidare credit. *Hic est*, propter te: *vel*, ut ad te, *tamquam ad summae beatitudinis unicam, atque ultimam causam contenderemus*. Quis inficiabitur nebulonem hunc esse verum *Phereponum*, hoc est copiosi laboris patientem? Quandoquidem patienter tulit otiosum expositorem agere: & prorsus quod Augustinus dixerat, vix mutatis verbis reddere, repetere.

I. Eamdem ipsam sententiam praedicaverat iam insignis Stoicus *Epictetus* (2) Hieropolitanus servus olim Epaphroditi satellitis, vel cubicularii Neronis, Lib. I. Disser. c. 9 post med. hisce verbis. „ Nonne cognatione Deos attingimus? „ Sine nos illuc redire, unde venimus. „ Sine tandem liberari nos compedibus „ his, quibus constricti, & onerati sumus „ &c. „ iuxta interpret. Hieronymi Wolfii. Ac si ad illud Apostoli Philipp. 1. a v. 21. & similia respexisset: *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Quod si vivere in carne, hic mihi fructus operis coarctor autem è duobus; desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo*. Et alterum Rom. 8. 25. *Si autem quod non videmus, speramus: per patientiam exspectamus.*

Aloysius Grotus, literarum vir ille, qui videndi facultatem octavo ab ortu die amissam ingenii felicitate supplevit, vulgo, caecus Hadriensis, oratione v. post med. huncce de sympathiis sermonem habet. „ Ogni metallo, ogni gemma, „ ogn' erba, ogni pianta, ogni fiera, „ ogni pesce, ogn' uccello, ed ogni stella „ possiede la sua virtù ...... L' usignuolo è tratto dalla vipera: la donnola dalla botta: la botta dal leone: „ le fere dalla pantera; l' acque del mar „ dalla luna: l' elitropio dal sole: la paglia dall' ambra: il ferro dalla calamita: la calamita dalla tramontana „ gl' amanti dalla beltà di Penep. &c.) At quid quisquiliae istae cum sympathia, quam ad Deum habet cor hominis?

II. Nunc ad graviora accedamus. Hic, & non raro in sequentibus cum Cornelio Iansenio Antistite Yprensi mihi res habenda erit. Quoniam vero hi Commentarii manibus simpliciorum terentur: Nec adeo felicis fortunae aura mihi adspirat, ut nullos aemulos patiar; Iuvat praefari, famosas quinque Iansenii propositiones, Vaticani fulmine, & quidem non semel, iam adustas, ingenue, & ex animo me improbare, & etiam exhorrere. Immo talis sum, qui Vaticano etiam silente, iam illas improbassem, exhorruissem. Scripturis, Patribus, Catholicis veritatibus, & Theologicis luminibus nequaquam conformes sunt; & Augustini doctrinis aequa lance perpensis, & in quarum meditatione haud modicam aetatis meae partem consumsi, prorsus adversantur. Vulgo autem, & iis, qui de omnibus garriunt, & nihil fere legerunt, imponunt, qui praedicant eas propositiones a veris Iansenii scriptis abesse. Non unum ego codicem vidi, immo consului plures: etiam ex primo impressis: & nec in unum impegi, ubi propositiones illae desiderarentur. Nec in alio sensu, ut impudentes quidam subclamant, prolatae sunt; immo vero in eo, quem Apostolica Sedes improbavit: tum si propositiones iuxta obvium naturalem sensum iudicentur; tum si ipsis adiacentia expendantur. Quum autem totius Ecclesiae Praesules, scilicet, Romanos Pontifices ex Cathedra iudicantes, decipere, ac labi non posse, mihi per nasum sit; quidquid adbuc illi vel in

(1) Vide infra l. 13. c. 1. 8.

(2) Floruit circa an. D. 85. Ex Phrygia.

in Iansenii, vel in cuioscumque doctrinam docere, ac stabilire possunt apertis ulnis, & religioso obsequio, pectoris intimis respondente me excepturum profiteor. Insuper ludificare arbitror distinguentes *dogmatis* a *facti* materia; In puris factis Romanos Pontifices errare posse, quis inficiabitur? At vero non adparet, ut summa auctoritate polleant, ut Christianum gregem optime docere, & de doctrinis exacte queant iudicare: si circa *dogmatica facta*, quae nempe ad doctrinas referuntur, decipi possint. His praeiactis, & in Divino, & in humano tribunali tuti sumus.

III. At si in nonnullis deceptus Iansenius, quidquid protulit, impium, vel falsum? Nec futorum tam pinguis argumentatio. Si Apostolica Sedes quaedam Iansenii improbavit; nec quae ille statuit veritati conformia exscribi, aut commendari poterunt? Absit a Theologo puerilis ista religio; quam nec Patres, quamvis religiosissimi, nec Paulus, & si Apostolus comprobavere. Immo eorum exemplo iuste, ac prudenter ab Ethnicorum, Haereticorumque, velut malae fidei possessorum paginis egregias veritates tollere possumus, & nostras facere. De quo fuse dicemus Lib. 7. c. 9. K. Quamquam absit ut Iansenium haereticum dicam; talis enim non est quicumque deceptus: sed qui errores suos, non curato, vel contempto Ecclesiae judicio defensitat. Iansenius verò cuncta sua Ecclesiae, immo Apostolicae Sedis, & quidem non semel iudicio subdidit; in totius enim voluminis calce profitetur *Omnia iudicio S. Sedis Apostolicae libenter submittimus*. Habetur etiam in eiusdem operis fronte, statim post brevissimam vitae Auctoris Synopsim huiusmodi Testamenti vix media hora ante mortem ab ipso dictati exemplar, quod ad Lectorum eruditionem transcribimus „ Ego Cornelius Dei, & Apostolicae Sedis gratia Episcopus Iprensis de mea libera voluntate do, & dono omnia mea scripta ad explicationem Augustini spectantia Capellano meo Reginaldo Lamaeo, partim quia magno labore ea scripsit, vel dictavit, partim quia sine originali copia corrigi non potest. Hac tamen mente hanc donationem facio, ut cum doctissimis viris, magnifico Domino Liberto Fromondo, & Reverendo Domino Henrico Caleno Canonico Mechliniensi conferat, & disponat de editione quam fidelissime. Sentio enim aliquid difficulter mutari posse. Si tamen Romana Sedes aliquid mutari velit, sum obediens filius, & illius Ecclesiae, in qua semper vixi, usque ad hunc lectum mortis obediens sum. Ita mea postrema voluntas est. Actum sexta Maii 1638. Infra scriptum erat, & impressum sigillum eiusdem. „

Ita testor.

Henricus Calenus.

Ex illis verbis, *Sentio aliquid difficulter &c.* & similibus plurimis, quae in eius scriptis occurrunt conniciunt Eruditorum quidam Iansenium hominem fuisse duri cerebri, & in proprio sensu pertinacissimum. At fervidus, insignis propriae doctrinae amor omnibus illis solet subrepere, qui eam magnis curis, & importunis laboribus digessere; Qualis fuit Iansenius. Qui alibi se nedum ingenuum catholicum, sed & docilem modestum doctorem prodidit: v. gr. in *Omnium epilogo*, post lib. 10. de Gratia Christi Salvatoris, ante *parallelum*, t. 3. „ Nec vero mihi ipse arrogaverim, me nulla ex parte ab eius aberrasse sententia. Homo sum, humanorum lapsuum periculis obnoxius, quae sicuti cavi quantum potui ita ignoscet lector, ubi non potui, ut & assidui laboris consideratio temeritatis labem auferat, & sinceritatis intuitus errandi simplicitati patrocinetur: Quod sicuti hallucinatus fuerim, hoc scio me non in Catholica veritate, sed Augustini sententia asserenda cecidisse .... Quod si eius obscuritas me fefellerit, maximi beneficii loco ducam, laborumque plurimorum compendium faciam, si quis aliud ex Augustini scriptis demonstraverit. Quod donec humiliter, ac desideranter expecto quidquid de rebus tam multiplicibus, & arduis, non iuxta meam, sed iuxta S. Doctoris mentem pronunciavi, ex Apostolicae Sedis, Ecclesiaeque Romanae matris meae iudicio, sententiaeque suspendo, ut illud iam nunc teneam, si tenendum, revocem, si revocandum, damnem, & anathematizem, si damnandum, & anathematizandum esse iudicaverit. Nam quemadmodum istius Ecclesiae, ac Sedis mysteriis infantulus initiatus, & eius fide cum lacte matris imbutus fui, & crevi, & adolevi, & senui: nec ab ea ad latum unguem, quod sciam, animo, aut facto, aut sermone defexi; ita porrò ad extremum usque spiritum vivere,

ac,

„ ac, Deo adinvante, mori, divinoque „ iudicio ſiſti mihi conſtitutum eſt, ut „ iuxta ſacratiſſimam eius regulam, „ quae a temporibus Apoſtolorum per „ ſucceſſionem continuam Romanorum „ Pontificum per univerſum orbem prae„ dicata, & credita eſt, referam a Dei „ miſericordia, aut iuſtitia bonum, aut „ malum. „ Eamdem docilitatem, ſeu leuitatem mentis oſtendit, tom. 2. de *ratione, & auctoritate*, Lib. proaem. cap. 29. Item in totius voluminis calce proxime ante verba laudata „ Sed magis „ optaremus ſi ſpiritum ſanctiſſimi no„ ſtri Magiſtri aſſecuti eſſemos, a quo„ libet reprehendi, quam ſive ab er„ rante, ſive ab adulante laudari. Nul„ lus enim, inquit ipſe in lib. de Tri„ nitate (1), reprehenſor formidandus eſt „ amatori veritatis. „ Quae expendens Henricus Calenus S. Theolog. Licent. Metropolit. Ecclesiae Mechlinienſis Canonicus, Archipraesb. Bruxell. librorum cenſor: cum Ianſenii opus non tam comprobaſſet, quam miris laudibus extuliſſet, Auctori, ſcriptis, & ſibimetipſi conſulens, ſubſumſit: *Verum, ſicut Auctor totam ſuam doctrinam: ita & ego hanc cenſuram S. Sedis Apoſtolicae iudicio humillime ſubmitto*.

Quibus omnibus utinam Ianſeniani, vel, Ianſeniſtae ſalutari pudore ſubfundantur: qui Ianſenium err ntem quidem libenter, at Cathedrae Petri ſummum divinum, tenebris nunquam obnoxium lumen praedicamem minime ſequuntur; quandoquidem eiuſdem Cathedrae iteratis iudiciis, nunc tergiverſatione hac, nunc illa pertinaciter, obſtin te reluctantur. Scripſit etiam Ianſenius commentarios in quinque Moſis Libros, & quatuor Evangelia: & in iis etiam Romanae Sedis ſupremam auctoritatem, & iudicium in ſacra doctrina erroris inſcium, ot in v. 18. c. 16. Matth. in 32. c 22. Lucae, & in v. 15. 16. & 17. c. 21. Ioann. profitetur, & veneratur.

IV. Quoniam vero Ianſenii hiſtoria non admodum trita, & nota eſt: rem fortaſſis lectoribus minus eruditis gratam faciam, ſi ex ea graviora quaedam excerpta compendio hic exhibuero. Natus eſt Ianſenius die 28. Octobris an. 1585. obſcurum Patriam, Leerdam, Bataviae oppidulum, obſcuroſque parentes, & ſi honeſtos, ac pios, ſcilicet Ioannem Ottue, & Linthiam Giſberts: nobile tamen ingenium omnium propemodum ſcientiarum capaciſſimom, quo minorum, maiorum, humanarom, divinarumque ſcientiarum; & linguae nedum patriae, & Latinae, ſed Graecae, & Hebraicae inſignem peritiam adſequotus, qoa erud.torom amicitiam, exiſtimationemque ſibi conciliavit, fortitus. Ab Academia Lovanienſi eius ingenio, & eruditione capta an. 1617. doctrinae laurea inſignitus, & inde factus doctiſſimus; delectus eſt ceu primus, qui cum Silvaeducenſibus Calvinianae ſectae miniſtris, ad Polemicam luctam Catholicos provocantibus, tuto conferret pedem. Uſque dum tandem, ab Academia praedicta tribus vicibus ad Philippum ſecondum Hiſpaniae regem, velut nuntius miſſus, ſcriptoque libro, cui titulus, *Mars Gallicus*, contra Gallicanum principem pro Hiſpanis, Hiſpaniae principe promovente, a Romano Praeſule Yprenſi Epiſcopatu initiatus eſt. Quanquam autem Ianſenius ſacrorom ſtudiorum nullum abiecerit; in altis tamen diſcutiendis Auguſtini ſententiis potiorem aetatis ſuae partem conſumſit; decies enim, & amplius alacri cura univerſa S. Doctoris opera evolvit: triceſies vero quae Pelagianos impetunt, concernuntque nodoſiſſimam materiam de Gratia. Qua diuturna, acrique lectione, talem, tantamque de Auguſtini ingenio exiſtimationem concepit, ut Canonicis exceptis Scriptoribus, Archimedes, Stagyrites, & quicumque mortalium eidem collati, ipſi vileſcerent; & quereretur non raro ſibi hominum ſocietatis, & aliorum Scriptorum lectionis pertaeſo, optatam pacem non dari; eam vero ei'e, longe ſemota in inſula, & oceani caote, citra humanarum indigentiarum ſtimolos degere, ibique humano alio quocumque depoſito codice, nulloque honeſta otia turbante, in Auguſtini ſententiis, oraculis ſimillimis diſcutiendis voloptate permulceri. Tantus videlicet inerat Ianſenii pectoris veritatis amor, quam (ut fieri poteſt in Scriptore non Canonico) in Auguſtino ſuam quodammodo fixiſſe ſedem obſervabat. Hinc a domeſticis exquiſitos, in quodnam ex divinis adtributis maiori impetu, & voluptate deportaretur? *In veritatem*, mox, & conſtanter reponebat; iiſdemqoe latenter obſervantibus, per viridaium inambulans, ocolis ad caelum erectis, *O veritas, o veritas*, frequenter magno animi ſenſu exclamabat. De Ianſenii etiam honeſtate, ac religione haud vulgaria prodit auctor Syno-

(1) In Proaem. Lib. 2.

Synopsis vitae, operibus eiusdem praefixae; cuius etiam quaedam compendio Lectorum oculis sistam. Naturam igneam sortius erat Iansenius, cui nempe subtilis cholera dominaretur; quae tamen vix erumpens, & mox occumberet, atque evanescer.t. Opiparam mensam aveniabatur; & ad suam, frugalissimam quamvis adeedens, aegro eam animo delibabat. Numini crebras fundebat preces, maxime eum se ad sacra studia pararet. Elucebat denique in eo Christiana pietas, non sophistica, & muliebris, sed gravis, & virilis, qualis magna ingenia comitari solet. At Cornelius Iansenius pedum ingenio praestans, sed & in agendo promtus, & alacer, dum altero Episcopatus sui anno ad subiectae diaecesia evellendos abusus alta molitur, lue contagiosa, a qua nitebatur gregem suum eximere, invasus, conatusque generalis Confessionis sacramento omnes animi noxas expiare, religiosa morte defungitur.

Non me latet congestas huiusmodi in Iansenii honestatem, religionemque laudes minus adridere nonnullis; Quibus me iungam, si recitata historicorum testimonia, non suspicionibus, sed acerrimis, ineluctabilibus argumentis falsitatis revincent. Romana autem Sedes dixit, impias esse quasdam Iansenii doctrinas: at non Iansenium impie vixisse.

Quaeres tamen, qua caussa Iansenius tanti ingenii, tantaeque religionis homo in prorsus falsas, absurdas, & impias sententias abierit? Non hic supernae rationes quaeruntur; v. gr. cur Deus permiserit &c, sed humanae, & naturales.

V. R. Talia prodam, quibus nonnihil etiam Iansenii persona vellicetur. Lovanii Iacobi Iansonis, Baiani systematis defensoris acerrimi auditor fuit. Ioannis autem Du Verger, de Hauranne eiusdem mali systematis, si non defensoris, certe admiratoris a saeculo iam decimosexto labente domesticus: eum quo per duo lustra cum dimidio in privata arena exercitatione litteraria facta: inde ambo velut aperto marte pugnaturi Loudres, Terram in Pireneis Tarbis dioecesis adcessere, ut non bono iuncti foedere, Baii doctrinam, (forte nonnihil expurgatam) iamiam undique impetitam, e diverso latere vindicarent, Iansenius videlicet, utpote doctior, ex eo, in quo Liberi arbitrii, & Gratiae: alter ex illo, ubi Dei, & Ecclesiae legis doctrina consistebat. Ita duo illi aratrum unum trahentes. Sed Ioannes Verger ut Iansenio in eruditione impar, ita in audacia superior Pictavium adcedens, & ibi in S. Cyrani, vel Sigiranni Abbatem electus, fit etiam procacior . . . . . . At quidquid sit de Abbatis Sancti Sigiranni (qui natus an. 1581. obiit 1643.) historia quam plures a lividis quibusdam eiusdem aemulis foede laesam atque corruptam acri calore contendunt &c.

Sunt & alia, quibus Iansenii persona non admodum illustratur: quibusque & nobis fit nonnihil exosa; Quorum primum, ne quid dissimulem, est, quod Patres Augustino vetustiores nimis faciat in re de Gratia rudes, & caecos. Tomo enim primo, Lib. 7. de haeresi Pelag. c. 17. pag. mihi 177. & 178. „ Quotquot Augustini aetatem antegressi sunt, videntur praedestinationem hominum non secundum illud beneplacitum voluntatis Dei, sed secundum praescientiam alicuius operis, aut voluntatis ex parte hominis antecedentis unanimi pene consensione docuisse. Quod quidem multipliciter Massilienses, graviterque in epistolis Prosperi, & Hilarii conqueruntur, ut &c. Ecce primum, quod Massilienses in Augustini doctrina perturbavit, novitas fuit, & ab antiquorum sensu dissonantia: quam primo quoque verbo suae relationis Hilarius notat &c.) Exscriptisque Hilarii, & Prosperi de Massiliensium querelis testimoniis, & videns Massiliensibus non adeo fidendum, subsumit. „ Quid quod non modo Massilienses, quorum in hac re potest esse suspecta fides, istam exagerant querimoniam, sed etiam in se Prosper idem sensisse videatur: sic enim in fine litterarum suarum Augustino in propria sententia videtur loqui: *Illud etiam qualiter diluatur, quaesumus patienter insipientiam nostram ferendo, demonstres &c.*) Quod nempe antiquiores Patres in contrariam abiisse sententiam videretur. Et tum iterum Iansenius. *Quae quidem Prosperi verba, totaque Massiliensium de veritate querimonia quanta veritate nitantur &c.*

Non placet lutea Augustinum corona donare; quasi fuerit novorum dogmatum cusor, & antiquorum omnium contemserit placita. Rudibus praeiudiciis occupatis Massiliensibus, vel ipso Iansenio advertente, nulla hac in parte fides. Prosper vero adparentem antiquorum dissonantiam obiecit, non veram, & consistentem: ideo expositionem postulavit: *Illud etiam qualiter diluatur.* Unde graviores Theologi in tract. de Gratia egregie

gie

gie evincunt plures antiqoos Augustiniano systemati praeiosisse : videat saltem qui hac in reoon admodum versatus est P. Iac. Hyac. Serry Ordin. Praedicat. doctorem Sorbonicum Lib. adversus Ioannis Launoii Traditionem &c. cap. 20. & seq. Nec omnes omnino dixit , sed *pene omniom*. Quanquam t. 2. de Ratione , & Auct. Lib. proaem. cap. 17. pag. mihi 16. sui ipsius Iansenius sit expositor : inquit enim, antiquos Augustinianam doctrinam docoisse: sed , *imperfectis phrasibus*. Unde si & prudenter adtendas, Iansenium minus exactas sententias illas proferentem in Augustini laudes effusum esse, non est cur irascaris. Ceterum plusquam *imperfectis phrasibus* antiquos Augustini systemati praelusisse, gravis ingenii Theologus contendere haud potest ; quae enim doctrina, maxime ex abstrusioribus , ut illa de Gratia , ante exortas haereses, vel controversias exquisite discussa, tractata est ? Unde ipse Augustinus Lib. 1. contra Iulian. c. 6. n. 22. in fine „ At inquies „ Cur non ipse (*Chrysostomus*) addidit „ propria ? Cur putamus, nisi quia di„ sputans in Catholica Ecclesia , noo se „ aliter iutelligi arbitrabatur, tali quae„ stione nullius pulsabatur (1), vobis non „ dum litigantibus, securius loquehatur.) „ Lib. de Praedest. SS. cap. 14. n. 27. „ „ Quid igitur opus est, ut eorum scru„ temur opuseula , qoi priusquam ista „ haeresis oriretur, noo habuerunt ne„ cessitatem in hac difficili ad solven„ dom quaestione versari ? qnod pro„ culdubio facerent , si respondere ta„ libus cogerentur. Unde factum est, „ ut de gratia Dei quid sentirent, bre„ viter quibusdam scriptorum suorum „ locis, & transeunter adtingerent : im„ morareutur vero iu eis, quae adver„ sus inimicos Ecclesiae disputabant , „ &c. „ Similia habet Lib. de Doao perseverantiae , cap. 20. o. 53. in fine & cap. 23. n. 63. initio, & alibi. Se autem totius Ecclesiae , & antiqoorum doctrinam statuisse, praedicasse testatur, & ostendit ceoties , ut Lib. de Dono Persev. cap. 19. & 23. Lib. 5. operis Imperfecti , cap. 86. & Lib. 6. cap. 21. In prioribus autem sex contra Iulianum Libris frequentissime . Unde in tuto est Iansenius loco paulo ante (nempe pag. 16.) laudato inquiens : *Qood* (Gratiae argumentum) *uemo, oemo iuquam unus Patrum praecedeutium vel tantillum explicare tentaverat , uet nisi imperfectis phrasibus, quas ipsa fidei, & preces fidelium secum afferunt, expressorat*. Equidem addit paullo post : *Arcanissima tutius gratiae fuudamenta primus inter umues Patres , in quorum scriptis nec vestigium eorum videre licet, eruit, tantoque lute &c.* Quod non adeo durum videtur ; prosequitur enim Augustinum , quod excellentissimis modis de Gratia disputaverit , ad caelum evehere ; & haec iam prima ratio mitem censorem postulat , Dicit, *arcanissima*, ut intelligas, ipsum, non de primis, & quibuscumque, sed de peculiaribus , reconditis , & obscurioribus Gratiae difficultatibus agere. Has autem non discussisse Patres Augustino antiquiores , quod nec tanto pollerent disputandi acumine , nec ipsorum aetas subtilissimas de Gratia quaestiones postularet , quale portentum est?

Alterum Iansenii , quod nonnisi mihi iudicio discussum tolerare possum , est ardor ille , quo t. 2. Lib. proem. c. 28. pag. 24. & 25. & Epist. 16. & alibi saepe in Scholae Theologos indefinite & in facultatem ipsam invehitur . Verum quos Theologos iancinare velit Iansenius, emuuctae naris Eruditi coniicere facile possunt . Cumque saepe non indefinite, *Theologi*, sed, *quidam Theologi*, dicat, mitis ingenii lector Iansenium generatim Theologos contemnentem ita excipere poterit , ac si peculiares intoeretur. Nec fortassis qui oiconque Scholasticam Theologiam pessumdat, sed nimis aridis speculatiunibus indulgentem , quaeve iu Paganorum phaleris obsequio discutiendis plus satis distenditur.

VI. Postremum , omniumque gravissimum momentum quo Iansenii porsonam ad iudicium deduco , ex eios Epistolis ad amicum suum (San - Cyranum vel Sigirannum) de quo supra, datis depromitur . Nisi tamen eaedem Epistolae vel apocryphae sint, vel corruptae : in quo nonnihil hospes sum . Immo nec earum integra exemplaria unquam vidi : sed quaedam tantum fragmenta ; & quidem ab illis laudata , quos nedum doctrinae hostes , ut par est, sed & in Iansenium ipsum parum propensos deprehendi . Quod ergo malam in suspicionem Iansenii famam deducere potest, illud est , praesensisse errantem hominem, adhuc mortales inter agentem rumores, tumultus scriptis suis gignendos: & Theologorum censuras, quibus eadem excipienda essent . Erat adhuc in cunabulis male conceptum opus , & iam Epist. 21. *Sciat me in suscepto opere toti-*

nue

(1) Sic (inquiunt Benedictini) Am. & MSS. Al. Er. & Lov. *nullus pulsabatur* n. p. 8. 10.

nua incumbere : atque eo magis terreri, quo plus progreditur. Immo vix arripuerat calamum, & iam. *Tantum circa istud negotium incommodi, ac periculi exponere mibi non potes, quantum ego ab initio subodoratus sum*. Ideoque maxime cavere, ne Patre vivente foetus in lucem emergeret, quo eiusdem Patris quies turbari posset. Epist. 63. scripta an. 1626. At istud etiam quispiam in mitiorem partem inflectet, dicendo, suorum studiorum aemulos, quos non paucos habuit, respexisse Iansenium, qui non Catholicae veritatis amore, sed (ut ipsi videbatur) nonnullis praeconceptis praeiudiciis, insigni potentia freti, arrepta occasione, sub umbra zeli, in eum arma sumturi essent. Sed vel mitissimi homines non parcent Iansenio haec ista dicenti „ (1) Nec adduci possum, ut credam opus hoc a iudicibus „ approbandum unquam fore &c. Non „ audeo dicere, quid sentio de praede„ stinatione, & gratia, ne forte ante„ quam omnia parata, & matura sint „ mibi quod aliis accidat, Romae da„ mnetur &c. „ Inde ad Magnatum, vel eorum, quos praeconceptae sententiae tenacissimos credere poterat amicitiam, & patrocinium; iisque non suppetentibus, amicum ut provideat obtestatur. Hic ne Iansenii tui animi candor? A te in Ecclesia excitandum incendium praesentis, & manum haud retrahis? Gravissimas, sincerissimasque Augustini veritates (ut perperam falsas, & impias sententias tuas appellas) magnatum vis potentia, atque durorum hominum pertinacia defendere? An nescis illud Tertulliani (2), quod non est qui inficietur, *Veritati nibil posse praescribere, non spatium temporum, non patrocinia personarum? non privilegium regionum?* Verum ut initio cavebamus, eae Epistolae forte suppositititiae sunt. Certe in Catalogo scriptorum Iansenii non occurrunt; nec repertae sunt inter scripta quae eidem Abbati Sancti Sigiranni, expedita & insigni sagacitate intercepta fuere.

Et haec de Iansenio; de quo ad pleniorem eruditionem acerba quaedam, mitiora alia; ut obscurae veritatis ratio postulabat.

VII. Res Iansenii Baianarum etiam aliquam cognitionem exigunt. Ideo brevissime. Michael Baius Lovaniensis Academiae doctor, & professor cum sacra eruditione praestaret, & contra veritatis hostes Christiano zelo fervesceret, a Philippo secundo Hispaniarum rege delectus est, qui cum aliis in Tridentina Synodo Theologi munus obiret. Rem feliciter egit; sed inde nimium sibi fidens, & a trita Theologorum via deflectens, dum Augustini arcana proprio marte, & aliquot etiam praeiudiciis retegere, atque dilucidare gestit; ab Augustini mente longius exorbitans, in doctrinas abit falsas, scandalosas, haereticas. Illico autem, ut erat Baianae eruditionis fama longe, lateque diffusa, & patroni, & contradictores; & plausus, & tumultus. In Belgio potissimum negotium illud efferbuit; & malum systema in propositiones septuagintanovem partitum est. Quo tamen an. 1567. a Pio V. latenter, ut prudentia, sive temporum ratio postulabat: an. autem 1579. a Gregorio XIII. solemniter improbato; Michael de Baiis Lovaniensis Universitatis Cancellarius exacte, beneque resipuit: solemnem scilicet die 24. Martii, an. 1580. palinodiam cecinit: & suum systema eiuravit, cui palinodiae velut sincerae, & religiosa morte confirmatae plausere Eruditi, ut Cardin. Pallavicinus in Histor. Concilii Trident. lib. 15. cap. 7. n. 17. Aubertus Miraeus in Bibliotheca Scriptorum Eccles. & Theophylus Raynaudus intemperatioris quamquam criticae, & immitis ingenii scriptor in clausula operis, de Libris configendis, n. 571. Natus est autem Baius an. 1513. Mortuus die 16 Septembr. an 1589.

VIII. Iansenius Baium: Iansenium vero Paschasius Quesnel, origine Parisiensis, Oratorii nominis Iesu in Gallia Presbyter, caractere Sacerdotali nedum, sed & Catholici nomine indignus sequutus est. Et ad quidquam de Quesnello dicendum calamus mihi prurit. Ac mirum est, si nondum abusus sim Lectoris patientia. Nec eius hominis errores, pertinaciam, scandala, insignemque iacturam, quam Ecclesiae tranquillitati importavit, brevi possum oratione pingere. Unde vix quidquam de ortu, & obitu dicam. Natus est Paschasius Quesnellus Parisiis die 14. Iulii, an. 1634. Ingressus autem Oratorium, quod a Cardinali Berullo, eius Fundatore nomen sumsit, an. 1657. Amstelodami in Hollandia, quo transfuga, & Ecclesiasticarum censurarum contemtor se receperat, die 2. Decembr. an. 1719. foede diem supremum obit. Cum scilicet paullo ante, (ut fertur) coram duobus Notariis solemni professione, publici inde iuris

ris

(1) Epist. 131. an. 1626. ep. 15. an. 1621. ep. 53. an. 1623.

(2) L. de Velandis Virgin. c. 1. initio.

ris facta pertinaciam suam universo orbi contestatus fuisset. Eique mortuo (nisi & huius historiae aliqua labes illata sit) iure & merito, quoddam Epitaphium datum est: quod, sicut & plurima alia, omittimus.

Consule saltem Edictum citator. Humberti Guillelmi a Precipiano Archiep. Melchliniensis, Belgii Primatis &c. datum Brusellis die 15. Febr. & 10. Nov. 1704. & Clementis XI. Diploma: *Unigenitus Dei Filius &c.* die 8. Sept. an. 1713. Pontificat. eiusdem 13.

IX. Nunc aliquando tandem cur tot praefati simus aperiamus. De Iansenio diximus maxime, quod non raro in commentariis hisce nunc amore, nunc contemtu audiendus sit; Res autem Iansenii non bene dilucidari poterat, nisi quidquam de Baio, & Quesnello diceretur. Item & posteriores hosce nonnunquam impugnaturi sumus. Ad primam autem luctam huius commentarii textus, *Fecisti nos ad te &c.* nos adigit. Hanc scilicet ita exornat Iansenius t. 2. Lib. 1. cap. 25. de Statu Naturae Lapsae, pag. 174. col. 1. „ Tria vero illius immensi possessione boni possidebat. Primo incomparabilem quamdam celsitudinem, utpote qui, nullo interiecto medio, soli Deo subdebatur: & ita dominabatur sui, & omnium sibi naturae conditione subditorum: ipsi autem nemo penitus, praeter Deum. Secundo scientiam luminosissimam rerum creatarum, & maxime omnium agendorum: quia mens illa omni amore peregrino creaturarum, & consequenter poenalibus tenebris vacua, sine ullo obstaculo veritatis, cui inhaerebat puris radiis tangebatur. Tertio torrente quodam voluptatis perfundebatur, quae ex tanto bono, semper praesente cognito, dilectoque profluebat. *Ex hoc amore*, inquit Augustinus (1) de Adamo, *grande gaudium, non desistente quod amabatur ad fruendum.* Tribus istis ingentibus bonis, quibus ex illius infiniti boni possessione plenus erat, tres aeque ingentes inanitates, seu penuriae successerunt, & ex penuriis importunissimi, & violentissimi desideriorum impetus ad illa damna quoquomodo farcienda. Hac enim in primis consideratione dixisse arbitror Augustinum id, quod omnium veraciter spiritualium virorum iudicio approbatum est: *Fecisti nos ad te: & inquietum est cor nostrum &c.* Anima quippe inquietatur desideriis, velut motibus, & gaudiis, veluti motuum terminis requiescit. Inde igitur perpetua eius extra Deum inquietudo, dum quidquid appetit, ut fruatur, & gaudeat, nihil omnino invenit, praeter Deum, quo vastissima illa capacitas impleatur.) Haec eleganter, & etiam docte Iansenius; Quae tamen mea non dicas, nisi scopum, quem intuentur, praescindas. Item, alia longe amplior, atque potissima suppetit ratio sympathiae animae ad Deum; quod nempe anima ad ordinem gratiae evecta, perfectam, absolutamque pacem, & beatitudinem nonnisi in Dei sinu reperire possit. Ut ipsemet Lib. 3. cap. 3. pag. 368. col. 1.

Verum, nihil adhuc in Iansenium. P. Gregorius Selleri Ordin. Praedicat. S. Palatii Apostolici Magister, inde Cardinalis, t. 6. Proposit. damnat. a Clemente XI. in Bulla, *Unigenitus*, ad proposit. 34. & 35. n. 48. inquit. „ Verum esse creabilem humanam naturam absque ullo dono superaddito connaturalibus eius, fatentur communiter orthodoxae Fidei Theologi; Discriminantur tamen isti, an possibilitas status naturae purae sit de potentia Dei ordinaria, aut absoluta: Ab istiusmodi discrepatione abstinemus, dum nobis tantum sufficit quod status ille sit possibilis, & nullatenus Deo iniuriosus. Talem esse docet Angelicus Praeceptor noster. „ In 2. Sent. Dist. 31. q. 1. ar. 2. ad 3. & de malo, q. 4. ar. 1. ad 14.

Baius tamen, Iansenius, & Quesnellus *possibilitatem* illam inficiati sunt. Baius propos. 23. „ Absurda est eorum sententia, qui dicunt hominem ab initio dono quodam supernaturali, & gratuito supra conditionem naturae suae fuisse exaltatum, ut Fide, Spe, & Caritate Deum supernaturaliter coleret. Et 24. „ A vanis, & otiosis hominibus, secundum insipientiam Philosophorum, excogitata est sententia, quae ad Pelagianismum reiicienda est, hominem ab initio sic constitutum, ut per dona naturae superaddita fuerit largitate conditoris sublimatus, & ad Dei filium adoptatus. „ Et 26. „ Integritas primae creationis non fuit indebita humanae naturae exaltatio, sed natura is eius conditio. „ Et 55. „ Deus non potuisset ab initio talem

C 2 „ crea-

(1) Lib. 14. de Civit. Dei, c. 10.

„ creare hominem, qualis nunc naſcitur. Et tandem propoſ. 79. & ultima. „ „ Falſa eſt Doctorum ſententia, primum „ hominem potuiſſe a Deo ereari ſine „ iuſtitia originali.) Quesnellus propoſ. „ 35. „ Gratia Adami eſt ſequela erea- „ tionis, & erat debita naturae ſanae, „ & integrae.) Nec poſtulat noſtri inſti- tuti ratio, nec patitur: ut de ea re; nempe, fuerit necne poſſibilis ſtatus natu- rae purae, diſputationem ineamus. At cogimur omnino diſeutere, utrum Seri- ptoribus impoſſibilem fuiſſe docentibus, Au- guſtini ſententia, *Feciſti nos ad te &c.* quam nunc dilueidamus, patrocinetur; Id enim illi contendunt. Unde Ianſenius t. 2. Lib. 1. de Statu naturae purae, cap. 3. pag. 282. col. 1. „ A quo centro ſuo „ (*Deo*) ſi aberrat, (*hominis voluntas*) „ & aliud velut ultimum diligat, neceſſe „ eſt, ſicut perverſam, diſtortam, & „ malam, ita etiam inquietam fieri, ve- „ lut quae quietem extra naturale cen- „ trum appetiverit, iuxta illud Auguſti- „ ni, *Feciſti nos ad te, & inquietum eſt* „ *cor noſtrum, donec requieſcat in te.* „ Haec enim inquietitudo non ex ulla „ ſuperaddita Dei ordinatione, ſed ex ipſa „ naturae rationalis conditione, ſeu crea- „ tione naſcitur; Quia ſicut non potuit „ eadem manens propter ſeipſam, vel „ propter Angelos ereari, ſed pro- „ pter Deum, ita nec poteſt in ullius „ rei ereatae amore conquieſcere, non „ magis ac lapis extra centrum ſuum. „ Semper enim ulterius urgetur pondere „ ſuo, tanquam cui deeſt id, quod „ eius naturae quietandae praeſtitutum „ eſt. „

℞. Tot uni ſomnio innixa aedificia! I. Oſtendat Ianſenius ſympathiam illam ad Deum auctorem, ut inquiunt, ſu- pernaturalem non eſſe eiusdem Dei li- bero placito naturae hominis additam. Ex ſuo enim addit, *Haec inquietitudo non ex ulla &c.* de quo nihil Auguſti- nus. II. Si de purae naturae ſympathia loquatur: evincat oportet eam ad Deum eſſe gratiae, non naturae auctorem. III. Quid ad Auguſtinum hic ea de hypotheſi? Factum intuetur; Revera quippe ad gratiam elevati ſumus, & inquietum eſt cor noſtrum &c. IV. Quid ſi celebri Au- guſtini ſententia, qua adeo triumphant Baius, Ianſenius, & Queſnellius; & ali- quot etiam bonae famae Theologi, quo- rum nominibus parco: eorum ſyſtema funditus convellatur? Inquit Auguſtinus: *Quia feciſti nos ad te, & inquietum &c.* En igitur quia inquietum eſt cor noſtrum, donec in Deo requieſcat; quia Deus ad ſe nos fecit. Quid eſt, fecit ad ſe? ele- vavit ad ſe, Quid eſt, elevavit ad ſe? elevavit ad ordinem gratiae. Igitur niſi feciſſet ad ſe: niſi elevaſſet ad ordinem gratiae, non eſſet inquietum cor noſtrum, donec &c. Tunc inquietum fuiſſet, do- nec requieſceret, in Deo auctore naturae, non gratiae: quo ni fallor, totus Ianſenii ſermo proſternitur. Ultimo tandem pu- gnet in Ianſenium ipſe Ianſenius; Dixerat quippe loco ſupra laudato, ſympathiam illam ideo potiſſimum natam, ut tres vacuitates lapſu Adae inductas suppleret; Ea igitur ſublata hypotheſi, ſympathia illa evaneſceret.

Sed vel a longe (dedecet enim am- plius in his immorari) ultimas Ianſenii querelas audiamus. t. 2. Lib. 1. de Sta- tu naturae purae, in argum. cap. 4. *Oſtenditur amorem illum, ſine quo crea- tura rationalis condi nequit, per veram gratiam inſpirari debere; idque primo ex &c.* Quam bene Baii ſyſtemati haeret! Ille enim propoſ. 34. „ Diſtinctio illa „ duplicis amoris, naturalis videlicet, „ quo Deus amatur, ut auctor naturae. „ Et gratuiti, quo Deus amatur, ut „ beatificator, vana eſt, & commen- „ titia, & ad illudendum S. Litteris, „ & plurimis veterum teſtimoniis excogi- „ tata.) Queſnellus utriuſque veſtigiis ſemper, quamvis latenter inſiſtens, propoſ. 39. „ Voluntas, quam gratia „ non praevenit, nihil habet luminis, „ niſi ad aberrandum, ardoris, niſi ad „ ſe praecipitandum, virium, niſi ad ſe „ vulnerandum; eſt capax omnis mali, „ & incapax ad omne bonum. Et 40. „ Sine gratia nihil amare poſſumus, niſi „ ad noſtram condemnationem. Et 41. „ Omnis cognitio Dei, etiam naturalis, „ etiam in Philoſophis ethnicis non poteſt „ venire, niſi a Deo, & ſine gratia non „ produci, niſi praeſumptionem, vanita- „ tem, & oppoſitionem ad ipſum Deum, „ loco affectuum adorationis, gratitudi- „ nis, & amoris.) Vides ut Baio, & Ianſenio Queſnellus ſuffragetur? Tendens ad Deum vel etiam naturae auctorem, minime aberrat; eius amore aeſtuans, non ſe praecipitat; qui eum amplectitur, non ſe confodit, non peccat, non in- currit condemnationem; Si igitur ſub- lata gratia, homo ſtatim aberrat, ſe con- fodit &c. nequit Deum naturae auctorem amare naturali amore. Ex quo totum ne- gotium conficitur: Si enim amor Dei auctoris naturae naturalis, & a natura genitus dari nequit: nec pariter ſtatus na- turae purae, pro qua nonniſi amor ille fingi poteſt. At, nedum poſſibilem eſſe, ſed

&

& revera contingere amorem illum, Philoſophi morales nedum, ſed & Theologi paſſim evincunt in tract. de Ultimo fine & Beatitud. de Peccatis, de Angelis &c.

X. Quanquam vero maior Theologorum pars ſtatum naturae purae poſſibilem dicat; adhuc oppoſitum docere quosdam diſſimulare non debeo; qui tamen, ut ſunt religioſiſſimi, moderatione, & prudentia diſputant: prodentes ſimul, quam bene Romanae Sedis oraculis obſequantur, quamque a Baii, Ianſenii, & Queſnelli erroribus longe abſint. Vide P. Laurentium Berti Erem. Auguſtin. t. 2. de Theologicis Diſcipl. In *Additamenta* ad Lib. 12. cap. 1. 2. & 3. Quibus equidem non adſentior, ſed nec inſulto. Si autem poſtremi huius, ſcilicet Berti acre ingenium, & integerrimam fidem deprachendere ambis: vide geminas eius Apologias, ſuſiſſimam unam, Latine ſcriptam in Anonymum; breviorem alteram, Italica lingua digeſtam in P. Zaccariam Ieſuitam. Poſtremam denique in eumdem ſub nomine Fulgentii Moneta eiusdem Ord. religioſi rudioris ingeii.

Et en in quot orationem noſtram diſtraxit aurea Auguſtini ſententia, *Fecisti nos ad te &c.* Vide L. 13. harum Confeſſ. c. 8. Lib. 12. de Civit. Dei, c. 1. n. 2. Lib. 3 de Lib. Arb. c. 15. n. 44. Lib. de Natura Boni contra Manich. c. 7.

(*b*) *Da mihi Domine ſcire, & intelligere, utrum &c.* = Quaeſtitionem hanc ex lis unam cenſemus, quae *Eraſmo*, Henrico Dodwello, & *Ioanni Pherepano* ſtomachum movere. *Eraſmus* enim Germano Brixio Epiſt. 2. Lib. 20. *Nunc tantus Auguſtinus ſex prorſus acceleratur, ſcriptor & abſtruſae ſubtilitatis, & parum amoenae prolixitatis*. Henricus Dodwellus, ſcriptor Anglus ſaeculi proxime elapſi nonnihil *Pherepano* ſimilis lib. de Iure Laicor. Sacerdotali, p. 39. *Non eſt quod de Auguſtino eamdem laboremus, acutiore, quam peritiore, aut ſolidiore adverſario*. *Pherepanus* autem ſupra teterrimam Auguſtinum in ſuſpicionem vocabat, quod in his Confeſſ. cum *Deo garriat, & argutetur*. Hic autem, inquient, obſcuram ſubtilitatem, & quidem acutiorem, quam ſolidiorem prodit. Quis enim non videat, invocationem laude, & rei notitiam eiusdem invocatione eſſe priorem? Cumque haec arida ſint, nec pateat, quid in meridiana luce tanta anxietate quaer.t Auguſtinus, merito &c.

R. Tales ſimileſque cenſuras quaeſtionis ſolutio depellet. Quae tamen vigilantem Lectorem poſtulat. Inquit Auguſtinus, *ſcire & intelligere*. Quae duo, hic ſaltem, non ſunt per ſynonymiam dicta, Plura ſcimus quae non intelligimus; Scimus ferrum trahi magnete; extra ultimum caelum nihil reperiri; Animam noſtram eſſe ſpiritualem. Eadem tamen haud intelligimus: magnetis quippe virtutem non adhuc bene deteximus; nec poſſumus nihil, aut ſpiritum meditari.

Invocare, & laudare ordinem conſtantem non ſervant. Invocatio frequentiſſime laudem; ſed nonnunquam & laus invocationem praecedit. Invocas ſubſidium principis, & inde in laudes eius erumpis; ſed & poſt collata praeconia nonnunquam invocas. Immo ſi placet ſophiſtice diſputare: Invocatio, & laus involvuntur: non quidem reciproca actione: ſed invocatio laudem involvit: non haec invocationem. Si invocas Principis patrocinium: & Doctoris magiſterium; iam non adtendens, & etiam nolens, potentiam illius, & huius ſapientiam celebras. Laudo ego ſtrenui Ducis fortitudinem, at non invoco: quid enim ad me martialis illa fortitudo? Quanquam laus etiam, ſi ex intimis orta, invocationem includat; Sic, ut theologicam ad rem adcedamus, qui Deum ex gratia laudat, eumdem etiam invocat. Unde Virgo, quae Deum ſemper ex intimis, ſeu gratia (nempe, amore) laudabat inquiens (1), *Magnificat anima mea Dominum*, Deum etiam invocavit.

Verum prima haec quaeſtionis pars non tanti ponderis eſt; unde & a S. Doctore ſtatim omittitur. Altera, *& ſi ſcire te prius ſit, an &c.* longe gravior. Quam iuvat diſtinctione reſolvere; Dei; quippe cognitio, quam ſupernaturalem vocamus, duplex eſt. Una, quam theologica, & communis fides gignit; alia, quae peculiare donum eſt Spiritus Sancti. Prima utique invocationem praeced.t, iuxta illud Rom. 10, 14. *Quomodo invocabunt in quem non crediderunt?* Poſterior autem Dei notitia, aut eum invocatione communi, aut cum altera, quae eſt Sanctorum, quaeve ad contemplationem praeexigitur, comparatur? Priorem ſubſequitur, Iſaiae enim 7. 9. *Si non credideritis non permanebitis*. Et iuxta lectionem LXX. *non intelligetis*, Quam diſcrepantiam iam Auguſtinus obſervaverat Lib. 2. de Doctrina Chriſt. cap. 12. n. 17. hisce verbis: „ Item illud eiusdem Iſaiae „ Prophetae, *Niſi credideritis, non in-* „ *telligetis*; alius interpretatus eſt, „ *Ni-*

(1) Lucae 1. 47.

„ *Nisi credideritis non permanebitis* : qois „ horum verba (1) sequutus sit, nisi exemplaria linguae paecedentis legantur, „ incertum est, Sed tameu ex utroque „ &c.) Sed, *non intelligetis*, legit ipse Serm. 43. de cap. 7. Isaiae v. 9. (Alias, de Verbis Apost. 27.) & Serm. 126. de verbis Ioann. 5. (Alias, 32. ex Homil. 50.) cap. & n. 1. Ipse autem S. D. serm. 43. paullo ante laudato, cap. 3. n. 4. *Dicit mihi homo, Intelligam, ut credam: respondeo, Crede, ut intelligas*. Et io Psalm. 147. n. 2. ante finem „ Antequam scias, quare quid dictum „ sit, crede ita dici debuisse, ut dictum „ est. Haec enim pietas faciet te capacem, ut qoaeras qood dictum est; „ & com quaesieris, iuvenias, & cum „ inveneris, gaudeas. „ Quibus simllia docet Serm. 126. supra laudato: Lib. 1. de Lib. Arbitr. cap. 2. n. 4. In v. 65. cap. 6. Ioan. Tract. 27. n. 7. & alibi. Ambrosius etiam Lib. de Bono Mortis, cap. ultimo. Theophylactus ad illud Ioan. 10. 14. *Ego sum Pastor bonus, & cognosco oves meas &c.* Sylveira in Psal. 118. ad v. 176. & in Evangelia, t. 4. pag. mihi 379. n. 98. Notitia ergo Dei, peculiare donum Spiritus-Sancti communem Dei invocationem subsequitur; Posteriorem autem, nempe contemplativam praecedit: cum Mysticae Theologiae doctorum omnium iudicio haec, non theologica, & commonis proximum sit eiusdem supernae contemplationis principium.

Et en quot, quamve eximiis arcanis ea quaestio foeta esset, quae arida & sophistica videbatur. Subobscure aotem nonnunquam loquitur Aogustinus, quia *Sacramentum* (2) *regis abscondere bonum est*. Nec *Margaritae* (3) proiiciendae sunt *ante porcos*, aut *sanctum dandum canibus*. Coofessiones hasce omnibos piis scripsit Aogustinus, aut doctis, aut indoctis; Habent unde & illi, & isti nutriantur: *Erasmus*, Dodwellus, *Pherepones*, & similes, qui pietatem nullam profitentur, hacce cum honore super aram deposita Opella, vadant ad Lotheri, Calvini, & similium scripta lutulenta, quibus ipsi tot rationibus lutulotissimi apti sunt.

Ceterum ipse S. D. aenigmatis, etsi latenter, solotionem innuit. Quaerit, quid praecedat; invocare, an laudare? quia revera dubium id est. Mox aotem ad alia descendens, commonere voluit, duo illa certom, constantemque non servare ordinem; In supernis autem invicem trahi, & involvi. Theologicam fidem invocationem praecedere, docet illis verbis, *quis te invocat, nesciens te? &c.* Sed & monoit peculiarem fidem iovocatione gigni: subsumens, *an potius invocaris, ut sciaris?* Adhuc autem haesitans, suspicionem sagacibos Lectoribus ingerit, hanc pariter specialem fidem nonnunquam invocatione priorem esse; non autem invocatione illa communi, & vulgari, ut statuerat: recondita ergo illa, & altissima, quam Sanctorum appellamus.

(i) *Quaerentes enim invenient eum* = An dubitas? Ex Veritatis oraculo, Lucae 11. 9. id habes: *Petite, & accipietis, quaerite, & invenietis &c.* Quo Augustinos praecedentem sententiam confirmat. Si enim invenientes, laodabunt Deum: & invenient quaerentes: ootitia ergo invocationem praevenit. Sed cur, *laudabunt Dominum, qui requirunt eum?* Quia, ot liquet, laudabunt qui invenient: at ex Christi oraculo qui requiront invenient. Unde S. D. ad eum v. 27. Psal. 21. Serm. 1. *Nam laus Domini est eructatio saturitatis illius*. Et Serm. 2. n. 27. *Divites quaerunt, unde ventrem impleant, pauperes quaerunt, unde cor impleant: & cum impleverint, laudabunt Dominum qui requirunt eum.*

(k) *Quaeram te Domine, invocans te* = Non otcumque te quaeram, ut alia plora, sed, ut venias in me. Vel, en ut quaerimus Deom: nempe, dum invocamus. Aut etiam ita loquitur, est quippe ad miracolom subtilissimus, ut innuat, non omnem qoaerentem, invocare. Quaeris amicum, etiam otcunque invocans: quaeris inimicum, ot eum immo depellas, & confodias. Priori modo Augustinus Deom quaerit. Ut Christum quaerebaot Apostoli, non ut Iudaei: de quo ipse S. D. in cap. 8. Ioann. Tract. 38. n. 2. ad v. 21. „ *Ego*, inquit, *vado, & quaeretis me*: non desiderio, sed odio. „ Nam illum posteaqoam abscessit ab oculis hominum, inquisierunt & qui „ oderant, & qui amabaot: illi perse„ quendo, illi habere cupiendo. In (4) „ Psalmis ait ipse Dominus per Prophe„ tam, Periit fuga a me, & non est qui „ requirat animam meam: & iterum ait „ alio loco in (5) Psalmo, Confundantur, „ & revereantur requirentes animam me„ am. Culpavit qui non requirerent, „ damnavit qui requirerent, &c.

(l) *Et*

(1) Sic (inquiunt Benedictini) tres MSS. Alii cum editis, vera.
(2) Tob. 12. 7.
(3) Matth. 7. 6.
(4) Ps. 141. 5.
(5) Ps. 39. 15.

(*l*) *Et invocem te, credens in te.* = Confirmat, ut vides, quod supra docuerat, Dei notitiam ad invocationem praeexigi. Sed cur, *invocem*: & non potius, invocavi, invoco, aut invocabo? Dicam quod suspicor. Celebris apud Augustinum: & ex ipso apud Theologos est fidei partitio; in eam, quae credit Deum, in illam, quae, credit Deo: & in aliam, omnium praestantissimam, quaeque non nisi gratia sanctificante, seu habituali facia consistere potest, quae in Deum credit. In cap. 7. Ioan. Tract. 29. n. 6. post med. „ Ipse autem Dominus aperte „ alio loco dicit. Hoc (1) est opus Dei, „ ut credatis in eum, quem ille misit. „ Ut credatis in eum: non, ut credatis „ ei. Sed si creditis in eum, creditis ei: „ non autem continuo qui credit ei, „ credit in eum. Rursus etiam de Apo„ stolis ipsius possumus dicere, Credimus „ Paulo, sed non, Credimus in Paulum. „ Credimus Petro, sed non, Credimus „ in Petrum. Credenti (2) enim in eum, „ qui iustificat impium, deputatur fides „ eius ad iustitiam. Quid est ergo, Cre„ dere in eum? Credendo (3) amare, „ credendo diligere, credendo in eum „ ire, & eius membris incorporari.) Serm. 144. De Verbis Ioan. 16. (olim 61. de Verbis Domini) cap. & n. 2. „ Sed multum interest, utrum quisque „ credat ipsum esse Christum, & utrum „ credat in Christum. Nam ipsum esse „ Christum & daemones crediderunt, nec „ tamen in Christum daemones credide„ runt. Ille enim credit in Christum, „ qui & sperat in Cristum, & diligit Chri„ stum. Nam si fidem habet sine spe, „ ac sine dilectione, Christum esse cre„ dit, non in Christum credit. Qui „ ergo in Christum credit, credendo in „ Christum, venit in eum Christus, & „ quodam modo unitur in eum &c.) In Psal. 77. ad v. 8. n. 8. „ Hoc est „ etiam credere in Deum: quod utique „ plus est, quam credere Deo. Nam „ & homini cuilibet plerumque creden„ dum est, quamvis in eum non sit cre„ dendum. Hoc est ergo credere in De„ um, credendo adhaerere ad bene coo„ perandum bona operanti Deo.) Idem innuit Lib. de Fide, & Operibus, cap. 16. n. 30. Ideo ergo optativo Augustinus loquitur verbo, *invocem*, quia ambit bene, & fide, quae per dilectionem operatur, credere in Deum.

(*m*) *Praedicatus es enim nobis.* = Fere sic loquitur: Iussit tuus Filius Matth. 28. & Mar. 16. 15. *Euntes in mundum universum, praedicate &c.* Et ita factum est: Rom. enim 10. 18. *Sed dico, numquid non audierunt? & quidem in omnem terram &c.* Et Coloss. 1. 23. *Immobiles a spe Evangelii, quod audistis, quod praedicatum est &c.* Iam ergo te, atque tuum Filium agnosco: iam communem fidem habeo; Utinam & illam adsequar, quae per dilectionem operatur, quave tibi iungar.

(*n*) *Invocat te Domine fides mea.* = Invoco te, fide quasi lucerna praeeunte. *Per humanitatem Filii tui.* Per Filium tuum, qui factus homo, nobiscum caelestium arcanorum doctor, & magister conversatus est. Unde dixit Ioan. 18. 37. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Vel potius; per merita passionis Filii tui.

Pauci, & deterioris notae codices quidam praeferunt. *Per humilitatem.* At sensus adhuc idem habetur, ut patet.

(*o*) *Per ministerium praedicatoris tui.* = Cohaerenter ad illud 1. Cor. c. 3. 6. *Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus incrementum dedit.* De quo Tridentina Synodus sess. 6. decr. de Iustificat. Sed quaerimus, quem omnino Domini praedicatorem Augustinus intueatur. An Ambrosium, cuius ministerio Catholicam fidem exsorbuit? ut ipse narrat infra, Lib. 5. c. 13. & Possidius in Vita, cap. 1. An Paulum, qui Rom. 8. 1. Cor. 3. 6. Galat. 2. 2. & Coloss. 1. 23. Evangelii se praedicatorem, ministrumque: & Gentium doctorem, atque magistrum prodit? Maxime quoniam Apostoli lectione in lucem insignem ivisse Augustinum conicitur ex Lib. 7. huius operis, cap. 21. & Lib 8. cap. 6. & 12. Aut fortassis nulla determinatione usus est Augustinus, sed indefinite praedicatorem nominavit, iuxta illud Rom. 10. 14. *Quomodo audient sine praedicante?* Nisi mavis suspicari omnes fosus illos vastissimae mentis hominem, Divinarum Scripturarum arcanis phrasibus adsuetum simul amplexum fuisse. Hic autem, & in sequentibus alta mente tene gravissimum monitum S. D. qui Lib. 1. QQ. in Genes. q. 25. n. 2. quum eamdem difficultatem non uno modo solvisset, in fine ita loquitur: *Commodius autem plures*

(1) Ioan. 6. 29.
(2) Rom. 4. 5.
(3) 4. Sent. dist. 23. cap. *Aliud est.*

res exitus inveniuntur, quibus quaestiones difficiles dissolvuntur. Cui non est qui non plaudat; Benedictus Pererius Valentinus Societatis Iesu t. 3. in cap. 13. Genes. disput. 4. *Placet nobis, ac vehementer placet*.

Et en ad quot, & qualia primum, unumque huius operis caput nos provocaverit! ut iam aequus iudex decernere possit immerito, & perperam in Scaligerana posteriori, ubi non unus Augustinus pungitor, effutiri. *Quam misellus liber sunt Augustini Confessiones!*

Tot autem diximus ut deterritus Lector apud se, ni fallor, meditetur: *Si ad singula capite tot dicenda sunt: cuius tolerantia non tentabitur? in quam molem opus istud abibit?*

C A P U T II.

A R G U M E N T U M.

De sancta invocatione acutissime disputat; Qui nempe fieri possit, ut limitata creatura immensum in se advocet Deum, qui vastissimo spatio nullo cingi, vel coerceri potest. Maxime quum Deus sit cuicumque creaturae intime praesens; immo creatura prorsus, & necessario contineatur ab ipsa.



ET quomodo invocabo Deum meum, Deum & Dominum meum? Quoniam utique in me ipsum eum vocabo (*a*), cum invocabo eum. Et quis locus est in me, quo veniat in me Deus meus? quo Deus veniat in me, Deus qui fecit caelum & terram? Itane Domine Deus meus, est quidquam in me, quod capiat te (*b*)? An vero caelum & terra, quae fecisti, & in quibus me fecisti, capiunt te (*c*)? An quia sine te non esset, quidquid est; fit, ut quidquid est, capiat te? Quoniam itaque & ego sum, quid peto, ut venias in me, qui non essem, nisi esses in me? Non enim ego iam in inferis (*d*), & tamen etiam ibi es; Nam etsi descendero in infernum ades (1). Non ergo essem, Deus meus, non omnino essem, nisi esses in me. An potius non essem, nisi essem in te: ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia? Etiam sic Domine, etiam sic (*e*). Quo te invoco, cum in te sim? Aut unde venias in me? Quo enim recedam extra caelum & terram (*f*), ut inde in me veniat Deus meus, qui dixit: Caelum & terram ego impleo (2).

(*a*) *In meipsum eum vocabo, cum &c.* = Quod observat & in Psal. 30. Serm. 4. ad v. 18. n. 4. *Invocas Deum, quando in te vocas Deum. Hoc est enim illum invocare, illum in te vocare, quodam modo eum in domum cordis tui invitare*. Ita equidem, verbum enim compositum est ex praeposit. *in*, & verbo simplici, *voco*.

Haec, ut coniicio, ex illis quaestionibus est, quas *Desiderius Erasmus*, & *Ioannes Phereponus* otiosi hominis futiles argutias appellant. Ille scilicet sub finem censurae in Lib. Retract. & Confess. *Porro Confessionum libri, quos & ociosus, & otiosis scripsisse videtur, habent quiddam peculiaris molestiae* Frequenter autem idipsum non una phrasi *Phereponus*.

Tam autem opportuna occasione laudes tuas Augustine tacere non debeo. Nempe ut verbis utar Symmachi Lib. 1. Epist. 37. ad Ausonium, circa med. *Putas ne me de occupationibus tuis taciturum? Quaestor es, memini: concilii regalis particeps, scio: precum arbiter, legum conditor, recognosco: adde huc alia mille rerum*. Videamus ergo quanto

(1) Psal. 138. 8.

(2) Ierem. 23. 24.

to otio Augustinus Episcopus, qualis has Confessiones scripsit, abundaverit. Possidius Calamensis Episcopus, qui cum Augustino ferme quadraginta annis familiariter vixit, in Vita „ Atque ita „ factum est, ut Episcopus multo instantius, ac ferventius maiore auctoritate, non adhuc in una tantum regione, sed ubicumque rogatus venisset verbum salutis aeternae alacriter „ ac graviter &c. (1) Et haec diebus, „ ac noctibus ab eodem iugiter agebantur. Nam & Epistolas privatas ad „ quosque eiusdem erroris Episcopos, & „ eminentes scilicet laicos dedit, ratione reddita &c. Tanta autem ab eodem dictata, & edita sunt, tantaque „ in Ecclesia disputata, excepta, atque „ emendata, vel adversus haereticos „ conscripta, vel ex canonicis libris exposita ad aedificationem sanctorum Ecclesiae filiorum, ut ea omnia vix „ quisquam studiosorum perlegere, & „ nosse sufficiat &c. Interpellatus ergo a „ Christianis, vel a cuiusque sectae hominibus, caussas audiebat diligenter „ &c. Et eas aliquando usque ad horam refectionis, aliquando autem tota „ die ieiunans semper tamen noscebat, „ & dirimebat &c. Rogatus quoque a „ nonnullis in eorum temporalibus caussis, epistolas ad diversos dabat &c. „ Sanctorum concilia Sacerdotum per „ diversas provincias celebrata, cum potuit, frequentavit). Haec Possidius, quem forte immerito unum eumdemque esse cum Possidonio plures arbitrantur. Vide Bollandistas, seu Bollandi continuatores ad diem 17. Maii, pag. 27. & 28. t. 4. Certe Possidii frequenter mentionem habet Augustinus: nunquam vero Posidonium eum appellat. Epistola autem inter Augustinianas 176. (Alias, 92.) scripta circa an. 411. quam Milevitanum Concilium ad Innocentium Romanum Pontificem dedit, de cohibendis Pelagianis haereticis, ponitur inter eiusdem Concilii Patres 12. loco Posidius, 47. autem Possidonius. Etsi Benedictinis Patribus testibus, & posteriori loco MSS. Vaticani duo praeferant, Possidius.

Ut autem ad illud, unde digressa erat, nostra de ingentibus Augustini occupationibus revertatur oratio; audiendus nunc est S. D. & quidem diligentissime. Circa finem an. 388. Nebridius fidissimus eius amicus (de quo infra Lib. 9.) Epist. 5. (Olim, 114.) „ Ita ne est mi Augustine, fortitudinem, ac tolerantiam ne„ gotiis civium praestas, nec dum tibi „ redditur illa exoptata cessatio? Quaeso „ qui te tam bonum homines interpellant? &c.) Circa an. 389. S. D. Nebridio Epist. 13. (Olim, 218.) n. 1. „ Alterum enim &c. alterum non mihi „ vacare. Nam ex quo abii aba te, „ nulla mihi opportunitas, nullum otium „ datum est &c. Sunt quidem hiemales „ nimis longae noctes, nec a me totae „ dormiuntur &c. Quare age, atque accipe quod de me excutere potuit ultimum noctis &c.) Circa idem tempus, item Nebridio, Epist. 14. (Olim, 115.) n. 1. „ Non tantum habemus otii, quantum existimas, & quantum nos semper „ optasse nosti, & optamus.) Ineunte an. 391. ad Valerium Episcop. Epist. 21. (Olim, 148. n. 3. „ Debeo Scripturarum medicamenta omnia perscrutari... „ quod ante non feci, quia & tempus „ non habui. Tunc enim ordinatus sum, „ quum de ipso vacationis tempore ad „ cognoscendas divinas Scripturas cogitaremus, & sic nos disponere vellemus, „ ut nobis otium ad hoc negotium posset „ esse.) Ineunte an. 396. ad Paulin. & Therasi. Epist. 31. (Olim, 34.) n. 4. „ Sed qua Ecclesiae cura tenear, ex „ hoc vestra caritas oportet adtendat, „ quod &c.) Circa an. 397. ad Hieronymum Epist. 40. (Olim. 9.) n. 1.) „ Quamquam itaque nos negotiorum alienorum, eorumque saecularium, curis „ circumstemur ingentibus &c) Circa an. 398. ad Eudoxium Abbatem, Epist. 48. (Olim, 81.) n. 1. „ Nostras enim „ (*orationes*) saepe sauciat, & debilitat „ caligo, & tumultus saecularium actionum: quas etsi nostras non habemus, „ eorum tamen, qui nos angariant mille „ passus, & iubemur ire cum eis alia „ duo, tantae nobis ingeruntur, ut vix „ respirare possimus.) Circa an. 400. quo has Confessiones scripsit, Epist. 55. (Olim, 119.) seu, ad Inquisitiones Ianuar. Lib. 2. initio.) „ Lectis litteris „ tuis, ubi me commonuisti, ut debitum redderem de residuis enodandis „ quaestionibus, quas iam longe ante „ quaesiveras, gratissimum mihi, atque „ carissimum desiderium studii tui amplius differri tolerare non potui; & „ quamvis; in mediis acervis occupationum mearum &c.) Fere eodem tempore scripsit Lib. de Opere Monachorum, & in eo, idest cap. 29. n. 37. „ Non (2) „ al-

D

(1) Edit. ante Benedictin. *ac suaviter*.

(2) Matth. 23. 4.

„ alligamos onera gravia, & vestris hu-
„ meris imponimus, quae nos digito ad-
„ tingere nolumus, Quaerite, & agno-
„ scite labores occupationum nostrarum
„ &c. Dominuoi Iesum, iu cuius nomine
„ securus haec dico, testem invoco su-
„ per animam meam, quoniam quantum
„ altinet ad meum commodum, multo
„ mallem per singulos dies certis horis,
„ quantum in bene moderatis monasteriis
„ constitutum est, aliquid maoibus ope-
„ rari &c, quam tumoltuosissimas perple-
„ xitates caussarum alienarum pati de ne-
„ gotiis saecularibus, vel iudicando di-
„ rimendis, vel interveniendo praeciden-
„ dis.) Circa finem an. 408. Epist. 101,
(Olim, 131,) ad Memorium Episcop.
n. 1. „ Debui ounc libros mittere, quos
„ emendatorum me esse promiseram: &
„ ideo oon misi, quia non emendavi: non
„ quia nolui, sed quia non potui, curis
„ videlicet multis, & multum praevalen-
„ tibus occopatus.) Circa idem tempus
ad Deogratias Epist, 102, (Olim, 49.)
seu Lib, n. 1, „ Proinde ego obsecro te,
„ ut quemadmodum ego tibi parui, at-
„ que inter meas arctissimas occupatio-
„ nes &c.) Circa an. 410. Dioscoro qui
multarum ex libris Ciceronis quaestionum
solutionem postulaverat, Epist. 118. (O-
lim, 56.) cap. 1. o. 1., & 2, „ Tu me
„ innumerabilium quaestionum turba re-
„ pente cireumvallandum, vel potius ob-
„ ruendum putasti &c. Ego aotem vel-
„ lem te abripere de medio deliciosa-
„ rum inquisitionum tuarum, & consti-
„ pare inter curas meas, ut vel disceres
„ non esse inaniter curiosus, vel &c. Non
„ euim decora facies rerum adtingit sen-
„ sum meum, cum cogito Episcopum
„ Ecclesiasticis curis circumstrepentibus
„ districtum, atque distentum &c.) Cir-
ca an. 412. aut 413. Anastasio Epist. 145.
(Olim, 144.) n. 1. „ Nam ex quo
„ sumsi epistolam tuam, nisi nunc pri-
„ mum rescripsisse me nescio. Tantis
„ enim coris obstricti, & distenti sumus,
„ ut etiam hoc nesciamus.) Epist. ad
Evodium 162. (Olim, 101.) an. forte
415. n. 1. „ Multa quaeris ab homine
„ multum occupato &c. Si autem cum
„ aliquid in manibus habeo, intermitten-
„ dum est, & differendum, ut ad ea
„ potius respondeatur quae supervenien-
„ tia requiruntur; quid fiet si etiam ipsis
„ dum respondetur, alia supervenerint?
„ Num placet, ut etiam his omissis illa
„ suscipiantur, & semper priora fiant
„ quae posteriora oboriuntur &c. Non
„ ergo debul alia interrumpere cum tua
„ supervenissent, sicut nec toa, si alia
„ rursus irroerint; & tamen servare hanc
„ iustitiam non sinor. Nam ecce ut tibi
„ haec ipsa rescriberem, quibus id ad-
„ monerem, intermisi quae agebam; &
„ animum meum ad hanc epistolam ab
„ alia magna intentione detorsi.) Exa-
onte an. 415. eidem Evodio Epist. 169.
(Olim, 102.) cap. & n. 1. „ Si ea,
„ quae me magis occopant, a quibus in
„ aliud averti nolo &c. Reliqui (*Psalmi*)
„ nondum dictati, neque tractati, vehe-
„ menter a nobis expectantur, atque
„ flagitantur. Ab bis me revocari, &
„ retardari, irrueotibus de transverso
„ quibuslibet quaestionibus, nolo: ita ut
„ nec libros de Trinitate, quos diu in
„ manibus verso, nondumque complevi,
„ modo adtendere velim.) Circa an. 418.
Bonifacio Epist. 189. (Olim, 95.) n. 1.
„ Et quamvis mihi occupato, tantum
„ institit, ut facere non differrem &c.
„ Festinanti ergo ut occurrerem, malui
„ festinante aliquid scribere, quam reli-
„ giosum tuum desiderium retardare.)
Paulo post. med. eiusdem an. 418. Epist.
190. (Olim, 157.) ad Optatam, n. 1.
„ Quamvis tuae sanctitatis nullas ad me-
„ ipsum datas acceperim litteras: tamen
„ quia illae, quas ad Mauritaniam Cae-
„ sariensem misisti, me apud Caesaream
„ praesente veneront, quo nos iniuncta
„ nobis a venerabili Papa Zosimo Aposto-
„ licae Sedis Episcopo Ecclesiastica neces-
„ sitas traxerat &c. quo (*Renati*) petente,
„ & mibi licet aliis occupato vehementer
„ instante, ad ea sum respondere com-
„ pulsus.) Circa an. 420. Dulcitio Tribu-
no, & Notario &c. Epist. 204. (Olim, 61.)
n. 4. „ Verum nos & occupatissimi sumus
&c.) Circa idem tempus, lib. contra Men-
dacium ad Consentium, initio, „ Mul-
„ ta mibi legenda misisti, Consen-
„ ti &c. quibos rescripta dum praeparo
„ & aliis, atque aliis magis urgentibus
„ occupationibus distrahor, emensus est
„ annus, atque in eas me detrusit an-
„ gustiss &c. „ Die 26. Septembr. an.
426. in Ecclesiasticis actibus, seu Epist.
213. (Olim 110.) n. 5. „ Placuit mihi,
„ & vobis prnpter curam Scripturarum,
„ quam mihi fratres, & patres mei coe-
„ piscopi duobus conciliis Numidiae, &
„ Carthaginis imponere dignati sunt, ut
„ per quinque dies nemo mihi molestus
„ esset. Gesta confecta sunt, placuit,
„ acclamastis. Recitatur placitum ve-
„ strum, & acclamationes vestrae. Par-
„ vo tempore servatum est circa me,
„ & postea violenter irruptum est, non
„ per-

„ permittor ad quod volo vacare. Ante meridiem & post meridiem occupationibus hominum implicor &c.) In Prologo Retract. quas scripsit an. 426. aut 427. n. 2. „ Tantumque mihi tributum est, ut ubicumque me praesente loqui opus esset ad populum, rarissime tacere, atque alios audire permitterer.) Sub finem vitae, idest circa an. 428. ad Quodvult-Deum Epist. 224. quae habetur & t. 8. ante Lib. de Haeres. n. 1. & 2. „ Sed ne hoc quidem potui, talibus curis supervenientibus impeditus, a quibus omnino dissimulare non possem: nam me & ab eo, quod habebam in manibus averterunt. Hoc autem est, ubi respondeo libris Iuliani, quos octo edidit post illos quatuor, quibus ante respondi. Hos enim cum Romae accepisset frater Alypius &c. & multum instans, ne respondere differrem. Cuius instantia coactus sum remissius (1) agere quod agebam; ut operi utrique non deessem; uni diebus, alteri noctibus, quando mihi ab aliis occupationibus hinc, atque hinc venire non desistentibus parceretur. Agebam vero rem plurimum necessariam: nam retractabam opuscula mea &c. simul agens utrumque, & hoc scilicet, & illud de retractatione opusculorum meorum, nocturnis, & diuturnis temporibus in singula distributis.) Sed & ex incertae aetatis Epistolis magnum Augustini otium coniicitur. Epist. ad Ceretium 237. (Olim, 253.) n. 1. „ Vix autem mihi vacare utcumque potuit, aliis, atque aliis sine intermissione necessitatibus superantibus, ut unus mihi saltem totus ex duobus ipsis codicibus legeretur.) Epist. ad Possidium 245. (Olim, 73.) n. 1. „ Sed nunc epistola sanctitatis tuae & occupatissimum me reperit, & &c.) Epist. ad Lampadium 246. (Olim, 243.) n. 3. nempe sub finem. „ His itaque paucis si aviditas tua contenta non est, & librum aliquem de hac re, quem diutius legat, desiderat, patienter tibi sunt exspectandae vacationes nostrae &c.) Epist. ad Martianum 258. (Olim, 155.) n. 1. „ Abripui, vel potius obripui, & quodammodo furatus sum memetipsum multis occupationibus meis, ut tibi scriberem &c.) Audaci, qui praecedente prolixiorem epistolam postulaverat, Epist. 261. (Olim, 140.) n. 1. „ Et ad longam quidem epistolam conscribendam magis mihi otium, quam facultas deest, occupatissimo scilicet ecclesiasticis curis, a quibus pauculae temporum stillae vix recreant, vel cogitantem aliquid, vel ea, quae magis urgent &c. „

Et haec de plurimis, adsiduisque studiis, & laboribus Augustini: qui nihilominus, si *Erasmo* credimus, has Confessiones, ut otium rumperet, scripsit. At sat est *Erasmo*, & *Pherepono* duobus claudis illis cum Augustino luctam iniisse, utut ea contigerit; iuxta illud Hieronymi Epist. inter Augustinianas 68. (Olim, 13.) n. 2. „ Ceterum optime novit prudentia tua .... puerilis esse iactantiae, quod olim adolescentuli facere consueverant, accusando illustres viros, suo nomini famam quaerere.) Quod fusiori sermone Ludovico Antonio Muratorio, Francisci Petrarchae de pulcris suae Laurae oculi cantus insulsis censuris carpenti, celebris Poeta Bartholomeus Casaregi dum iamiam (2) easdem censuras robusta apologia dispelleret, exprobravit. „ Io mi accorsi ben tosto, che vi sono ancora a' tempi nostri di quelli .... i quali s' invaghiscono d' accusare gl' uommini illustri, per procurare riputazione, ed eternità al proprio nome, e credono che tanto maggior preggio debba loro venire, quanto, vanno a ferir più in alto, nulla curandosi poi se i colpi sieno giusti, o fuor di misura, purchè abbiano presu di mira uno scopo plausibbile, e glorioso.) Saepe etiam obiectari poterit *Pherepono* quod idem poeta infra pro secundo cantu ad censuram primam inculcat, dicens. „ Per lo che si contenterà il Sig. Muratori, che io lo richiegga del perchè non gl' aggrada .... mentre come i Legisti *erubescunt sine lege loqui*, così noi ci vergognismo di parlare senza la ragione &c.) Et ad secundam censuram iterum. „ Qui pure al Sig. Muratori incumbit onus probandi, e finchè con buone prove non istabbilisce quelchè ragiona &c. „

Quod autem alta mente Lector tenere debet, illud est: Animarum a terrenis rebus istis abstractarum admodum pios sermones hominibus saeculi huius, qui in sola carne oculos habent, frigidos passim, otiosofque videri.

II. Interim ex iniquis *Erasmi* censuris nihil in splendidam Augustini famam. Quid enim ponderis in iudicio hominis ne-

(1) Edit. *remissius semper agere quod*, MSS. prope omnes, *remissius agere, quam agebam*.

(2) In Praefat.

nedum impii, sed & vix non in nteca- pti: qui nempe & impia & stulta de Scriptoribus tam libenter iudicia protulit? Vide saltem Epist. ad Marinum Caracciolum Pontificium Legatum & lib. 14. Epist. 5. itemque lib. 18. Epist. 24. editionis antiquae. Schol. tom. 3. Epist. S. Hieronymi & Praefat. in libros Hilarii. Fassus autem est ipse Konig. in Bibliotheca, etsi dolore, & querela „ „ Pontificii Erasmo admodum infesti sunt, „ Bellarminus eum inter semichristianos „ referre non erubuit. Possevinus nomen „ eius ex omnium Catholicorum scriptis „ expungi debere e[illegible]atur. Stapletonus „ murem errantem vocat. Forerus in „ Aranea, dignum ait qui ex omnium „ hominum memoria erasus esset. Qui- „ dam etiam Erasmo Arianismum obii- „ cere non verentur. „ Et in Scaligerana a. pag. 79. „ Erasmus . . . seipso haud „ dubie futurus maior, si Latinae linguae „ conditores imitari, quam petulanti lin- „ guae indulgere maluisset . . . . nimis „ fuit, & quandoque sapit Genoranum, „ videtur enim magnum numerum affe- „ ctasse, eadem quater repetens „ Quod mordacitatis vitium adtendens Stephanus Paschasius, hocce *Erasmum* epitaphio decoravit.

Hic iacet Erasmus, qui quondam bonus
erat mus,
Radere qui solitus, roditur a ver-
mibus.

(*b*) *Est quidquam in me quod capiat te?* = Eamdem propemodum difficultatem iterato inculcat; ut Dei ad hominem adcedentis bonitatem, & eiusdem hominis abiectionem ob oculos ponat: non quod haesitet, & dubii pondere obruatur: leve enim haud dissimile ipsi visum est Epist. ad Volusianum 137. (olim, 3.) Et centies alibi observat; Deum continere hominem cum ad ipsum adcedit, non ab homine contineri. Quod etiam inferius mira dexteritate innuit. Haud vero pigebit Augustinum constanter adtendere etiam ex [illegible] disputantem; quod dedecent ethnici, scilicet Xenophontis modestiae quidquam concedere: inquit vero ille initio Convivii „ Mihi vero me- „ moratu digna esse videntur, quae ab „ honestis, & praestantibus viris, non „ tantum serio, sed etiam inter iocan- „ dum aguntur. „

(*c*) *Quae fecisti, & in quibus me fecisti, capiunt te?* = Ad illud Salomonis Paralipom. l. 2. c. 6. v. 18. & Reg. 3. 8. alludit: *Ergo ne credibile est, ut habitet Deus cum hominibus super terram? Si caelum, & caeli caelorum non te capiunt, quanto magis domus ista, quam aedificavi.* Non autem omnino ad verbum oraculum illud reddit, sed arcanis verbis illis interpositis, *quae fecisti, & in quibus me fecisti*: ut ita cursim, & quasi non adtendens Altissimi immensitatem stabiliat; Quandoquidem si ipse caelum, ac terram fecit, ab illis certe non finitur: & si in ipsis homo, orbis modica portio factus est, qui fieri potest ut idem Deum finiat, & complectatur? Ex quibus etiam universalis cuditur propositio: Quidquid extra Deum invenis, creatura est: haec Creatorem haud vincit: a nullo ergo, & nullo modo finitur Deus. Quae quidem veritas nec ipsos ethnicos latuit. Seneca in Proloquio Naturalium quaest. ad Lucilium sub finem. „ Quid est Deus? mens uni- „ versi. Quid est Deus? quod vides to- „ tum, & quod non vides totum. Sic „ demum magnitudo sua illi redditur, „ qua nihil maius excogitari potest, si „ solus est omnia, opus suum & extra, „ & intra tenet.) Iamblicus Porphirii discipulus qui circa an. 345. floruit, Iuliano Imperatori acceptissimus: *Clausus non est qui claudit omnia.* Et vetustissima monita: *Nulla loca Divinitatem claudere. Proprium est Dei complere cuncta vi sua.* Vide August. epist. ad Dardanum 187. (Olim, 57.) cap. 4. per totum, & S. Thomam 3. p. q. 57. ar. 4. ad 1.

(*d*) *Non enim ego iam in inferis.* = Ita potior codicum pars, & doctissimi Benedictini Patres: qui tamen in imo margine admonent „ MS. Theodoricensis ha- „ bet, *ego sum inferi*, non intoleranter. „ Alii plerique, *ego sum inferi*: libra- „ riorum lapsu, ut videtur.) Nobiscum sunt Vetustissima Veneta editio an. 1484. Lov. & etiam utcunque unus MS. S. Crucis, & unus S. Marci, qui habent, *iam sum in inferno*. Ut pariter unus Bibliothecae Laurentianae Mediceae ex manu corrigente. Cum MS. Theodoricensi sunt MS. Canonici Ricardi, unus Laur. Mediceae, & unus S. Crucis. Postremam lectionem autem, *ego iam inferi*: habent duo MSS. S. Marci, totidem Laur. Med. MS. Fesulanus, Carthusianus, & unus S. Crucis, omnium quotquot Florentiae adservantur excellentissimus, quem reperies pluteo 16. Lectionem nostram praeferendam esse adeo liquet: ut mirum sit non omnes in ea codices convenire.

Ecce vero pacto Augustinus argumentatur, Davidis oraculo Deus in profundis abyssis, & terrae visceribus prae-

sto

ſto eſt : manifeſtum igitur eſt, & mihi adeſſe, terrae ſuperficiei inſidenti. Cur ergo, quove pacto Deum invoco; ſeu, voco in me, quaſi abſit? Verum tale aenigma ab Auguſtino lateuter ſolutum, ita manifeſte digeri poteſt. Quinque Deus modis in ereaturis eſt, vel eſſe poteſt. 1. Eſſentia 2. Praeſentia 3. Potentia 4. Gratia. 5. Hypoſtatica unione. Eſſentia, quia immenſus. Praeſentia, quia omnium proviſor, & rector, Potentia, quia creator, & dominus. Gratia, quia naturalium nedum, ſed & naturam excedentium bonorum ditiſſimus: valens etiam ſuae naturae, vel eſſentiae partieipationem, ut Schola loquitur, formalem nobis concedere. Hypoſtatiea tandem unione nobiſcum eſſe poteſt, quod ſit infinitae perfectionis, aut virtutis actus. Tribus prioribus modis omnibus Deus ereaturis inſidet. Quarto omnibus, & ſolis ratione praeditis, ſive humanis, ſive angelicis, lethali culpa non inquinatis. Quinta pariter ſeſſio ad ſupernum ordinem ſpectat; geminis vero momentis a praecedenti ſecernitur; ſubſtantiae quippe, non accidentis eſt unio: ſolique Redemtoris humanitati conceſſa eſt. Quibus compendio praeiactis: dicendum eſt, ab homine Deum invocari, ut gratia adcedat, non ut eſſentia, praeſentia, potentia, quibus omnibus ereaturis adeſt.

Ceterum latiſſimam illam, nullis finitam limitibus Dei praeſentiam & Ethnici agnovere. Seneca Lib. 4. ad Aebucium Liberalem de Beneficiis, capit. 8. „ Quocumque te flexeris, ibi illum videbis occurrentem tibi; nihil ab illo vacat; opus ſuum ipſe implet. Ergo „ nihil agis ingratiſſime mortalium, qui „ te negas Deo debere, ſed naturae: quia „ nec natura ſine Deo eſt &c.) Epictetus Stoicus Lib. 3. cap. 24. *Quamobrem clauſis ianuis, ac valvis, tam in tenebris ſuſpiceritis, nolite dicere vos ſolos eſſe, non enim eſtis, non certe eſtis, ſed Deus intus &c.*

(e) *Etiam ſit Domine, etiam ſit* = Utrumque profecto: Ut creatura è nihilo emergat, & ne ad nihilum revertatur, exigitur & quod Deum eſſentia, potentia, praeſentia inſidentem habeat; & quod ipſa in eudem Deo ſit velut in mari piſciculus. Niſi ad maiorem huius rei lucem addere mavis, duo illa invicem necti, & trahi; fieri enim haud poteſt, ut Deum inhabitantem habeas, & tu in illo non ſis; unde neutrum tolli valet, quin utrumque tollatur.

(f) *Quo enim recedam extra caelum, & terram, ut &c.* = Ad locum hunc Metaphyſicos illos provoco, qui extra caelum, ac terram, totamque iſtam univerſi orbis molem infinita, immenſa ſpatia, quae *negativa*, ſed & *realia* vocant, in quibus exſiſtat Deus, aut fortaſſis Deus, & Angeli, imaginantur, ac praedicant. Phantaſmatum amicam opinionem huiuſmodi ut nedum probabilem, ſed velut probabiliorem, immo exploratam, & certam, Philoſophorum, Theologorumque unanimi fere ſenſu ſtabilitam docet, & propugnat Pater Raphael Averſa Clericorum Regular. Minorum Generalis Praepoſitus t. 1. Philoſophiae, vel Metaphyſicae quaeſt. 27. de loco, ſpatio, & vacuo ſect. 2. ubi etiam nequid theſi plauſus deeſſet Auguſtinum noſtrum ceu eius manifeſtum patronum laudat ex cap. 15. lib. 11. de Civit. Dei, ubi tamen S. D. de ea opinione nec verbum.

Verum enim vero ex tranſcriptis Auguſtini verbis duplici modo ſyſtema illud evertitur; Quandoquidem ſi extra caelum, ac terram citra intellectus fictionem ſpatia conſiſtunt, quae ſcilicet ſeu omnino, ſeu uteunque revera exſiſtant, poterit contingere, ſaltem ex metaphyſica hypotheſi, ut creatura, potiſſimum ſpiritalis, qualis hominis anima eſt, in illis reponatur: Adeoque elumbe erit Auguſtini argumentum, *Quo recedam extra caelum, & terram?* Reſponderi enim poſſet, *In ſpatia imaginaria*. Ulterius, ſi extra caelum, terramque ſpatia reperiuntur, in quibus vere Deus exſiſtat: ereatura extra caelum, & terram concepta, mox etiam concipienda eſſet Deo praeſens: adeoque Auguſtini hypotheſis mox laberetur, ſeu, inutilis eſſet, & otioſa. Quod in hebetioris ingenii hominum gratiam magis exponam. En Auguſtini argumentum; Deus univerſum implet, in ultimis terrae penetralibus, & in caelorum vertice praeſens; nullum invocamus, niſi abſentem: oportet igitur ut extra caelum, ac terram recedam, ut Deum abſentem invocem; ſed qui fieri poteſt, ut extra caelum, & terram recedam? quo receſſus iſte tendet? Imaginariis ſpatiis permiſſis, duplici modo Auguſtini quaeſtio retunditur. 1. Quid ſi a caelo, & terra exieris, quum & ibi praeſens ſit Deus? 2. Cur quaeris quo ibis, ſi extra orbem hunc infinita ſpatia reperire eſt non ab intellectu efficta, in quibus ſunt Deus, & Angeli? An cenſes extra caelum, & terram nihil eſſe? immo ſunt ſpatia infinita & immenſa.

In-

Insuper & cap. sequentis potiora dubia evanescerent. *An impies, & restat &c. & quo refundis quidquid impleto caelo, & terra restat ex te?* Spatiis illis datis, nihil Dei remaneret: quippe, si Deus immensus, & spatia immensa.

Dedecet autem hic de philosophica, bonis luminibus vacua quaestione illi proposito dicere. Sat ad institutum nostrum est adversariis Augustinum eripuisse, cuius patrocinium iactabant. Nisi quod, ne prorsus de hac re ieiunum Lectorem dimittamus, dilemmate uno opinio illa prosterni potest. Ea spatia a Deo sunt facta, nec ne? Si a Deo facta: non imaginaria, sed vera sunt: nec utcumque, sed prorsus exsistunt; Adeoque innumeri statuendi sunt mundi: quod tamen permittere Orthodoxa fides semper exhorruit. Si a Deo non facta, nullo modo exsistunt, & omnino ficititia sunt. Ioanne siquidem teste initio sui Evangelii, *Omnia per ipsum facta sunt, & & sine ipso factum est nihil*. Phantasiae autem lapsu concepta sunt, & principii, ut loquuntur Dialectici, petitionem involvunt adversariorum argumenta: *An non potuisset Deus alibi orbis molem erigere? sunt ergo alia spatia &c.* Nominant quippe, *alibi*, dum spatia quae non dantur, concipiunt. Si vellet Deus *alibi* mundum ponere, deberet novum illud *alibi*, nempe spatium creare. Sicut, antequam Deus mundum faceret, neque hoc, neque illud spatium dabatur. Sic decipiuntur qui dicunt, *Antequam Deus tempus faceret &c.* Cum illud *antequam* tempus involvat. Aut, *Cur Deus hoc tempore, non alio mundum condidit?* Cum ante tempus nullum daretur tempus, De quo S. D. Lib. 11. de Civit. cap. 4. 5. & 6. & in his Confess. lib. 11, At inquiunt, Deus ne a mundo finitur, nec est in aliis spatiis? R. De hoc infra, maxime cap. seq. Interim dicendum tantum; Deus non finitur a mundo: & est ubique: ad quod non exigitur ut sit in nihilo: nihil autem sunt illa spatia.

At saltem quibus se eius opinionis amici auctoritatibus muniunt, paullo distinctius videamus. Aristoteles, inquiunt extra caelum immutabiles quasdam substantias constituit lib. 1. de Caelo, textu 100.

Pater Aversa autem ita loquitur „ „ Insuper D. Augustinus lib. 11. de „ Civit. D. c. 15. perspicue ponit extra „ mundum infinita locorum spatia: sicut „ ante mundi creationem ait praecessisse „ infinita spatia temporis, Alii etiam „ plerique Patres docent, Deum realiter per suam essentiam esse ex„ tra caelum in immenso spatio. Idem„ que ex quibusdam Scripturae locis „ non obscure intelligitur. „

Hosce tamen perperam iactatos patronos omnes facili negotio ab adversariis eripimus. Aristotelem enim immutabiles substantias non loco (1), sed dignitate supra caelos constituisse, admodum verosimile est; quod nempe illae extra conditionem, & sortem sint rerum materialium, physicas mutationes subeuntium: ut plures censent apud Conimbricenses in lib. 1. de Caelo, explanat. in cap. 4.

Aut fortassis non omnino extra esse: sed Caelorum superficiei convexae substantias illas insidere contendit Philosophus; ut easdem concipiunt, qui caelos ab eis in gyrum agi opinantur; ut etiam in Thomistica Schola docetur, Christum, cunctosque Beatos supra Empyrei superficiem convexam triumphare: quod quidem, ut eadem Schola monet, non est extra mundum, sed in eius vertice, calcatae superficiei ratione consistere.

Quam vero boni sunt, dum ab Augustino suppetias petunt! Et quidem cap. 15. Lib. 11. de Civit. Dei, ubi de Ioannis oraculo 1. Epist. 3. 8. disputat, ea de re nec verbum habet. Sed aut Aversae, aut illorum a quibus ipse Augustini sententiam mutuatus est, memoriae lapsui; vel typographorum oscitantiae errorem illum tribuamus. Eiusdem enim Lib. de Civit. cap. 5. non quidem ea sententia, sed verba eidem nonnihil affinia leguntur: *Si infinita spatia temporum ante mundum &c. similiter &c. extra mundum infinita spatia locorum &c.* Verum, quid dormientem Achillem excitare, ut in te arma sumat? Eo loci Augustinus fanaticorum quorumdam, non sua sententia loquitur; immo nec sua nec illorum; sed eos velut ad absurda deducit; sat est integrum textum sanis oculis intueri. „ Ita enim quaeritur, cur po„ tius tunc, & non antea factus sit, (*mun„ dus*) quemadmodum quaeri potest, „ cur hic potius, ubi est, & non alibi. „ Nam si infinita spatia temporis ante „ mundum cogitant, in quibus eis non „ videtur Deus ab opere cessare potuis„ se, similiter cogitent (2) extra mundum „ infinita spatia locorum). Ita initio „ ca-

(1) Vide S. Thom. in L. 1. de Caelo.

(2) Nonnulli MSS *cogitant*.

capitis ; pluribus autem interiectis , concludit . „ Quod ſi dicunt inanes „ eſſe hominum cogitationes, quibus in- „ finita imaginantur loca , cum locus „ nullus ſit praeter mundum; reſpondetur „ eis , iſto modo inaniter hominea cogi- „ tare praeterita tempora vacationis Dei, „ cum nullum tempus ſit ante mundum . „

Nec ſcriptura , vel Patres ſpatiis illis ullo modo favent . Utique docent, Deum univerſum orbem implere, a caelis, & Caelo caelorum minime capi . Sed haec , & ſimilia non ſignificant Deum revera eſſe extra mundum , ſed , a mundo non circumſcribi , & finiri ; adeoquod ſemper immenſus , & infinitus, alio quocumque dato ſpatio, mox ei fieret intime praeſens . Quinimmo Pſalmus 138. v. 8. ſpatia illa extra caelum , & terram explodit , ut in Auguſtino vidimus , qui eiusdem v. phraſim adoptaverat,

CAPUT III.

ARGUMENTUM.

An, & quomodo Deus caelum, & terram implens, non finiatur ab ipſis; quomodo inſuper partium expers, locum diviſibile repleat.



Capiunt ergo ne te (*a*) caelum & terra , quoniam tu imples ea ? An imples & reſtat, quoniam non te capiunt ? Et quo refundis , quidquid (*b*) impleto caelo , & terra reſtat ex te ? An non opus habes, ut quoquam contiņearis, qui contines omnia ? quoniam quae imples , continendo imples ? Non enim vaſa, quae te plena ſunt, ſtabilem te faciunt: quia etſi frangantur , non effunderis. Et cum effunderis ſuper nos (*c*), non tu iaces, ſed erigis nos: nec tu diſpergeris (*d*) ſed colligis nos. Sed qui imples omnia (*e*), te toto imples omnia ? An quia non poſſunt te totum capere omnia , partem tui capiunt , & eamdem partem ſimul omnia capiunt ? An ſingulas ſingula , & maiores maiora , minores minora capiunt ? Ergo est aliqua pars tui maior , aliqua minor ? An ubique totus es , & res nulla te totum capit ?

(*a*) *Capiunt ergo ne te &c.* = Iam cap. praeced. ex Salomone reſolverat , Verbum *capere* circumſcriptionem involvit , ſi proprie loquamur , quae Deo immenſo nec competit , nec poteſt competere . At modo idipſum non otioſe inculcat , ut nempe ad illud deveniat : An forte Dei , qui caelo , terraque non capitur, extra orbem quidquam ſuperſit ; ideo ſubdit : *An imples , & reſtas &c.* Implet profecto , ut ſupra vidimus , & ulterius etiam videbimus ; Sed & supereſt ; non quod proprie ſit extra mundum ; ſed quia immenſus , ſua quidem virtute , infinita alia impleret loca ; eorumdem autem locorum defectu non implet , ut iam obſervavimus . Ad quam rem Angelicus Doctor in Lib. 1. de Caelo , & Mundo, cap. 9. lect. 21. „ Non ita quod Deus „ ſit ibi , ideſt extra caelum , ſicut in lo- „ co , ſed quia non eſt contentus , nec in- „ cluſus ſub continentia corporalium re- „ rum , utpote totam naturam corpora- „ lem excedens . „

(*b*) *Et quo refundis quidquid &c.* = In ſeipſum refundit ; ut S. D. ſtatim innuit iis verbis : *Annon opus habes , ut a quoquam &c.* Et quidem ſi quaeritur bene , quo refundat modo Deus quidquid ei , caelo impleto , terraque ſupereſt ; quaeri etiam poſſet : quo ſe totum , caelo , terraque non factis, refunderet : ſeu , ubi eſſet ? In infinitis ne ſpatiis illis , quae extra mundum aliqui , ut ſupra vidimus , fingunt ? Minime certe gentium , ut vel pueri ex aureo Chriſtianae catecheſis (*la dottrina Chriſtiana*) libello didicimus , ſed in ſeipſo . Quod & Orthodoxa fides , & bona etiam ratio ſuadet ; phantaſia autem (ut plura alia etiam naturae arcana) inſpicere haud poteſt , Ceterum Deus , qui nullo pacto a mun-

do

do continetur, nec ipſum continet, quo modo vas aquam: ſed immenſitate; proxime vero per ſuas actiones, creavit enim, nutrit, movet, conſervat &c.

(c) *Et cum effunderis ſuper nos, non &c.* = Has, vel ſimiles divinas phraſes imitatur, *Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum*. Iſaiae 44. 3. *Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem*. Ioel. 2. 28. Et Deus autem ſuper nos, & nos ſuper Deum effundimur: unde Pſal. 62. 9. *Effundite coram illo corda veſtra*. Et 141. 3. *Effundo in conſpectu eius orationem meam*. At longe harum effuſionum ratio diverſa eſt. Nos coram Deo effundimur, ut protegamur: Deus ſuper nos effunditur, ut protegat, erigat. In ipſo enim vivimus, movemur, & ſumus; & quidem tum vita naturae, tum vita gratiae.

(d) *Nec tu diſpergeris &c.* = Ita Vetuſtiſſima editio, Iodocus Badius Aſcenſius, Ioannes Amerbachius, Deſiderius Eraſmus, 3. MSS. a Benedictinis laudati, a. S. Mar. 2. S. Cr. unus in textu, alter ex manu ſupplente. Sed Lovanienſes, Sommalius Ieſuita, qui ad 3. MSS. has Confeſſiones emendavit, Henricus Wangnereck item Ieſuita, MSS. 2. S. Cr. unus & integro, alter in textu correcto, MS. Ricar. unus S. Mar. & ipſi Benedictini, *diſſiparis*. MSS. Carthuſianus & Feſulanus, *diſporſeris*, vel, *diſparteris*.

A Benedictinis receſſimus, quod verbum, *diſſipo*, ſenſum habeat ampliorem, & indefinitum, dicatur ſcilicet de omni, cuius partes ſeiunguntur. At *diſpergo*, magis, ut videtur, accedit ad ſignificandam ſeparationem partium rei liquidae, & fluidae; ex liquore autem metaphoram, vel exemplum ſumſerat Auguſtinus, *Non enim vaſa &c.* At quaeſtio haec de levibus, atque ſynonymis.

Cum ergo Spiritus ſuper nos nobilis ceu liquor effunditur, non diſpergitur, ſed colligit nos; hoc eſt, per rerum creatarum amores, curaſque diſperſos trahit ad unum amorem, unamque curam rerum aeternarum.

(e) *Sed qui imples omnia, te &c.* = Ita profecto; Deus vaſtiſſimam orbis molem, & minimam aviculam ſe toto implet. Eſt enim totus in toto, & totus in qualibet vel minima parte, ut anima rationalis in corpore: utique per proportionem. Addit tamen in fine cap. *An ubique totus es, &c.* ut innuat ea quae ſuperius ſtatuerat, nunc ſe minime evertere; ex eo enim quod Deus totus ſit in quacunque re, non ſequitur vel ab univerſo capi, & finiri.

C A P U T IV.

A R G U M E N T U M.

Deus nedum ab orbe non capitur: ſed nec perfectione ulla finitur; Quodque omnem admirationem excedit: ſupernis, altiſſimis dotibus valet, quarum haec illa videri poſſet expungi.



Uid es ergo, Deus meus? Quid rogo, niſi Dominus Deus (a)? Quis enim Deus, praeter Dominum? Aut quis Deus, praeter Deum noſtrum (1)? Summe, optime (b); potentiſſime, omnipotentiſſime (c); miſericordiſſime, & iuſtiſſime (d); ſecretiſſime, & praeſentiſſime; pulcherrime, & fortiſſime (e); ſtabilis, & incomprehenſibilis (f); immutabilis, mutans omnia (g); nunquam novus, nunquam vetus (h); innovans omnia, & in vetuſtatem perducens ſuperbos, & neſciunt (i); ſemper agens, ſemper quietus (k); colligens, & non egens (l); portans, & implens, & protegens (m); creans, & nutriens, & perficiens, quaerens, cum nihil deſit tibi (n). Amas, nec aeſtuas (o); zelas, & ſecurus es (p); poenitet te, & non doles (q); iraſceris, & tranquillus es (r); opera mutas, nec mutas conſilium; recipis quod invenis, & nunquam amit-

(1) Pſal. 17. 32.

amittis ; nunquam inops, & gaudes lucris (*s*) ; nunquam avarus, & uſuras exigis ; Supererogatur tibi, ut debeas, & quis habet quidquam non tuum (*t*) ? Reddis debita, nulli debens ; donas debita, nihil perdens (*u*) . Et quid dicimus, Deus meus, vita mea, dulcedo mea ſancta ? Aut quid dicit aliquis, cum (*x*) de te dicit ? Et vae tacentibus de te, quoniam loquaces muti ſunt.

(*a*) *Quid rogo, niſi Dominus Deus ?* = Haud citra myſterium a profundiſſimae mentis homine hoec dici arbitror ; Per duo praecedentia capita obſervaverat, Deum cuncta implere : a nullo autem capi. Modo tantae eius gloriae, & maieſtati plaudens, dicit, *Quid &c.* Videlicet, quia Deus, omnia implere debet, ſeu omuibus rebus adeſſe; quia Dominus, a nullo, nec quidem caelorum Caelo capi; quod enim capitur non, dominium, ſed, famulatum exercet. Ad quod eriam dominium ſignificandum dixit, effundi ut erigat, ur colligat &c.

Huçuſque autem generatim divinoe dotes in ſpeciem oppoſitae commendovit ; nunc preſſe eos inſinuat : quoe ut opponantur nos oſtendomus oportet. Quod iam aggredimur.

(*b*) *Summe, optime.* = Mortalium aut fortuna, aut ingenio, aut alia ratione procres, plerumque, pectoris duritiem quamdam, mentiſque elationem praeſeferunt. Et tamen Deus infinitis rationibus ſummus, infinitis quoque rationibus optimus !

(*c*) *Potentiſſime, omnipotentiſſime.* = Non adeo odparet quam, *potens*, & *omnipotens* oppoſitionem involvant, niſi eam quam Dioleċtici *penes magis*, & *minus* appellant. Prodam tamen quod ſuſpicor. Deus ſempee omnipotens. Adhuc tamen quaedam illius actiones omnipotentiam exprimunt, ut creotio, miroculo &c. aliae vero non item, ut pluviorum immiſſio &c. Sicut ergo diverſae actiones hae quamdam oppoſitionem praeſeferunt : ita potentia, & omnipotentio. Item, omnipotentio infinita virtute praeſtat : toli outem virtuti effectus infinitae perfectionis debetur. Er tamen omnipotens Deus in actionibua, quas Schola dicit, *ad extra* nonniſi limitotae perfectionis effectus producit. (Quod tamen non in potentiam Dei, ſed in creaturae infirmitotem revocatur.) Ac ſi potens tantummodo eſſet, & non omnipotens.

(*d*) *Miſericordiſſime, & iuſtiſſime.* = Quam miſericordioe laxitas, & iuſtitiae apices vel in ſpeciem invicem puguent, non eſt cur dicamus. Unde ſequentia verba quoque commentario hoc complectemur.

Secretiſſime, & praeſentiſſime. = Quo mogis ſecretum quidquam, eo magis etiam ſemovetur a nobis. Hinc maxime & ſecretum, & ſemotum Empyreum caelorum ſupremum; ſecretae & ſemotae terrae abyſſi &c. & adbuc Deus ſecretiſſimus, & praeſentiſſimus. Secretiſſimus Ioanne teſte, qui Evang. c. 1. v. 18. *Deum nemo vidit unquam*. Et Paulo, qui 1. Tim. c. 1. v. 17. *Regi autem ſaeculorum, immortali, inviſibili &c.* & c. 6. v. 16. *Qui ſolus . . . & lucem inhabitat inadceſſibilem*. Et tandem ſecretiſſimus, quia ſpiritus quicunque ſecretus : Deus autem puriſſimus ſpiritus eſt. Vide ipſum Auguſtinum ad Paulinam de Videndo Deo Lib. ſeu Epiſt. 147. (Alias, 112.) c. 9. & ad Dordanum, de Praeſentia Dei Lib. vel Epiſt. 187. (Alias, 57.) c. 13. n. 41. nempe ſub finem. Praeſentiſſimus autem Deus ex immenſitate vel omni modo, vel ceu ex radice : proxime autem ex octione, ut Schola loquitur, tronſeunte, ut quibusdam Thomiſticae Scholae magis odridet. Vide Angelicum in 1. diſt. 37. q. 1. or. 2. in corp. De quo exactiſſima Dei praeſentia ſupra dictum eſt. Quamque & Pogani agnovere, ut 1. de Divina Hiſtoria Muſſuo obſervat. Certe Epicterus Stoicus Lib. 1. Diſſer. c. 16. „ At vero „ animi ſimiliter ſunt nexi, & colligati „ ex Deo, quandoquidem particulae „ ipſius ſumus, & ex ipſo delibuti ; „ utrum igitur non omnem motum illo„ rum, tanquom domeſticum, & cogna„ tione quodam naturoe affinem Deus „ exploratum babebit &c.

(*e*) *Pulcherrime, & fortiſſime.* = Nec oppoſitio iſta formoſitotem inter, & fortitudinem obvia eſt. At iuvor quidquam vel divinando dicere. Definitue pulcritudo ab Auguſtino Epiſt. ad Nebridium 3. (Alias, 151.) n. 4. *Quid eſt corporis pulcritudo ? congruentia partium cum quadam coloris ſuavitate*. Et Lib. 22. de Civit. Dei, cap. 19. n. 2. *Omnis enim corporis pulcritudo eſt partium congruentia cum quadam coloris ſuavitate*. Quod inſinuat etiam Lib. de Gen. ad Litt. Imperf. cap. 16. n. 59. Partium congruentio eſt pulcritudinis velut materia : coloris ſuavitas quaſi forma. Nunc

ad aenigma adcedimus; Robusti homines magnis, solidisque nervis constant: hi vero ex terrae copia, & quidem satis compacta repetuntur; terra autem, ut patet, terreum, vel squalidum colorem gignit. Unde fit robustissimos homines coloris suavitate, adeoque pulcritudinis forma carere; ut in Polonis, Tartarisque cernere est, qui fortissimi esse solent.

Vel brevius, non dissimiliter. Coloris suavitas, sive ille a mixtione primarum qualitatum, ut Philosophorum, praecipue vetustorum maior pars; sive a diverso lucis adspectu habeatur, ut quidam iuniores contendunt; carnibus nonnisi mollioribus, & delicatis imprimitur, huiusmodi autem carnes quo ad meditationem, omnesque ingenii functiones Aristotelis, & omnium propemodum Philosophorum iudicio maxime idoneae sunt, eo ad fortitudinem ineptissimae; formositas igitur, & fortitudo difficile adunantur; & tamen Deus &c.

(f) *Stabilis, & incomprehensibilis.* = Huiusmodi notam ad locum hunc habet Ioannes *Pherepones*. Sunt incomprehen„sibilia nonnulla propter summam insta„bilitatem, ut venti variabiles, quo„rum ratio ideo intelligi non potest; „At Deus quanquam semper idem est, „& absque ulla mutationis obumbratio„ne, nihilo magis comprehendi potest. „Ideo Augustinus cum incomprehensibili „hic stabilem coniungit. „

Non equidem male: sed interim levi argumento Augustini mens exposita est. Philosophorum axioma S. D. intuetor, apud quos illud est inconcussum: Unumquodque ita intelligibile esse, ut est actus: pariterque ita nostros intuitus fugere, ut ad potentiae naturam adcedit. Hinc materiam, quam iidem Philosophi primam appellant, ratione adserimus, sed vix, & ne vix quidem concipimus, quod omnis actus expers forma praecisa, omnino in potentiae genere constituatur. Stabilitas vero actus est consectarium: unde & eius naturam, indolemque sequitur. Merito igitur Augustinus admiratur, *stabilis, & incomprensibilis*.

Ceterum nunc est invisibilis Deus: erit autem in caelo visibilis; at incomprehensibilis (si talis vox proprie sumatur) fuit, est, & erit semper & nobis, & Angelis: ut Theologi in tract. de Visione Dei statuunt, & late probant: quibus praelusit, quorumque momenta paucis verbis complexus est Augustinus de Videndo Deo ad Paolinam Lib. seu Epist. 147. (Olim, 112.) cap. 9. n. 21. obi „ Non quia Dei plenitudinem quis„quam, non solum oculis corporis, sed „vel ipsa mente aliquando comprehen„dit. Aliud est enim videre, aliud est „totum videndo comprehendere. Quan„doquidem id videtur, quod praesens „utcumque sentitur: totum autem „comprehenditur videndo, quod ita „videtur, ut nihil eius lateat vi„dentem, aut cuius fines circum„spici possunt: sicut te nihil latet „praesentis voluntatis tuae, circumspi„cere autem potes fines anuli tui. Exem„pli gratia duo posui, quorum alterum „ad mentis obtutum, alterum ad cor„porales oculos pertinet. „

(g) *Immutabilis, mutans omnia.* = Omnis effectus suae caussae naturam (1) prodit, eique similis est: & tamen immutabilis Deus &c. Deum esse immutabilem habetur Malachiae 3. 6. *Ego enim Dominus, & non mutor*. Mutare autem Psal. 76. 11. *Haec mutatio dexterae excelsi*. Ps. 101. 27. *Mutabis eos, & mutabuntur*. Isaiae 65. 17. *Ecce ereo caelum novum, & terram novam*. Ezech. 36. 26. *Et dabo vobis cor novum, & spiritum novum ponam in medio vestri*. Et si naturae mutationem species, Epictetus Stoicus cap. 14. „ Vide quod sic rato ordine omnia fiant „ quodam tanquam iussu Dei, ut cum „ praecipit stipibus florere, florescant sane, „ quando revivifcere, reviviscant. „ Ceterum in creaturae infirmitatem, non in divinam virtutem refunditur quod sit mutabilis.

(h) *Nunquam novus, numquam vetus.* = Praecedentis epithetoo, *immutabilis* aequum corollarium. Necesse est enim quod senescit, quod revivifcit mutationi subiacere.

Dices tamen quod aliis occasionibus nobis obiectum est: Praeter Deum, nihil immutabile: & tamen praeter Deum, plura nec senescunt, nec reviviscunt: Angelus ver. gr. anima hominis &c.

℞. Puerilis obiectio: quasi de senectute propria, & non potius de latissima, quae omnem mutationem sequitur Augustinus, aliique Patres similia dicentes loquerentur. Nulla autem creatura omnem mutationem eludit.

Et hic autem pugna adparet. Homo enim aut iuvenis, aut senex: mare, aedificium, vestis, & quidquid vides aut novum, aut vetus. Et tamen Deus &c. Un-

(1) V. L. 7. c. 11. C.

Unde praedicatur in Chriftiana fehola, Generabat Pater Filium, generat, & generabit. Oriebatur Filios, oritur, & orietur. Vide Lib. 12. de Civit. Dei, cap. 12.

(*i*) *Innovans omnia, & in vetuftatem perducens fuperbos: & nefciunt.* = Si omnia innovans, quomodo aliqua in vetuftatem perducens? Es qui fieri poteft ut in vetuftatem deducta nefciant? Innovat omnia, ut liquet ex Scripturis, figuo G laudatis. In vetuftatem deducit fuperbos, quum eos a culmine felicitatis deturbat, iuxta graviffimum Deiparae oraculum Lucae 1. a v. 51. *Difperfit fuperbos &c. Depofuit potentes de fede &c. Divites dimifit inanes.* Quod autem mirum eft, *& nefciunt.* Hoc eft, iidem fuperbi dum in vetuftatem perducuntur, non adtendunt: noo inquam adtendunt, iactantiam non ad celfitudinem, & gloriam, fed ad ruinam, & infamiam ducere.

Quaeres tamen, cur Dei flagellum, quo fuperbi vapulant, ea phrafi, *in vetuftatem perducens* ab Auguftino exprimatur?

℞. An quia fuperbus a throno difiectus, ut res aetate procedens contemtibilis eft? Verum aenigma hoc ex ipfo Auguftino diffolvi poteft, qui Serm. 267. (Alias, de Tempore 186.) in die Pentec. 2. cap. & n. 2. „ Expaverunt qui ade„ rant, alii admirantes, alii irridentes, „ ita ut dicerent (1), *Ifti ebrii funt*, „ *mufto pleni funt*. Ridebant, & aliquid „ verum dicebant, Impleti enim erant u„ tres novo vino. Audiftis eum Evange„ lium (2) legeretur, *Nemo mittit vinum* „ *novum in utres veteres*: fpiritalia non „ capit carnalis. Carnalitas vetuftas eft, „ gratia novitas eft.) Quod confirmat & alibi frequentiffime, ut in Pfal. 131. n. 1. Confirmat autem, probat, & late digerit tom. 6. De Cantico Novo &c. Serm. ad Catechumenos cap. 1. per totum. De homine vero interiori, & exteriori, vetere, & novo frequenter Auguftinus & in his Confeffionibus; quia frequenter Paulus, Apoftolus Gratiae, quem Auguftinus eiusdem gratiae doctor egregie imitatus eft. *Deponere vos fecundum priftinam converfationem veterem hominem, qui corrumpitur fecundum defideria erroris. Renovamini autem fpiritu mentis veftrae, & induite novum hominem, qui fecundum Deum creatus eft in iuftitia, & fanctitate veritatis*. Ephef. 4. a v. 22. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus fuis, & induentes novum eum, qui renovatur in agnitionem fecundum imaginem eius, qui creavit illum*. Coloff. 3. v. 9. & 10. Adeo quod vetuftas etiam indefinite in malam partem nominetur. *Expurgate vetus fermentum*. 1. Cor. 5. 7. *Non in fermento veteri*, ibidem, v. 8.

(*k*) *Semper agens, femper quietus.* = Agentem inter, & quietum manifefta eft oppofitio. Eft enim quies actionis intermiffio; unde Gen. 2. v. 2. *Complevitque Deus &c. & requievit die feptimo &c.* De quo tamen S. D. Lib. 1. de Gen. contra Manich. c. 22. & Serm. 270. (Alias 22. ex Sirmondianis) in die Pentec. 4. n. 5. Ceterum femper agere Deum Ioan. 5. 17. ipfe Chriftus teftatur, inquiens, *Pater meus ufque modo operatur, & ego operor*. Operatur ut naturae, & ut gratiae auctor: creat fiquidem hominis animam, movet, confervat &c. Iuftificat, praevenit, cooperatur &c. Agit etiam ad intra, fe enim intelligit, amat: generat Filium &c. Sed & femper quiefcit, iuxta illud Sap. 7. 27. *In fe permanens, omnia innovat*. Cuius quietis eam rationem Patres, Theologi, & Philofophi exhibent, quod fcilicet Dei operatio ab eiusdem fubftantia minime differat, Unde S. Thomas in 1. Dift. 8, q. 3. ar. 1. ad 4. „ In omnibus, in qui„ bus differt a fubftantia, oportet effe „ aliquem modum motus, ex hoc qood „ exit de novo in operationem, quia ac„ quiritur in ipfo operatio, quae prius „ non erat; In Deo autem operatio eft „ fua fubftantia.) Quod tradis etiam q. 3. de Potentia, ar. 17. ad 12. & 21. Quam quietem quum ignoraret, vel non adtenderet Ariftoteles, mundum aut ferio, ut plures, aut ex problemate, ut alii, quibus adftipulor, aeternum adferuit. Vide infra lib. 13. c. 37. 13.

(*l*) *Colligens, & non egens.* = Quid, vel, cur colligit qui non eget? Colligit Deus peccatores e vitiorum coeno emergentes; colligit Electorum manipulos, ut in beatae aeternitatis campis conftituat. Colligit tandem, iuxta dicta cap. praeced. D. dum homines per creata bona difperfos, ad feipfum trahit fummum unicum bonum. Sed non egens colligit (fcilicet, bono noftro, non fuo) nam Pfal. 15. 5. *Quoniam bonorum meorum non eges*. Quod habetur etiam Pfal. 49. v. 10. 11. & 12. Et ipfi quoque Ethnici agnovere, Unde (3) Homerus,

K 2 „ Iup-

(1) Act. 2. 13.
(2) Matt. 9. 17.

(3) Floruit fub Diagneto Rege Athen. an. 102. poft Troiae incendium Ante Chrift. 907.

„ Iuppiter ipse bonum tribuit mortali-
„ bus omoe
„ Ut liberit mittens cuicumque bonis-
„ qoe, malisque.
„ Ab Iove sunt omoes homines, pere-
„ grinos, inopsque
„ Monera exigua, aut grata &c.

Et Seneca ad Aebocium Liberalem de Beneficiis Lib. 7. cap. 3. *Derideas licet: ingentis spiritus res est, cum Orientem, Occidentemque lustraveris anima, qua etiam remaca &t. emittere haut Dei vatem: Haec omnia mea sunt.*

(m) *Portans, & implens, & protegens.* = Quod implet, portatur, non portat: aqua enim vas implens, portatur, non portat. Item, quod implet, protegitur, non protegit: gladios enim protegitur a vagina, non eam protegit. Et tamen Deus &c. Implet vero quia immensus, portat quia prima caussa, protegit qoia omnipotens.

Creans, & nutriens, & perficiens. = In humanis hic producir, ille outrit, alius perficit, Mater parit, & lactat; pater nutrit; magistri, similesqoe perficiunt.

(n) *Quaerens, tum nihil desit tibi.* = Non qoaerimos, nisi quod nobis deest. Quaerit Deus; Locae enim 15. 6. *Cangratulamini mihi, quia inveni ovem meam.* Et v. 8. *Quae mulier habens drathmas detem, si &c. quaerit diligenter &c.* Nihil autem Deo deesse: omnia ab ipso portari, impleri, nutriri, perfici &c. & liqoet ex dictis: & exploratum habuere geotiom Philosophi: Platooici enim constanter canebant,

„ Ippiter ipse est primus, Iuppiter
„ ultimos idem.
„ Iuppiter ipse caput, mediumque,
„ & cuncta Iovis sunt.
„ Iuppiter est rector terrae, caelique
„ micantis.
„ Iuppiter idem rex cunctorum, prin-
„ cipiumque.
„ Una potestas, & Deus unus, magnus
„ & auctor.

Aratus (1) poeta, cuius sententiam Paulus commendat Act. 17. 28.

„ Ab Iove principiom ducimus, Iovis
„ omnia plena.

Virgilius Ecloga tertia v. 60., & 61.

„ Ab Iove principium Musae. Iovis
„ omnia plena.
„ Ille colit terras: illi mea carmina
„ curae.

Lucanus:

„ Iuppiter est quodcumque vides,
„ quocumque moveris.

(a) *Amas, nec aestuas.* = Aestuare amantem & profanum, & sacrum, pro re unumqoemque sua nimia compertom est; Et id quidem Sancti beata aeterna sorte: infelicissima vero, & desperata mundani experti sunt. Sciendum tamen aestum amoris, quem affectivom, non alterius, quem effectivum dicunt comitem esse. At vero posteriori tantum amore Deus creaturas prosequitur. Ex qoo fit, ut Mysticae Theologiae doctores observant, ut Deus, summos quanquam amans ecstasim ullam nec patiatur, nec pati possit. Quam ab ecstasi, & rapto exemtionem altioris Mysticae scriptores & Dei Matri adserunt, licet non amplitudine tanta: nec eodem momento; sed quod fortitudine praedita a saeculis non audita, a sensoum languore, & defectu libera esset. Etsi Venerabilis noster Pater Thomas a Iesu Hispanus Prov. Belg. Vicarius Generalis primus Provincialis, ac deinde totius Congregationis Definitor Generalis, vir in Mystica Theologia summus, (qui obiit die 26. Maii an. 1627.) in Opere posthumo, tom. 1. de *Raptu, Ecstasi, & Prophetia*. Disp. I. de *Natura, Subiecto, Causis, ac Diversis Raptus Speciebus* cap. 14. conetur ostendere a nobilissima quadam specie raptus, vel Ecstasis, quae pro simplici humana natura nihil infirmitatis involvit, Deiparam non abhorruisse. Ceterum & ipsi Vener. Thomae, sicut aliis gravioris ingenii Theologis stomachum movent boni illi viri, qui fortissimam feminam in Filii passione deliquio oppressam obiiciunt. Expende diligentissime verba Ioannis Evang. cap. 19. v. 25. Et inde consule S. Ambrosium ep. 25. ad Vercell. Eccl. S. Amad. Homil. 5. de Martyrio Virginis. Et revelationem ab eadem Virgine indultam S. Birgittae Lib. 6. cap. 57. De qoarum Revelationum pondere, & auctoritate Caietanus tom. 2. Opuscul. tract. 13. q. ultima. Medina 3. p. q. 27. ar. 4. Iansenius in Concord. Evang. Suar. tom. 2. in 3. p. disp. 4. sect. 3. & disput. 41. sect. 2. Clitovaeus Homil. de Virg. circa Crucem.

(p) Ze-

(1) Floruit tempore Ptrolemaei Philadelphi, ante Chr. an. 272. quem, ultra alios, latine reddidit Tullius adhuc adolescens.

(*p*) *Zelas . & securas es.* = Zelus hic cura est rai amatae cum timore eius, vel in ea iacturam habendi . Zelat Deus, Exodi enim 34. 14. *Daminus zelotes nomen eius : Deus est aemulatar.* Securus autem est, quum eius Unigenitus dicat Ioan. 10. a v. 27. „ Oves meae vocem „ meam audiunt, & ego agnosco eas, & „ sequuntur me . . . & non peribunt in „ aeternum : & non rapiet eas quisquam „ de manu mea . Pater meus quod de„ dit mihi, maius omnibus est : & nemo „ potest rapere de manu Patris mei .) Quandoquidem Christus diabolo fortior adcessit, eique iniectis vinculis, electa vasa diripuit. Matth. 12. 29. Mar. 3. 27. & Lucae 11. a v. 21.

Et bic de zelo Dei , & securitate ex eius voluntate antecedenti, & consequenti : exqoe Gratia sufficienti, & efficaci plura dici posseot; Sed quum de iis Theologi, maxime de Schola plurima intexant : non est cur nos inutili sermone commentarium hunc aogeamus.

Ceterum eodem de zelo Augustinus ad Simplicianum de dlversis QQ. Lib. 2. q. 2. n. 3. in fine. „ Zelum quoque Dei „ non repudiemus, & adspernemur , cum „ scriptum invenimus (1): sed auferamus „ de humano zelo pallidam tabem dolo„ ris, & morbidam perturbationem ani„ ml : remaneatque illud solum iudicium, „ qoo corruptio castitatis impunita esse „ non sinitur , & adsurgimus ut incipia„ mus aliquo modo capere zelum Dei .) Quaestionum in Exodum Lib. 2. q. 158. „ Cum praeciperet Deus ad Moysen lo„ quens, ut data terra in potestate, om„ nis idololatria everteretur, nec adora„ rentur dii alieni, ait, (2) *Dominus enim Deus, zelans namen, Deus zelatar est*: idest, ipsum nomen quod „ Dominus Deus dicitur , zelans est, „ quia Deus zelator est. Quod non hu„ manae perturbationis vitio facit Deus, „ semper, atqoe omni modo incommuta„ bilis , atque tranquillus: sed hoc ver„ bo indicat, non impune plebem suam „ per alienos Deos fornicaturam . Du„ ctum est enim verbum tropo metapho„ ra a zelo maritali , qood castitatem „ custodit uxoris . Quod nobis prodest, „ non Deo, &c.

(*q*) *Poenitet, & non doles.* = Deum poenitere liquet ex illo Gen. 6. 7. *Paenitet me fecisse haminem* . Non dolere autem aedum sacra Scientia , sed iusta omnis philosophia suadet. Sed audiamus ipsum S. D. de diversis QQ. ad Simplicianum , Lib. 2. q. 2. n. 4. „ Quapro„ pter cum legimus etiam Deum dicen„ tem , (3) *Paenitet me ;* consideremus „ quod esse soleat in homnibus opos poe„ nitendi . Procul dobio reperitur vo„ lontas mutandi : sed in homine com „ dolore animi est : reprehendit enim in se „ quod temere fecerat. Auferamos ergo „ ista , quae de bumana infirmitate, at„ qoe ignorantia veniunt , & remaneat „ solom velle , ut non ita sit aliquid, „ quemadmodum erat : sic potest aliquan„ tum intimari menti nostrae, qua regu„ la intelligatur qood poenitet Deum. „ Cum enim poenitere dicitur, vult non „ esse aliquid , sicut fecerat , ot esset : „ sed tamen & cum ita esset , ita esse „ debebat ; & cum ita esse non sinitur, „ ioos non debet ita esse , perpetuo quo„ dam , & tranquillo aequitatis iudicio, „ qoo Deus cuncta mutabilia incommu„ tabili voluntate disponit . „

Inquies tamen : Deum aliquando & doluisse eodem Gen. cap. 6. v. 6. proditur : *Tactus dolore cordis intrinsecus, deleba &c.*

℞. Per tropum id, vel metaphoram dicitur , Sobsumes : Etiam poenitentia nonnisi translatione Deo conceditur. Vel utromque ergo dare : vel utrumque Deo tollere debebat Augustinos .

℞. Ampliori momento verus dolor, ac poenitentia Deum dedecet. Quandoquideus dolor est ipsa passio ; at poenitentia passionis vel caussa , vel consectarium . Cui responsioni lucem coociliabunt quae habet S. D. Lib. 2. ad Simplicianum , q. 2. n. 5. „ Sed quoniam „ praescientiam , & scientiam cum laude „ solemus in hominibus appellare , iram„ que ipsam solet bumanum genus in „ magnis potestatibus timere (4) potius, „ quam reprehendere , congruenter pu„ tamus talia dici de Deo . Qui autem „ zelat ,& quem aliqoid poenitet , quoniam „ vel colpari solet , vel in se culpam „ corrigere , atque ideo com reprehen„ sione ista de hominibos dici : propterea „ movet , cum legimus esse aliquid in „ Deo eiusmodi . Sed illa Scriptura om„ nibus consulens , propterea &c.) Vide etiam n. 2. & 3.

(*r*) *Irasceris , & tranquillas es.* =

Et

(1) Sic Benedictini cum suis MSS. & Er. At Lov. *inveniamus*.

(2) Ex. 34. 14.

(3) 1. Reg. 15. 11.

(4) MSS. *tremere*.

Et antitheſes haſce ipſe Auguſtinus in concordiam adducit Lib. 2. ad Simplic. q. 2. n. 2. ſub finem hiſce verbis „ Sic & ira „ hominis turbida eſt, & non ſine cruciatu animi: ira vero Dei, de qua dicitur „ in (1) Evangelio, *ſed ira Dei manet ſuper eum*: & Apoſtolus (2) *Revelatur enim ira Dei de Caelo ſuper omnem impietatem*: illo in tranquillitate iugiter „ manente, in creatura ſubdita exercet „ admirabili aequitate vindictam.) Vide etiam, ſi placet, Enchirid. ad Laur. cap. 33. n. 10. Lib. contra Adimantum Manichaei diſcipulum, cap. 11. poſt initium & in Pſal. 26. Enarr. 2. ad v. 9. n. 16. Item Ambroſium Lib. de Noe, & Arca, cap. 4.

Opera mutas, nec mutas conſilium. = De graviſſima hac ſententia plura ex Theologia dici poſſent. Sed neceſſarium haud eſt. S. D. Lib. 2. de Ordine, cap. 17. n. 46. *In Deo enim novum exſtitiſſe conſilium, ne dicam impium, ineptiſſimum, eſt dicere.* Quod repetit Lib. 5. de Trinit. cap. 5. n. 2. & alibi centies.

Quod ſequitur, *recipis quod invenis, & nunquam amittis*, ex dictis complanatur.

(*r*) *Nunquam inops, & gaudes lucris.* = Lucrum inopia, ea ſaltem, quam *negativam* appellant, praeceditur; Quomodo igitur Deo, a quo omnem inopiam abeſſe & liquet ex dictis, & ulterius ex illo Rom. 10. 12. *Dives in omnes, qui invocant illum*: & Epheſ. 2. 4. *Deus autem, qui dives eſt &c.* lucris gaudet: ut pariter ex dictis conſtat, & 1. Corinth. 9. 19. *Ut plures lucrifacerem.*

Nunquam avarus, & uſuras exigis. = Deum nulla avaritiae macula tinctum eſſe, liquet ſtatim ex ipſa vel tenui avaritiae notione: quae definitur a Tullio. *Immoderatus amor habendi.* Quamque non abſimili modo ſaepe ipſe S. D. definivit. Lib. 3. de Libero Arbitr. c. 17. n. 48. „ Cave ne putes quidquam potuiſſe dici verius, quam id quod dictum „ eſt (3). *Radicem omnium malorum eſſe* „ *avaritiam*, hoc eſt plus velle, quam „ ſat eſt. Tantum autem ſat eſt, quantum ſibi exigit naturae in ſuo genere „ conſervandi modus. Avaritia enim, „ quae Graece φιλαργυρία dicitur, non „ in ſolo argento, vel in nummis, „ unde magis nomen duxiſſe reſonat; „ argento enim nummi, vel mixto argento frequentius apud veteres fiebant: „ ſed in omnibus rebus, quae immoderate cupiuntur intelligenda eſt, ubicumque omnino plus vult quiſque, quam „ ſat eſt.) Quam definitionem confirmat & alibi ſaepe: ut Lib. 12. de Civit. Dei, cap. 8. in Pſal. 54. ad v. 12. n. 14. latius vero in Pſal. 118. Serm. 11. ad v. 36. n. 6. Iam vero qualis immodicus amor habendi adcedere poteſt Deo, in quo, & a quo omne bonum, quod vel excogitare, & fingere potes? Et tamen uſuras, exigit: Matt. enim 25. 27. *Et veniens ego, accepiſſem utique quod meum eſt cum uſura.* Et Lucae 19. 23. *Et ego veniens, cum uſuris utique exegiſſem illam.* Inſuper & nobis uſurae negotium commendat, nam Lucae 16. 9. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.*

Verum Dei uſura in noſtrum bonum vergit: Conſule diligenter v. 9. cap. 6. & v. 20., & 21. cap. 25. Matth., necnon v. 17., & 18. cap. 4. Epiſt. 2. ad Corinthios.

(*t*) *Supererogatur tibi, ut debeas; & quis habet quidquam non tuum?* = Quidquid tibi boni damus, a te accepimus: *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Rom. 11. 35. Adeoque ſi magis damus, magis accepimus: ſi magis accepimus, magis tibi debemus; Quo modo igitur ſupererogatur tibi, ut debeas? Et tamen quaedam hominibus debes: egregios enim tuus praeco Timoth. 2. cap. 4. v. 8. *In reliqua repoſita eſt mihi corona iuſtitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolum autem mihi, ſed & iis, qui diligunt adventum eius.* Non dixit, corona miſericordiae, ſed, *iuſtitiae*. Non, bonus pater, ſed, *iuſtus iudex*.

Reddis debita, nulli debens. = Debita iuſto corona; ſed cur? Quia Deus ſua liberalitate ſpoponderat. Unde ſaepe Auguſtinus nunc hac, nunc illa phraſi: Redde coronam iuſte iudex, quam promiſiſti miſericors pater. Nempe Deus ſua clementia piis actionibus aeternas coronas adligavit: & iterum clementia in nos pias actiones inducit. Vide S. D. epiſt. 194. (Alias, 105.) ad Sixtum Roman. presbyterum, & inde Pontificem, a cap. 8. Lib. de Gratia, & Libero Arbitr. ad Valentinum, & Monachos, cap. 8., & 9., & ad eoſdem Lib. de Corrept. & Gratia, cap. 7. a n. 12. & tandem ab Proſperum, & Hilarium de Dono Perſeverantiae cap. 8. Vide etiam, ſi placet, S. Proſperum (ſi hi libri ipſius ſunt, de quo aliqui dubitant) Lib. 2. de Vocatione Gentium, cap. 35. & S. Tho-

(1) Ioan. 3. 36.
(2) Rom. 1. 18.
(3) 1. Tim. 6. 10.

Thomsm q. 6. de Verit. art. 2. 1. p. q. 23. art. 5. per totum, maxime in ſolut. ad 3. & 1. 2. q. 114. ar. 9. Item Tridentinam Synod. ſeſſ. 6. de Iuſtificat. c. 16.

(*v*) *Donas debita, nihil perdens*. = Priora huius aenigmatis verba dupliciter excipi poſſunt: aut nempe de coronis, quas debitas quidem, ſed & ex gratia, iuxta dicta Deus largitur: ut dici poſſit non, dare, ſed, donare. Aut potius, & longe veroſimilius, de debitis a nobis cum ipſo contractis, quae relaxare ſolet, iuxta illud Matth. 18. 27. *Miſertus autem Dominus ſervi illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei &c.* & v. 32. *Serve nequam, omne debitum dimiſi tibi &c.* Et utroque modo Deum nihil perdere mirum eſt; quod enim donamus, a nobis tollimus, & alteri concedimus. At vero omnia ad ſeipſum, ad finem, ceu prorſus ultimum dirigit Deus: *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*. Prov. 16. 4.

(*x*) *Quid dicit aliquis, cum &c.* = Diſertiſſimus homo, cuius ſint ora centum, & ferrea vox ſuperuas tuas dotes, hominum nedum, ſed & Angelorum captum longe excedentes nunquam eloqui poterit.

Dicit autem, *Et vae tacentibus de te*: ad illud adludens Iſa. 6. 5. *Vae mihi, quia tacui*. Quod quum addat *quoniam loquaces &c.* ſic exponi poteſt: Si vel diſertiſſimi dotes tuas eloqui non poſſunt: quam inutiles, & damnandi erunt, qui & prorſus tacere volunt? Vel potius. Quamvis tot de te dixerim, adhuc timeo, & fluctuo: dicitur quippe, *vae tacentibus*: Loquaces autem, id eſt, ſtulta dicentes mutis, quoad culpam, ſimiles ſunt.

Erit qui ſuſpicetur, Auguſtinum hucuſque antitheſis legibus conſtanter non adhaeſiſſe: ut cum dixit, *Potentiſſime, Omnipotentiſſime: Pulcherrime, & Fortiſſime &c.* Sed eas iunxiſſe dotes, quae uni, eidemve adiacentes, eum mirum in modum exornant.

Ceterum nonniſi difficiliores nos antitheſes extricavimus. Levioribus omiſſis, quae a quolibet nonnihil ſagaci lectore complanari poſſunt.

C A P U T V.

A R G U M E N T U M.

Iterum Deum invocat: lucem eius commendans, tenebraſque proprias deponens: quas tamen tantae lucis adceſſu propulſatum iri religioſe confidit.

I. QUis mihi dabit, adquieſcere in te (*a*)? Quis mihi dabit, ut venias in cor meum, & inebries illud, ut obliviſcar mala mea, & unum bonum meum amplectar te? Quid mihi es? Miſerere, ut loquar. Quid tibi ſum ipſe, ut amari te iubeas a me, & niſi faciam, iraſcaris mihi, & mineris ingentes miſerias? Parva ne ipſa eſt, ſi non amem te (*b*)? Hei mihi: Dic mihi per miſerationes tuas, Domine Deus meus, quid ſis mihi. Dic animae meae: Salus tua ego ſum (1). Sic dic, ut audiam (*c*). Ecce aures cordis mei ante te Domine; aperi eas & dic animae meae: Salus tua ego ſum. Curram poſt vocem hanc, & adprehendam te. Noli abſcondere a me faciem tuam; moriar, ne moriar, ut eam videam (*d*).

II. Anguſta eſt domus animae meae, quo venias ad eam: dilatetur abs te. Ruinoſa eſt: refice eam. Habet, quae offendant oculos tuos, fateor, & ſcio: Sed quis mundabit eam? aut cui alteri, praeter te, clamabo? Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis (*e*) parce ſervo tuo (2). Credo, propter quod & loquor, Domine

(1) Pſal. 34. 3.

(2) Pſal. 115. v. 10.

mine tu ſcis. Nonne tibi proloquutus ſum adverſum me delicta mea, Deus meus? & tu dimiſiſti impietatem cordis mei (1)? Non iudicio contendo tecum, qui (f) veritas es: & ego nolo fallere meipſum, ne mentiatur iniquitas mea ſibi (2). Non ergo iudicio contendo tecum: quia ſi iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit (3)?

(a) *Quis mihi dabit adquieſcere in te?* = Quis mihi dabit tua virtute & a tot theologicis difficultatibus, quibus angor, & a malis ſtimulis, quibus pungor eximi, & quieſcere? Imitatur autem Pſaltem 54. 7. dicentem, *Quis mihi dabit pennas columbae, & volabo, & requieſcam?*

Unde ſequitur; *Quis mihi dabit, ut venias in cor meum, & &c.* Ebrietatem exoptat, de qua Pſal. 35. v. 9. & Cantic. 5, 1. Ierem. 31. *Inebriabantur ab ubertate domus tuae*. Cupit autem ſua, mala obliviſci, non ut ea non deteſtur: Pſal. enim 50. v. 5. *Peccatum meum contra me eſt ſemper*: ubi ipſe S. D. ſcilicet n. 8. *Non poſui poſt dorſum meum quod feci, non intueor alios, oblitus mei, non affecto (4) ſtipulam eiicere de oculo fratris mei, cum ſit trabes in oculo meo; peccatum meum ante me eſt, non poſt me*. Sed ut eorum phantaſmatibus longe ſemotis, in Dei ſinu, in Dei amore prorſus quieſcat.

(b) *Parva ne ipſa eſt, ſi non amem te?* = Ita Benedictini cum ſuis MSS. Quibus addimus Lovanienſes, Sommalium, 3. MSS. S. Marci, 3. S. Cr., 4. S. Laurentii, & Feſul. Sed Vet. Badius, Amerbachius, Eraſmus, unus e MSS. a Benedictinis viſis, quibus ſuffragatur MS. Ricardi, Car. & forte unus MS. Bibliothecae Laurentianae Mediceae, nempe iuxta additamentum, quod habetur in margine laterali, *parva ne ipſa eſt* miſeria? Immerito tamen; ſiquidem lectio noſtra concinnior eſt: & nomen, *miſeria* commode ſubintelligitur ex contextu.

Ceterum non amantem Deum in ſummam miſeriam impingere, liquet ex eo quod talis a bonorum omnium fonte recedat, vergatque proinde in centrum omnium malorum: iuxta illud Ierem. 2. v. 12. & 13. *Duo mala fecit populus meus; me dereliquerunt fontem aquae vivae, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quae continere non valent aquas*. Ex primo autem exitio mox, ſemper, & neceſſario poſterius ſequitur.

(c) *Sic dic, ut audiam*. = Loquere non quacumque, ſed efficaci gratia, cui non obſiſtimus. Ne ſim ex illis, de quibus Pſal. 57. 5. 35. 4. Matth. 13. 14. Sed ex aliis, de quibus Ioan. 8. 47. & 10. v. 2. 3. & 14. Imitatur autem Davidem Pſal. 84. 9. dicentem, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus &c.* Ne autem ſuſpicareris de corporis aure ipſum loquutum, ſubiungit, *Ecce aures cordis mei ante te Domine, aperi eas*: Quandoquidem monitum Davidis Pſal. 94. 8. alta tenebat mente: *Hodie ſi vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda veſtra*.

(d) *Moriar, ne moriar, ut eam videam*. = Locum hunc ita *Pherepoeus* dilucidare conatur. „Scio hic poſſe quaeri ὀξύμωρον: Quale eſt illud animae beatitudinem ſitientis: *morior, quia non morior*; Attamen ſuſpicarer ſic locum interpungendum: *Noli obſcondere a me faciem tuam. Moriar ne? moriar, ut eam videam*. Reſpicit nempe Auguſtinus ad hiſtoriam, quae extat Exodi 33. 17. & ſeqq. ubi Moſi gloriam, vel faciem Dei videre cupienti hoc editur reſponſum. *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & vivet*. Igitur poſtquam a Deo petiit, ne abſcondat ſibi faciem ſuam, illico ſubiicit: *Morior ne?* Si nimirum eam videam; remque ſecum reputans, tantique eſſe intelligens, ut propterea vitam amitteret, *morior*, inquit, ſi ita tibi videtur, ut eam videam.„

Atqui temere rotundis quadrata mutare dedecet: Ei autem interpunctioni omnes codices tum editi, tum MSS. repugnant. Item, cur tam nova, tamque violenta interpunctio, quum ea ſublata, naturalis, obvius, facilis propoſitioni ſenſus habeatur? Equidem haud inficiari volo, reſpicere Auguſtinum hiſtoriam Exodi 33. vel aliud ex pluribus Scripturae oraculis, quibus docetur nonniſi poſt mortem Deum bene videri; ſed quid inde? adhuc commode naturalis propoſitionis ſenſus habetur: videlicet: Divini vultus clare inſpiciendi tanto mentis impetu inflammor, ut quum ſciam illum vivis non exhiberi, ita affligor, & vexor,

ut

(1) Pſal. 31. v. 5.
(2) Pſal. 26. v. 12.
(3) Pſal. 129. v. 3.
(4) Matth. 7. 3.

ut pene morior qoia non morior. In quos divinos aestus cum iret & Serafica mater nostra Theresia: hoc sibi proposito Themate,

„ Vivo sin vivir en mi,
„ Y tan alta vida espero
„ Que muero, porque no muero,

tredecim casulis, quas traslatione strophas dicimus, hoc est, plurium versuum ligamenta, vel ligaturas, digessit, quarum primam, & postremam recitamus.

„ Aquesta divina union
„ Del amor, con que yo vivo
„ Haze a Dios ser mi caotivo
„ Y libre mi corazon:
„ Mas causa en mi tal passion
„ Ver à Dios mi prisionero
„ Que moero, porque no muero
„ . . . .
„ Llorarè mi muerte ya,
„ Y lamentarè mi vida
„ En tanto, que detenida
„ Por mis peccados està;
„ O mi Dios quando serà
„ Quando yo diga de vero
„ Que moero, porqoe no muero.

Qoae sic Italico idiomate diceremos.

„ Vivo senza vivere in me
„ E si alta vita spero
„ Che muojo perchè non muojo,
„ Questa divina unione
„ Dell' amor, con cui io vivo
„ Fa che Dio sia mio cattivo (o schiavo)
„ E fa libero il mio cuore
„ Mi causa una tal passione
„ Veder' Iddio mio prigioniero
„ Che moojo perchè non muojo
„ . . . .
„ Piangerò già la mia morte,
„ Con lamentar ancor mia vita:
„ In tanto che ritenuta
„ Per li miei peccati stà;
„ O mio Dio qoando sarà,
„ Che in dica davero,
„ Che muojo perchè non moojo,

Nisi forte mavis dicere, loqui Augustinum de stimulorum malorum interitu: quandoquidem Ioan. 12. 25. *Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam*. Rom. 8. 13. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis*. 1. Corinth. 9. 27. *Castigo corpus, meum, & in servitutem redigo &c.* Moriat humanitati meae, ne moriae spiritui: ut sic aliquando tandem faciem tuam videam.

(e) *Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis &c.* = Scopoli duo, in quos animae etiam religiosae non raro impingunt: Aot enim advertentiae defectu labuntur: aut conniventiae excessu maculas subditorum participant. Posteriorem scopulum diligenter caveant aut profani, aut saeri gregis pastores. Daliquit Israelis turba Numer. 25. ab initio: *Et fornicatus est populus cum filiabus Moab &c.* Vapulavere non populi cerdones, sed Principes: *Et iratus Dominus, ait ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis*. Consulant etiam cap. 4. Sapientiae. Quanquam non in rem hanc v. 13. Psal. 18. quo hic loquutus est exponat Augustinus suo loco, videlicet n. 14. Enarr. 1. ubi „ A cupiditatibus in me latentibus, „ munda me Domine. *Et ab alienis &c.* „ Ne seducar ab aliis. Neque enim alie„ nis capitur, qui est mundus a suis. „ Parce itaque ab alienis cupiditatibus „ &c.) Et enarr. 2. n. 13. „ Delicta, inquit, „ mea inquinant me, delicta aliena affli„ gunt me: ab his munda me, ab illis „ parce. Tolle mibi ex corde malam co„ gitationem, repelle a me malum sua„ sorem: hoc est; *Ab occultis meis &c.* „ Nam ista duo genera delictorum, pro„ pria simul, & aliena, etiam primitus „ in exordio claruerunt. Diabolus (1) „ suo delicto cecidit Adam (2) alieno de„ iecit &c.) Vide & in Psal. 39. n. 20.

Sed iuvat hic & Bellarmini Societatis Iesu Theologi praestantissimi expositionem recitare. „ Dixerat se custodire „ mandata Dei: corrigit se, atque exci„ pit peccata ex ignorantia, quae vix „ caveri possunt &c. Pulchre in Hebraeo „ legitur ad verbum, *Ignorantias quis „ intelligit?* ubi opponit ignorantism in„ telligentiae, demonstrare volens esse dif„ ficillimum cavere peccata, quae ex „ ignorantia committuntur. Quod sequi„ tur, *Et ab alienis parce servo tuo:* „ non significat ut Deus nobis ignoscat „ peccata aliena, ut vulgo hic locus ci„ tari solet, sed ut Deus custodiat nos „ a sodalitate perversorum hominum &c. „ Pro voce, *alienis*, habetur in He„ braeo. *Zedim*, quod superbos significat. „ S. Hie-

F

(1) Isaiae 14. 12.

(2) Gen. 3.

„ S. Hieronymus vertit, a *ſupeebis libera* „ *ſervum tuum*. Sed ſeptuaginta legerunt „ *Zarim*, non *Zedim*, ſignifieat autem, „ *Zarim*, alienos. Senſus eſt fere idem, „ niſi quod ſecundum Hebraeum, ut „ nunc ſe babet, ſignificatur liberatio ab „ uno genere malorum, id eſt a ſuper- „ bis: at ſecundum graecum textum, „ & veram hebraicam lectionem, ſigni- „ ficatur liberatio generalis ab omnibus „ perverſis amicis &c. „

Sed P. D. Auguſtinus Calmet Ordinis S. Benedicti Congregationis &c. ad eumdem locum praeter alia & haec habet, iuxta verſionem eruditi, & elegantis viri Ioannis Dominici Manſi, Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei, Lucenſis. „ Vel, *Ab occultis &c.* „ ea, quorum reus, vel particeps ali- „ qua ratione ſum; ea, quae non prohi- „ bui, cum poſſem, vel quorum cauſa „ in fratribus meis fui, vel malo vitae „ meae exemplo, vel inconſulta agendi „ ratione &c.) Et infra. „ Diſtinguuntur „ in Scriptura peccata ignorantiae, & „ peccata ſuperbiae. Illa errores ſunt, „ in quos incauti labimur interdum &c. „ ſuperbiae vero delicta ſunt, quae „ ſciens, & prudens per ſummam im- „ pudentiam audacter, & ſuperbe quis „ committit, nihil indignationem Domini „ veritus &c. „

Praecedentibus illis verbis, *Curram poſt vocem hanc &c.* Canticor. phraſim Auguſtinus imitatur: *Trahe me: poſt te curremus in odorem unguentorum tuorum*, cap. 1. 3. *Quis mihi det . . . ut inveniam te foris, & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat? Apprehendam te &c.*

(*f*) *Non iudicio contendo tecum, qui &c.* = Arcana phraſis divinis litteris admodum uſitata. Iob. cap. 9. v. 2. & 3. *Vere ſcio, quod ita ſit, & quod, non iuſtificetur homo compoſitus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit reſpondere unum pro mille*, Cap. 23. a v. 4. *Ponam cum eo iudicium, & os meum increpationibus, ut ſciam verba, quae mihi reſpondeat, & intelligam quid loquatur mihi. Nolo multa fortitudine contendat mecum &c.* Ierem. 2. a v. 29. *Quid vultis mecum iudicio contendere? omnes dereliquiſtis me &c.* Similia habentur Rom. 14. 22. Corinth. 1. cap. 4. a v. 3. Ad rei huius lucem obſervandum eſt quod habet S. D. in Pſal. 142. ad v. 2. *Et ne intres in iudicium &c.* n. 6. „ Qui, *inquit*, cum illo volunt intrare „ in iudicium, niſi qui ignorantes Dei „ Iuſtitiam, ſuam volunt conſtituere? „ Quid eſt quod ieiunavimus (1), & non „ vidiſti, defraudavimus animas noſtras, „ & neſciſti? Tanquam dicentes, Feci- „ mus quod iuſſiſti, quare non reddis „ quod promiſiſti? Reſpondet tibi Deus: „ Ut accipias quod promiſi, ego da- „ bo (2): ut faceres quare acciperes, „ ego dedi. Denique ſuperbis talibus „ loquitur Propheta (3): Quid vultis me- „ cum iudicio contendere? Omnes dere- „ liquiſtis me, dicit Dominus. Quid vul- „ tis mecum in iudicium intrare, & ve- „ ſtras iuſtitias commemorare? Comme- „ morate iuſtitias veſtras, ego novi faci- „ nora veſtra. Quomodo approbabo iu- „ ſtitiam, ubi damnabo ſuperbiam? &c.)

Ne mentiatur &c. = Loquitur ex v. 12. Pſal. 26. *Et mentita eſt iniquitas ſibi*. Quem Enarrat. 1, n. 12. ipſe S. D. ſic exponit; *Itaque iniquitas mendacio ſuo delectata eſt, Nam me non movit &c.* Et Enarr. 2, n. 21. ſub finem. „ Sibi, non mihi; ſibi ſemper mentiatur, „ mihi autem non mentiatur, Si tradi- „ deris me in animas tribulantium me, „ ideſt, ſi conſenſero voluntatibus eo- „ rum: iam non ſibi mentita erit iniqui- „ tas, ſed & mihi; ſi autem ſaeviant „ quantum voluerint &c. „



(1) Iſai 58. 3.

(2) Sic Bened. cum MSS. At editi, *ego dedi, ut faceres; quare acciperes, ego dedi*. Niſi quod Am. habet, *quare acciperes*.

(3) Ierem. 2. 29.

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

Vitae originem, & infantiae conditiones expendit; cui non tam Nutricis, vel Matris, quam Dei cura provisum est. Meditatur inde vitae humanae vertiginem, & Divinae constantiam.

I. SEd tamen sine me loqui apud misericordiam tuam, me terram, & cinerem [1]. Sine tamen loqui: quoniam ecce misericordia tua est, non homo irrisor meus, cui loquor. Et tu fortasse irrides me (*a*): sed conversus misereberis mei. Quid enim est, quod volo dicere, Domine Deus meus? nisi quia nescio, unde venerim huc (*b*), in istam dico vitam mortalem, an mortem vitalem, nescio (*c*). Et susceperunt me consolationes miserationum tuarum sicut audivi a Parentibus carnis meae, ex quo & in qua (*d*) formasti me in tempore; non enim ego memini. Exceperunt ergo me consolationes lactis humani. Nec Mater mea, vel nutrices meae, sibi ubera implebant; sed tu mihi per eas (*e*) dabas alimentum infantiae; secundum institutionem tuam, & divitias usque ad fundum rerum dispositas (*f*). Tu etiam mihi dabas nolle amplius, quam dabas; & nutrientibus me velle mihi dare, quod eis dabas. Dare enim mihi per ordinatum adfectum volebant, quo ex te abundabant. Nam bonum erat eis, bonum meum ex eis (*g*), quod ex eis non, sed per eas erat. Ex te quippe bona omnia, Deus; & ex Deo meo, salus mihi universa. Quod animadverti postmodum, clamante te mihi per haec ipsa, quae tribuis intus, & foris. Nam tunc sugere noram, & adquiescere delectationibus, flere autem offensiones carnis meae, nihil amplius (*h*).

II. Post haec, & ridere coepi (*i*), dormiens primo, deinde vigilans (*k*). Hoc enim de me mihi indicatum est, & credidi, quoniam sic videmus (*l*), & alios infantes; nam ista mea non memini. Et ecce paulatim sentiebam, ubi essem, & voluntates meas volebam ostendere eis, per quos implerentur, & non poteram, quia illae intus erant, foris autem illi, nec ullo suo sensu valebant introire in animam meam (*m*). Itaque iactabam membra, & voces, signa similia voluntatibus meis, pauca quae poteram, qualia poteram, non enim erant verosimilia. Et cum mihi non obtemperabatur, vel non intellecto, vel ne obesset, indignabar non subditis maioribus, & liberis non servientibus, & me de illis flendo vindicabam. Tales esse infantes didici, quos discere potui, & me talem fuisse magis mihi ipsi indicaverunt, non scientes, quam scientes nutritores mei.

III. Et ecce, infantia mea olim mortua est, & ego vivo (*n*). Tu autem Domine, qui & semper vivis, & nihil moritur in te, quoniam ante primordia saeculorum, & ante omne, quod vel ante

 dici

(1) Genes. 18. 27.

dici poteſt, tu es, & Deus es, Dominuſque omnium quae creaſti. Et apud te rerum omnium inſtabilium ſtant cauſſae, & rerum omnium mutabilium immutabiles manent origines (*o*): & omnium irrationabilium, & temporalium ſempiternae vivunt rationes. Dic mihi ſupplici tuo Deus, & miſericors miſero tuo, dic mihi, utrum alicui iam aetati meae mortuae ſuceeſſerit (*p*) infantia mea; an illa eſt, quam egi intra viſcera Matris meae? Nam, & de illa mihi nonnihil indicatum eſt, & praegnantes ipſe vidi feminas. Quid etiam ante hanc (*q*), dulcedo mea, Deus meus? Fui ne alicubi, aut aliquis? Nam quis mihi dicat iſta, non habeo, nec Pater, nec Mater potuerunt, nec aliorum experimentum, nec memoria mea. An irrides me iſta quaerentem, teque de hoc, quod novi, laudari a me iubes, & confiteri me tibi?

IV. Confiteor tibi, Domine caeli, & terrae, laudem dicens tibi de primordiis, & infantia mea, quae non memini, & dediſti ea homini ex aliis de ſe coniicere, & auctoritatibus etiam muliercularum multa de ſe credere. Eram enim, & vivebam etiam tunc, & ſigna, quibus ſenſa mea nota aliis facerem, iam in fine infantiae quaerebam. Unde hoc tale animal, niſi abs te Domine? An quiſquam ſe faciendi erit artifex? Aut ulla vena trahitur aliunde, qua eſſe, & vivere currat in nos, praeterquam quod tu facis nos, Domine, cui eſſe & vivere (*r*) non aliud atque aliud eſt: quia ſumme eſſe, atque ſumme vivere, idipſum es? Summus enim es, & non mutaris, neque peragitur in te hodiernus dies, & tamen in te peragitur, quia in te ſunt & iſta omnia. Non enim haberent vias tranſeundi, niſi contineres ea. Et quoniam anni tui non deficiunt (*s*), anni tui hodiernus dies? Et quam multi iam dies noſtri (*t*) & patrum noſtrorum, per hodiernum tuum tranſierunt, & ex illo acceperunt modos, & utcunque exſtiterunt, & tranſibunt adhuc alii, & accipient, & utcunque exſiſtent! Tu autem idem ipſe es: & omnia craſtina (*u*) atque ultra, omnia heſterna & retro, hodie facies, hodie feciſti. Quid ad me, ſi quis non intelligat? Gaudeat & ipſe, dicens: Quid eſt hoc (*x*)? Gaudeat etiam ſic; & amet non inveniendo invenire potius, quam inveniendo non invenire te.

(*a*) *Et tu fortaſſe irrides me.* = Adludit ad illud (vel ſimile, puta Pſal. 36. 13. Sap. 4. 18.) Pſal. 2. 4. *Qui habitat in caelis irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.* Quod ipſe n. 3. ſic exponit. „ Nihil horum tamen ſapere „ oportet carnaliter, quaſi aut buccis „ Deus irrideat, aut naſo ſubſannet: ſed „ ea vis accipienda eſt, quam dat ſanctis „ ſuis, ut futura cernentes ...... illos „ inania meditatos eſſe intelligant. Haec „ enim vis, qua iſta praeſcita ſunt, irriſio Dei eſt, & ſubſannatio. „

Hominum ergo quiſquilias irridet Deus, dum eas retegit. At neque hoc pacto Auguſtini pias quaeſtiones irriſiſſe arbitror; Praefatus enim, *ſine me loqui apud miſericordiam tuam me terram, & cinerem*, magnum Abraham imitatus fuerat, qui Geneſ. 18. 27. *Quia ſemel coepi, loquar ad Dominum meum, cum ſim pulvis, & cinis.* Quique aut graviſſimas quaeſtiones excitat; aut ſi quas leves: cur quaeſo? Ut Deum extollat, & ſeipſum deiiciat.

Addens vero, *ſed converſus, miſereberis mei*, Davidem imitatur, dicentem Pſal. 6. 5. *Convertere Domine, & eripe animam meam.* Et Pſal. 70. 20. *Et converſus, vivificaſti me.* Et Pſ. 84. 7. *Deus tu converſus, vivificabis nos.* Quod Ezechiel. 36. 9. & alibi habetur. Et id quidem dupliciter excipi poteſt; Aut quod Deus Auguſtino indulgeat, ipſius abiectione conſiderata: eſt enim pulvis, & cinis. Aut quod iudicii ſeveritatem deponat, ad inſignem ſui ipſius miſericordiam converſus. Unde Bellarminus in Pſal. 70. *Et converſus*, inquit, *ad miſericordiam &c.* & in 84. *Deus tu converſus*

ſui ad nos per depoſitionem irae, & reconciliationem &c.

(*b*) *Neſcio unde venerim huc.* = Non omnia ſerio: ſed pio ioco plura ab Auguſtino in his Confeſſionibus diſputari manifeſtum eſt. Anima hominis a Deo creata, & corpori in matris mox iuncta utero: in anteceſſum nullibi erat, niſi in Dei omnipotentia ea ratione, qua creaturae quaecumque.

Fuit qui animas noſtras Divinitatis ſomniaret eſſe portiunculas, ut Manichaeus, & alii. Effutiit autem Origenes ex antiquis Philoſophis animas longe ante in caelo creatas, culpis nonnullis fuiſſe a caelo diſiectas, ut in corporis ergaſtulo maculas contractas eluerent. De primo errore Auguſtinus Lib. 2. de Moribus Manichaeorum circa finem. Epiſt. ad Hieronymum, olim 28. nunc 166. Lib. 7. de Gen. ad Litt. ab initio. Lib. contra Mendacium ad Conſentium, poſt initium, & Lib. ad Oroſium contra Priſcillianiſtas, & Origeniſtas initio. De altero ſomnio Lib. 6. de Gen. ad Litt. circa med & Lib. 11. de Civit. Dei, c. 23. Oroſius item in Commonitorio, ſeu Conſultatione ad ipſum, circa med.

Sed iuvat Hieronymi verba exſeribere Epiſt. inter Auguſtinianas 165. (olim 17) ad Marcellinum, & Anapſychiam, n. t. „ Super animae ſtatu memini veſtrae quaeſtiunculae, immo maximae „ eccleſiaſticae quaeſtionis; Utrum lapſa „ de caelo ſit, ut Phythagoras philoſophus, omneſque Platonici, & Origenes putant: An a propria Dei ſubſtantia, ut Stoici, Manichaeus, & Hiſpana Priſcilliani haereſis ſuſpicantur. „ An in theſauro habeantur Dei, olim „ conditae, ut quidam Eccleſiaſtici ſtulta „ perſuaſione confidunt. An quotidie a „ Deo fiant, & mittantur in corpora, „ ſecundum illud, quod in Evangelio „ ſcriptum eſt, (1) *Pater meus uſque „ modo operatur, & ego operor:* An certe ex traduce, ut Tertullianus, Apollinaris, & maxima pars Occidentalium „ autumant; ut quomodo corpus ex corpore, ſic anima naſcatur ex anima, „ & ſimili cum brutis animantibus conditione ſubſiſtat. „

(*c*) *In iſtam dico vitam mortalem, an mortem vitalem, neſcio.* = Sequimur Benedictinos: qui in imo margine haec admonent. „ Ita MSS. fere omnes, & editio, „ per Antonium Arnaldum Doctorem „ Sorbonicum adornata, ubi verbum, „ *neſcio*, refertur ad ſuperiorem ſententiam: *Unde venerim huc*; qua ſe Auguſtinus ſignificat, circa animae originem fluctuare. At Bad. Am & Er. habent: *in iſtam dico mortalem vitam: „ mortalem dicam vitam, an mortem vitalem neſcio.* Quam lectionem Lovanienſes ad trium MSS. fidem ſic mutarunt: *in iſtam dicam mortalem vitam, „ an mortem vitalem, neſcio.*) Nobiſcum ſunt etiam MS. Ricardi. 3. S. Crucis. totidem Medicei, & MS. Feſul. At unus Mediceus, & editio Sommalii Lovanienſibus ſuffragantur. Nulla tamen lectio contemnenda eſt. Niſi quod media per paraphraſim reddita videtur.

Dubitat autem Auguſtinus hoc pacto, ut humanae vitae admodum caducas conditiones exaggeret: quae tales ſunt, ut videatur, non tam mortem vitae, quam vitam morti adceſſiſſe. Adeo nempe ubique mortis cauſſae, umbrae, & imagines. Quod & Pagani agnovere, & deplurarunt. Homerus:

„ Non homine eſt animal certe infe-
„ licius ullum
„ Quod thellure ſuper ſpiret, &
„ inambulet ipſe.

Herodotus (2) apud Stobaeum: *Homo nihil omnino, quam ipſa calamitas.* Euripides (3) Anaxagorae diſcipulus in Tragaedia:

„ Lugere natum nos par eſt infantulum
„ Nam gignitur in aerumnis quam
„ plurimis
„ Qui & cogitur luſus, Tribumque
„ linquere
„ Quid ergo praeſens contulit mor-
„ talibus
„ Haec vita, vel lux iſta infantulo?

Similia apud Tullium 1. Tuſculan. Seneca vero in omni propemodum operum ſuorum pagina. Et ipſe Auguſtinus Lib. 21. de Civit. Dei, cap. 14. „ Quis „ autem non exhorreat, & mori eligat, ſi „ ei proponatur, aut mors perpetienda, „ aut rurſus infantia? Quae quidem quod „ non a riſu, ſed a fletu orditur hanc „ lucem, quid malorum ingreſſa ſit, „ neſciens prophetat quodam modo.)

Cui

(1) Ioan. 5. 17.
(2) Floruit ante Chriſt. ann. 447. Graecorum hiſtoricorum, qui etiam nunc extant, vetuſtiſſimus.
(3) Quem in Macedonia apud Archelaum Regem exiſtentem, a coena redeuntem a canibus per aemulum Promerum immiſſis laceratum tradunt Aulus Gellius L. 15. c. 20. Valer. Maximus L. 9. c. 12. & alii. Floruit ante Chr. an. 445.

Cui praelufit Seneca Lib. de Confolatione ad Polybium, cap. 23. ubi quum terras humanae vitae fcenas pinxiffet, fubfumit. *Non vides qualem vitam nobis rerum natura promifeeit, quae primum nafcentium omnen fletum effe voluit?* Et Lib. de Confolatione ad Marciam, cap. 11. in fine: *A fletu vitam nafpitatam &c.* Quibus fimilia dixerant & alii, ut utroque loco obfervat Iuftus Lipfius, vir in eruditione, maxime profana celebris.

(*d*) *Ex quo*, *& in qua &c.* = Ita Benedictini, qui inquiunt. „ Apud Bad. „ Am. Er. Lov. *ex qua*, *& in qua*. Ve„ rius porro in MSS. & in editione An„ tonii Arn. pro defignando utroque pa„ rente, *ex quo*, *& in qua*.) Ita pariter 3. MSS. S. Cr. 2. Med. unus S. Mar. & Ricar. nec non editio Som. Quanquam Vet. MSS. 2. Med. Car. Fef. & unus S. Mar. nobis adverfentur. Tertius vero S. Mar. aequivocam hic manum habuit. Optime vero noftra lectione uterque parens defignatur: filius enim ex patre eft, in utero autem matris formatur; maxime fi Ariftotelis, S. Thomae, aliorumque plurium Philofophorum, & Medicorum fententia vera fit, patrem nempe *active*, ut loquuntur, matrem *paffive* filios gignere.

Nifi forte Auguftinus non parentes, fed carnem intueatur; ex qua, & in qua formatur hominis corpus. Aut etiam utrumque, parentes, & carnem: fed hanc proxime: illos oblique: ut fit fenfus; ex qua, & in qua parentum carne me quoad corpus formafti.

Iam vero ad quidquam de Auguftini nativitate, & familia dicendum ipfius S. Doctoris fermo nos provocat. Vix autem alia eft, ut Graeci loquuntur, Genealogia, quae tot abundet fcopulis, quaeque tam variis, & ftupendis fabulis corrupta foedata fit, ut Auguftiniana. Nobis hic, brevitatis caufsa, propofitum eft errores praeterire: & vera, aut fcilicet certa, aut graviffimis innixa momentis exhibere.

I. Natus eft Auguftinus an. Domini 354. die 13. Novembris. In Praefat. enim Lib. de Vita Beata, n. 6. *Idibus Novembris mihi natalis dies erat*. Eodem die, aut certe tempore natum in Britannia Pelagium gratiae hoftem, cuius impios conatus retundere debebat Auguftinus, ac frangere ex Bafila tradunt paffim Auguftinenfes Scriptores. Quibus non poffumus ine luctabili momento aut favere, aut obfiftere.

II. Parentes Auguftini, Monnica, & Patritius: patria autem Tagafte, vel Tagafthe: de qua in Novo Lexicon Geographico Philippi Ferrarii, & Michaelis Antonii &c. haec dicuntur. „ Tagafte, Tagaftha „ D. Paulino, Tagaftenfe oppidum Plinio, „ *Tagafta* etiam num, urbs Africae ad„ huc Epifc. inter Hipponem Regium ad „ Boream, & Siccam Veneriam in meri„ diem, 54. m. p. De qua D. Augufti„ nus.) Et iterum. „ *Tagafte urbs Africae, in Numidia, alias clara natalibus D. Auguftini, nunc paucis admodum conftat incolis; eftque in mediterraneis, in regno Algerii, & provincia Conftantina.*

III. Nonnifi fratrem, cui nomen, Navigius, & fororem, cuius latet nomen Auguftino adferere poffumus. Uterque coniugalem vitam amplexus eft. Haec viri obitu foluta, & facta Chrifti fponfa, religiofis feminis praefecta eft. Ille prolem, faltem femineam reliquit. Quae ex hifce Auguftini, & Poffidii teftimoniis deduximus. Lib. 9. huius operis, cap. 11. n. 1. (1) *Frater autem meus quiddam loquutus eft, quo &c.* In Praefat. Lib. de Vita Beata, fub finem, feu n. 6. *Erant autem ..... in primis noftra mater &c. Navigius frater meus &c.* Poffidius in Vita (2), cap. 26. initio. „ Feminarum „ intra domum eius nulla unquam con„ verfata eft, nulla manfit, ne quidem „ germana foror, quae vidua Deo fer„ viens multo tempore ufque in diem „ obitus fui praepofita ancillarum Dei „ vixit. Sed nec (3) patrui fui filiae, & „ fratris fui filiae, quae pariter Deo fer„ viebant &c.) Verum nifi alterum fratrem Auguftino concedamus, dicere cogimur, Navigium & mafculinam pofteritatem reliquiffe; haec enim habet S. D. Serm. 356. (Olim, de Diverfis 50.) de vita, & moribus Clericorum fuorum 2. n. 3. „ Omnes fratres, & clericos meos, „ qui mecum habitant, presbyteros, dia„ conos, fubdiaconos, & Patricium ne„ potem meum &c. Valens diaconus, & „ paulo ante dictus nepos meus fubdiaco„ nus; fed matris vita impediebat, quia „ inde vivebat &c. Adhuc autem mancipia „ funt ei fimiliter cum fratre communia „ &c. Ad ipfum fane, quia maior eft, „ pertinet divifio: & ad fratrem eius ele„ ctio. Et ipfe frater eius Deo fervit, „ fubdiaconus eft, &c. Nepos autem me„ us ex quo converfus eft, & mecum „ effe coepit impediebatur & ipfe aliquid „ de agellulis fuis agere invita (4) ufufructuaria

(1) V. l. 9. c. 11. A.
(2) Poft Append. t. 10.
(3) Nonnulli MSS. [inquiunt Benedictini] non habent, *patrui fui filiae, &c.*
(4) MSS. *Ufu fructuario matris fuae:* omiffa voce *invita*.

„ ctuaria matre sua, quae hoc anno de-„ functa est, Inter ipsum, & sorores (1) „ eius &c.) Videtur autem dicendum, primo Augustinum, inde sororem: & tandem Navigium Monnicam genuisse. A qua opinione non videntur abhorrere Bollandistae t. 1. mensis Maii ad diem 4. in Appendice. Certe in familia Monnicae, & Patritii ita eminet Augustinus, maxime cum generis propagationi destinaretur, ut saltem ex masculis maior censeri omnino debeat. Novimus etiam Augustini consanguineum *Severinum* nomine, quem dum conatur Epist. 52. (Olim, 170.) scripta forte circa an. 400. a Donatistarum conventiculis revocare, ita loquitur n. 1. *Cogitavi enim non sine caussa hoc exortum esse in animo tuo, ut recaleres consanguinitatem nostram &c. ut qui secundum carnem fratres sumus &c.* Et n. 4. *Quid enim prodest vel salus, vel consanguinitas temporalis, si aeternam Christi hereditatem, salutemque perpetuam in nostra cognatione contemnimus?* Vide infra l. 9. c. 8. E.

IV. Universa Augustini familia insigni ingenio praedita fuit: ut enim Monnicam matrem, Navigium fratrem, & Adeodatum filium, de quibus infra opportunis locis, praeteream. Lastidianus, & Rusticos egregii illi disputatores, quos Augustinus in Lib. de Vita Beata colloquutores habuit, consobrini erant, eodem S. Doctore teste in Praefat. eius Lib. n. 6. nempe sub finem. *Erant autem &c. nec Lastidianum* (2), *& Rusticum consobrinos meos . . . . deesse volui.*

V. Quale autem Augustini genus? eximium ne, quod passim nobile dicimus? Dubitant Bollandistae ad diem 28. Augusti: Dissimulant quaestionem in vita Benedictini Patres: inficiantur vero alibi (3); Ad verba enim Serm. 21. ad Fratres in Eremo de triplici genere Monachorum in Aegypto, ante med. *Nam consanguineos haben, & nobiles se dicere non erubescunt.* Haec in laterali margine habent. „ Augustinus Ser. 356. n. 13. dicit se „ non de nobilibus, sed *de pauperibus* „ *natum*, Et L. 2. Conf. c. 3. *Filium* „ *municipis Tagastensis admodum tenuis.*) Concedunt autem Ioannes Baptista Melgarus Canonicus Regularis, Nevus, Rivius, Ribadeneira, Ioannes Ioseph Renatus: aliique passim Augustinianae vitae Scriptores. Quibus adstipulari placuit non obsequio, & genio, sed momentis, quae statim proferam, non contemnendis. I. Inquit Possidius in Vita (4), initio cap. 1. *De numero Curialium parentibus &c.* Benedictini autem Lib. 1. Vitae, cap. 1. n. 4. „ *Honestis eum prognatum parentibus tradit Possidius de Curialium numero, hoc est eorum, qui in Municipiis curiae officium administrabant, & munia procurabant civilia.* Observant etiam Bollandistae, nec contradicunt, nedum Ioannem Rivium Lib. 1. Vitae, cap. 1. paragr. 2. sed & alios passim recentiores historicos tradere Curiales fuisse eos, qui curiae ministrabant officium, & civilia munia procurabant, ita ut in Municipiis illi vocarentur Curiales, qui Romae, & in Coloniis Senatores appellabantur. Mirum autem si omnia haec nullum indocebant splendorem, & ignobilibus congruebant. Alterum ex momentis, quibus ea opinio fulciri potest, ex Monnicae familia desumitur. Infra L. 9. c. 8. n. 2. *Ubi tunc sagax anus? &c. Absente patre, & matre, & nutritoribus &c. Ancilla enim, cum qua solebat adcedere ad cuppam &c.* En habes in Monnicae domo anum decrepitam, Nutritores, & ancillam ab illis diversam; & tamen non omnes famulas prodidit, sed eas, quas pie historiae ratio volebat. Feminis, autem quis, nisi stupidus, aut lividus parem famulorum copiam non addet, aut masculorum obsequio, aut exterarum rerum expeditioni destinatorum? III. Quid quod Monnica familiaris amicitiae foedere Matronis iungebatur? *Denique cum Matronae multae &c. inter amica colloquia &c. haec earum linguam, veluti per iocum graviter admonens &c.* L. 9. c. 9. n. 3. *Matrona* autem nedum coniugatam, sed & nobilem feminam, *Dama*, significare solet (5): *Senserat hoc olim magni matrona tonantis.* Ovidius L. 2. Metam. *Opulentae, optimates, matronae.* Cic. L. 2. fam. ep. 6. IV. Nunc ad Patritium, ut inde ad integram Augustini domum veniamus. Dic autem mihi, an Monnica nobilis generis, egregiae indolis, floridae aetatis, naturae, & gratiae dotibus dives puella Patritio provectioris forte, ut licet ex Confessionibus hisce suspicari aetatis, & certe ferocis naturae superstitiosae, ethnicae religionis homini desponsata sit, a quo saltem natalium splendore non vinceretur? Porro S. D. infra L. 9. c. 9. n. 1. haec narrat,

(1) Sic MSS. & Aquisgran. conc. At editi, *& sororem eius.*

(2) In MSS. prope omnibus habetur, *Lartidianum.*

(3) In Appendice t. 8.

(4) Post Append. t. 10.

(5) Ita ipse Aug. L. 22. de Civit. Dei, c. 8. n. 3. & l. 3. c. 17. n. 2.

rat. „ Socrum etiam ſuam primo ſuſor-„ ris malarum ancillarum adverſus ſe ir-„ ritatam ſic vicit obſequiis ... ut illa „ ultro filio ſuo medias linguas famula-„ rum proderet &c. Itaque poſteaquam „ ille proditas ad prudentis arbitrium „ verberibus coercuit, promiſit illa talia „ de ſe praemia de ſe ſperare debere „ quaecumque de ſua nuru &c.) En ha-bes famulas zizaniae parentes flagellis ex-ceptas, & alias, quae earum exemplo a ſuſurri peſte arcerentur. V. Ex ſaepe obſervandis infra conſtabit homines longe nobiliſſimos cum Monnica, maxime vero cum Auguſtino arctiſſimis amicitiae vincu-lis iunctos. VI. Duo ex Auguſtino certa ſunt, Licentium diſertum poetam filium fuiſſe Romaniani, hone vero ſtirpis ori-gine, & opum copia clariſſimum; Quid ergo, ſi oſtendero Auguſtinum Licentio conſanguinitate fuiſſe propinquum? In calce Epiſt. 26. (Olim. 39.) ſub finem metri ita Licentius Auguſtinum adloquitur:

„ Sed non praetereo, quod ab una „ exſorgimus urbe
„ Quod domus una tolit, quod ſan-„ guine tangimur uno
„ Saeclorum, Chriſtiana fides conne-„ xuit &c.

Id & Benedictini obſervarunt Lib. 1. Vitae, cap. 1. n. 4. qui tamen ita di-ſputant. „ Licentius denique filii Roma-„ niani illius civis Thagaſtenſis genere, „ atque opibus inſignis ſe eadem, qua „ Auguſtinus ſtirpe prognatum videtur „ innuere. At Paulinus uno, eodemque „ loco ſcribit, Alypium Licentii fratrem „ eſſe conſortio ſanguinis, Auguſtinum „ vero eiusdem in ſcientiis magiſtrum, „ & ingenii ſatorem exſiſtere. Quamo-„ brem Licentius adoleſcens, quo impen-„ ſius praeceptori adblandiretur, poetica „ licentia loquutus videri poteſt, quo „ nonnumquam unius urbis cives uno „ ſanguine prognati dicuntur.) Verba Paulini (1) Epiſt. 32. (Olim 36.) ad Romanianum ſub finem, haec ſunt.

„ Frater Alypius eſt, Auguſtinuſque „ magiſter
„ Sanguinis hic conſors, hic ſator „ ingenii
„ Tanto fratre vales, & praeceptore „ Licenti
„ Et dubitas pennis talibus aſtra „ ſequi?

Verum in doctiſſimorum Patrum ſu-ſpicionem ire non poſſumus hiſce momen-tis. Licentius non utcumque conſangoini-tatem exhibet, ſed veluti mutui amoris parentem, quam nempe conſiderantes, debeant ſe mutuo diligere, *ſed non prae-tereo &c.* non igitur poetica libertate am-plificat: haec enim amorem ſequi poteſt, non inducere. Item, diſtinguit patriam a ſanguine. *Quod ab una &c. Quod domus una &c. Quod ſanguine &c.* Quid quod pugna illa Licentii inter, & Paulini ver-ba commode tolli poteſt? Videlicet ſi dicatur, Alypium proxime, Auguſtinum a longe Licentii ſanguinem adtigiſſe; nec forte citra myſterium eſt Licentii phraſis, *ſanguine tangimur uno*: non dixit, longi-mur, ſed, *tangimur*; quae ſe tangunt, non proprie iuncta, ſed confinia ſunt. Confinium ergo Auguſtini, & Licentii ſan-guinem inter fuit. Quod duobus modis exponi poteſt: Aut nempe ita ut eorum conſanguinei matrimonio iuncti eſſent; Aut quod ad eamdem ſpectarent fami-liam, ſeu ab eodem venirent ſtipite (dal-lo ſteſſo caſato, o ceppo) admodum vero *n* gradibus illis deducti, & ſemoti, qui abſolutam conſanguinitatem ſervant, inhibentque matrimonium; Qui etiam nunc affines utcumque, & adtinentes appellari ſolent. (Affini, Attinenti.) Haec au-tem conſanguinitas quum ſit admodum tenuis, & ſaepe omitti ſoleat: nil mi-rum ſi Paulinus Auguſtini magiſterium, quod ſaepe, nec immerito eidem conſan-guinitati praeponderat, maxime quum ad-modum proxima Alypii conſanguinitas commendari deberet, Licentio inculcavit. Ceterum Alypium conſanguineum fuiſſe Romaniani nedum ex Paulino, ſed ex ipſo quoque Auguſtino habemus, qui Epiſt. ad eumdem Paulinum 27. (Olim, 32.) n. 5. haec habet. „ Eſt etiam aliud, „ quo iſtum fratrem amplius diligas: „ (*Romanianum*) nam eſt cognatus ve-„ nerabilis, & vere beati epiſcopi Aly-„ pii, quem toto pectore amplecteris, & „ merito &c.) Nobiliſſimum etiam Aly-pii genus alia via detegitur, immo teſti-monio patentiſſimo proditur, inquit enim S. D. infra Lib. 6. cap. 7. poſt initium: *Quorum Alypius ex eadem qua ego &c. parentibus primatibus municipalibus.* Nunc vero inſignem ad rem praeſentem conie-cturam proderem, niſi metaphora eam prorſus tolleret. Scribens Hieronymus Alypio, & Auguſtino (2) Epiſt. inter Auguſt. 202. (Olim 24.) ſub finem, haec

(1) Scripta an. 396.

(2) Anno exeunte 419.

haec habet: *Neptis veſtra Paula miſerabiliter precatur, ut memores eius ſitis, & multum vos ſalutat*. Si cummunis neptis Alypio, & Auguſtino fuit: ipſi ergo ſanguine utcumque invicem iuncti erant. At Hieronymus pia metaphora loquitur: & neptem dicit, ut filias paullo ante nominaverat; Erat autem illa Paula iunior, Laetae & Toxotii filia, Euſtochii neptis.

VI. Quanquam autem is eſſet Auguſtini generis ſplendor; non tamen par erat divitiarum copia, & dominii amplitudo: unde iam epiſcopus, toto ſpectante populo inſigni modeſtiae exemplo ferm. 356. (Alias, de Diverſis 50.) de Vita, & Moribus Clericorum 2. n. 13. praedicabat „ Nolo talia offerat ſanctitas veſtra, quibus ego ſolus quaſi decentius utar; offerat mihi verbi gratia byrrhum pretioſum: forte decet Epiſcopum, quamvis non deceat Auguſtinum, ideſt hominem pauperem de pauperibus natum. „] Quae tamen, ſicut & ſimilia Lib. 2. huius operis, cap. 3. non adeo preſſe excipienda ſunt, ſed quidquam daudum tam religioſi hominis inſigni modeſtiae. Nec prorſus arbitrio, ſed iuſtis coniecturis, ex Auguſtini hiſtoria deductis, ſuſpicari poſſumus, humana Patricii, & divina Municae liberalitate pinguem, & copioſum cenſum tenuem factum, ac diſſipatum. Utut autem ea res ſe habuerit; paupertas in Auguſtini hypotheſi pro eo quod minuat, auget natalium ſplendorem; Si enim eius familia tot magnatum amicitia decorabatur; ſi in eius domo tot perſonae famulabantur: ſanguinis claritas aeris defectum ſupplebat; nempe, ex famulorum multitudine, aut acs, aut nobilitatem, aut utrumque deducimus; inſignis ergo debebat eſſe Auguſtinianae familiae nobilitas, quae licet ita depauperata ſervorum haud modicum adparatum retinuit.

VII. Quid vero de Auguſtini altero nomine? Vix natus, an inde ex aliquo triumpho *Aurelius* appellatus eſt? Lodovicus ab Angelis Lib. 5. de Vita, & laudibus S. Doctoris, cap. 14. fortiſſimis de Auguſtini in Pelagianos certaminibus, atque de Gallorum, aequivocationibus deceptorum tumultibus agens, haec ſcribit: *Per hoc temporis, ut puto, titulo Aureliano donatus eſt Auguſtinus, & optimo iure, ut magis in urbe nominaretur &c.* Qui etiam, ut alii Auguſtinenſes ſcriptores, plures eius vocis aetymologias, & arcana ediſſerit. *Deſiderius Eraſmus* epiſt. ad Alfonſum Fonſecam Archiepiſcopum Toletanum, poſt initium „ Quid enim habet orbis Chriſtianus hoc ſcriptore vel „ magis aureum, vel auguſtius? ut ipſa „ vocabula nequaquam fortuito, ſed nu„ minis providentia videantur indita viro, „ Auro ſapientiae nihil precioſus: ful„ gore eloquentiae cum ſapientia co„ niunctae nihil mirabilius. „] Denique Benedictini Patres Lib. 1. Vitae, cap. 1. n, 3. „ Cum celebrari per or„ bem coepit, iam tum eidem erat „ praenomen Aurelio; quod profecto il„ le, ſive id infans acceperat ipſis ab „ incunabulis, ſive poſt vitae, doctri„ naeque merito ſanctus Doctor ade„ ptus erat, ſemper retinuit. Nam hoc „ ipſum praenomine Paulus Oroſius in „ ſuae hiſtoriae *ad Aurelium Auguſtinum* „ inſcriptione inſignivit. Eodem illum „ exornavit ipſius fere aequalis Claudia„ nus Mamertus (1), eodem venerabilis „ Beda (2); eodem praeclara quaeque, & „ antiquiora opuſcolorum ipſius viſa no„ bis volumina decorant augentque Au„ guſtinum. „

Et haec de Auguſtini genealogia; De qua tamen in huius decurſu operis iterum, & quidem ſaepe opportunis occaſionibus; maxime lib. 9. a c. 8.

(*e*) *Tu mihi per eas &c.* = Id in quocumque beneficio verum eſt; at maxime in lactis, quod a matris, vel nutricis voluntate non pendet. Unde addit inferius: *quod non ex eis, ſed per eas erat*. In hanc rem facit illud inſignis feminae, matris Machabaeorum, *Neſcio qualiter in utero meo appacuiſtis: neque enim ego ſpiritum, & animam donavi vobis; & vitam, & ſingulorum membra non ego ipſa compegi*. Machab. Lib. 2. c. 7. v. 22. Quod Tullius ſola natura duce deprehendit inquiens in Somnio Scipionis: *Deus eſt qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui regit, & moderatur*.

(*f*) *Et divitias uſque ad fundum rerum diſpoſitas*. = Henricus Wangnereck hanc ad locum iſtum notulam habet „ Ideſt poſtremam, & infimam „ creaturam, quae ſit veluti fundum „ univerſi; in omnibus enim, etiam mi„ nimis ſapientiam, & divitias potentiae „ ſuae

(1) De Statu an. l. c. 10.

(2) In Vita S. Cuthb.

,, ſuae magnus Daus oſtendit, ,,] Minime arridet, quod nimis abſtracta, vel indefinita ſit, & ab Auguſtini propoſito exorbitet.

Dicit ergo Auguſtinus Dei inſtitutionem, atque divitias uſque ad rerum fundum diſpoſitas, quia tranſcendit, Deus, inſtituit, regit, & movet ultimas rerum particulas, & differentias; Neque enim matrem, infantemque ſolum conſervat: ſed & matri lac donat lac fovet, & in curſum agit: ut infanti propinetur; Infanti autem artem indulget ſurbandi; Lacti virtutem, qua alat &c. iuxta dicta commentario praecedenti.

Quod ſi mavis de univerſi fundo Auguſtinum loquutum credere, aliud longe nobilius ila verbis implicatum arcanum ſuſpicari poteris: Auguſtinum videlicet de terrae centro dicere, ubi reprobi angeli, hominesque torquentur; & ibi enim Divinae elementiae elucere divitias, quod damnatorum culpis debita poena minuatur; ſicut in Empyreo quod Beatorum meritis reſpondens gloria augeatur, pia, & graviſſima eſt plurimorum Theologorum ſententia. Vide Magiſtrum ſententiarum in 4. diſp. 46. Vegam q. 5. de iuſtificatione, ad 2. Sales diſp. 15. ſect. 9. n. 61. contra Antiſiodurens. lib. 1. ſummae, c. 15. q. 2. Adamum Tannerum Ieſuitam t. 2. diſput. 4. de peccatis, quaeſt. 10. dub. 3. circa finem, ideſt n. 66.

I. Anne etiam Divinae elementiae divitiae uſque ad fundum rerum pertingunt, quod etſi reprobi damnati homines nunquam prorſus a gehenna liberentur, interdum tamen reſpirare permittantur? Ab huiuſmodi enim ſententia Auguſtinus minime abhorruit, ſi Dionyſio Petavio Ieſuitae credimus, qui Theologiae Dogmat. t. 3. lib. 3. de Angelis c. 8. de aeternis damnatorum ſuppliciis, n. 16. haec habet ,, Quanquam ,, in Enchiridio damnatorum animas, ,, etſi non omnino a poenarum aeter- ,, nitate ſolvantur, ſublevari tamen ,, iſtis vivorum auxiliis, eorumque mi- ,, tigari ſupplicia credit. *Cum ergo ſa-* ,, *crificia ſive altaris, ſive quorumcum-* ,, *que eleemoſynarum*, ait, *pro baptiza-* ,, *tis defunctis omnibus offerantur, pro* ,, *valde bonis, gratiarum actiones ſunt;* ,, *pro non valde malis propitiationes ſunt;* ,, *pro valde malis, etſi nulla ſunt adiu-* ,, *menta mortuorum, qualeſcumque vivo-* ,, *rum conſolationes ſunt. Quibus autem* ,, *proſunt, aut ad hoc proſunt, ut ſit* ,, *plena remiſſio: aut certe tolerabilior* ,, *fiat ipſa damnatio*. Et in cap. 112. ,, de hoc Pſalmi ſeptuageſimi ſeptimi ,, verſu agens; *Non enim obliviſcetur* ,, *miſereri Deus, aut continebit in ira* ,, *ſua miſericordias ſuas*; ſic eum in- ,, terpretari vetat, ut damnatos e poe- ,, nis eximi aliquando putemus; conce- ,, dit autem, ut mitigari aliquantum ,, eas arbitremur. *Sed poenas*, ait, *dam-* ,, *natorum certis temporum intervallis* ,, *exiſtiment, ſi hoc eis placet, aliquate-* ,, *nus mitigari. Etiam ſic quippe intel-* ,, *ligi poteſt manere in illis ira Dei,* ,, *hoc eſt ipſa damnatio. Haec enim* ,, *vocatur ira Dei, non divini animi* ,, *perturbatio: ut ira ſua, hoc eſt ma-* ,, *nente ira ſua, non tamen contineat* ,, *miſerationes ſuas, non aeternae ſuppli-* ,, *cia finem dando, ſed levamen adhiben-* ,, *do, vel interponendo cruciatibus*. Ab ,, hac opinione non videtur abhorrere ,, Chryſoſtomus &c. ,,] Additis vero Auguſtino Ioanne Chryſoſtomo, Ioanne Damaſceno, & Aurelio Prudentio poeta; caput, & librum hiſce verbis concludit ,, De hac damnatorum ſaltem ,, hominum reſpiratione, nihil adhuc ,, certi decretum eſt ab Eccleſia catho- ,, lica: ut propterea non temere tan- ,, quam abſurda, ſit explodenda ſan- ,, ctiſſimorum Patrum haec opinio: ,, quamvis a communi ſenſu catholico- ,, rum hoc tempore ſit aliena. Et ve- ,, ro maximum adverſus illam praeiudi- ,, cium eſt, quod nunquam Eccleſia pro ,, damnatis orare conſuevit &c.

At Petavius hocce in iudicio valide impugnatur a P. Ioanne Vincentio Patuzzi ordinis Praedicat. pii, & ſagacis ingenii theologo: De futuro impiorum ſtatu Lib. 3. adverſus nuperos Origeniſtas cap. 12. a n. 7. cuius haec ſunt verba n. 11. ,, At enim vero nimium pro- ,, clivis fuit Petavius in ea opinione aſ- ,, figenda laudatis ab ipſo Patribus, cum ,, citra vim ullam ab ea vindicari poſ- ,, ſint, eorumque verba in catholico ,, ſenſu explicari. Quod attinet ad prio- ,, rem Auguſtini locum, ſomniculoſe ,, nimium, & oſcitanter eum legiſſe vi- ,, detur Petavius,) Reſponſionis ſumma, circa Auguſtinum, de quo tantum hoc loco ad nos, eſt huiusmodi. Valde boni ſunt, qui omni a macula liberi, ad caeleſtem patriam convolarunt. Non valde mali, qui nulla inquinati gravi culpa, in igne, qui vulgo purgatorius dicitur, delent aut levia, aut gravia quoad rationem culpae, non quoad poenae reatum in vita condonata. Valde ma-

mali autem sunt, qui cum lethali adhuc vigente culpa occubuere. Damnatio autem, qua voce forte Petavius deceptus est, nunc aeternam, nunc temporalem designat. Cum vero cap. 112. Enchirid. aeterno igni destinatos Divina aliquoties misericordia tantillum respirare Augustinus concedit, non admodum seriu rem discutit, sed illam permittit, velut non manifeste haereticam, & inconcusso Ecclesiae iudicio contrariam. Cui responsioni suffragamur.

Ceterum his implicatum Petavium, virum equidem non adeo levis iudicii, satis mirari non possumus. Et quidem primus Augustini sermo adeo sese ubvius est, ut ad triplicem solutarum animarum designandum statum, earum nempe, quae in caelis triumphant: aliarum, quae loco medio superstites maculas eluunt: quarumdam tandem, quae aeternis vinculis mancipatae sunt, a lyppis iam, atque tonsoribus ceu proverbium adsumatur. Sempiterno autem igni destinatas paululum nonnunquam Divina clementia requiescere, velut opinionem non prorsus haereticam, non manifeste falsam, & quidem aegre, & coacte: ut videlicet a cavillationibus, & iurgiis de ignis, & inferorum aeternitate contendentium se expediret, permisisse Augustinum, disputationis scopus, sententiamque obsidentia verba satis demunstrant.
„ Frustra itaque nonnulli, immo quam„ plurimi aeternam damnatorum poe„ nam, & cruciatus sine intermissione „ perpetuos humano miserantur affectu, „ atque ita futurum esse non credunt „ &c. sed poenas damnatorum certis tem„ porum intervallis existiment, si hoc „ placet, aliquatenus mitigari &c. Ma„ nebit ergo sine fine mors illa perpetua „ damnaturum, idest alienatio a vita „ Dei, & omnibus erit ipsa communis, „ quaelibet (1) homines de varietate „ poenarum, de dolorum relevatione, „ vel intermissione pro suis humanis mo„ tibus suspicentur. Enchirid. c. 112., & 113. n. 29.

De rerum fundo alia ratione disputat Augustinus Lib. 21. contra Faustum Manich. cap. 5. ubi, idest ante med. alia inter haec habet: *Ecce hic in isto quasi fundo* (2) *infima universae creaturae adspicite animalia, quae volant, & natant, & gradiuntur, & repunt &c.*

(g) *Nam bonum erat eis bonum meum ex eis.* = Bonum erat eis lac bonum meum, quod a te bonorum omnium fonte mediis ipsis mihi veniebat. Bonum erat eis ipsum lac, tum ad ornatum, sicut in viris barba: tum ad sanitatem, copiae excessu praeciso. Bona lactis sumtio, qua nimio pondere deonerabantur.

Hanc autem praecedenti periodo, *Dare enim mihi per ordinatum &c.* ideo iunxit: quia ordinati adfectus est, primo sibimetipsi providere bonum, inde aliis communicare. Quod in moralibus potissimum Patres postulant: iuxta illud Psal. 49. a v. 16. *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas &c.*

Quod ex eis non, sed per &c. Ita BB. & nostri MSS. At plures editi: *quod non ex eis, sed per &c.*

Quod sequitur, *quae tribuis intus, & foris:* significat, vel dona naturae, & gratiae; vel potius iuxta sermonis scopum, exteriora obiecta, & mentis rationem; quae omnia divina liberalitas nobis indulsit.

(h) *Flere autem assensiones carnis meae nihil amplius.* = Infans nihil rationis compos nonnisi sensibilibus aut pellicitur, aut perturbatur; primo autem tot lutulentis, & malis humoribus scatet; & adeo facile tenello in corpusculo patitur, ut raro gestiat, libenter ploret. Unde Sapiens c. 7. v. 3. *Et ego natus ... primam vocem, similem omnibus emisi plorans, in involumentis nutritus sum.* Ad quod adludens quidam, cuiuslibet humanae aetatis tetras scenas metro pictuus, sic cantum orditus est:

„ Piange l' uom' infelice allorchè nasce
„ In questa valle di miserie piena
„ ...... E nato appena
„ Và prigionier tra le tenaci fasce.

Ex eo autem fletu, qui ex, a, & e, vulgo adparet contextus carmen illud processit. *Dicentes, E, vel, A, quotquot nascuntur ab Eva.* Quasi scilicet plorans infans Adamum, & Evam tot infortuniorum originis, & humani generis parentes vocet.

Cur autem adeo mox e matris utero egressus infans in ploratum, seu vagitum erumpit? Hieronymus Mercurialis Lib. 1. de Morbis puerorum, cap. 1. hanc rationem exhibet; quod nempe infans, qui in matris utero summo tepore, & tranquillitate fruebatur, egressus ab insueto aere vellicetur. Quod tamen non in humanae naturae dedecus, sed potius lau-

(1) Sic BB. cum MSS. At editi, *quamlibet.*

(2) Nonnulli MSS. *mundo infimo.*

laudrm vergere, merito observat Augustinus Steuchus Lib. 7. de Perenni Philosophia, cap. ultimo. Ideo enim Deus subtili, delicata pelle hominem ciuxit, ut eius spiritus, qui ad sublimia ferri debet minimum babeat gravaminis.

Sed & ex ipso fletu non onum infanti bonom adcedit. Cerebrum enim nimio humore foetum exsiecat, & tergit; *Lux* autem *sicca*, inquiebat olim Heraclitus, *anima sapientissima*. Lactis etiam copiam infantem opprimentem evacuat, & digerit. Unde Hyppoerates: *Homo edens, sine labore vivere non potest*. Et Aristoteles Lib. 7. Polit. c. ult. omnino ad rem praesentem: *Puerorum distentiones, atque ploratus qui in legibus prohibent, non recte faciunt, conferunt enim ad incrementum, cum sint quodammodo exercitationes corporum.*

(*i*) *Post haec & ridere coepi*. = Risum a fletu praecedi, manifestum est. Idque S. D. observat etiam Lib. 21. de Civit. Dei, eap. 14. ubi. „ Quae quidem (infantia) quod non a risu, sed „ a fletu orditur hanc lueem, qoid „ malorum ingressa sit, nesciens prophe„ tat quodam modo. Solum quando na„ tus est ferunt (1) risisse Zorostrem, „ nec ei boni aliquid monstrosus risus „ ille portendit: Nam magicarum ar„ tium fuisse perhibetur inventor: quae „ quidem illi nee ad praesentis vitae „ vanam felieitatem &c.) Et Plinius de Natura. „ Homineo: tantum nudum, & „ in nuda humo natali die abiicit ad va„ gitus statim, & ploratus: nullumque „ tot animalium aliud ad laerymas, & „ has protinus vitae prineipio. At her„ cule risus praecox, & celerrimus ante „ quadragesimum diem nulli datur.

Censeo tamen Zoroastris risum, talem in speciem, & similitudinem fuisse, non verum, & proprium; illi puta similem, quem innuit Aristoteles Lib. 3. de Partibus Animal. e. 10. inquiens: *Icta etiam traiecta praecordia in praeliis risum adtulisse proditum est*. Quanquam enim haud me fugiat, risum ab eodem Stagyrita, Sect. 35. problem. 6. diei; *Lapsus quidam, & fraudatio, qua tum in sede praecordiorum quis verberatur, videt*; Adhue (quidquid sit de illa definitione) praecordiorum agitatio illa suavis esse debet, & genio grata; cumque praelii ictu genita dura censeri debeat, & naturae inimiea: non potest nisi similitodinem risus indueere. Quod forte & Zoroastri nascenti, aliquo in praeeordiis incommodo puncto eontigit.

I. Quaeres tamen, cur haee ita se habeant: ot infans mox in fletum: nonnisi autem sero in risum erumpat?

℞. Binae eius quaesiti solutiones se offerunt. Physiea una: Metaphysiea altera. Infans enim primo tempore tot internis, externisque incommodis agitur, ut faeile deturbetur: nee insigni voluptate pellieiatur. Inde; Fletus, seu vagitus eaossae erassiores sunt, omnino materiam sapientes; Risus autem nonnihil elevatae, ad spiritus naturam adcedentes; quas infans nonnisi vel paululum depulsis quibus sopitur humoribos valee adtingere.

Lieet, oe quid dissimulem, qua ratione infantibus post quadraginta etiam dies, & si mavis etiam, post plures menses verus, & proprius risus competero possit, non video. Certe Augustinus, euius auctoritas humanas inter prima, & summa mihi est, nulla violentia de risus imagine expoui posset. Videlicet Aristoteles Lib. 3. de Partibus Animal. e. 10. ait: *Solus omnium animalium homo ridet*; Eique nollus, quod sciam, ex pertissimis naturae observatoribus reluctatur. Ex quo sequitur, risum bominis proprietatem esse. Quod mibi obseurum, dubiumque videtur, illud est. An proprietas hominis, prout a ceteris secernitur animalibus, in exereitio, vel, ut cum Schola loquar, in actu secundo insistere possit infantibus. Brevius; An nulla adhue adcedente rationis luce, verus, & proprius risus gigui possit.

Quod si a piis illis, quos *Ascetas* nominamus, quaeras, eur infans statim ploret, & sero rideat: Quia, audies, ad luctuum, non gaudiorum locum adcedit; Et consultum esse prorsus a risu abstinere; unde Salvatorem non semel flevisse, nunquam autem risisse Evangelica prodit historia. Hinc Folbertus episcopus Carnutensis, vel alius sub Augustini nomine Serm. 208. In festo Adsumt. B. Mariae (2) (Olim, de Sanctis, 35. & post in Appendice 83.) n. 9. seu post med. „ *Et quidem Dominum Iesum legimus doluisse. flevisse, ex itinere fatigatum fuisse &c. nunquam tamen legimus eum risisse &c.* Immo Redemtore praeciso, cuius verba quaecumqoe, & opera altis seatebant arcanis; In eaeca etiam infidelitate graves fuere viri nonnulli, qui alte adtendeotes detestabilem bumanae conversationis vafritiem, & praesentis vitae aerumnarum pertaesi, in risum nuuquam eruperint: quod de Ana-

xa-

(1) Plinius L. 7. c. 16.

(2) T. 5. in Appendice.

xagora, & Aristophane refert Elianus, & ex Aristide Photius de Pericle Atheniense. Iolius Saturninus vero Philippi Imperatoris filius adeo in risum averso stumacho erat, ut adhuc qoinqoennis patrem gestientem, & cachinnis crepantem turbato vultu perculerit; quod Sextus Aurelius rarrat his verbis. „ Adeo „ severi, & tristis animi (Iolius) ut iam „ tum a quinquenni aetate nullo pror„ sus cuiusquam commento ad riderdum „ solvi potuerit: patremqoe ludis sae„ cularibus petulantius cachinnantem, „ quanquam adhuc tener, vultu nota„ verit averso.) Quae tamen non ideo observamus, quasi velimus hominem omni reiecto gaudio, tristitia ossa (s) exsiccante tabescere; quum nihil minus ac gravitas bonum gaudinm in Scripturis commendetur; sed quod dedeceat hominem aeternitatis, in utramque partem pendulae gravissimo negotio dicatum passim triumphare, & profusis cabinnis distendi.

(*k*) *Dormires prime t deinde vigilaes*. = Aristotele Lib. 7. de Animalium historia, c. 10. aliisque Philosophis cum experientia testibus primis quadraginta diebus infantes alto sopore merguntur. Sed rei hulus caussam quaerimus. In antecessum tamen somni natura discutienda est. Aristoteles 4. de somno, & vigilia hac eam definitione complectitur: *Quidam conventas caloris intro, & naturalis antiperistasis*. Et c. 6. *Primi sensorii comprehensio, ne agere possit, ob conservationem animalis*. Hac vero Cardanus Lib. de subtilitate: *Spirituum, & sanguinis quies*. Verum Aristotelis definitiones (maxime posterior) adeo concisae, & aequivocae sunt, ut illis fidere non audeamus. Cardani autem definitio utroque claudicat pede; facta enim spirituum, & sanguinis quiete, homo non in somnum, sed e vivis abit: cum plurimorum, & forte omnium iuniorum Medicorum sententia, quae inexpugnabilis videtur, hominis, seu animalis vita spirituum, maxime sanguinis perenni motu servetur. Antiqui autem, qui vivere nostrum *humido radicali* fidebant, illud non sunt inficiati, sanguinis gyrum vel secundo ad regendam vitam exoptari. Immo, ni fallor, spiritus, & sanguis felicius in somno suos cursus peragunt, ex quo etiam virium, membrorumque instauratio; Cui equidem observationi sensibilis experientia quaedam suffragari videtur.

Augustinus noster Philosophorum princeps nunquam, quod sciam ad Scholarum formam somni naturam definiit. At plura de eo saepe observavit, Lib. de Immortalitate Animae, cap. 14. n. 23. „ Si igitur nec propria voluntate, nec „ alio cogente id animus patitur, unde „ id pati potest? an quia invitos nos „ plerumque opprimit somnus, metuen„ dum est, ne quo tali defectu animus „ convertatur in corpus. Quasi vero „ quoniam somno membra nostra mar„ cescunt, idcirco aoimus fiat ulla ex „ parte debilior. Sensibilia tantum non „ sentit, quia quidquid illud est, quod „ somnum facit, e corpore est, atque „ in corpore operatur. Corporeos enim „ sensus sopit, & claudit quodam mo„ do, ita sane, ut tali commutationi „ corporis cedat anima cum voluptate: „ quia secundum naturam est talis com„ mutatio, qoae reficit corpus a labo„ ribus; non tamen haec adimit animo „ vel sentiendi vim, vel intelligendi. „ Nam & imagines sensibilium praesto „ habet, tanta expressione similitudinis, „ ut eo ipso tempore discerni nequeant „ ab his rebus, quarum imagines sunt; „ & si quid intelligit, aeque dormienti, „ ac vigilanti verum est &c. Ex quo „ colligitur, tali commutatione corpo„ ris, qualis somnus est, osum eius„ dem corporis animae, non (a) vitam „ propriam posse minui.) Lib. de Quantitate animae, cap. 22. n. 38. „ Sed „ nutus animae ad movendum corporis „ pondus, nervis quasi tormentis oti„ tur: nervos autem vegetat, mobilio„ resqoe efficit siccitas, calorque mo„ deratos; contra eos laxat, atque in„ firmat humidus rigor. Itaque somno, „ quia eum frigidum, & humidum di„ cunt Medici, & probant, membra lan„ guescunt, atque ipse expergefactorum „ conatus multo est debilior, ideoqoe „ nihil est fractius, & enervius lethargi„ cis.) Et prosequitur acute ex dictis aenigma illud dissolvens, cur phrenetici, licet extenuato corpore, magnis stupendis viribus praestent; Quia videlicet nervos vino, aut vigiliis, aut acutis febribus, calidis hisce rendant, ac durent. Tandem vero cap. 33. n. 7. „ Removet se (*Anima*) ab his sensibus certo intervallo „ temporum, & eorum motus quasi per „ quasdam ferias reparans, imagines re„ rum quas per eos hausit, secum ca„ tervatim, & multipliciter versat, & „ hoc totum est somnus, & somnia,

An-

(s) Proverb. 17. 22.

(a) Er. non *vim propriam posse minui*.

Antequam ad rem, quam intuemur, adcedamus: quaedam in iis Auguſtini ſententiis obſervanda ſunt, quibus aut emergentes praecludantur aequivocationes; aut Cardani definitio magis expugnetur. Somno, inquit Auguſtinus, membra noſtra marceſcere, animique vires proſterni; Quod quidem, aut de immodico ſomno; aut de membris cum vix ſomnum excuſſere intelligendum eſt. Moderatus enim ſomnus, ut ipſe innuit, membra reficit; quod tamen commodum non mox ſed poſt vel breve tempus deprehenditur. Obſervat etiam ſenſus non ita ſopiri, ut adimatur animo vis aut ſentiendi, aut intelligendi. *Nam & imagines ſenſibilium praeſta babet, tanta expreſſione ſimilitudinis &c.* Addit vero; Licet in ſomno *ab his ſenſibus* (exterioribus nempe) anima *ſe removent, tamen imagines rerum, quas per eos hauſit, ſecum catervatim, & multipliciter verſat.* Haec omnia non arbitrio adſerta, ſed ab experientia depromta abſque ſpirituum, & ſanguinis motu contingere nequeunt.

Nunc ad rem noſtram. Cur nempe primis diebus infans tanto ſopore opprimatur? Seu, & vadit in idem: Cur primo dormiat, & inde vigilet? Ex Auguſtini ſententiis, in aliud propoſitum datis haec iſta colliguntur principia. I. Corporeos ſenſus in ſomno ſopiri & claudi: *Corporeos ſenſus ſopit, & claudit quodam modo.* Quod & Ariſtotelis poſterior definitio volebat: *Primi ſenſorii comprehenſio.* II. Somni cauſſam in corpore eſſe, & operari: *Quod ſomnum facit, in corpore eſt, atque in corpore operatur.* III. In ſomno membra langueſcere: *Quoniam ſomno membra noſtra marceſcunt &c.* IV. Calorem, & ſiccitatem nervos conſolidare, & vegetare: *Nervos vegetat, mobilioresque efficit ſiccitas, calorque moderatus.* Contra vero humidum rigorem laxare, & infirmare. *Contra eos laxat &c.*

Somnus ergo frigidus, & humidus eſt: *Itaque ſomno, quia eum &c.* Quid igitur mirum, ſi infans primis diebus copioſiſſimis, evidentia teſte, maxime in cerebro omnium ſenſuum ſede, quodque nervos omnes aut gignit, aut colligit, frigidis humoribus ſcatens, alto ſopore mergatur: iis autem paullum conſumtis, evigilet?

Poſſumus autem ex Auguſtini ſententiis congruam hanc ſomni definitionem colligere. = Corporeorum ſenſuum, fere languentium, ſopimentum, ad animalis ſalutem, ab humidis, frigidiſque vaporibus, cerebrum obſidentibus factum.

(*l*) *Et credidi, quoniam ſic videmus &c.* = Huius rei ex teſtium depoſitione moralem certitudinem teneo; ſed & philoſophicam ex illo argumentationis genere, quod inductionem appellant: Hic ignis calefacit, ille ignis calefacit &c. ergo omnis ignis calefacit. Ita: & hic infans, & ille &c. ergo omnis infans: conſequenter & ego. Immo potius ex hac argumentatione, quam nutricum depoſitione didicit, hac quippe & mentiri poterant: & minutiora non adeo diſtincte indicaverant. Unde inferius addit: *Tales eſſe infantes didici, quas diſcere potui, & me talem fuiſſe, magis mihi ipſi &c.*

Paulatim ſentiebam &c. foris autem illi. = Senſim caligine quadam involutae rationis ſcintillae erumpebant, imperfectoſque ſecretos gignebam intuitus; ſed quos nequirem exponere, exſerere: organis ad id deſtinatis non adhuc bene compactis, & ab adventitiis exemtis humoribus; ſicut contingit apoplexi correptis, & multo vino depoſitis: qui ſaepe quae concepere aliis ſignificare nequeunt.

(*m*) *Nec illa ſenſu valebant introire in animam meam.* = Loquere, ut te videam: gravis olim inquiebat Philoſophus. Secretus enim conceptus nonniſi ſenſuum miniſterio participari poteſt. Adeo quod corpus parieti conſerri poſſit, quem nonniſi per linguae, aut nutuum ianuam penetramus; *Alienis auctis intra ſecretum mentis quaſi poſt parietem corporis ſtamus; ſed cum manifeſtare noſmetipſos cupimus, quaſi per linguae ianuam egredimur, ut quales ſumus intrinſecus, oſtendamus.* S. Gregorius Lib. 2. Moral. cap. 5. poſt initium. Omnino autem ad rem Auguſtini, de duplici nempe, interna, & externa loquutione S. Thomas 1. p. q. 107. art. 1. arg. 2. *Duplex eſt locutio, interior, per quam aliquis ſibi ipſi loquitur, & exterior, per quam aliquis loquitur alteri; exterior autem locutio fit per aliquod ſenſibile ſignum, puta voce, vel nutu, vel aliquo corporis membro, puta lingua, vel digito.* Et ad idem argum. *Locutio exterior, quae fit per vocem, eſt nobis neceſſaria propter obſtaculum corporis.*

Ut autem internus conceptus aliis detegatur, neceſſe eſt & vocibus exſeri patriae, vel gentis conſuetudini congruis & nutus veroſimiles eſſe: quorum neutrum, Auguſtinus infans, ut ipſe ſubiungit, ſervare poterat.

Et haec de hominibus. De Angelorum

lorum

lorum autem, mole carentium loquutionibus diſpar eſt, longe diverſa ratio. Qualis vero hominum beatorum poſt reſumpta corpora loquutio futura ſit, diſputat S. Thomas in 2. diſt. 2. q. 2. art. 2. ad 5. & in 4. diſt. 44. q. 2. art. 1. & 2. Scotus diſt. 49. q. 14. ad 2. & paſſim Scholaſtici in tract. de Beatitudine.

(*n*) *Ecce infantia mea olim mortua eſt, & ego vivo* =. Aetate illa conſumta: diverſus ego quoad modum, ſeu accidentia; idem ille quoad ſubſtantiam perſiſto. Quod tamen Thomae Burnetio, haeretico, pro ſua conditione, minime peſſimo nihil adridet: Tract. enim de Statu mortuorum, & reſurgentium, cap. 9. cui titulus, *Quodnam corpus habituri ſumus in reſurrectione, idem, vel aliud ab hodierno?* poſt initium, haec habet. „ Paulo ſupra notavimus, corpus no„ ſtrum in hodierna vita eſſe multi„ plex: diſſipatur, & reſarcitur in dies „ & poſt aliquot annos fit ex integro „ novum. Proinde in curriculo totius „ vitae, ſex aut ſeptem habemus di„ verſa corpora; & adhuc quidem plu„ ra, ſi vivaces, & longaevi ſimus. „] Perperam tamen, & contra potiorum Philoſophorum iudicium. Quale enim erit generationem inter, & augmentationem diſcrimen: quum illius ſit ſubſtantiam immutare? Maxime quum portentum videatur, id ſubſtantiam perdere, & infringere, quod inſtitutum eſt, ut manuteneat, & reparet: talis autem eſt augmentatio. Unde Ariſtoteles Lib. 1. de Generatione, textu 33. & 34. *Nam cum quidpiam ſimpliciter, abſoluteque gignitur, aut interit, non permanet. At cum alteratur, aut creſcit, decreſcitve, quod alteratur, aut incrementum ſucipit, id permanet.*

Subſumit autem: *Tu autem Domine, qui & ſemper vivis, & nihil moritur in te.* Ad innuendum Deum ſemper eumdem ipſum eſſe, quoad omnia, nec vel minimae ſubiici mutationi.

(*o*) *Apud te rerum omnium &c. immutabiles manent origines.* = Accipe verba ipſius S. D. Lib. QQ. 83. q 46. n. 2. „ Ideas igitur Latine poſſumus „ vel formas, vel ſpecies dicere, ut „ e verbo transferre videamur. Si au„ tem rationes eas vocemus, ab inter„ pretandi quidem proprietate diſcedi„ mus: rationes enim Graece λόγος ap„ pellantur, non ideae; ſed tamen quiſ„ quis hoc vocabulo uti voluerit, a „ reipſa (1) non aberrabit. Sunt namque „ ideae principales formae quaedam, vel „ rationes rerum ſtabiles, atque incommu„ tabiles, quae ipſae formatae non ſunt, „ ac per hoc aeternae, ac ſemper eodem „ modo ſeſe habentes, quae in divina „ intelligentia continentur. Et cum ip„ ſae neque oriantur, neque intereant: „ ſecundum eas tamen formari dicitur „ omne quod oriri, & interire poteſt, „ & omne quod oritur, & interit. „) Vide, ſi plura deſideras, quae ſequuntur.

Vides autem ſermonis texturam. Dixerat nihil in Deo mori, quia nulla ipſum, nullaque creaturas, ut in ipſo continentur iniuria invadit. Utriuſque nunc doctrinae, poſterioris maxime rationem exhibet; Quandoquidem licet creatura inſtabilitatis haud ſit expers; adhuc nihil contra Deum, apud quem omnium inſtabilium ſunt cauſſae &c.

(*p*) *Utrum alicui iam aetati meae mortuae ſucceſſerit &c.* = Aetatum numerus, ut omnis auctoritas, & ratio ſuadet, ex inſignibus individui viciſſitudinibus colligendus eſt. Unde dic mihi, utrum e matris utero egreſſus, in viciſſitudinem talem abierim, ut novam ſim exorditus aetatem. Id tamen nullus, quod ſciamus, adhuc voluit: & ipſe S. Doctor cap. ſeq. ita loquitur, ut ſatis innuat non concedendum. Cuius equidem rei duplex ratio deſignari poteſt: Infans enim, quem uterus matris complectitur non adhuc abſoluto, & optime compacto corpore praeditus eſt. Inde: Non tam individuum, vel perſona tunc puer cenſetur, quam ſuae matris portio. Adeo quod Theologi, & Eccleſiae praeſules velint, praegnantem catholicam feminam e vivis ereptam ſacra honeſtari ſepultura; licet infans utpote Baptiſmatis minime luſtratus aquis, ſua conditione propellendus eſſet. Ceterum de infantis vita in utero matris diſputat S. D. in Enchirid. ad Laur. cap. 85. & ſeq.

In nati autem hominis ſupputandis aetatibus, non unum eſt Eruditorum ſyſtema.

Compendii Theologici anonymus auctor aut ex ſua, aut ex Hebraeorum ſententia ſex ponit Lib. 2. cap. 10. aetates: Infantiam; Pueritiam: Adoleſcentiam: Iuventutem: Senectutem minorem; Senectutem maiorem. Primam anno ſeptimo: ſecundam 14. tertiam 28. quartam

(1) Omnes prope MSS. non abhorrebit.

tam 49. quintam 78. sextam ultimo vitae momento complet.

Ab ea supputatione Isidorus Lib. 11. Originum, seu Etymologiarum cap. 2. vix in minimo discrepat: in eo scilicet tantum quod septem annis protrahat.

S. Gregorius Lib. 11. Moralium, cap. 25. sex quidem distinguit aetates; de earum tamen modis, limitibusque non curat.

Aulus Gellius, vel Agellius, insignis Grammaticus, qui floruit circa an. Chr. 112. Galeni videlicet fere coaetaneus admodum vitae statua restrinxit, in tres tantum Lib. 10. Noctis Acticae, cap. 28. illos partitus.

Pythagoras, & Galenus Iuvenum solum aetatem, Vigentium, Mediorum, & Senum agnoscunt.

Marcus Terentius Varro Philosophus, & Poeta, natus ante Christum an. 114. mortuus 26. quinque enumerat vitae humanae aetates, quarum unicuique, ultima excepta, undecim annos tribuit.

Et tandem, ut minoris ponderis Scriptores, & opiniones praeteream: Hyppocrates Cous, vir summus, & citra controversiam Medicorum princeps humanas aetates in septem partitur, Infantiam, Pueritiam, Adolescentiam, Iuventutem, Virilitatem, ut loquuntur, Senectutem, Decrepitam tandem, vel effoetam. Primae septimo: secundae 14°. tertiae 22°, quartae 35°. quinate 42. sextae 62°. septimae funeris anno finem imponit. Et haec distributio potiotibus plausibus, nec immerito, exeepta est. Quam etiam suam fecit Augustinus; nisi quod ubique, & constanter, quod sciamus, omnem senectutem aetate una complexus est, Lib. de Vera Religione, cap. 26. n. 48. „ Prima huius (hominis) „ aetas infantia in nutrimentis corpora- „ libus agitur, penitus obliviscenda cre- „ scenti. Eam pueritia sequitur, unde „ incipimus aliquid meminisse. Huic suc- „ cedit adolescentia, cui iam propaga- „ tionem prolis natura permittit, & „ patrem facit. Porro adolescentiam „ iuventus excipit, iam exercenda mune- „ ribus publicis, & domanda sub legibus; in „ qua vehementior prohibitio peccatorum, „ & poena peccantium serviliter coer- „ cens, carnalibus animis atrociores im- „ petus libidinis gignit, & omnia com- „ missa congeminat &c. Post labores au- „ tem Iuventutis, seniori pax nonnolla „ conceditur. Inde usque ad mortem „ deterior aetas, ac decolor, & morbis „ subiectior, debilisque perducit. Haec „ est vita hominis viventis ex corpore „ &c.) Epist. 213. (Olim, 110.) seu in Ecclesiasticis Gestis, n. 1. „ Omnes in „ hac vita mortales sumus, & dies „ huius vitae ultimus omni homini est „ semper incertus; verumtamen in infan- „ tia, speratur pueritia; & in pueritia, „ speratur adolescentia; & in adolescen- „ tia speratur iuventus: & in ioventute, „ speratur gravitas: & in gravitate spe- „ ratur senectus; utrum contingat, in- „ certum est: est tamen quod speretur. „ Senectus autem aliam aetatem, quam „ speret, non habet &c.] Latissime etiam de his aetatibus ad divinas dedoctia metaphoras Lib. 1. de Gen. contra Manichaeos, cap. 23. a n. 35.

Omnium autem vocabulorum aetatibus illis adiacentium aetymologias, quarum nonnullae minus nobis probantur, expendit S. Isidorus Lib. 11. Originum, cap. 2.

(q) *Quid etiam ante hanc &c. fui ne &c.* = Percontatus fuerat Deum, an dum in matris utero delitesceret; aliam ab infantia aetatem ageret. Nunc sciscitatur, an & ante aetatem uteri, quaecumque illa esset, aliam peregerit? Ita ad capitis exordium rediens, ubi dicebat: *Nescio unde venerim huc.* Nisi quod manifeste hic edisserit, quod ibi velut in themate proderat. Ceterum antequam Augustinus in matris utero esset, nullibi reperiebatur: nisi in Dei omnipotentia, vel aeternitate, quae nostra tempora praevenit.

Et signa, quibus &c. iam in fine infantiae quaerebam. = Et in ipsa infantia se quaesiisse iam dixerat; sed illa prorsus imperfecta erant: secretioribus desideriis difformia. Nunc autem de verosimilibus signis loquitur, maxime de vocibus, ad quas iam infantia cadente disponebatur. Ut enim ex ipso S. D. cap. 8. discemus: infans dicitur quod fari non possit.

(r) *Cui esse, & vivere non &c.* = Esse, & vivere in creatis rebus usque adeo secernuntur, ut saepe eorum unum absque alio consistat. Sunt aquae, non vivunt: sunt caeli non vivunt &c. omnium denique entium est esse: paucorum vivere: eorum scilicet tantum, quae aut vegetantur, aut sentiunt, aut intelligunt. Tres enim cum Aristotele Lib. 5. de Anima, cap. 3. vitas agnoscunt passim Philosophi. Haec autem duo adeo diversa simplicissima una ratione iuncta simul complectitur Deus. De quo Augustinus etiam alibi cen-

centies; ut Lib. 11. de Civit. Dei, cap. 10. n. 1. & 2. „ Nam utique Pater habet Filium, nec tamen ipse est Filius; (& (1) Filius habet Patrem, nec tamen ipse est Pater.) In quo ergo ad seipsum dicitur, non ad alterum, hoc est quod habet: sicut ad seipsum dicitur (2) vivens, habendo utique vitam, & eadem vita ipse est. Propter hoc itaque natura dicitur simplex, cui non sit aliquid habere, quod vel possit amittere; vel aliud sit habens, aliud quod habet; sicut vas aliquem liquorem, aut &c. aut anima sapientiam. Nihil enim horum est id qood habet: nam neque vas &c.] & n. 3. „ Secundum hoc ergo dicuntur illa simplicia, quae principaliter, vereque divina sunt, quod non aliud est in eis qualitas, aliud substantia, nec aliorum participatione &c.

(s) *Non deficiunt, anni tui &c.* = Ita BB. qui admonent. „ Lov. *an anni tui.* Abest tamen, *an*, a nostris MSS. & ab aliis plerisque editis.] Abest etiam a 12. MSS. Etruriae. Verum utraque lectio eumdem sensum complectitor.

Ceterum hodiernus dies non peragitur in ipsa prorsus Dei substantia, quae utpote aeterna vertigineos pati non potest. Sed & peragitur hac ratione: quia omnia sunt in Deo ente summo, & primo; & quia aeternitas creaturas omnes, & ipsas quoque temporis differentias simplicissima quanquam maiestate ambit. Alludit autem ad illud Psal. 101. v. 28. *Tu vero idem ipse es; & anni tui non deficient*: ad quod S. D. Serm. 2. n. 12. *Tu quis es? Idem ipse es. Tu qui dixisti*, (3) Ego sum qui sum, *idem ipse es. Et quamvis etiam ipsa non essent nisi ex te, & per te, & in te, tamen non quod ipse es.* Et ad v. 25. n. 10. dixerat. „ Quare non ait, Anni tui in saecula saeculorum? Sic enim magis solet aeternitas significari in sanctis Scripturis; sed ait, in generatione generationum anni tui. Sed qui *anni tui?* Qui, nisi qui non veniunt, & transeunt? qui? nisi qui non ideo veniunt, ut non sint? Omnis enim dies in hoc tempore ideo venit, ut non sit, omnis hora, omnis mensis, omnis annus; nihil horum stat; antequam veniat (4) erit: cum venerit, non erit. Illi (5) ergo anni tui aeterni, anni tui qui non mutantur, in generatione generationum erunt. Est quaedam generatio generationum, in illa erunt anni tui. Quae est ista? Est quaedam, & si bene agnoscamus, in illa erimus, & anni Dei in nobis erunt. Quomodo in nobis erunt? Quomodo ipse Deus in nobis erit: unde dictum est (6), ut sit Deus omnia in omnibus. Non enim aliud anni Dei, & aliud ipse: sed anni Dei, aeternitas Dei est: aeternitas, ipsa Dei substantia est, quae nihil habet; ibi enim nihil est praeteritum, quasi iam non sit; nihil est futurum, quasi nondum sit. Non est ibi, nisi, Est; non est ibi Fuit, & erit &c.] Vide etiam S. Petrum Damian. Opusc. 36. de Divina omnipot. c. 8. de Dei aeternitate.

(t) *Quam multi iam dies nostri &c.* = De hodierno qoippe Numinis die praedicari potest. Erat, est, & erit: Hebr. 13. 8. *Iesus Christus heri & hodie, ipse & in saecula.* Apocalyps. 1. 4. *Gratia vobis, & pax ab eo, qui est qui erat, & qui venturus est.* Et ipsi Ethnici quasi ex oraculo Apollinis, *Erat Iuppiter, est & nunc Iuppiter, & erit; o magne Iuppiter!* Tot autem nostri, & nostrorum parentum dies transierunt, ut numerari non possint: *Arenam maris, & pluviae guttas, & dies saeculi quis dinumeravit?* Ecclesi. 1. 2. Immo & in annorum supputatione tanta est Eruditorum discrepantia, ut vix quidquam certi haberi possit. Vide ipsum August. Lib. 12. de Civit. Dei. cap. 10. & Baronium in Adnotationibus Martyrologii Romani, ad diem Nativitatis Domini. Omnium autem saeculorum partitur aetates idem S. D. Lib. 22. de Civit. Dei, cap. 30. circa finem, & alibi.

(u) *Omnia crastina &c.* = Quum enim aeternitas sit dies hodiernus: sequitur, Deum nunc facere quidquid fecit, aut facturus est; & fecisse quod facit. Quod qoidem in actionibus, quas appellant, ad extra, verum est, si Deus, non tempus nostrum inspiciatur. In actionibus vero prorsus divinis, quas Schola vocat, ad intra, id liquidum est, & omni modo praedicatur; unde resonant passim in Scholis huiusmodi propositiones: Filius gignebatur, gignitur, gignetur. Quo spectat illud Psal. 2. v. 7. *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quod S. D.

(1) Verba ansulis clausa desiderantur in cod. Veron.
(2) MSS. a BB. visi, & Veron. *vivus*.
(3) Exodi 3. 14.
(4) Sic Am. Er. & plures MSS. At Lov. non *erit*. Quidam MSS. non *erat*.
(5) 1. Sent. dist. 19. *Pater ergo*.
(6) 1. Cor. 15. 28.

sic exponit n. 6. „ Quanquam etiam possit ille dies in prophetia dictus videri, quo „ Iesus Christus secundum hominem natus „ est: tamen *hodie* quia praesentiam significat, atque in aeternitate nec praeteritum quidquam est, quasi esse desierit: nec futurum, quasi nondum sit: sed praesens tantum: quia quidquid aeternum est, semper est: divinitus accipitur secundum id dictum, „ *Ego hodie genui te*, quo sempiternam „ generationem virtutis, & sapientiae „ Dei; qui est unigenitus Filius, fides „ sincerissima, & catholica praedicat.] Quam expositionem adoptans Bellarminus: concludit, divinam, & humanam nativitatem Christi, necnon eiusdem resurrectionem tum rationibus theologicis, tum gravissimorum hominum, & etiam Scripturae spectatis auctoritatibus, eo Psalmi 2. oraculo significari.

(*x*) *Gaudeat & ipse, dicat, quid est hoc?* = Si quis arcana haec nequit satis deprehendere: pro eo quod contristetur, gaudeat & ipse cum Hebraeis manna olim suspicientibus, & gestiens dicat: *Manha!* scilicet, ut Interpres addidit, quid est hoc? quam expressam lectionem praeferunt Septuaginta, & Caldaei; & satis liquet: *Ma*, etenim, *quid*, *hu hoc!*

Addit vero: *Gaudeat etiam sic, non inveniendo invenire potius, quam &c.* Geminas quod interpretationes pati potest: scilicet. „ Potius arcanum non anxie discutere, sed humili fide venerari, ac suspicere, quam in scopulum erroris impingere. Vel. Potius non exacte deprehendere: & religiose venerari: quam optime intueri: interim tamen in obsequio, & pietate languescere. Quo sensu iure meritissimo dicitur, praeferendum esse pium rusticum superbo Theologo.

Ex illo autem S. Doctoris de aetate intra suae matris viscera magnum quiddam suspicatur Ludovicus ab Angelis Lib. 1. de Vita, & Laudibus eiusdem Augustini, cap. 1. quod verbis hisce prodit. „ Augustinus ab Augusto „ derivatur, Augustum *ab avium gestu*, „ *gustare*, *vel ab auctu*, Svetonius ait „ *in Augusta*; Haec in nostro scilicet „ Augustino, qui de materna, & uterina reclusione inquit; *Nonnihil mihi* „ *indicatum est*. Forte aliquod sanctitatis auspicium, ut pluribus Ecclesiae „ viris: non enim parva, communia, & „ usitata; sed magna, rara, & clara in„ dicantur, cum aliquid de illa; vi„ deant alii & Ovidianum (1) istud:

„ *Sancta vocant Augusta Patres, augusta vocantur*
„ *Templa sacerdotum vita dicata manu.*

Et prosequitur pluribus etymologiis indulgere: quas non plurimi facimus. Suspicionem autem ex illis verbis n. 3. *Nam & de illa mihi nonnihil indicatum est*, deductam minus probamus.

C A P U T VII.

A R G U M E N T U M.

Subtilissimis accusationibus statuit nec infantes, etiam originali praecisa, liberos fore habendos a sordibus; eo quod scilicet in illis pravi deprehendantur motus nonnulli. Quos tamen propter rationis per id aetatis caligantis imbelles functiones nec humana, nec Divina lex veris culpis adnumerat.

I. Xaudi Deus: Vae peccatis hominum. Et homo dicit haec, & misereris eius (*a*), quoniam tu fecisti eum, & peccatum non fecisti in eo. Quis me commemorat peccatum infantiae meae (*b*)? Quoniam nemo mundus a peccato coram te, nec infans, cuius est unius diei vita super terram (*c*). Quis me commemorat? An quilibet tantillus nunc parvulus, in quo video, quod non memini de me? Quid ergo tunc peccabam? An quia uberibus inhiabam plorans? Nam

(1) Fastor. n.

Nam si nunc faciam, non quidem uberibus, sed escae congruenti annis meis ita inhians, deridebor atque reprehendar iustissime. Tunc ergo reprehendenda faciebam: sed quia reprehendentem intelligere non poteram, nec mos reprehendi me, nec ratio sinebat (*d*). Nam extirpamus & eiicimus ista crescentes. Nec vidi quenquam scientem, cum aliquid purgat, bona proiicere (*e*). An pro tempore etiam illa bona erant, flendo petere, etiam quod noxie daretur: indignari acriter non subiectis hominibus liberis, & maioribus, hisque a quibus genitus est: multisque praeterea prudentioribus, non ad nutum voluntatis obtemperantibus, feriendo nocere niti, quantum potest, quia non obeditur imperiis, quibus perniciose obediretur? Ita imbecillitas membrorum infantilium innocens est, non animus infantium. Vidi ego, & expertus sum zelantem parvulum, nondum loquebatur, & intuebatur pallidus amaro adspectu collactaneum suum. Quis hoc ignorat? Expiare se dicunt ista (*f*) matres atque nutrices, nescio quibus remediis. Nisi vero & ista innocentia est, in fonte lactis ubertim manante atque abundante, opis egentissimum, & illo adhuc uno alimento vitam ducentem, consortem non pati. Sed blande tolerantur haec, non quia nulla vel parva, sed quia aetatis adcessu peritura sunt. Quod licet probes, tamen ferri (*g*) aequo animo eadem ipsa non possunt, quando in aliquo annosiore deprehenduntur.

II. Tu itaque Domine Deus meus, qui dedisti vitam infanti, & corpus, quod ita ut videmus, instruxisti sensibus, compegisti membris, figura decorasti, proque eius universitate atque incolumitate, omnes conatus animantis insinuasti, iubes me laudare te in istis, & confiteri tibi, & psallere nomini tuo Altissime; Quia Deus es omnipotens & bonus, etiamsi sola ista fecisses, quae nemo alius (*h*) potest facere, nisi tu une, a quo est omnis modus, formosissime, qui formas omnia, & lege tua ordinas omnia. Hanc ergo aetatem, Domine, quam me vixisse non memini, de qua aliis credidi, & quam me egisse, ex aliis infantibus conieci quanquam ista multum fida coniectura sit, piget me adnumerare huic vitae meae, quam vivo in hoc saeculo. Quantum enim adtinet ad oblivionis meae tenebras, par illi est, quam vixi in matris utero. Quod si & in iniquitate (*i*) conceptus sum, & in peccaris me mater mea in utero aluit; ubi oro te, Deus meus, ubi, Domine, ego servus tuus, ubi aut quando innocens fui? Sed ecce omitto illud tempus. Et quid mihi iam cum eo est (*k*), cuius nulla vestigia recolo?

(*a*) *Et misereris eius.* = Si cuncta expenderis, ex his Scripturarum oraculis Augustinum Deum adloqui fateberis: *Exaudi Domine iustitiam meam, intende deprecationem meam ... non in labiis dolosis*. Psal. 16. v. 1. *Exaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meae. A finibus terrae ad te clamavi, dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me*. Ps. 60. 1. & 2. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & &c.* Ps. 50. 19. *Si autem impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis &c.* Ezechiel. 18. a v. 21. *Considerans enim, & avertens se ab omnibus &c.* Ibidem v. 28. Et ipse Achior dux omnium filiorum Ammon, divinitus forte, saltem pro temporalibus bonis illustratus, haec de Hebraeis Holoferni principi militiae Assyriorum: *Quotiescumque autem poenituerunt se recessisse a cultura Dei sui, dedit eis Deus caeli virtutem resistendi*. Iudith 5. 15.

Et peccatum non fecisti in eo. Haec enim prima, & necessaria iustitia est, peccatum in hominem, non in Deum revocare. Quod gravissimum monitum inculcavit centies Augustinus, vel etiam

in his Confeſſionibus, ut Lib. 4. cap. 15. & Lib. 5. cap. 2., & 3. Accipe ſaltem quod habet in cap. 3. Ioann. Tract. 12. n. 13. „ Qui confitetur peccata ſua, & „ accuſat peccata ſua, jam cum Deo „ facit. Accuſat Deus peccata tua: ſi „ & tu accuſas, coniungeris Deo. Qua- „ ſi duae res ſunt, homo, & peccator. „ Quod audis homo, Deus fecit: quod „ audis peccator, ipſe homo fecit. De- „ le quod feciſti, ut Deus ſalvet quod „ fecit. Oportet ut oderis in te opus „ tuum, & ames in te opus Dei. Cum „ autem coeperit tibi diſplicere quod „ feciſti, inde incipiunt bona opera tua, „ quia accuſas mala opera tua. Initium „ operum bonorum, confeſſio eſt ope- „ rum malorum.] Et Serm. 100. de Verbis Lucae 9. (Olim, 7. de Verbis Dom.) cap. 3. n. 4. nempe ſub finem, „ Interrogo nunc; Credis, o peccator, „ Chriſto? Dicis, Credo, Quid credis? „ Gratis univerſa peccata per ipſum tibi „ poſſe remitti? Habes quod credidiſti. „ O gratia gratis data! Quid tu iuſte, „ credis te ſine Deo non poſſe ſervare „ iuſtitiam? Ipſius ergo totum reputa, „ quod iuſtus es, pietati: quod autem pec- „ cator es, tuae iniquitati adſcribe. Eſto „ accuſator tuus, & ille erit indultor „ tuus. Omne enim crimen, facinus, „ vel peccatum noſtrae eſt negligentiae: „ & omnis virtus, & ſanctitas Dei eſt „ indulgentiae.

Ex quibus, aliiſque innumeris quae adſerri poſſent Auguſtini ſententiis impii audaciſſimi mendacii arguuntur haeretici, qui velut S. Doctore duce optimum Deum peccati auctorem eſſe blaſphemant. Vide Calvinum 3. Inſtitut. c. 23. & Bezam in Reſponſ. ad Caſtilionem, & in altera ad Heſuſium. Perperam etiam Calvinus effutit bonam, catholicam ſententiam Auguſtinum tandem aliquando abieciſſe: *Auguſtinus quidem illa ſuperſtitione interdum ſolutus eſt, quemadmodum ubi dicit, indurationem, & exteaecationem non ad operationem Dei, ſed ad praeſcientiam ſpectare*; Lib. 2. c. 4. 5. Aliud eſt enim permittere, aliud inducere; Semper Auguſtinus voluit, Deum peccatum, vel indurationem non inducere: ſemper, permittere. Nec niſi per ſummum nefas ſuperſtitionis traducitur dogma illud, quod in Scripturis aperte, & non ſemel ſtabilitur, Oſee 13. 9. Habacuc 1. 13. Ioan. 1. 3. Rom. 9. 14. Immo nec utcumque ad peccatum incitat, ut Iacobus Apoſt. c. 1. 13. Licet aliquotiens ad bonum tentare dignetur, ſeu ad experimentum virtutis, ut Gen. 22. 1.

(b) *Quis me commemorat peccatum infantiae meae?* Ita Benedictini, qui admonent. „ Lov. & Arn. *Quis mihi com-* „ *memorat*. Bad. Am. & Er. *Quis meum* „ *commemorat*. Sed vera lectio eſt quam „ MSS. ope reſtituimus: iuxta quem lo- „ quendi modum in Lib. de Magiſtro, „ cap. 1. dicit Auguſtinus: *Duas tam lo-* „ *quendi cauſas conſtituo, aut ut doceamus,* „ *aut ut commemoremus: vel alios,* „ *vel noſmetipſos*.] Plaudit eidem lectioni hiſce verbis *Pherepontus*. „ Hoc „ eſt, mihi in memoriam revocat; quo „ ſenſu apud Auguſtinum, cum accuſa- „ tivo perſonae coniungitur; at ſignifi- „ catu narrandi conſtruitur cum dativo „ &c. ſic Graeci dicunt, commemoro „ te alicuius; hoc eſt, tibi memoriam „ revoco. Igitur recte ex MSS. hic re- „ ſtituerunt accuſativum Viri docti.

Quod nos citra ſtomachi motum meditari non poſſimus, eſt, *Pheropontum* altiſſima, quae in Confeſſionibus hiſce involvuntur aenigmata laeſis intueri oculis, & omittere. Quum vero leviſſimae quaeſtiunculae occurrunt, ab operum correctoribus, non a nihil liberali expoſitore diſcutiendae, tum figere pedem, & Grammaticalibus naeniis paſci, atque diſtendi.

Ceterum, *Quis me &c.* habetur etiam in MSS. 3. Med. totidem S. Mar. 2. S. Cr. Ricar. Feſ. & Car. (licet eorum aliqui habeant, *meum*) Vet. autem & MS. S. Cr. *Quis mihi &c.*

(c) *Quoniam nemo mundus a peccato coram te: nec infans, cuius eſt unius diei vita ſuper terram* =. Ita Septuaginta, quos libenter Auguſtinus ſequitur. Cui oraculo aequivalet quod Vulgata noſtra Iob. 25. 4. habet: *Numquid iuſtificari poteſt homo .... aut apparere mundus natus de muliere?* Et quidem citra ullam explicationem, nemo coram Deo mundus a peccato: ſicut lux quaecumque ſoli obiecta caligat. Quo ſenſu Redemtor eum bonum appellanti, & de bono requirenti dixit Matth. 19. 17. *Quid me interrogas de bono? unus eſt bonus Deus*. Verum quanquam Iobinum illud oraculum ad originalem infectionem adſtruendam paſſim laudetur; Auguſtinus fere ſuum fecit, de pravis nonullis infantium motibus diſputaturus; qui tamen, ipſomet S. D. hoc in cap. non uno modo innuente, umbram peccati habent, non veritatem; ſeu, peccata ſunt, ut cum Schola loquamur, *materialiter*, *fundamentaliter*, non formaliter. Quod quidem S. Doctoris ſcopo ſat eſt; In Deo

enim

enim nec verom, nec adparens peccatum, reperire est.

Nemo igitur mortalium, nec infans, cuius est unius diei vita super terram liber a peccato originali: nemo adultae aetatis liber ab actuali, saltem levissimo. Quod Theologi, maxime qui Polemistae dicuntur, ex Scripturis, Conciliis, & Patribus, atqoe ratione late ostendunt. Posteriorem tamen scopolum evitasse Deiparam, certissimum est a priorem verosimillimum. Vix possumus hic ad alia properantes, Tridentinam Synodum, & Augustinum adtendere. Illa sess. 6. can. 23. *Si quis hominem semel iustificatum dixerit amplius peccare non posse . . . aut contra posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.* Vide etiam Claromontanam synodum sub Urbano II, celebratam apud Vegam Lib. 14. in Tridentin. c. 18. Eadem Tridentina Synodus sess. 5. in fine decreti de originali peccato „ Declarat tamen haec ipsa sancta Synodus, non esse suae intentionis comprehendere in hoc decreto, obi de peccato originali agitur, beatam, & immacolatam Virginem Mariam, Dei Genitricem, sed observandas esse constitutiones felicis recordationis Xysti Papae quarti, sub poenis in eis constitutionibus contentis, quas innovat.] Augustinus aotem Lib. de Natora, & Gratia contra Pelagium ad Timasiom, & Iacobom, cap. 36. n. 42. „ Deinde commemorat eos, *qui non modo non peccasse, verum etiam iuste vixisse referuntur, Abel, Enoch, Melchisedech, Abraham, Isaac, Iacob, Iosue, Iesus Nave, Phinees, Samuel, Nathan, Elias, Ioseph, Elisaeus, Micheas, Daniel, Ananias, Azarias, Misael, Ezechiel, Mardochaeus, Simeon, Ioseph, cui desponsata erat virgo Maria, Ioannes.* Adiongit etiam feminas, *Debboram, Annam Samuelis matrem, Iudith, Esther, alteram Annam filiam Phanuel, Elizabeth, ipsam etiam, Domini, ac Salvatoris nostri Matrem, quam*, dicit, *sine peccato confiteri necesse esse pietati.* Excepta itaque sancta virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus cum de peccatis agitur haberi volo quaestionem (1): unde enim scimus, quid ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quae concipere, ac parere meruit, quem constat nullum haboisse peccatum? Hac ergo Virgine excepta, si omnes illos, sanctos, & sanctas, cum hic viverent, congregare possemus, & interrogare, utrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus, utrum hoc quod iste dicit, an quod Ioannes Apostolus?, Rogo vos quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, (2)nonne una voce clamassent (3), *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est?* An illud humilios responderent fortasse, quam verius? Sed huic iam placet, & recte placet, *laudem humilitatis in parte non ponere falsitatis.*] Non iusiciamur autem de peccatis actualibus hic Augostinom potissimum sermonem habere; sed videtur, occasione data, argomentom protendere: & omne vel etiam originis peccatum complecti, dum tanta fiducia, & generositate profitetur, *nullam PRORSUS, cum de peccatis agitur &c.* Maxime quoniam si id decus Virginis ex Filii decore petitur, *quae concipere, ac &c.* quum hic etiam originale peccatum eluserit, sequitor & Virginem elusisse. Nempe & orationem amplificat; &, ut Scholarom phrasibos utar, ponit velut duo correlativa Matris, & Filii candores. Quod tamen (ut tacitam obiectionem praecludam) non postulat sanctitatis in gradibus, caussisque, & similibus aequalitatem.

Et haec, occasione arrepta, de Columba, ab omni prorsus macula libera. Et haec de Virgine tot, tamque stupendis natorae, & gratiae fulgente dotibos, ut nec concipere possis. Et haec de Matre, in qua utrum auctoritas clementiam, vel haec illam vicerit minime possis statuere. Et haec de caeli Regina omnium hominom, Angelorumque, etiam simol iunctorum candorem, sanctitatem, maiestatem vincente; Quam in primo Conceptionis instanti originis macolam declinasse, quod iam integer prepemodum Catholicus orbis arbitratur, & praedicat: nisi Romanorum Pontificum statuta quaedam,

(1) Ita Benedictini, quid monent. „ Uno ex quinque Vaticanis MSS. *inde enim scimus quod ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum quod concipere &c.* sic etiam legebat S. Thomas in 3. p. q. 27. a. 4.

(2) Per Lov. additum hic, nonne ex uno codice Belg. sed abest a ceteris editis, & MSS.

(3) Ioan. 1, 8.

dam, pacis amore emanata, quam longa ea de re disputatio facile posset offendere, nos deterrerent, omni argumentorum genere libenter ostenderemus. Interim gestiat illa in Caelorum summu, in quo, post Filium, principatur; eorumque sit memor, qui teneris ab unguiculis omnia in Ipsa ad aetarnos easus praesidia constituere.

(*d*) *Nec mos reprebendi me, nec ratio sinebat*, = Universus qua late patet orbis infantium nugis etiam peccati speciem quamdam praeseferentibus tanta humanitate indulget, & parcit: ut si quis ess ad severioris iudiicii examen traheret, trueis naturae, & lividi genii nedum notaretur: sed & plenis se buccis deridendum propinarat. Ea est infantilis aetatis felicitas, & a quacumque lege mortalium exemtio; Cui equidem iustissimo mori omnis ratio suffragatur; Nec enim quidquam iudicii res est, nisi libere patratum sit; quae autem humanae libertatis umbra in infantibus, quorum ratio mille implicata involucris, omnino caligat? Unde & ab humana non solum, sed Divina quoque, & naturali lege eximuntur. Adeo quod infantis anima ab originis sorde divino lavacro detersa, & soluta corpure, recta ad Caelum vulet, ut ad haereditatem, Christi, omuium fidelium patris sanguine, & meritis partam. Quae omnia complexus est Augustinus illis verbis: *nec mos &c. nec ratio &c.* Infantis autem culpam, & innoeentiam edisserit Augustinus Serm. de Verbis Apost. 1. Tim. t. 174. (Olim. 8.) cap. 6. & 8. „ Qui dicit iusantilem aetatem non habere quod salvet Iesus, omuibus fidelibus infantibus Christum negat esse Iesum. Qui dicit, inquam, infantilem aetatem nun habere quod salvet Iesus in ea, nihil aliud dicit quam Christum Dominum fidelibus infantibus, id est in Christo baptizatis iufantibus non esse Iesum &c. Infantes sunt, sed membra eius fiunt, Iusantes sunt, sed sacramenta eius accipiunt. Infantes sunt, sed mensae eius participes fiunt, ut habeant in se vitam, Quid mihi dicis, sanus est, nun habet vitium? Quare cum illo curris ad medicum, si non habet vitium? &c. In parvulis natis, & nondum baptizatis agnoscatur Adam: in parvulis natis, & baptizatis, & ob hoc renatis agnoscatur Christus. Qui Adam nun agnoscit in parvulis natis, nec Christum agnoscera poterit in renatis.] Et Serm 170. de Verbis Apost. Philipp. 3. (Olim., de Tempore 49.) cap. & n. 2. in fine. (1) *Inde est, quod nec unius diei infantem mundum dicit a peccato: non ex eo quod commisit, sed ex eo quod contraxit*,) Et tandem Lib. 1. de Peccatorum merito, & remiss. cap. 17. „ Quapropter qui dicunt parvulus ideo baptizari, ut hoc eis remittatur quod in hac vita proprium contraxerunt, nou quod ex Adam traduxerunt, non magno molimine resellendi sunt &c. Ipsi quippe ut hoc dicerent, alicuius alterius sententiae praciudicio, nisi fallor, impulsi sunt: ac propterea cum remitti baptizato peccata necessario faterentur, nec fateri vellent ex Adam ductum esse peccatum, quod remitti fatabantur infantibus, ipsam infantiam coacti sunt accusare: quasi aceusator infantiae hoc securior fieret, quo accusatus ei respondere nun posset, Sed istos, ut dixi, omittamus, neque enim sermone, vel documentis opus est, quibus innocentia prubetur infantum, quantum ad eorum pertinet vitam &c.

(*e*) *Nec vidi quemquam scientem, cum aliquid purgat, bona proiicere.* = Diligentissimi Benedictini Patres in calce primi romi operum S. Augustini, post *Regulam ad Servos Dei*, Appendicem quamdam addunt, cui titulum huncce praefigunt. *Syllabus Codicum, ad quos de novo recognita sunt primi tomi opuscula. Nec non eorum variantes lectiones aliquot inter omissas selectae, Quae asteriscum babent, * videntur in textum referendae*, Ibi ergo pro Confessionibus primo loco id admunent. „ MSS. Anglicani, *cum aliquid* purgabat, *bene proiicere*, Melius.] Verum non placet, Quanquam enim verbo, *vidi*, conformius videatur *purgabat*, quod ad ipsum refertur, quam, *purgat*, Grammatica spectata; adhuc communis lectio naturali, usitatiori loquendi modo conformior est; passim enim praeterito tempori praesens nectimus: ver. gr. Nec vidi quemquam *scientem, cum studet, cum docet, cum orat &c.* MSS. autem Anglicanis suffragantur 2. Med. tutidem S. Cr. Nubis unus Med. unus S. Cr. 2. S. Mar. Ricard. & Vet. At unus Med. unus S. Mar. cum Fes. & Car. *cum aliquid, bona proiicere*.

Ceterum Augustini argumentum huiusmodi est. Plures cum aliquid purgant, etiam

(1) Iob. 14. 4.

etiam bona proiiciunt, & Chirurgi enim in diſſectione venae bonum, praeter atrem ſanguinem; & feminae dum ad depellendum zizanium cribrant, bonum frumentum proiieiunt. Sed haec neceſſitate, vel negligentia eontingunt; quo reſpicit illud Auguſtini verbum, *ſcientem*. Nemo autem integrae mentis, ſeiens, & adtendens bona proiicit. Si ergo adultus propoſito infantiae naenias quaſdam proiicit, ſignum patentiſſimum eſt, eas non bonas dicendas; ſed tolerari &c.

Et haec non de infantum naeniis quae potius adultorum ſibi animos devincire ſolent; (*gratie infantili*) ſed de illis, quae propria ipſarum natura ſpectata, vere malae ſunt, ut ira, obſtinatio &c. Quas niſi adultus exuat, veri & proprii peccati reus erit. Quanquam viri eximii omnis generis quiſquilias abiicere ſoleant; unde Paulus, magnum illud vas electionis 1. Cor. 13. 11. *Cum eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, ſapiebam &c. quando autem factus ſum vir, evacuavi quae erant parvuli*. In quibus tamen verbis longe nobiliora arcana deliteſcunt.

(*f*) *Expiare ſe dicunt iſta &c.* = Puta cum mammarum papillas ingrato amaro inungunt liquore, quo infans nativum fontem exhorrens, vel faſtidiens ad novum, ſeu alienum divertit. Vide ipſum Aug. in Pſal. 30. Enarr. 2. ad v. 15. Aut verius: loquitur potius de expiatione motuum pro materia malorum. Quae expiatio ſignificat forte innocentes fallacias illas, quibus infantium iram & querelas eludimus.

Blande tolerantur haec &c. =. Preſſe id accipiendum eſt: ut quia aetatis adceſſu peritura, non utcumque, ſed *blande* tolerentur.

Henricus Wangnereck unam ad hocce caput notulam habet; eaque Lectorem admonet, Auguſtinum abuſive, non proprie nonnullos infantum motus peccata appellare. Subdit autem „ Et „ ſane verum eſt, *neminem ſcientem cum* „ *aliquid purgat, bona proiicere*. Unde „ errarunt Stoici, qui paſſiones non „ moderandas tantum, ſed radicitus e„ vellendas putabant.

Quali vi eam ſententiam in alienum ſenſum inflectit! Neque enim S. Doctor monere voluit, motus illos rationi aptandos, non radicitus convellendos; ſed, ut liquet ex dictis, neminem ſcientem bona proiicere, adeoque ſi adulti eos infantiae motus expellunt: manifeſtum, eſſe malos habendos, licet in infantibus blande tolerentur.

Licet textus ſcopo praeciſo: certo alias certius ſit, humanas paſſiones non *radicitus evellendas, ſed tantum moderandas*. Unde Propheta Pſal. 4. 5. *Iraſcimini, & nolite peccare*. „ Quod „ (*Auguſtinus inquit n.* 6.) duobus „ modis intelligi, poteſt: aut,, etiamſi „ iraſcimini, nolite peccare, ideſt, etiamſi „ ſurgit motus animi, qui iam propter „ poenam peccati non eſt in poteſtate, „ ſaltem ei non conſentiat ratio, & „ mens, quae intus regenerata eſt ſe„ cundum Deum (1), ut mente ſervia„ mus legi Dei, ſi adhuc carne ſervi„ mus legi peccati; aut Agite poeni„ tentiam, ideſt, iraſcimini vobis ipſis „ de praeteritis peccatis, & ulterius „ peccare deſinite.] Quam expoſitionem adoptat Bellarminus, preſſius etiam ad rem noſtram eam inculcans. Et ipſe Chriſtus iram adhibuit, Marco teſte c. 3. v. 5. *Et circumſpiciens eos* (Phariſaeos livide iamiam mordentes) *cum ira, contriſtatus eſt ſuper caecitate cordis eorum*. De bono irae uſu ultra Baſilium, diſputant Lactantius Lib. de Ira Dei, cap. 21. Gregorius Homil. 34. in Evangel. poſt initium. Auguſtinus Lib. 4. de Civit. Dei, cap. 9. & 15.

(*g*) *Quod licet probes, tamen ferri &c.* Benedictini legunt: *Quod licet probes, cum ferri &c.* inquientes in imo margine. „ Ita in MSS. & recte. Vult „ nimirum Auguſtinus poſſe vel ex eo „ probari, quod illa quae in infantibus „ benigne tolerantur, mala ſint, quia in „ aetate provectioribus tolerari aequo „ animo non poſſunt. Mendoſe ergo in „ editis legitur, *Quod licet probes*, „ *tamen ferri, &c.*] Eum huius loci ſenſum eſſe non inficiamur: ſed quid inde? Regitur in utraque lectione, ut diligenter adtendenti conſtabit. Niſi quod ſi legatur, *cum*, periodus non finiatur, ſed ſuſpenſa remaneat, MSS. 2. Med. 2. S. Cr. totidem S. Mar. ut etiam Feſ., & Car. Benedictinis; unus S. Mar. unus S. Cr. Ricar. & Vet. nobis ſuffragantur. MSS. 2. Med. prorſus huncce locum corrumpunt.

Inquiens ſupra Auguſtinus: *An pro tempore etiam illa bona erant &c.* hoc fere modo argumentabatur: poſt quam nempe oſtenderat, aliquos infantium motus malos dicendos ex eo quod adulti illos

(1) Rom. 7. 25.

illos proiiciant; Anne motus illi a provectioribus abiiciuntur, non quod omnem sed quod gravem eorum aetatem dedeceant? En motus adeo ex ipsa natura mali: ut vel etiam in infantibus tolerari quidem, at laudari nullo modo possint.

(*b*) *Etiamsi &c. quae nemo alios &c.* = Nicodemum, eximium virum illum imitatur, qui Ioan. 3. 2. ita Redemtorem adloquitur. *Rabbi scimus quia a Deo venisti magister: nemo enim potest haec signa facere, quae tu facis &c.* Ceterum ex corporis humani, quod modicus, seu brevis orbis appellari solet, sicut ex orbis magni textura Dei existentiam deprehendi Philosophi, Theologi, & Patres passim, nec immeritò praedicare solent. De eo autem, quod paulo post habet, *Et lege tua ordinans omnia*, dicemus cap. 10. A.

(*i*) *Quod si & in iniquitate &c.* = Ita BB. Vet. 3. MSS. S. Mar. 3. S. Cr. 3. Med. Car. Fes. & communiter codices tum editi, tum MSS. nisi quod aliqui, ut Ricar. Car. MS. Med. omittunt, *&*. At in editione Lov. omittitur, *si &*. male, ut liquet.

In utero me aluit. = Ita v. 7. Psal. 50. apud ipsum etiam in eiusdem Psal. Enarratione n. 10.

Hoc argumento a cuiuscumque aetatis mortalibus exactam innocentiam tollit Augustinus. Quandoquidem infantes non esse exacte innocentes, probaverat ex eo quod deprehendantur in illis motus quidam natura mali, libertatis, seu cognitionis tantum defectu excusandi. Nunc subsumit: *Quod si & in iniquitate &c.* idest: Quod si & aetatem in utero haud liberam esse a peccato (originali) a Davide edocemur; qualis censenda erit aetas, cui vere, & proprie innocentia tribui possit? In propria autem persona loquitur, eo quod licet de parvulis omnibus id (Virgine excepta) dici possit; humillimus tamen Dei Servus id unum vult: in seipsum, aut infantem, aut matris utero cinctum iaculari. Quo etiam sic, non contemnendum, sed laudandum, si aliquotiens infantilem aetatem vel etiam sophisticis argumentis criminetur.

(*l*) *Et quid mihi iam cum eo est &c.* = Iam vero caussa adeo sophistica omissa: serio disputandum est. Et quid enim in iis distendi, quorum ut nulla vestigia recolo, ita nec de excessibus haud imputandis ad culpam anxius esse debeo? Potius ad aetates adcedendum est, quae a Deo, hominibusque in iudicium trahuntur.

Hoc caput ex illis, ut coniicimus est, quae *Desiderium Erasmum*, virum gravioribus curis, si superis placet, distentum insigni taedio adfecere; queritur enim delicatus Palladis filius in fine Censurae horum librorum: *Porro Confessionum libri . . . . habent quiddam peculiaris molestiae. Primum in hoc, quod multa de seipso cummemorat, partim minutiora, quam ut ea severiore praeditus ingenio commemoranda putaret. Partim ad &c.*

Minutiora haec sunt fatemur; sed quae expendenda putaret homo severiore quidem ingenio, at simul delicatissima pietate, & humilitate heroica praeditus. An nonne enim insignis pietatis, & humilitatis caracter, culparum vel colores ingeniosissimis argumentis expiscari; ex quo videlicet hominum prodatur infirmitas; insignis vero laus Numini adcedat, in quo nec veras maculas reperire est, nec macularum vestigia? Huiusmodi quidem examen *Erasmum* dedeceret, hominem laxae inquinatae conscientiae: qui anxietatibus nullis, aut scrupulis punctus, mira libertate, festivus, ac laetus in Sacerdotes, Monachos, Abbates, & Praesules dicteria evomuit, atque blasphemias. Quorum omnium si lecto proximus divinam expiationem exsolvit, Deo plurimas gratias damus, qui ut est omnipotens, novit etiam oleum e durissimo lapide educere.



CA-

CAPUT VIII.

ARGUMENTUM.

Ad pueritiae adcedit exordia: in quibus tantillis rationis illucescentibus radiis, homines adultioris aetatis adtendens, internos conceptus non male aut verbis expresserit, aut nutibus.



Onne ab infantia huc pergens, veni in pueritiam, vel potius (*a*), ipsa in me venit, & successit infantiae? Nec discessit illa, quo enim abiit, & tamen iam non erat. Non enim eram infans, qui non farer (*b*), sed iam puer loquens eram. Et memini hoc; & unde loqui didicerim, post adverti. Non enim docebant me maiores homines, praebentes mihi verba certo aliquo ordine doctrinae, sicut paulo post litteras; Sed ego ipse mente, quam dedisti mihi, Deus meus, cum gemitibus & vocibus variis, & variis membrorum motibus edere vellem sensa cordis mei, ut voluntati pareretur: nec valerem, quae volebam omnia: nec quibus volebam omnibus: praesonabam memoria, cum ipsi (*c*) appellabant rem aliquam, & cum secundum eam vocem corpus ad aliquid movebant, videbam, & tenebam hoc ab eis vocari rem illam, quod sonabant, cum eam vellent ostendere. Hoc autem eos velle (*d*), ex motu corporis aperiebatur, tanquam verbis naturalibus omnium gentium, quae fiunt vultu, & nutu oculorum; ceterorumque membrorum actu, & sonitu vocis indicante adfectionem animi, in petendis, habendis, reiiciendis, faciendisve rebus. Ita verba in variis sententiis, locis suis posita, & crebro audita, quarum rerum signa essent, paulatim colligebam, measque iam voluntates edomito in eis signis ore (*e*), per haec enunciabam. Sic cum his, inter quos eram voluntatum enunciandarum signa communicavi, & vitae humanae procellosam societatem (*f*) altius ingressus sum, pendens ex parentum auctoritate, nutuque maiorum hominum.

(*a*) *Veni in pueritiam, vel potius &c.* = Quum hominis aetas sit eius accidens: dicendum utique, non tam hominem venire in ipsam, quam ipsam in hominem; Albedo enim parieti adcedit, non e contra; & febris in nos venit, non venimus in febrim. Adeo caute differendum est cum Metaphysicorum oraculo!

Ad illud vero, quod addit: *Nec discessit illa: quo enim abiit?* dicendum est, aetatem equidem non proprie discedere: sed, desinere; In desinentibus autem non quaeri, quo abierint. Quod si vulgo dicitur puta, Febris discessit: non requirendum est, quo abierit; impropria loquutio illa; melius, aptiusque loquereris, Febris desiit. At non est cur parvuli nos tot metaphysicis limitibus, insaniendi etiam periculo implicemur. Sic Augustinus (iis, qui Spiritu adstante loquuti sunt exceptis) mortalium unus, qui sagacitate tanta pedem moveat pro omnibus; Augustinus enim eo ingenii pollebat acumine, ut metaphysicas praecisiones fere naturae loco teneret.

(*b*) *Non enim eram infans, qui non farer.* = Commune placitum firmat: Infantem nempe dici quod minime fatur; sicut innocens dicitur, qui minime nocet. Quod repetit Lib. 16. de Civit. Dei cap. 43. n. 3. his verbis: *A Pueritia namque homo incipit loqui post infantiam, quae hinc appellata est quia fari non potest. Quam profecto aetatem primam demergit oblivio &c.* & iterum Lib. 21. cap. 16. initio. Et Isidorus Lib. 2. Originum, vel Etymologiarum, cap. 2. *Infans dicitur homo primae aetatis, di-*

 dus

ctus autem infans, quia adhuc fari nescit: idest loqui non potest. Nondum enim bene ordinatis dentibus, minus est sermonis expressio.

Et memini hoc; & unde loqui didicerim, post adverti. = Meminit se infantiae exordio loquutum; sed quomodo hoc didicerit alios adtendens, nonnisi postea advertit; ad imitationem quippe modica: ad imitationem autem quae contingebat, & non advertebatur bene pensandam, amplior lux postulatur. Loquitur enim de imitatione, quae praeter arbitrium, vel animadversionem contingit; qualis est illa, qua extranei nostrarum regionum, non adtendentes, & etiam aliquotiens dum nolunt, mores adoptant.

(c) *Praesonabam memoria, cum ipsi &c.* = Ita Benedictini: qui inquiunt, „ Melior visa est lectio MSS. Corbeiensis, „ Fossatensis, & aliorum optimae notae, „ qui habent, *praesonabam*.] Sagacissimis viris libenter suffragamur: quod lectio eorum aenigma prorsus dissolvat; aliorum autem obscurum, & implexum relinquat. *Praesono* est, *ante sono*: ut liquet: & innuit Ovidius iuxta lect. Heins. 3. Amor. Eleg. 13. v. 11. dum canit; *Hinc ubi praesonuit solemni tibia cantu*. Iam autem sic aenigma proditur: Nec valerem quae volebam omnia verbis aperire: nec quibuscumque loquentibus omnia, quae nominabant praesonabam memoria: quia videlicet non adhuc quaelibet rerum nomina audieram: unde non omnia callebam: adeoque memoriae non commendaveram; at si non omnia memoriae commendaveram, quomodo poteram ea dicentibus velut (quod per metaphoram dicitur) memoria praesonare? Quam lectionem habent MS. unus S. Mar. & alter S. Cr. Sed Bad. Am. Er. Antonius Arnaldus cum nonnullis MSS. a BB. visis, uno S. Cr. uno Med. & Ricar. *pensabam*. Est autem, *pensare*, diligenter adtendere; Liv. l. 38. Lov. habent, *prensabam*, quod est, desiderabam, ambiebam. Cic. Att. l. 1. ep. 1. Liv. l. 3. c. 47. Tacitus 4. histor. c. 47. Item, apprehendebam; Horat. l. 1. Sat. 9. Virgil. l. 2. Aen. v. 444. Liv. l. 12. Denique Vet. Som. cum aliquot aliis antiq. edit. 2. MSS. S. Mar. uno S. Cr. Fes. & Car. *praestabam memoriae*, vel *memoria*.

(d) *Hoc autem eos velle &c. & nutu oculorum.* = Voces adtendebam, & nomina. Quid autem haec signa, quae hominum arbitrio fiunt, insinuarent, ex naturalibus signis, quae eadem nomina comitabantur, coniiciebam. Naturalia autem signa sunt v. gr. frontis serenitas, aut tristitia: cervicis erectio, vel depressio: gemitus, risus, varius oculorum adspectus &c. Sic rem, quam volumus, dum ad eam oculos vertimus; plausus ex frontis serenitate parvuli solent coniicere. Quae quidem dum alta mente tenent, tacentibus etiam naturalibus signis, & nutibus, sensim ex solis vocibus, atque nominibus internos animi motus deprehendunt. De verbis, & signis frequenter alibi Augustinus: at maxime lib. 1. de Doctrina Christiana, cap. 2. & lib. 2. cap. 1. 2. & 3. lib. autem de Magistro cap. 2. 3. 4. 5. 6. & fere per totum. At saltem exhibendum est quod habet lib. 2. de Doctr. Christ. c. 1. n. 2. „ Signorum alia sunt naturalia, alia data. Naturalia sunt, quae „ sine voluntate &c. sicuti est fumus „ significans ignem &c. sed & vestigium transeuntis animantis ad hoc „ genus pertinet: & vultus irati, seu „ tristis affectionem animi significat, etiam nulla eius voluntate, qui aut iratus, aut tristis est; aut si quis alius „ motus animi vultu indice proditur, „ etiam nobis non id agentibus ut prodatur. „

(e) *Edomita in eis signis ore.* = Balbi haesitante lingua soluta, extricata. *Edomo* autem hic fere translate, & quidem elegantissime ponitur ab eo quod est, ferocem equum domare: & lingua enim pueritiae exordio fere reluctatur, & opus est ut edometur. Unde translate dicitur etiam de Principis dominio, non iure haereditario, sed pugna, & victoria parto. *Edomiti orbis opes possidere.* Ovid. L. 3. de art. am. v. 114. Immo & de petulantis naturae contra rationis, & honestatis iura exsurgentis subiectione, mentis dominio facta: *Vitiosam naturam ab ea sic edomitam, & compressam esse doctrina*. Cicero de Fato, c. 5.

Sed advertendum est, *Edomo*, idem quidem ac, *Domo*, sed maiori vi significare; *Edomo* enim non est utcumque, sed perfecte omnino domare; quo verbo acutissimus Doctor forte insinuare voluit, pueritiae exordio nonnihil; at bene, & perfecte nonnisi sequentibus annis linguae nodos exsolvi.

(f) *Et vitae humanae procellosam societatem &c.* = Epictetus Stoicus Lib. 1. Disser. c. 13. ita loquitur, *Vides quo respicias? nempe in terram, in barathrum, in aerumnosas istas leges mortuorum: deorum autem leges non consideras*. Vix ortus quidem homo vitae humanae procellosam societatem ingreditur; sed altius

in

in pueritiam veniens; tunc enim parentum, & maiorum hominum legibus premitur; & quod in infantia agebat impune, iam nonnisi Divinam humanamque indignationem incurrens exsequi potest. Hoc autem ideo docetur, quia cum pueritia, puta circa an. aetatis septimum, vel octavum, rationis lux qua boni, malique naturam deprehendimus nobis adcedit; & tum vero naturae praerogativae illae, quibus nullo modo poteramus sordescere occumbunt, & ab omni lege amplissima illa libertas exspirat. *Pueri ante usum rationis, qui communiter est post septennium, nullis ligantur legibus. Post usum vero rationis obligantur legibus naturalibus, divinis, & ecclesiasticis confitendi semel in anno, abstinendi a carnibus &c.* Felix Potest. Panormitanus Exam. Confess t. 1. p. 1. c. 2. de Legibus, & Praeceptis in genere n. 160. *Non comprehenduntur in prohibitione* (adeedendi ad interiora conventuum virorum) *puellae ante usum rationis, puta ante septennium. Nec pares pueri quoad monasteria Monialium*. Idem, non tam ex suo, quam ex omnium sensu, Exam. Confess. t. 1. p. 2. de primo Praecepto Decalogi, c. 5. titulo, *Monasterium virorum*, n. 1484. Quanquam circa postremum hoc peculiares locorum leges adtendendae sint: nonnulli enim Episcopi amplae facultati illi modum imposuere. Quin immo Romanus Pontifex adhuc regnans, Benedictus XIV, (olim Prosper Lambertinus) quaedam, ut dicunt, ea de re decrevit, quae nondum in manus nostras venere.

C A P U T IX.

A R G U M E N T U M.

Pueritiae tristes horas expendit sub parentum regimine, & praeceptorum ferula: quam nimis duram expertus est, quod puerilibus nugis inlectus imposita studia contemneret.

I. DEus Deus meus, quas ibi miserias expertus sum; & ludificationes (*a*), quandoquidem recte vivere mihi puero id proponebatur, obtemperare monentibus, ut in hoc saeculo florerem, & excellerem linguosis artibus (*b*), ad honorem hominum, & falsas divitias famulantibus. Inde in scholam datus sum, ut discerem litteras, in quibus, quid utilitatis esset, ignorabam miser: & tamen, si segnis in discendo essem, vapulabam. Laudabatur enim hoc a maioribus (*c*); Et multi (*d*) ante nos vitam istam agentes, praestruxerant aerumnosas vias, per quas transire cogebamur, multiplicato labore, & dolore filiis Adam. Invenimus autem, Domine, homines (*e*) rogantes te, & didicimus ab eis, sentientes te, ut poteramus, esse magnum aliquem; qui posses etiam, non adparens sensibus nostris, exaudire nos, & subvenire nobis. Nam puer coepi rogare te, auxilium & refugium meum, & in tuam invocationem rumpebam nodos linguae meae: & rogabam te parvus non parvo affectu, ne (*f*) in schola vapularem. Et cum me non exaudiebas, quod non erat ad insipientiam mihi (*g*), ridebantur a maioribus hominibus, usque ab ipsis parentibus, qui mihi accidere mali nihil volebant, plagae meae, magnum tunc & grave malum meum.

II. Est ne quisquam, Domine, tam magnus animus, praegrandi adfectu tibi cohaerens (*h*): est ne inquam quisquam? (facit enim hoc quaedam etiam stoliditas) (*i*). Est ergo, qui tibi pie cohaerendo, ita sit adfectus granditer: ut equuleos, & ungulas, atque hu-

iuscemodi varia tormenta, pro quibus effugiendis, tibi per universas terras, cum timore magno supplicatur, ita parvi aestimet: deridens eos (k), qui haec acerbissime formidant, quemadmodum parentes nostri ridebant tormenta, quibus pueri a magistris adfligebamur? Non enim aut minus ea metuebamus, aut minus te de his evadendis deprecabamur; & peccabamus tamen minus scribendo, aut legendo, aut cogitando de litteris, quam exigebatur a nobis. Non enim deerat, Domine, memoria vel ingenium, quae nos habere voluisti pro illa aetate satis: sed delectabat ludere, & vindicabatur in nos ab eis, qui (l) talia utique agebant. Sed maiorum nugae, negotia vocantur: puerorum autem talia cum sint, puniuntur a maioribus; & nemo miseratur pueros vel illos, vel utrosque. Nisi vero adprobet quisquam bonus rerum arbiter vapulasse me, quia ludebam pila puer (m), & eo ludo impediebar, quo minus celeriter discerem litteras, quibus maior deformius luderem. Aut aliud (n) faciebat idem ipse, a quo vapulabam, qui si in aliqua quaestiuncula a condoctore suo victus esset, magis bile atque invidia torquebatur, quam ego, cum in certamine pilae a collusore meo superabar.

(a) *Quas ibi miserias expertus sum, & ludificationes.* = Ut ludificabatur? an cum sevissime exceptus, ut inferius addit, a maioribus atque parentibus derideretur? Ludificare enim saepe est deridere. Plautus in Cas. Cicero pro Roscio Amer. c. 20. Potius dicendum est, hac ratione ludificationes expertum esse: quod undique scupulis cingeretur. Et studia enim vanitate quadam imperabantur; & studiorum neglectu graviori culpa implicabatur. Nempe ludificatio hic pro tergiversatione, ac dolo posita est. Ut a Sallustio Iug. c. 36. Apuleio Lib. 10. A. A. Cicerone pro Sex. c. 35.

(b) *Et excellerem linguosis artibus.* = De Grammatica, & Rhetorica loquitur; hae siquidem artes vere linguosae. Unde de priori S. D. Lib. 2. Soliloq. cap. 11. n. 19. *Est autem Grammatica vocis articulatae custos, & moderatrix disciplina: cuius professionis necessitate cogitur humanae linguae omnia etiam figmenta colligere &c.* De altera Lib. 1. contra Cresconium Grammat. Donat. cap. 15. initio. *Hoc ille verus disputator si late, diffuseque faciat, eloquenter facit, aliaque tunc censetur, augeturque vocabulo, ut dictor potius, quam disputator vocetur &c.* S. Isidorus etiam Lib. 1. Orig. seu Etymolog. cap. 2. & 5. ita Grammaticam explicat, *Ars recte loquendi*, & Rhetoricam, *Ars bene, ornateque dicendi*. Quae confirmat Lib. 2. cap. 1.

De utriusque vero artis etymologiia, inventione, & ortu Augustinus Lib. 2. de Ordine post med. seu a cap. 12.

(c) *Laudabatur hoc a maioribus.* = Pueros sensibilibus nimis inlectos ad studia vi, ferulaque cunctandus maiores dixere, inculcarunt; Et quidem morali, & physico bono; Morali: & quid enim pueros, in quibus ratio caligat in honestatem inflectet, vel a malo retrahet, nisi sensibilis poena, & emergens corporis damnum? Physico: puerorum enim vagatio immodica vigoris exuberantia rationem laedente, seu implicante generatur; sit ergo ferula, qua carne mortificata; & depressa, mens exurgat, praevaleat, ac dominetur.

Verum haec de pueris, qui vivo quamvis ingenio, atque tenaci memoria praediti, malo a studiis genio divertuntur. Dolemus tamen infelicem puerorum sortem, qui naturae iniura in addiscendo tardissimi; atque ad traditum retinendum, utpote memoria vacillantes inepti, eius infortunii, quod excutere nequeunt, & de quo ipsi etiam dolent, luere poenas coguntur. Quod & Ludovicus Antonius Muratorius alte, & fuse deplorat Philosophiae Moralis cap. 5. in fine.

Utut autem res se habeat; Aut puerorum hebetudo negligentia, aut ipso ingenii, memoriaeque defectu prognata sit; nobis stomachum movent Ludimagistri illi, eosque a superiori potestate monendos, castigandos arbitramur, qui in puerorum aut impotentiam, aut etiam nugas tanta rabie, tamque cruentis flagellis debacchantur, ut propriae conditionis obliti, carnificis truculenta munia induisse videantur. Inhumani pectoris homines, quorum impudentia velut a facie colubri recedunt pueri a scholis. Tu qui aetatem adolevisti ab hisce furiis quam pietatem expectes, qui parvulis adhuc in-

innocentiam quamdam sapientibus nihil indulgent? Tales autem Augustini praeceptores fuisse ex hoc capite suspicamur,

(*d*) *Et multi &c. per quas transire cogebamur*. Loquitur de antiquorum statutis, quibus pueri ad nodosissimas artes perdiscendas, adpensa ferula, dataque praeceptoribus nonnihil saeviendi facultate, compelluntur, Bene autem addit, *Multiplicata labore, & dolore filiis Adam*; In tot enim Adae peccatum nos aerumnas, & dolores induxit; ut nimis sit haec nobis arbitrio addere; ut videlicet tenelli nugarum levium expiationem gravem exsolvamus, Ceterum vidimus nos Ludimagistros quosdam prudentissimos solerti mansuetudine, & comitate, vix nonnunquam levissimis poenis inflictis a pueris ea obtinuisse, quae phanatici superciliosi alii mille clamoribus, & barbara saevitie nunquam obtinuere,

(*e*) *Invenimus autem, Domine, homines, &c. rumpebam nodos linguae meae*. = Ex hoc textu magnum quiddam in Augustini laudem deduci posse censet Ludovicus ab Angelis Lib. 1. de vita, & laudibus S. Doctoris, cap. 3. circa med. ubi ita loquitur „ Tages specie puerili, sed „ prudentia senex visus est, ait Ci„ cero (1). Tagastensis noster adhuc „ puer caliam multorum obscuravit se„ nectutem, cum ait Deo, *Invenimus* „ *autem &c. linguae meae*. Hercules „ iste in cunabulis vecordiam in supra„ dictis deprehendit, *dicentem in corde* „ *suo non est Deus*, (2). Aristotelem „ reprehendit, qui gubernationem infi„ marum rerum Deo denegavit, & ut „ est in Theodoreto(3), *lunam limitem* „ *ei constituit*. Alias denique serpentes „ huius mundi comprehendit, & utraque „ manu strangulavit: *Quia cum cogno*„ *vissent Deum, non sicut Deum glorifi*„ *caverunt, aut gratias egerunt* (4)] Quae tamen vix oratoria laxitate accepta nobis utcumque placent. „

(*f*) *Rogabam te parvus, non parva affectu, ne &c.* = Affectum intellige concupiscentiae, non amicitiae: non enim divinae laudis, sed propriae carnis, in quam saeviebat ferula negotium intuebatur, Immo dicendum est, nec de amicitiae: nec de concupiscentiae affectu, amore nempe Augustinum sermonem habere; sed de maxima anxitudine, altisque voris, quibus Deum obtestatus est, ne in scholis vapularet, *Si ees ampla domi, similisque affectibus esset*, Iuvenalis satyr. 12. v. 10. Nisi mavis dicere, affectum hic indefinite pro animi passione positum; *Qualis cuiusque animi affectus esset, talem esse hominem*. Cicero 5. Tuscul. c. 16. Et tum erit sensus, insigni humanitatis impetu, animive commotione Deum rogasse &c.

Eo autem quod ante dixerat, *coepi rogare te, auxilium, & refugium meum*, ad illud Davidis adlusit Psalm. 30. v. 1. & 4. *In te Domine speravi, non confundar in eternum &c. Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu*.

Quem invocationem conceptam corde, verbis etiam expressit, *Et in tuam invocationem rumpebam nodos linguae meae*; quod forte proferens, haec vel similia scripturarum oracula inspiciebat; *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam*. Psal. 50. 17. *Os meum aperui. & adtraxi spiritum, quia &c.* Psal. 118. 131. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*. Rom. 10. 10.

(*g*) *Cum me non exaudiebas, quod non erat ad insipientiam mihi*. = Manifeste Davidem imitatur, Psal. 21. 2. dicentem: *Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies; & nocte, & non ad insipientiam mihi*. Quod Ipse Augustinus Enarr. 2. n. 4. sic exponit „ „ Multi clamant in tribulatione, & non „ exaudiuntur: sed ad salutem, non ad „ insipientiam. Clamavit Paulus, ut „ auferretur ad eo stimulus car„ nis (5): & non est exauditus, ut „ auferretur; & dictum est ei &c. „ Ergo non est exauditus, sed non ad „ insipientiam, sed ad sapientiam: ut „ intelligat homo &c.] De quo argumento latissime, & egregie, ut sola natura potest, Seneca Lib. *de Providentia*, sive, *Quare bonis viris mala accidant, cum sit providentia*. Quicumque ergo saevientium praeceptorum animus fuerit: non ad insipientiam Augustino vel ipsa saevities permissa, vel oratio non exaudita; Sic enim studiis vel coacte incubuit, quibus sponte non incubuisset: & a nugis, in quas nimis ferebatur, retractus est. Angustiis denique ratio virtutem suam exserit: Isaiae enim 28. 19. *Tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui*.

Sequitur autem *ridebantur a maiori-*

(1) 2. de nat. Deorum.
(2) Psalm. 52.
(3) De divinis decr. titulo, de provid.
(4) Rom. 1.
(5) 2. Corinth. cap. 12. v. 9.

iuribus hominibus uſque &c. Bene quidem ſi plagae prudenter infligebantur, aut prudenter inflictae credi poterant; maiores enim, atque parentes altis ducebantur rationibus, quas puer ſenſibilibus immerſus non adtendebat.

(*h*) *Eſtne quiſquam, Domine, tam magnus animus, praegrandi adfectu tibi cohaerens.* = Non tam quaerit, ut ex integro ſermone adparet, quam miratur, ſeu indicat, ſatis nequire ſe mirari, quoſdam habuiſſe, & habere Deum heroes fortiſſimos, qui aut in teſtimonium fidei; aut ad fartas, tectaſque faciendas virtutes; aut ad malos carnis motus ſedandos lubentes, & hilares equuleis, ungulis, gladiis, ignibus, aquis ſeſe dedere, aut ab aliis dari tanta magnanimitate permiſere, ut irriſerint, vel irridere viſi ſint talia formidantes; quemadmodum parentes Auguſtini pueri plagas irridebant. De Martyribus ſcilicet, & eximiis poenitentibus loquitur.

(*i*) *Facit enim hoc quaedam etiam ſtoliditas.* = Tam opportuna occaſione arrepta, eos curſim vellicat ſtolidos, atque phreneticos, qui nimica affectatione non abſimilia ſubiere, aut ut impiae religioni ſuperſtitioſo obſequio litarent, & ſucum ſimplicioribus facerent; aut ut portentoſae neſcio cuius generoſitatis famam captarent, aut ut turbatae veneris iram, furoremque lenirent.

Et haec quidem propoſitione indefinite accepta. Vehementer tamen ſuſpicamur, Auguſtinum zelo domus Dei tabeſcentem iis verbis Circumcelliones homines ſupra fidem ſtolidiſſimos pungere voluiſſe; de quibus Poſſidius in vita S. D. cap. 10. (1) „ Habebant „ etiam iidem Donatiſtae per ſuas pene „ omnes Eccleſias inauditum hominum „ genus perverſum, ac violentum, ve„ lut ſub profeſſione continentium am„ bulantes, qui (2) Circumcelliones di„ cebantur. Et erant in ingenti nume„ ro, & turbis per omnes pene Afri„ canas regiones conſtituti. Qui malis „ imbuti doctoribus, audacia ſuperba, „ & temeritate illicita, nec ſuis, nec „ alienis aliquando parcebant &c.] & proſequitur plura narrare. Cap. autem 12. initio „ Aliquotiens vero etiam „ vias armati iidem Circumcelliones con„ tra famulum Dei Auguſtinum obſede„ runt, dum forte iret rogatus ad viſitan„ das, inſtruendas & exhortandas catholicas „ plebes, quod ipſe frequentiſſime fa„ ciebat. Et aliquando contigit, ut illi „ ſuccenturiati hactenus perderent ca„ ptionem: evenit enim Dei quidem „ providentia, ſed (3) ducatoris homi„ nis errore, ut per aliam viam cum „ ſuis comitibus ſacerdos quo tendebat „ veniſſet, atque per hunc, quem po„ ſtea cognovit errorem, manus impias „ evaſiſſet. Et cum in omnibus libera„ tori Deo gratias egiſſet, omnino „ ſuo more illi nec laicis, nec clericis „ pepercerunt, ſicut publica conteſtantur „ geſta.] Quod & ipſe Auguſtinus refert Enchirid. cap. 17. circa med. hiſce verbis. „ Sunt enim quaedam, quae „ neſcire, quam ſcire ſit melius. Item„ que nonnullis errare profuit aliquan„ do, ſed in via pedum, non in via mo„ rum. Nam nobis ipſis accidit, ut in „ quodam bivio falleremur, & non ire„ mus per eum locum, ubi operiens „ tranſitum noſtrum Donatiſtarum manus „ armata ſubſederat: atque ita factum „ eſt, ut eo quo tendebamus, per de„ vium circuitum veniremus: cognitiſ„ que inſidiis illorum, nos gratulare„ mur erraſſe, atque inde gratias age„ remus Deo.] Ceterum de Circumcellionum ſtoliditate preſſius alibi frequentiſſime Auguſtinus; Lib. ad Bonifacium, ſeu Epiſt. 185. (Alias, 50.) cap. 2. n. 11. „ Iſta (*Eccleſia perſequitur* „ *impios*) ut revocet ab errore, illi „ (*impii*) ut praecipitent in errorem. „ Denique iſta perſequitur inimicos, & „ comprehendit, donec deficiant in va„ nitate, ut in veritate proficiant: illi „ autem retribuentes mala pro bonis, „ quia eis conſulimus ad aeternam ſalu„ tem, etiam temporalem nobis conan„ tur auferre: ſic amantes homicidia, „ ut in ſeipſis ea perficiant, quando in „ aliis perpetrare non poſſunt. Sicut „ enim caritas laborat Eccleſiae, ſic eos „ ab illa perditione liberare, ut eorum „ nemo moriatur: ſic eorum laborat fu„ ror, aut nos occidere, ut ſuae crude„ litatis paſcant libidinem, aut etiam ſei„ pſos, ne perdidiſſe videantur occiden„ dorum hominum poteſtatem.] Lib. I. contra Gaudentium Donatiſt. epiſc. cap. 26. n. 29. „ Quo gaudentes odio ſaecu„ li, preſſuris eius non ſuccumbitis, ſed „ laetamini, cum vos ipſos velitis occi„ dere, ne moleſtias quaſcumque pa„ tiamini; & mori eligitis, non ab aliis „ occiſi pro veritate Chriſti, ſed a vo-

bis

(1) Poſt Append. t. 10.
(2) Aliquot MSS. *Circellione*s.
(3) Sic MSS. Editi vero, *doctoris*.

„ bis ipsis pro parte Donati ? Ista Circumcellionum est insania, non martyrum gloria .] & cap. 27. n. 30. „ Si sub ara Christi martyres „ esse velletis , non vos ipsos incendendo sacrificium diabolo faceretis &c. „ Ad diabolum sine dubio pertinetis , „ cum tria genera mortis, aquam , ignem, „ praecipitium in vestris mortibus fre- „ quentatis,] De horum autem nebulonum nomine cap. 28. eiusdem Lib. n. 32. in fine . „ Aetatis nostrae hominibus „ res notissimas loquor . Quis enim ne- „ scit hoc genus hominum in horrendis „ facinoribus inquietum, ab utilibus ope- „ ribus otiosum, crudelissimum in mor- „ tibus alienis , vilissimum in suis , ma- „ xime in agris territans , ab agris va- „ cans , & victus sui causa cellas circu- „ miens rusticanas, unde & Circumcel- „ lionum nomen accepit, universo mundo „ pene famosissimum Africani erroris „ opprobrium ?] Et in Psalm. 132. n. 3. „ Dicere consueverunt , Quid sibi vult „ nomen Monachorum ? Quanto melius „ dicimus nos , Quid sibi vult nomen „ Circellionum ? Sed non inquiunt, vo- „ cantur Circelliones . Forte corrupto „ sono nominis eos appellamus. Dicturi „ sumus vobis integrum nomen ipsorum ? „ Forte Circumcelliones vocantur , non „ Circelliones. Plane si hoc vocantur, „ exponant quid sint ? Nam Circumcel- „ liones dicti sunt , quia circum cellas „ vagantur . Solent enim ire hac illac, „ nusquam habentes sedes ; & facere „ quae nostis, & quae illi norunt , ve- „ lint nolint .] Sed innumera alia tradit in Psal. 10. n. 5. in 54. n. 26. In 132. n. 6. In Psal. contra partem Donati, *Lumen cordis &c.* & , *Modum si excessit Macarius &c.* Lib. 3. contra Litt. Parmeniani , cap. 6. Lib. 2. contra Litt. Petiliani , cap. 64. Epist. contra Donatistas, vulgo, Lib. de Unitate Eccles. cap. 20. n. 54. Lib. 3. contra Cresconium Donatist. cap. 42. n. 46. & Lib. 4. cap. 41. n. 61. Tract. 51. in Ioan. 12. n. 10. sive , post med. Serm. 62. de verbis Matt. 8. (alias 6. de verbis Dom.) n. 16. seu , paulo ante finem : & alibi .

I. In nulla autem hypothesi sanctum , aut etiam licitum esse proprie , atque directe semetipsum perimere, exploratum censent Theologi , & omni argumentorum genere ostendunt ; Vide Augustinum Lib. 1. de Civit. Dei , cap. 22. 23. & 26. & S. Thom. 2. p. q. 64. ar. 5. & 3. p. q. 45. ar. 6. Persuasum autem , atque certissimum nobis est, aut ad vocem excolendam , qua etiam in Templis divinae canentur laudes , aut ad quemcumque alium etsi altissimum finem (ea excepta caussa , qua totius sanitati membri abscissione providere velis) turpe , foedum , illicitum esse semetipsum castrare; & turpiter , foede , gravissime eos delinquere, qui alios castrari iubent,

(k) *Derident eos &c.* Adstipulamur Benedictinis , qui admonent . „ Nonnulli „ e MSS. *diligent eos* . Paulo post vero „ Bad. Am & Er. *acerbissime insligunt* .] Augustinus enim antithesim ponit : quaerens utrum : vel potius adserens egregios dari heroes , qui divina caussa acerbissima tormenta tali fortitudine substineant , ut ea formidantes derideant propemodum , sicut Augustini parentes ipsius poenas deridebant , Secunda pars vero lectionis *formidant* non ita manifeste illi, *insligunt* , *praeferri potest : ut diligenter attendenti constabit* . Ceterum nobiscum sunt Ver, Lov. MSS. 3. Med. 2. S. Cr. Ricar. & alii . Licet MSS. 3. S. Mar. unus S. Cr. unus Med. Fes. & Car. habeant , *diligens* .

Non enim deerat , Domine , memoria , vel ingenium , quae &c. Modeste loquitur ; At decet nos memoriae , & ingenii insignem adparatum inferre ; maxime cum cap. 20. dicat : *memoria vigebam , loquutione instruebar* . Ubi nisi insipide Augustinum loqui, & verbum , *vigeo* minus proprie usurpare velis : fateri debes insinuare se puerum memoria floruisse, praestasse . *Nos animo dumtaxat vigemus etiam magis , quam cum florebamus* . Cic. Att. l. 4. ep. 3. *Vigent studia rei militaris* . Id. pro Coel. c. 5. *Vigere memoria* . Id. 2. de Orat. c. 87. Unde & altera pars testimonii , *loquutione instruebar* , ita accipienda est ; facile , insigni fructu quae de Eloquentia dicebantur excipiebam .

Sed quaerimus, cur Augustinus memoriam commendans , qoa puer florebat , addat , *pro illa aetate* ; quum florida aetas memoria abundet , non ratione : ut naturae observatores passim docent , & quotidiana experientia confirmat ? Unde Seneca rhetor celeberrimi Senecae pater memoriae portentum , declam. 1. *Inter ea , quae retuli , memoria est , res ex omnibus partibus animi delicata , & fragilis , in quam primum senectus incurrit . Hanc aliquando in me floruisse , ut non tantum ad usum sufficeret , sed in miraculum usque procederet , non nego &c.* En Seneca qui iuvenis memoria usque ad miraculum floruit , in senectute emarcuit .

R. Difficultatis huius solutionem Aristoteles Philosophorum facile princeps in-

insinuat, dum Lib. de Memoria, & Reminiscentia, cap. 2. initio haec habet. „ Manifestum est quod oportet intelligere talem aliquam factam per sensum „ in anima, & in parte corporis habente „ ipsam, velut picturam quamdam, passionem cuius dicimus habitum esse „ memoriam; Factus enim motus imprimit velut figuram (1) quamdam sensionis (2), sicut sigillantes annullis. „ Unde & aliis quidem, qui in motu „ multo aut propter passionem, aut propter aetatem sunt, non fit memoria; „ tanquam utique in aquam fluentem „ insidente motu, & sigillo; aliis autem „ propterea, quia frigida sunt, sicut „ antiqua aedificiorum, & propter duritiem accipientis passionem non ingignitur figura. Quapropter & valde „ iuvenes, & senes immemores sunt, „ fluunt enim, illi quidem propter augmentum, hi vero propter decrementum.] Et cap. 4. ante finem „ Omnino autem iuvenes, & valde senes „ immemores sunt propter motum: hi „ enim in decremento, illi vero in augmento multo sunt; amplius autem „ pueri, & nanis similes sunt usque ad „ longam aetatem.

Ex quibus dicimus; Quum memoria sit habitus ex passione per sensum in anima, & in parte corporis ipsam habente, hoc est capite facta sicut effigies ab impresso sigillo: capitis postulat neo nimiam duritiem, nec mollitiem; sigillum enim nec in ferro, nec in aqua effigiem relinquint; Adeoque cum senes, & pueri nimium sint molles: illorum enim humores praecipiti motu in decrementum labuntur, horum violento in incrementum exsurgunt: concluditur nec nimium iuvenes, puta admodum parvulos: nec plurimum senes felici memoria pollere. En igitur cur Augustinus dixerit, *pro illa aetate*; Cui nempe memoriae felicitas non adeo convenit. Et forte hac ratione S. D. cap. 20. memoriae suae felicitatem nobiliori phrasi expressit; *memoria vigebam*: ibi enim de adultiori pueritiae parte loquebatur; De qua & Senecam loquutum censemus.

Cui Averrois (3) commentarium, seu paraphrasim, *Bonae autem rememorationis bemo est tardi motus in anima, cuius figuntur sensibilia, quae transiernut per illa &c.* adderemus libenter, nisi periculum esset tam egregii (4) commentatoris verbis Aristotelis sermonem sese quidem obscurum, & barbarum magis foedare.

Marcus autem Antonius Zimara ex ipso Aristotele, & eius commentatore haec habet in Tabula, quae exstat volumine 10. operis Venetiis apud Iunctas impressi an. 1562. *Memoriae bonitas attribuitur habentibus complexionem mediam, & ideo iuvenes habent bonam memoriam; & oblivio accidit pueris, & senibus propter humiditatem accidentalem.*

II. Quaerimus inde; Qui fieri potuerit, ut Augustinus tenacissima memoria: & altissimo ingenio simul excelleret? Et quidem si Ludovico Antonio Muratorio quidquam deferimus, stulta censenda erit huiusmodi quaestio; Arbitratur enim ille potius portentum videri, si una ex iis dotibus ab altera seiungatur; en eius verba cap. 5. Philosophiae moralis, post med. „ Alcuni ancora si danno, „ che in tutt' il corso della lor vita patiscono inopia di memoria, o pel troppo umido, o pel troppo secco, che „ domina nel loro cerebro. E pure senza una fortuna memoria, cioè senza „ questo ricco serbatojo, si porrà bes „ trovare del giudizio in tal' uno, „ ed anche giudizio grande: Ma ben di „ rado un maraviglioso, o almeno un „ veloce ingegno.

Verum duo illa, memoriam, & ingenium potius dividi passim, atque pugnare, communis est Philosophorum sensus, cui ratio, & experientia suffragatur. Debebat autem Lud. Antonio satis esse auctoritas Alexandri Tassoni sui concivis, viri eqoidem omnibus magni, ipsi summi, qui communem opinionem tam late, bene dilucidat, firmat, propugnat Lib. 6. variorum dubiorum, q. 1. *Cur pueri memeria, senes ingenio praestent*: cuios longo sermone digressionem hanc onerare nequaquam decet, Addit autem idem Alexander q. 4. *E perchè, come sopra si disse, il grand' intelletto, e la memoria grande per se più sono opposti, consistendo l' uno nel secco, e l' altro nell' umido, però non dee porer maraviglia &c.*

Quod autem longe malus est: Aristoteles de Memoria, & Reminiscentia cap. 2. circa initium haec statuit. „ Non „ enim iidem sunt memorativi, & remi-

„ ni-

(1) Alias, effigiem.
(2) Sensili.
(3) Florui; saeculo 12. Mahometista.

(4) Vide Scheurl. Bibliograph. morali n. 63. Ludovicum Viv. de caus. corrupt. art. L. 5. pag. 296. & 297.

„ niſcitivi, ſed fraquenter magi, memo„ rativi quidem qui tardi, magis remini„ ſcitivi autem qui veloces, & dociles, „ Primum igitur aecipiendum eſt qualia „ ſunt memorabilia, ſaepe enim decipit „ hoc &e.] Reminiſcentia igitur (ſpecies quaedam memoriae, quam intellectivam diceres: & de qua Ariſtoteles hoc loco, & Philoſophi in tract. de Anima) a memoria diſtinguitur: illa, non haec cum bono ingenio congreditur; Unde rudis minervae homines memoria praeſtant: nobilis vero, atque velocis tantummodo reminiſcentia. Et cap. 2. ante med. „ Similiter autem & multum veloces, & mul„ tum tardi, neutri videntur memores: illi „ enim humidiores ſunt, quam opportunum „ ſit: hi vero ſicciores (1); illis igitur „ non manet phantaſma in anima, hos „ vero non tangit. „

Ex quibus habes Philoſophum non de quibusvis tardis, velocibusque dicere: ſed de tardiſſimis, ac velociſſimis: quorum neutrum memoria excellere adfirmat. Velocitas enim ex humido eſt, cuius videtur proprium organa ſolvere, & ad celeres actiones impellere; in extremo autem humido, tanta nempe celeritate, memoria, ſeu phantaſma memoriae commendatum, non manet: hoc eſt, inquietam figit ſedem, facile deturbatur, atque depellitur: ut corpus ſphaerae in gyrum actae ſuperpoſitum ſtatim diſiicitur. Nimium tardi autem bona memoria carent, duritiei, atque ſiccitatis exceſſu: phantaſma quippe mentem nimis duram haud tangit: videlicet, non pungit, non penetrat: ut duriſſimum lapidem ſigillum non penetrat, unde nec ei inſidere poteſt. Debet proinde capitis pars memoriae inſerviens ceram imitari: hanc enim utpote non admodum duram ſigillum bene pervadit: eique non nimis molli, & fluidae pacate, & commode inſidet.

Quidquid ergo Lud. Anton. Muratorius effutiat: qui librorum multitudine & nobis olim fucum fecerat; & cui, eorumdem librorum non niſi verbis, & quidem frigidis, evanidiſque conſtantium magna parte lecta, & diſcuſſa: hiſtoria excepta (quam etiam vulgi phaleris, atque rumoribus auxit, & portentoſis fabulis inquinavit) nihil prorſus deferimus, aut de Poetica: aut de Philoſophies, tum ea nempe quae abſtracta, tum altera, quae pinguiora obiecta intuetur: aut de Theologica ſe loquaris; Exploratum habemus, ingenium, memoriamque, duas haſce naturae dotes ſaepe ſaepius dividi, & coire infrequenter. Prodimus tamen quod meditati ſumus circa quaeſtionem huiuſmodi, quam propoſito, & exacte a nullo diſcuſſam vidimus, I. Generalem Ariſtotelis doctrinam exceptionem pati: eamque animo aequo ab eodem toleratum iri; immo praeviſam, ac traditam eſſe iis verbis. *Frequenter &c, Neutri videntur memores:* Unde & Alexander Taſſoni q. 4. *Il grand' intelletto, e la memoria grande per lo più ſono appoſti &c. ſono alle volte così diſtanti &c.* Et id ſat eſt ad Philoſophi ſcopum; ſi enim aliquotiens, & ut in plurimum veloces ingenio, qui ſemper reminiſcentia pollent, memoria ſunt infelices: duo ergo illa, reminiſcentia, & memoria non vaduut in idem; quod tamen eodem Philoſopho antiquiores nonnulli, quique ſuo florebant tempore paſſim arbitrabantur: *ſaepe enim decipit hoc.* Quodque adhuc iuniores quidam nolunt credere: praedicto Alexandro teſte, qui q. 1. „ Aggiungono di più queſti tali, „ che la reminiſcenza non è differente „ dalla memoria contro il parer d' Ari„ ſtotile . . . . e vogliono che la semini„ ſcenza non ſia altro che una memoria „ imperfetta, ſimile a certe ſcritture „ antiche, che parte intiere, e parte „ guaſte dal tempo non ſi leggono tutte &c. II. Arbitramur de velocibus tantum, non de iis, qui & veloci, & ſimul etiam profundo ingenio polleut, in quibus humidum, & ſiccum pari fere iunguntur pondere, Ariſtotelem dicere. Quos quidem Poſteriores nihil illis veloeitate concedere aliquotiens certum eſt.

Unde concluditur, eximia quoque ingenia memoriae felicitate, & quidem frequentiſſime deſtitui. At ingenia nimis rara, quaeque alia inter, quamvis ſublimia, ut pumilionibus collati gigantea eminent, ingenia inquam perfectiſſima, quae mox, & expedite diſcutiunt, & profunde meditantur, tenacis, & amplae quoque memoriae dono inſignita eſſe. Simili autem ingenio praediti ivere Auguſtinus, Hieronymus, Thomas Aquinas, & alii, quorum clariſſima fama ubique reſonat.

Et haec de Auguſtini pueritiam agentis memoria; deque ſummo, amico, conſtantiſſimo a memoria, & ingenio pro Auguſtino foedere inito.

(*l*) *Et vindicabatur in nos ab eis, qui &c.*

K

(1) Alias *duriores*.

&c. = Ipſi maiores, qui in ludos illos ita iraſcebantur, ſimilibus ludis indulgebant; annonne enim ludis, & nugis indulgent: qui pecuniis, & hominum plauſibus anxie inhiant? tales autem erant maiores: quorum nugas depravatum mortalium iudicium negotia appellat.

Addit autem: *& nemo miſeratur pueros vel illos, vel utroſque:* ideſt, nemo miſeratur veros pueros ferulae ſubiectos; nemo item maiores tot ſaecularibus vanitatibus, & quiſquiliis nihil minus pueros: quos ſcilicet homines laudant, & palpant: quum tamen deberent graviſſimis verbis obiurgare, & reprehendere; quod eſſet, *miſerari.*

(*m*) *Niſi vero adprobet quiſquam bonus rerum arbiter vapulaſſe me, quia ludebam pila puer.* = Ironice bonum rerum arbitrum vocat adprobantem quod vapulaverit puer ludens pila: reſpiciens tamen obliquam intentionem maiorum; Quis enim potius vapulare debet, puer nugarum amore ſtudia negligens; vel homo aetate, & nomine gravis ſtudia depravata mente, & ad inanes fines inculcans? Immo non potius eligendum, vel tolerandum puerum nugis, ſeipſis quidem non malis, a ſtudiis diſtrahi, quam in iis proficere ad inaniſſimam populi captandam auram, ad lutulentas gentium texendas, & cantandas fabulas, ad faciendum veritati fucum, ad ſupplantandum? Duo nempe Auguſtinus intuetur; vanam intentionem maiorum: & malum genium, quo ipſe aetate adultior, potiſſime a Manichaeis deceptus, ingenio, & eruditione uſus eſt.

(*n*) *Aut aliud &c.* = Ita Benedictini, Som. MSS. 3. S. Mar. 3. S. Cr. Ricar. Car. & Feſ. Sed Vet. Bad. Am. Er. & Lov. *Haud*, pro, *aut*; Utraque lectio bona eſt: noſtra autem optima. Hac enim interrogationem ſapiente concinnius, & fortius argumenti ratio continuatur. Perſtringebat enim maiores, parenteſque ſuarum poenarum deriſores: quod & ipſi quaſi pueri alio nugarum genere inſanirent; Nunc autem preſſius contra praeceptorem ſubſumit hoc fere modo: Aut ne a nugis alienus erat idem ipſe, a quo propter nugas vapulabam? qui &c. Argumentum eſt a fortiori; bilis enim furor & invidia, quibus praeceptor in collegam, litteraria concertatione vincentem excandeſcebat, nugae erant longe deteſtabiliores, ac vulgares illae, quibus pueri capi ſolent. Certe magiſter talis eſſe debet, cuius poſſit, debeatque diſcipulus veſtigia calcare; *Magiſtro magnam fatis iniuriam, qui ſe diſcipulum fatetur eius, cuius non ſequitur inſtitutum.* S. Petrus Chryſologus Serm. 94. Ne potius ei diſcipulus exprobet: *Medice cura te ipſum.* Lucae 4. 23. Non quippe ſat eſt bona monita, niſi etiam bonum exemplum exhibeatur: unde omnium praeceptorum ſummus Act. 1. v. 1. *Coepit facere, & docere.* Qui ad tolerantiam paſſionum, ad manſuetudinem, & humilitatem ſuos diſcipulos provocans, inquit Matt. 11. 29. *Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum &c.* Sed & inſigne vaſtiſſimum Ethnicorum exemplum habemus apud Ariſtidem Sophiſtam ex Adrianis Myſiae, ſive Bithyniae urbe ortum Orat. Panathenaica, ubi „ Lacedaemonios quoniam „ alacriores volebant reddere, ut ſolent, puerorum magiſtri, priori loco „ ſtatuerunt, ut eos ad imitationem factorum ſuorum incitarent.



CA-

C A P U T X.

A R G U M E N T U M.

Licet de eruditione captanda maiorum ſuorum vigiles, anxiae curae ambitione quadam, & faſtu macularetur; adhuc ſore negligentium ſuam culpandam: tum quod potuiſſet oblique commendatum in optimum uſum vertere: tum quod vana illa contemſerit, ut vaniſſimis aliis inhiaret.



T tamen peccabam, Domine Deus, ordinator, & creator omnium rerum naturalium, peccatorum autem tantum ordinator (*a*). Domine Deus meus, peccabam faciendo contra praecepta parentum, & magiſtrorum illorum. Poteram enim poſtea bene uti (*b*) litteris, quas volebant, ut diſcetem, quocunque animo illi mei. Non enim meliora eligens, eram inobediens, ſed amore ludendi, amans in certaminibus ſuperbas victorias, & ſcalpi aures (*c*) meas falſis fabellis, quo prurirent ardentius, eadem curioſitate magis magiſque per oculos emicante in ſpectacula (*d*), ludoſque maiorum; quos tamen qui edunt, ea dignitate praediti excellunt, ut hoc pene omnes optent parvulis ſuis; quos tamen caedi (*e*) libenter patiuntur, ſi ſpectaculis talibus impediantur a ſtudio, quo eos ad talia edenda cupiunt pervenire. Vide iſta, Domine, miſericorditer, & libera nos iam invocantes te; libera etiam eos, qui nondum te invocant, ut invocent te, & liberes eos.

(*a*) *Peccatorum autem tantum ordinator.* = Ita Benedictini, quibus utroque ſubſcribimus pollice, quoſque audire placet. „ In editionibus Am. Er. „ & Lov. legebatur, *tantum non ordi-* „ *nator*. Erratum: quod emendant edi- „ tiones Bad. & Arn. & MSS. plures „ ac potiores, a quibus abeſt negatio. „ Enim vero notum vulgo eſt id ab „ Aug. paſſim confirmari, Deum iuſtiſ- „ ſimum eſſe peccatorum ordinatorem. „ Sic Lib. 11. de Civit. Dei c. 17. „ *Deus*, inquit, *ſicut*, *bonarum natura-* „ *rum optimus creator eſt*, *ita malarum* „ *voluntatum iuſtiſſimus ordinator*. Item „ in Pſalm. 7. *Aliud fecit*, *& ordi-* „ *navit: aliud tamen non fecit*, *ſed tamen* „ *etiam hoc ordinavit*. Quam doctri- „ nam illuſtrabit nonihil alius locus lib. „ de Praedeſt. ſanctorum c. 16, ubi „ legitur: *Eſt in malorum poteſtate pec-* „ *care. Ut autem peccando hoc*, *vel* „ *hoc illa malitia faciant*, *non eſt in* „ *eorum poteſtate*, *ſed Dei dividentis* „ *tenebras*, *& ordinantis eas*. „

Qui plura de hocce altioris Theologiae arcano ab Auguſtino deſiderat, videat Lib. 1. de Ordine, cap. 7. lib. 2. cap. 1. n. 2. & cap. 7. n. 23. Sed ambo libri illi toti quanti ſunt propemodum in eam rem ſunt ſcripti. Vide etiam Lib. de Catechizandis Rudibus. cap. 18. n. 30. paulo ante finem. Serm. 1. in Pſalm. 57. n. 21. ad illa verba v. 11. *Laetabitur iuſtus*, *cum viderit vindictam*, circa med. Lib. 3. de Gen. ad litt. c. 24. n. 37. Lib. 2. de Peccatorum meritis, & remiſſione, cap. 17. n. 26. Enchirid. ad Laurent. de Fide, Spe, & Carit. cap. 11. n. 3. & cap. 100., & 101. n. 26. Lib. 21. de Civit. Dei cap. 24. n. 6. Lib. de Corrept. & Grat. cap. 9. n. 24. initio. Lib. de Praedeſtinatione Sanctorum, cap. 16. n. 33.

In qua graviſſima doctrina praeuntes habet Auguſtinus Ambroſium Apolog. David. cap. 2. & 7. & Gregorium Nyſſenum 8. Philoſophiae. Adſtipulatores autem Proſperum Reſp. ad Gallorum capit. cap. 13. Gregorium Pontif. l. 2. Moral. c. 26. Damaſcenum, Anſelmum, Bedam; At maxime S. Thomam Lect. 6. ſuper cap. 8. ad Rom. Lect. 2. & 4. ſuper cap. 11. & 1. p. q. 14. art. 16. 1. 2. q. 79. art. 4. q. 5. de Verit. ar. 7. Alexandrum

 Alenſ.

Alens. 1. p. q. 36. mem. 4. art. 1. Durandum in 1. disp. 39. q. 3. n. 10. Ferrariensem 3. contra Gentes, c. 71. Gregorium de Valentia q. 22. puncto 2. Suar. Lib. 3. de Attributis c. 10. n. 8. Adam. Tannerum Iesuitam t. 1. disp. 3. de Provid. & Praedest. q. 1. dub. 2. Quae sententia profecto exacte, & ad Theologiae formam discussa veritas manifesta, & ineluctabilis nobis videtur, Quae educi potest ex Psal. 19. v. 8. Psal. 82. v. 17. Rom. 9. 23. & 51. v. 51. 12. & 13.

Ceterum curruptae lectioni suffragantur etiam Som. MS. Med. & Ricar. Nostrae autem Vet. & MSS. novem, quae ex ipso etiam textu, & quidem facile, & evidenter stabilitur; Haec enim antithesis, seu exceptio eius propositionis relativa est: *ordinator, & creator omnium rerum naturalium*; Quaerimus autem, utrum si Deus *peccatorum non ordinator*; factor tamen, seu creator censendus sit? Non quidem. Cur ergo, & qua dicendi lege Augustinus postquam dixisset, rerum naturalium Deum ordinatorem, & creatorem esse, subsumeret, peccata tantum non ordinare? Quam melius, aptius, & planius mentem suam exponeret, dicendo: Ordinator, & creator omnium rerum naturalium: peccatorum autem nec crestor, nec ordinator! Et tamen nec eam doctrinae cohaerentiam: nec hanc obviam naturalem sermonis legem adtendit *Erasmus*, vir si *Phereponi* clamoribus adsentimur, supra omnes in Augustino versatissimus; quique apti sermonis, & eloquentiae iura summos quoque Oratores, & ipsum Tullium docere voluit.

Henricus Wangnereck mendosam lectionem sequutus, haec ad locum hunc admonet. „ Non ordinat Deus peccata, „ ea intendendo, vel iubendo, ordinat „ tamen permitttendo, ut a nobis male „ fiat, de quo ipse novit benefacere.

(*b*) *Poteram enim postea bene uti &c.* = Ita profecto. Et quid enim tibi, & animo maiorum studia vanitate quadam ioculeantium, si eadem potuisses tu in bonum usum vertere? Rhetorica autem talis est, qua possis & phaleras vendere: & veritatem stabilire, ut tu ipse docte observabis. Lib. enim 2. de Doctrina Christ. cap. 36. n. 54. „ Sunt „ etiam quaedam praecepta uberioris di„ sputationis, quae iam eluquentia nomi„ natur, quae nihilominus vera sunt, „ quamvis eis possint etiam falsa per„ suaderi: sed quia & vera (1) possunt, „ non est facultas ipsa culpabilis, sed ea „ male utentium perversitas. Nam ne„ que hoc &c. Lib. 4. cap. 2. n. 3. „ Nam cum per artem rhetoricam & „ vera suadeantur, & falsa, quis audeat „ dicere, adversus mendacium in defen„ soribus suis inermem debere consiste„ re veritatem, ut videlicet, illi, qui „ res falsas persuadere conantur, no„ verint auditorem vel benevolum, vel „ intentum, vel docilem prooemio fa„ cere: isti autem non noverint? Illi „ falsa breviter, aperte, verisimiliter: „ & isti vera sic narrent, ut audire „ taedeat, intelligere non pateat, credere „ postremo non libeat? Illi fallacibus „ argumentis &c. Quis ita desipiat, ut „ hoc sapiat? Cum ergo sit in medio „ posita facultas eloquii, quae ad per„ suadenda seu prava, seu recta valet „ plurimum, cur con bonorum studio „ comparatur, ut militet veritati, si „ eam mali ad obtinendas perversas, va„ nasque caussas in usus iniquitatis, & „ erroris usurpant? Et de Dialectica Lib. 2. cap. 31. n. 48. „ Sed disputa„ tionis disciplina ad omnia genera quae„ stionum, quae in litteris sanctis sunt „ penetranda, & dissolvenda, plurimum „ valet: tantum ibi cavenda est libido „ rixandi, & puerilis quaedam ostentatio „ decipiendi adversarium. Sunt enim „ multa quae appellantur sophismata, „ falsae conclusiones rationum, & ple„ rumque ita veras imitantes, ut non „ solum tardos, sed ingeniosos etiam „ minus diligenter adtentos decipiant. „ Proposuit enim quidam, dicens ei „ cum quo loquebatur (2). Quod ego sum, „ tu non es. At ille consensit: verum „ enim erat ex parte, vel eo ipso quod „ iste insidiosus, ille simplex erat. Tunc „ iste addidit, Ego autem homo sum. „ Hoc quoque cum ab illo accepisset, „ conclusit dicens; Tu igitur non es ho„ mo. Quod genus captiosarum conclu„ sionum Scriptura (3), quantumexistimo, „ detestatur illo loco &c.] Quae etiam pro Theologia Scholarum, in quam haeretici, maxime posterioris aetatis adeo debacchantur, expendi simillimo iure possent.

(*c*) *Et scalpi aures &c.* = Iis reticulis captus est Augustinus puer, quibus plu-

(1) Editi *vera esse possunt*. MSS. *vera possunt*. Suppl. persuaderi.
(2) Hoc syllogismo quidem adorsus Diogenem, ipse facta a Diogene conversione caput deridebatur.
(3) Eccli. 37. 23.

plures captum iri Spiritus Dei ore Pauli 2. Tim. 4. a v. 3. praedixit, inquiens: *Et erit tempus, cum . . . . ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur*.

Scalpere autem heic ab Augustino usurpatur non pro, caedere, fodere, incidere, ut ab Horatio Lib. 3. Od. 11. *Et nostri memorem sepulcro scalpe querelam*. Sed pro, scabere, fricare, unguibus puta carnis pruritui mederi. *Qui digito scalpunt uno caput*. Iuvenal. Sat. 9. v. 138. Apte vero, & eleganter ea phrasi ad rem suam usus est Augustinus. Quemadmodum enim leprosi scabiem fricantes, voluptatem experiuntur, quam tamen plaga truculentior, & anxietas acrior sequatur; Ita carnalis homo, maxime tenellis annis foedis historiolis pascitur; sed interim malus effervet genius, & Veneris titillationes petulantius exsurgunt.

Sciscitabitur autem Grammaticus: Cur Augustinus egregius Eloquentiae professor *fabellis* addit, *falsis*? quum, ut apud Cic. 3. de Natura Deor. fabella sese falsam narrationem designet? Quis citra Eloquentiae vitium diceret: *Falsum mendacium?*

R. Fabula a *fari* emergens populi rumorem: rem apud plures vulgatam: narrationem seu veram, seu commentitiam significat: *Ne vulgi fabula sim*. Horatius Lib. 1. ep. 13. v. 9. *Coena eius secretior fuit in fabulis*. Svet. in Aug. c. 70. Et omnino ad Augustini phrasim Cic. 2. de Divinat. c. 38. *Nihil debet esse in Philosophia commentitiis fabellis loci*. Quum igitur eius nominis significatio sub aequivoco cubet, ex adiacentibus, reique scopo, atque proposito conficienda est. Augustinus autem omni iure, *falsis*, addidit: Tu quia, ut patens erat de foedis historiolis, ita obscurum an de commentitiis diceret. Tum ad eorum depellendum errorem, vel perstringendam impudentiam, qui iis tanquam veris ecstasi abstracti, & suspensi inhiabant.

Fabella autem fabulae diminutivum de narratione, seu historia breviori dicitur, ut observat Phaedrus Lib. 4. fab. 6. v. 22. Censemus tamen Augustinum turpes illas historias *fabellas* vocasse, ad earum non tam brevitatem, quam infelicem texturam insinuandam; quod videlicet praeter carnalia sensa, conceptibus essent vacuae: nec, ut aliae fabulae, monitis, & mysteriis scaterent.

(*d*) *Per oculos coicante in spectacula &c.* = In obsequium B. B. hanc lectionem praetulimus, qui heic nihil admonent: in *syllabo* tamen *coditum*, *ad quos de novo &c.* Lov. *per oculos* periculosa micante *in spectacula*. Alii codices, *per oculos emicante*. Verum ea lectio est nedum apud Lov. sed & Vet. Er. Som. & de nostris MSS. Nostram autem babet MS. S. Mar. fortean de fabellis nedum impudicis, sed & tragicis loquutus fuerat: quibus portentosae nonnullorum pugnae, & victoriae vendebantur, quibus excitata curiositas, avidius Circenses, & Gladiatorias tragoedias adtenderet. Vel de impudicis tantum fabellis dixerat, quibus aurium: nunc ad spectacula, ludosque maiorum, hoc est adultiorum aetate, quibus oculorum, & quidem petulantius, & vehementius curiositas pascebatur.

(*e*) *Quos tamen caedi &c. si spectaculis talibus impedinutur a studio, quo eos &c.* = Conceptus hic in speciem obvius, obscurus nobis adparet. Henricus Waugnereck ita eumdem illustrare conatur. „ Intelli„ git ludos Circenses, & gladiatorios, „ Romae, & in provinciis tum frequen„ tes, ad quorum vesanum amorem „ praeparabatur animus puerorum, Ipsa „ ludorum puerilium immoderatione. Di„ citur autem curiositas micare per ocu„ los in spectacula, dum acri, scintillan„ tique obtutu desiderium spectandi pro„ dit.

Arbitrario tamen, & in cassum. Eo enim, inquit Augustinus, studio praeparabantur ad spectacula pueri, quo neglecto vapulabant; immodicorum autem ludorum puerilium odium blanditiis excipiebatur, non ferulis.

Quaerimus ergo: quale esset studium illud, quo Augustini tempore ad ludos exercendos parentes quilibet parvulos suos disponi cupiebant: quos tamen dure exciperent, si eisdem ludis ab eo studio retardarentur?

Aenigmati hoc dictum simile est; maxime si velis Augustinum hic, sicut in praecedentibus, de vero studio, litterarum scilicet sermonem habere; neque enim adparet, ut litterarum notitia ad spectacula illa disponat. Cuius quidem aenigmatis solutiones quatuor exhiberi possunt.

Prima haec esto: Augustinum non de litterarum, Grammatices puta studio dicere: de ea enim *dignitate* loquitur, quam *pene omnes optant parvulis suis*; litterarum autem *dignitatem* non, *pene omnes*, sed prorsus omnes parvulis suis optant. Studium illud forte martis erat exer-

exercitatio in privata arena fieri solita (scuola, od esercizio di duello , di spada, di scherma) qua pueri bene exercitati, ac strenui facti , in publicam gladiatorum arenam prosiliebant . Vapulabant autem pueri, si spectaculorum curiositate capti , ab eo studio distraherentur; quia rem , cuius adhuc principia, praecepta , monita ignoramus a provectis facile exercitio mandatam si diutius adtendimus , mille circa eamdem rem, experientia teste , aequivocationibus capimur , pro eo quod proficiamus.

Secunda. Varius forte inducitur sensus: & e specie una ad aliam, seu potius ad genus adcessus contingit : hoc fere pacto. „ Quos tamen qui edunt , ea dignitate praediti excellunt , ut vel illam exercitationem , vel fluentes ex ea triumphos pene omnes optent parvulis suis, quos tamen caedi libenter patiuntur , si spectaculis talibus impediantur a studio litterarum , quo eos ad similes , non exercitationes, sed triumphos cupiunt pervenire. Quosdam enim turgidos Scholasticos fervidi , & petulantis ingenii videre est , qui in Palladis arena ita scommatibus , & conviciis: ut in Martis nervis, ferroque gladiatorea pugnare solent ; Quibus Scholarum nebulonibus rudis populus vocis , non doctrinae iudex quasi vincentibus plaudit.

Tertia. Dari etiam poreft, Augustinum de litterarum studio sermonem habere eumdemve constantem tenere sensum. Sed quid litteris, & Gladiatoribus? Admodum quidem: hi enim pugnae horrorem suavi cantu, putidisve obscenis fabellis leniebant, decorabant. Quod exsequi non poterant absque litterarum notitia. Vide, si placet, apud Cassiodorum Var. lib. 1. ep. 31. Theodoricum Regem ad Speciosum, & ep. 30. 32. & 33. eumdem ad Agapitum Urbis praefectum. S. Ioan. Chrysostomum Hom. de Davide, & Saule, post initium. Homil. 1. in Psal. 50. ante med. & in laudem eorum, qui adcessere ad Ecclesiam &c. & de iis Isaiae verbis, *Vidi Dominum sedentem in throno excelso &c.* Homil. 1. ante med. & ipsum Augustinum Lib. 2. de Symbolo ad Catechumenos initio. Ex quibus omnibus deducitur 1. in nonnullis spectaculis tragicas : in aliis obscenas : in magnis vero, atque insignibus quibusdam utriusque generis detestabiles actiones fuisse spectatas.

Quarta Aenigmatis denique Solutio omnium probabilissima, & cui adquiescimus haec est: Augustinum non de tragicis spectaculis dicere : sed de illis quae Comoedias appellamus. De quibus Lib. 1. de Consensu Evangelist. cap. 33. n. 51. „ Nisi forte hinc sunt tempora mala, quia per omnes pene civitates cadunt theatra, caveae turpitudinum, & publicae professiones flagitiorum (1) &c. Nonne Cicero (2) eorum cum Roscium quemdam laudaret histrionem , ita peritum dixit , ut solus esset dignus , qui in scenam deberet intrare; ita virum bonum, ut solus esset dignus , qui eo non deberet accedere ? quid aliud apertissime ostendens, nisi illam scenam esse tam turpem, ut tanto minus ibi esse homo debeat, quanto fuerit magis vir bonus? &c. Est etiam hinc eiusdem ipsius Ciceronis aperta confessio ubi ait, sibi Floram matrem ludorum celebritate placandam . In quibus ludis tanta exhiberi turpitudo consuevit, ut in eorum comparatione ceteri honesti sint &c.] Et Lib. 2. de Civit. Dei, cap. 8. „ Nolo dicere illa mystica, quam ista theatrica esse turpiora: hoc dico quod negantes convincit historia, eosdem illos ludos, in quibus regnant figmenta poetarum &c. Nam ingravescente pestilentia , ludi scenici auctoritate Pontificum Romae primitus instituti sunt &c. Et haec sunt scenicorum tolerabiliora ludorum , comoediae scilicet , & tragoediae, hoc est fabulae poetarum agendae in spectaculis , multa rerum turpitudine , sed nulla saltem , sicut alia multa , verborum obscenitate compositae ; quas etiam inter studia, quae honesta, ac liberalia vocantur , pueri legere , & discere coguntur a senibus .] De quibus, vel similibus Lib. 1. de Civit. Dei, cap. 32. Lib. 2. cap. 6. 7. & 9. Lib. 4. cap. 26. & 27. Lib. 6. cap. 5. 6. & 7. Epist. ad Nectarium 91. (Olim, 202.) n. 4. & alibi.

Ceterum egregios histriones , quod Augustinus inquit , dignitate excelluisse, libenter credimus: quum etiam hodie (licet Comoediarum libertate nonnihil castigata) admodum garruli, & ridiculi histriones a saeculi hominibus honore quodam excipiantur. Spectaculorum autem tragicorum athletas , potissime emeritos dignitate nedum, & honore distinctus: sed & ingenti auri copia fuisse ditatos , adeo verum est , ut id ceu vituperatione dignissimum Iulianus apostata , mille quanquam superstitionibus captus Antiochenis

(1) Editi habent , *flagitiosorum* pro quo MSS. *flagitiorum* .

(2) Cic. orat. pro Roscio.

nis obiecerit; & ad tam insanam praepediendam iacturam Nero Imperator nebulonum teterrimus peculiari lege conatus sit spectacula ab orbe pellere. Consule, si placet, vel Odoricum Raynaldum in Annalibus sacris ad annum Christi 59. n. 23. & ad 399. n. 27.

C A P U T XI.

A R G U M E N T U M.

Se teneris ab unguiculis a Matre religiosa femina superstitiosi Patris iura vincente in Christiana pietate educatum, & eruditum, stomachi dolore aliquando fere occumbentem, lustrales Christianorum aquas postulavisse; ipsamque Parentem insigni gravissima sollicitudine adsensum. Mox tamen spasmate remittente, propositi exsequutionem fuisse ad opportunius tempus dilatam.

I. Audieram enim ego adhuc puer, de vita aeterna (*a*) nobis promissa, per humilitatem Domini Dei nostri (*b*), descendentis ad superbiam nostram; Et signabar iam signo Crucis (*c*) eius, & condiebar eius sale (*d*), iam inde ab utero Matris meae, quae multum speravit in te (*e*). Vidisti, Domine, cum adhuc puer essem, & quodam die pressu stomachi (*f*), repente aestuarem, pene moriturus; Vidisti, Deus meus, quoniam custos meus iam eras, quo motu animi, & qua fide, Baptismum Christi tui, Dei & Domini mei, flagitavi a pietate matris meae, & matris omnium nostrum Ecclesiae tuae. Et conturbata Mater carnis meae, quoniam & sempiternam salutem meam carius parturiebat corde casto in fide tua, iam curaret festinabunda, ut sacramentis salutaribus initiarer, & abluerer, te Domine Iesu confitens in remissionem peccatorum, nisi statim recreatus essem. Dilata est itaque mundatio mea, quasi necesse esset ut adhuc (*g*) sordidarer, si viverem; quia videlicet post lavacrum illud, maior & periculosior in sordibus delictorum reatus foret. Ita iam credebam, & illa, & omnis domus, nisi Pater solus, qui tamen non evicit (*h*) in me ius maternae pietatis, quo minus in Christum crederem: sicut ille nondum crediderat. Nam illa satagebat, ut tu mihi pater esses, Deus meus, potius quam ille: & in hoc adiuvabas eam, ut (*i*) superaret virum, cui melior serviebat: quia & in hoc tibi utique id iubenti serviebat.

II. Rogo te, Deus meus, vellem scire, si tu etiam velles, quo consilio (*k*) dilatus sum, ne tunc baptizarer. Utrum bono meo mihi, quasi laxata sint lora peccandi, an non laxata sint? Unde ergo etiam nunc de aliis atque aliis sonat undique in auribus nostris: Sine illum, faciat quod vult, nondum (*l*) enim baptizatus est, & tamen in salutem corporis non dicimus: Sine, vulneretur amplius, nondum enim sanatus est? Quanto ergo melius, & cito sanarer, & id ageretur mecum, meorum meaque diligentia, ut recepta salus animae meae, tuta esset tutela tua, qui dedisses eam? Melius vero. Sed quot & quanti fluctus impendere tentationum post pueritiam videbantur, noverat eos iam illa Mater: & terram per eos unde postea formarer, (*m*) quam ipsam iam effigiem, committere volebat.

(*a*) De

(a) *De vita aeterna &c.* = Bonum optimum omen ; nascentis enim solia splendor imminentis dici serenitatem praesignat. Unde & tibi Augustine cum Ovidio canam (1):

„ Felices animae, quibus haec cogno-
„ scere primum ;
„ Itaque domos superas scandere cu-
„ ra fuit.

Tibi inquam, cui Monnica longe divinius, ac sobrius ille Philosophus (2), repetebat.

„ Optima mens animi fac ut mode-
„ retur habenas ;
„ Tum corpus linquens tranabis ad
aethera apertum
„ Immortalis eris Deus, amplius
„ haud &c.

Apertius autem ac Sybilla:

„ Aeternum quicumque Deum, ve-
„ rumque colebant
„ Accipient vitam lacti sine fine
„ beati
„ Vivent in Paradiso, & lactis flori-
„ bus horto.

Denique ita Filium educavit Monnica, ut educandum monet S. Ioan. Chrysostomus in epist. ad Ephesios Homil. 21. ab illis verbis, *Si filius ab initio didicerit esse philosophus &c.* usque ad alia : *Sed cura, ut doceas despicere huius vitae gloriam ; Inde fiet splendior, & gloria illustrior.*

(b) *Per humilitatem Domini nostri &c.* = Pauci aliquot codices (3): *per humanitatem* : Immerito tamen, quum membrum hoc ad sequens referatur, *ad superbiam nostram ;* Et videatur Augustinus adludere ad illud Apostoli Philipp. 2. 8. *Humiliavit semetipsum factus obediens &c.* Actionibus scilicet, quibus Christus maiestatem suam depressit potissimum homines iuvit. Quanquam fateamur & alteram lectionem non contemnendam, doctrina spectata : Nobis enim vita aeterna promissa per quod danda est : danda vero per passionem Christi, quae profecto in humanitate acta est, Divinitate quidem decus, seu valorem praebente. Maxime quum dixerit Augustinus in fine cap. 1. *Fides mea, quam dedisti mihi, quam inspirasti mihi per humanitatem Filii tui.*

Hae autem antitheses in eumdem sonum cadentes familiares sunt Augustino. Lib. 1. contra Gaudentium Donatist. episc. cap. 17. n. 18. „ Non est „ quidem speciosa laus in ore peccato- „ ris (4): sed speciosa est in via mori- „ busque factoris, etiamsi hanc au- „ dierit ex ore peccatoris. Quantum- „ libet ergo eastima Tribunum esse „ peccatorem, & legis non esse facto- „ rem &c.] Lib. de Natura, & gratia contra Pelagium cap. apud Am. & Er. 33. apud Benedictinos 32. n. 36. initio. *Ita enim quod ei placet dabit nobis, si quod ei displicet in nobis, displiceat & nobis* Lib. de Peccato originali contra Pelagium, & Caelestium 2. cap. 31. n. 36. *Iuste intelligitur ex Adam natus, antiqui debiti obligatione damnatus, nisi inde fuerit, non secundum debitum, sed secundum gratiam liberatus.* Lib. 2. contra Iulianum Pelag. cap. 3. n. 7. „ Agnosce fili Iuliane „ consonas catholicas voces, & ab eis „ desine dissonare, &c. Crede si non „ pugnas : agnosce si pugnas : & ista „ pugna rebellem quoque superbiam „ Pelagiani erroris expugna] Lib. 6. Operis Imperf. contra eumdem, cap. vel argum. 18. post initium „ *Prob Dei nostri, atque hominum fidem! Haeccine tam manifesta, & ante oculos constituta ab homine non videri, qui valde acutus, & eruditus, & philosophaster, & dialecticus vult videri?* & sub finem „ Hanc Dei iu- „ stitiam concupisce, o fili Iuliane...., „ hanc inquam Dei concupisce iusti- „ tiam ; quam donet tibi Dominus con- „ cupiscere ....., Noli istum Poenum „ monentem, vel admonentem terrena „ inflatus propagine spernere. Non e- „ nim quia te Apulia genuit, ideo Poe- „ nos vincendos existimes gente, quos „ non potes mente. Poenas potius fu- „ ge, non Poenos] Simlis generis antitheses occurrunt Lib. 1. de Nuptiis & Concup. in fine cap. 6. & initio cap. 7. Serm. 98. de Verbis Lucae 7. (Alias 44. de Verbis Dom.) c. 2. Serm. 99. de Verbis Lucae 7. (Alias, 23. ex Homil. 50.) cap. 1. & 2. In cap. 5. Ioan. tract. 17. n. 1. In cap. 7. tract. 28. n. 1. tract. 29. n. 2. In cap. 10. tract. 48. n. 3. In cap. 11. tract. 49. n. 5. & 7. In cap. 11. & 12. tract. 50. n. 2. 3.

(1) 1. Fast.
(2) Pytagor.
(3) Ut in margine Am. & Ver.
(4) Eccli. 15. 9.

2. 3. & 7. In his confeſſ. Lib. 8. cap. 5. ſub finem, & alibi millies. Habes ergo Auguſtini phraſim; quam qui obſervarunt, in Africae morem, quem *Africitatem* appellant: nos autem in Auguſtiniani ingenii, nimis vivi, ignei, ſolertis, velocis, ampli, momento uno plurimarum quaeſtionum, aut veritatum rimas inſpicientis naturam revocamus.

(c) *Signabar iam ſigno Crucis* ☐. Chriſtianae religionis ſanctiſſimum morem huncce commendat & alibi ſaepe. Serm. 174. de Verbis Apoſt. 1. Tim. 1. (Alias, 8. de Verb. Apoſt.) cap. 3. n. 3. in fine „ *Apprehendat Zacchaeus ſycomorum, adſcendat humilis crucem. Parum eſt, adſcendat; ne de cruce Chriſti erubeſcat, in fronte illam figat, ubi ſedes pudoris eſt: ibi omnino &c.* Serm. 215. In redditione ſymboli (Alias, ex Viguerianis 16.) n. 5. poſt med. „ Cre„ de ergo hoc & tu, & pro ſalute „ tua noli erubeſcere confiteri. *Corde „ enim &c.* Denique ne dubitares, ne „ erubeſceres, quando primum credidi„ ſti, ſignum Chriſti in fronte tanquam „ in domo pudoris accepiſti: Recole „ frontem tuam, ne linguam expaveſcas „ alienam.] In Pſal. 30. Serm. vel Enar. 4. ad v. 20. n. 7. in fine „ Quo„ modo vivit in corde tuo, ſic habi„ tet in ore tuo: quia non ſine cauſſa „ ſignum ſuum Chriſtus in fronte no„ bis figi voluit, tanquam in ſede pu„ doris, ne Chriſti opprobria Chri„ ſtianus erubeſcat.] In Pſalm. 50. n. 1. „ Neque enim loquimur de „ Paganis, neque de Iudaeis, ſed de „ Chriſtianis &c. Quam multos enim „ hodie fratres noſtros cogitamus, & „ plangimus ire in vanitates &c. (1) Qui „ ſi forte in ipſo circo aliqua ex cauſſa „ expaveſcant, continuo ſe ſignant, & „ ſtant illic portantes in fronte, unde „ abſcederent, ſi hoc in corde por„ tarent.] Lib. 22. de Civit. Dei, cap. 8. n. 3. ſeu longe ante med. „ In „ eadem Carthagine Innocentia religioſiſ„ ſima femina, de primariis ipſius civi„ tatis, in mamilla cancrum habebat: „ rem, ſicut medici dicunt, nullis me„ dicamentis ſanabilem &c. Admonetur „ in ſomnis appropinquante Paſcha, ut „ in parte feminarum obſervanti ad ba„ ptiſterium, quaecumque illi baptizata „ primitus occurriſſet, ſignaret ei locum „ ſigno (2) Chriſti: fecit, & confeſtim „ ſanitas conſecuta eſt. Medicus ſane qui „ ei dixerat, ut nihil curationis adhi„ beret, ſi paulo diutius vellet vivere „ &c.] In Ioan. tract. 118. n. 5. ſeu in fine „ Poſtremo quid eſt, quod om„ nes noverunt, Signum Chriſti, niſi „ crux Chriſti? Quod ſignum niſi adhi„ beatur, ſive frontibus credentium, „ ſive ipſi aquae, ex qua regeneran„ tur, ſive oleo, quo chriſmate un„ guntur, ſive ſacrificio quo aluntur, „ nihil eorum rite perficitur.] Similia habet alibi, ut Serm. 160. de verb. Apoſt. 1. Cor. 1. (Alias, 11. inter editos ex Carthuſiae MSS.) n. 5. in fine & Lib. Q. Q. 83. q. 79. n. 4. ubi etiam de ſigno crucis ad fugandos daemones.

Quorſum tamen, inquies, tot Auguſtini teſtimonia ad ſignum crucis, in Eccleſia uſitatiſſimum ſtabiliendum? Quia haereticorum plures diris illud devovent, atque exhorrent. Calvinus enim Lib. 4. c. 17. paragraf. 28. *Auguſtinus ſuperſtitioſum ritum inter ſymbola praeſentiae Chriſti numeravit*. Brentius in Catechiſmo explicat. ſymboli Apoſtol. „ Se cruce digitis formata ſignant, (Ca„ tholici) ut hoc ſignaculo tuti ſint „ a diabolo: & tam a ſe, quam ab his „ creaturis diabolum arceant, & incita„ menta diſſolvant. Haec non pietas „ eſt, ſed Magia. Et ſi diabolus, hoc „ ſigno facto fugerit: fingit ſe talem „ crucem metuere, ut homines hac ſi„ mulatione ſeducat, & magicam impie„ tatem confirmet.„

Ceterum ſignum crucis commendavere antiqui omnes Eccleſiae filii pietate, atque doctrina praeſtantiſſimi: ut Theologi, qui Polemiſtae vocantur oſtendunt. Apud quos habes, verbis etiam, aut eorum locis inſinuatis, altiſſimae Theologiae ſcriptorem illum, quem merito, an errore (ut omnes propemodum noſtrae aetatis Critici volunt) majores noſtri Dionyſium Areopagitam appellaverint, adhuc exploratum non habeo. Ignatium, Iuſtinum, Irenaeum, Clementem Rom., Martialem, Tertullianum, Clementem Alex., Originem, Hyppolitum, Cyprianum, Athanaſium, Lactantium, Euſebium, Baſilium, Gregorium Naz., Gregorium Nyſſ., Epiphanium, Chryſoſtomum, Cyrillum Ieroſo., Prudentium, Ambroſium, Hieronymum. En totus Chriſtianus orbis ſuperſtitione; & Magia captus; en quot ſuperſtitioſos habet Calvinus, quot Magos Brentius!

L Tot

(1) Pſal. 39. 5.

(2) Vind. Am. & Et. ſigno crucis Chriſti.

Tot insignium virorum testimoniis deterritus Martinus Lutherus, suae pro more, inconstantiae indulsit: & nunc crucis signum execratus est, nunc laudavit, & baptizati fronti, vel pectori adfigi suo in Catechismo iussit, Mardeburgenses etiam Centuria 1. lib. 2. col. 496. & 497. & cent. 3. col. 141. & cent. 4. col. 302. adeo serio eam traditionem agnoscunt, & probant, ut censere possis laudare. Quos imitatur Fulco Lib. contra Heskinum Sanderum, Burgesius autem apud Covellum in resp. ad eumdem pag. 130. „ Nihil cruci in „ Baptismo, vel extra Baptismum a rigi- „ dissimis Papistis adscribitur, quod non „ Patres eodem tenore asseveraverint. „ Si ergo usum eius secundum Patres „ probemus, existimandum est, animam „ armari, cum corpus cruce signatur: „ & crucem hebere vim consecrandi „ sacramenta, arcendi daemonis incan- „ tationes.

Quot vero, & qualia bona nobis signo crucis adcedant, heic non vacat expendere. At gravissime ea meditantur, & praedicant Patres supra laudati. Sat nobis est haereticis celebre testimonium Act. 5. v. 14. & 15. obiicere „ Magis „ autem augebatur credentium in Do- „ mino multitudo virorum, ac mulie- „ rum, ita ut in plateas eiicerent in- „ infirmos, & ponerent in lectulis, ac „ grabatis, ut veniente Petro, saltem „ umbra illius obumbraret quemquam „ illorum, & liberarentur ab infirmita- „ tibus suis.] Si Petri umbra tantae erat virtutis ad corporis morbos depellendos: quid non poterit in diaboli machinas signum crucis, eius nempe ligni in quo Dei Filius pependit, & integram tartaream turbam mancipavit, confodit, protrivit?

(d) *Et candiebar eius sale* = Benedictini ita hunc locum dilucidant „ Si- „ gnificat se Catechumenorum sacra- „ mento iam a primis annis initiatum: „ id quod rursum hoc in opere cla- „ rius prodit lib. 6. cap. 11. *Figam* „ *inquit, pedes in eo gradu, in quo puer* „ *a parentibus positus eram, donec inve-* „ *niatur perspicua veritas*. De sacra- „ mento salis per paschales dies Cate- „ chumenis concedendo extat Concilii 3. „ Carthaginensis can. 5. Eiusque ritus „ mentionem facit non semel Aug. di- „ sertissime vero in Lib. de Catechiz. „ rudib. c. 26. ubi mendum in editiones „ non leve irrepsit ad haec verba, „ *quid in illa candatur*, pro, *quid in* „ *illo candiat*.

Verba Concilii Carthag. quae Benedictini insinuare voluere, haec sunt: *Per solemnissimos Paschales dies sacramentum Catechumenis non detur, nisi solitum sal.* Sed & longe ante huius salis mentionem habuerant Origenes Homil. 6. in Ezechiel. & alii. Quem piissimum. divinis mysteriis scatentem ritum commendant, & dilucidant Lib. 7. leg. Franc. Caroli Magni, cap. 190. Honorius Augustodunensis Lib. de Gemma animae, cap. 47. & Isidorus Lib. 2. de Officiis Eccles. cap. 20.

Et hic autem nobis insultant haeretici: dum quidquid ad sacri Baptismatis adparatum, vel maiestatem adhibere solemus pessumdant, & exsecrantur. Calvinus lib. 4. c. 15. n. 19. „ Cum vi- „ deret Sathan stulta mundi credulitate, „ absque negotio fere inter ipsa Evangelii „ exordia receptas esse suas impostura, ad „ crassiora ludibria prorupti, hinc spectra, „ & similes nugae palam in baptismi pro „ brum effraeni licentia invectae &c. ut „ veteres appareant praestigiatores, & „ incantatores: quasi enim res esset con- „ temptibilis ex Christi praecepto aqua „ baptizari, inventa est benedictio, vel „ potius incantatio, quae veram aquae „ consecrationem pollueret.] Et 4. c 17. n. 15. *Tum brutae imaginationis confu facit, quod consecratio tantundem apud eos valebat, ac magica incantatio.* Et 4. c. 17. n. 39. *Ita sane non hic magicam aliquam incantationem imaginati sunt: detet ut satis sit verbo demurmurasse, quasi ab elementis exaudiantur.* Item 4. 19. 10. *Os sacrilegum tunc pinguedinem foetore dumtaxat anhelitus sui inquinatum, & verborum murmure incantatam audet Christi sacramenta opponere, & conferre cum aqua verbo Dei sanctificata!* Mali corvi blasphemiis subcinit fidelissime malum eius ovum Beza epi. Theol. c. 8. hisce verbis. „ To- „ tum illum apparatum, quo vetu- „ stissimi etiam illi Baptismo, & Coena „ Domini se exornare posse putarunt, „ non satis mirari possum &c. histrionicae „ illae ineptiae &c. Plerique tamen ex „ vetustissimis illis Christianorum sacra non „ aliter quam Cereris mysteria quaedam „ occultanda censuere. „

Haec, ut vides, sola verba sunt, omni quidem livore, at nulla ratione stabilita; quae proinde seriam disputationem non postulant. Patentissimum est enim, benedictionem aquae minime a nobis adhiberi, quasi Christi institutionem contemtibilem habeamus. Immo quia plurimi facimus, benedictionibus, aliisve

facris

sacris ritibus maiestatem eius commendamus, obsequium nostrum depremimus. Consecrationem autem tantundem apud nos valere ac incantatio, putidissimum mendacium est, quod eadem, qua proponitur, facilitate repellitur. Et quidem si de Eucharistiae consecratione sermo sit: ea Christi vestigia premimus, & institutioni, Matth. 26. a v. 26. & Lucae 22. a v. 19. obtemperamus. Nec adeo boni sumus, ut a nudis elementis nos exauditum iri censeamus: Sed a Christo, qui pro Sacramentorum materia elementa, & pro forma Sacerdotum verba constituit: *Detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, etiam ipsum tanquam visibile verbum* (1): inquit Augustinus in c. 15. Ioan. tract. 80. n. 3. sive post med. Quo autem iure Sacerdotis anhelitus ceu incantationis vitium insamatur? En Sacerdotum exemplar: *Inspiravit in faciem eius spiraculum vitae*, Gen. 2. 7. *Qui inspiravit illi animam, & qui insufflavit ei spiritum vitalem*. Sap. 15. 11. Et pressius ad rem praesentem: *Insufflavit, & dixit eis:* (Iesus) *accipite Spiritum-Sanctum*. Ioan. 20. 22. Verum est quemcumque Sacerdotem leviter saltem aliquotiens labi: sed an etiam in lutulento Donatistarum fonte Calvine potasti, ut existimes Sacramenta ministri maculis tingi? Ignoras inquam etiam hoc, Sacerdotem Christi virtute, & meritis agere? Tanto etiam livore disputas, ut somniare videaris, dum Sacerdotem Christo adversari dieis, quod conformetur; sanctificationem eius aemulari, quod ipsius nomine, & virtute sanctificet. Et quidem non ad valorem Baptismatis, sed ad decentiam, & solemnitatem: Catholicorum enim, textoribus, atque textricibus notum est sacram lotionem, nulla benedictione aut praeventam, aut sociatam, debita adcedente forma, animam ab originali detergere. Eiusdem surfuris sunt Bezae, hominis quamvis, ut ingenue loquamur, eximiis naturae dotibus praediti mussitationes, de quo doleant nec sibi conscire. Porro si velint sacram sinaxim ab antiquis Christianis clam deportatam, non reluctamur; Sed quis in Ecclesiastic: historia vel leviter tinctus ignorat eo se modo illos gessisse, quum strepentibus persequutionum procellis, caverent ne in insidiatorum infidelium sacrilegas manus Christi corpus veniret: ne proiicerentur margaritae ante porcos, (2) & canibus sanctum daretur? Iam vero sedatis procellis: factoque sereno, & Christianae religioni orbe plaudente, Filii Dei corpus ea qua par est pompa, & maiestate feratur.

Sed cur iuniores haeretici maxime Protestantes Crucis signum, sal benedictum, aliaque id genus, quae Sacramentalia dicuntur, tantopere exhorrent? ℟. Ut diabolo, quo cum iuratum foedus iniere, conformentur. Quae enim stabilis foederis iura, si iis, iungaris, quibus amicum longe depellas? Iam vero qualis; & quanta Protestantes inter, & tenebrarum rectorem familiaritas intercedat, ex Luthero illorum omnium primipilo discere poteris. Dementato quippe nebuloni, ut ex scriptis eius, & probatis historicis novimus, nihil sic in votis fuit, ac diaboli, consuetudinem, magisterium, patrocinium captare; cum diabolo sedere, iocari, dormire. Vide saltem ipsum infelicissimum hominem lib. *de Abrogauda Missa priv.* & Epist. ad Electorem Palatinum. Dominicum Segneri in *Opere Dei Admirabili*, p. 2. c. 5. Spondanum ad an. 1546. Cornelium a Lapide in Epist. ad Rom. c. 1. & in c. 1. Apocalyps. c. 19. ex Genebrardo, & Bzovio. Tilman. Brandebuch lib. 7. SS. Collat. c. 39. Monoch. In Histor. p. 4. ceot. 7. c. 55.

(e) *Ab utero matris meae, quae multum speravit in te*. Sermo hyperbolicus; quo innuit Augustinus se non omnino in Matris utero: sed annis maxime tenellis Cruce signatum, & sale conditum. Nisi mavis ita sophistice litterae haerere, ut ea sacramentalia in utero Augustinus acceperit, divinis Matris propositis, atque votis inspectis. Item altera sermonis pars, *quae multum &c.* non vulgariter, sed ita accipienda est, ut insinuet Monnicam eximia pietate effulsisse: specie nimirum pro genere posita; spe pro pietate, sanctitate &c.

Haec autem vel externa, vel interna Dei dona adparatus sunt ad dicenda; Sagacissimae nempe humilitatis Doctor divinum suum negotium a longe meditatur: & circumstantias iam, atque argumenta prodit: quibus de infirmitatibus suis, & Dei clementia infra dicenda iusto amplificationis genere exornentur, augeantur.

(f) *Quodam die pressu stomachi &c.* = Adstipulamur Benedictinis, qui meliores se MSS. sequi testantur. Apud nonnullos vero MSS. ab eisdem visos,

L 2 optim.

(1) r. q. 2. C. Deinde 4. Sent. dist. 3. c. 1.

(2) Matt. 7. 6.

optim. S. Cr. Vet. Am. & Som. *preſſus ſtomacha*. Apud Bad. Am. Er. Lov. Wang. 2. MSS. S. Cr. uno S. Mar. & uno Med. *preſſus ſtamachi dolore*. Ricar. *preſſus moleſtia ſtamaci*. 3. Med. Car. Feſ. & unus S. Mar. *preſſat ſtamachi*. Noſtra lectio, quam habet MS. S. Mar. concinnior eſt, magiſque ad preſſam Auguſtini phraſim adcedit. Ceterae paraphraſes potius videntur. Nimirom, cum genuina lectio, utpote minus oſitata videretur obſcura, ſubſtantivum, ut ſuſpicamur, *preſſa*, ab amanoenſibus factom eſt adiectivum, littera, s, addita, *preſſus*. Ceterum nomen, *preſſus*, idem, ac, preſſio ab ipſo Tullio adhibetor: *Lenitate vocis, atque ipſa oris preſſu, & ſona*. 3. Orat. c. 11. *Sis animus inſeatione ſua depellit preſſiam omnem ponderam*. 2. Tuſc. c. 23. Immo ab ipſo Auguſtino qui L. 2. de Ordine, c. 12. n. 36. Alios diverſo preſſu oris tenere tamen aliquem ſonom.

I. Ex hoece loco aliis iuncto coniicere licet, Augoſtinum praeditum corpore non qoidem laeſo, & infecto: ſed admodum fragili, & delicato. In his confeſſ. lib. 5. cap. 9. ab initio: *Et ecce excipior ibi flagello aegritudinis corporalis &c.* Lib. 9. cap. 2. n. 3. *Quia etiam quad ipſa aeſtate litterario labori nimia pulma mens sedere taeperat, & difficulter &c.* Quod recolit lib. 1. contra Academ. cap. 1. n. 3. Eodem lib. 9. cap. 4. n. 6. *Dolore dentium tunc extrociabas me: & tam in tantum ingraveſceret, ut nao valerem loqui &c.* Quod recolit lib. 1. Soliloq. cap. 12. n. 21. Sed eiosdem lib. 1. Soliloq. cap. 1. n. 1. *Sed quid agis, qaod valetuda tua ſcribendi laborem recuſat?* Et cap. 14. n. 26. *Iam cabibe te a lacrymis, & ſtringe animam. Multum omnino fleviſti, & hoc omnino morbus iſte pectoris tui graviter accipit.* Sub finem lib. 1. de Ordine, ſeu cap. 11. n. 33. *Cum &c. placuit quaeſtionem differre ſimul ut mea ſtomacho parcerem.* Circa an. 389. epiſt. ad Nebridium 10. (Alias, 116. in fine n. 1. *Huc accedit infirmitas corporis, qua ego quoque, ut noſti, non valeo quod volo &c.* Circa med. an. 397. Epiſt. ad Profuturum 38. (Alias, 149) initio. „ Secundum ſpiritum, quantum Domino placet, atque vires ipſe praebere dignatur, recte ſomus; corpore autem ego in lecto ſum. Nec ambulare enim, nec ſtare, nec ſedere poſſum, rhagadis, vel exochadis dolore, & tumore.] Quam infirmitatem, ſeu cuius infirmitatis nomina ſic explicantur in imo margine B. B. „ Rhagades & exochades a medicis referuntur inter vitia ſedis ῥαγὰς, ſcilicet a verbo ῥάσσω rumpo, fiſſura eſt circa ſedem in venis, quae a ſanguinis fluore dicuntor haemorroides. ἐξοχὰς vero ab ἐξέχω emineo, tumor eſt in ſede venis iisdem prominentibus.] Circa an. 400. Lib. de opere Monachorum, cap. 29. n. 37. initio: *Quaerite, & agnoſcite labores occupationum noſtrarum, & in aliquibus noſtrorum etiam corporum infirmitates.* Inter quos infirmos & ſeipſum nomerare liquet. Exeunte an. 401. Epiſt. ad Victorinum 59. (Olim, 217.) initio: *Tractoria* (1) *ad me quinto idus Novembris venit ... & me valde indiſpoſitum invenit, ut accurrere omnino non poſſem.* Circa principium an. 410. Epiſt. ad Dioſcorum 118. (Olim, 56.) n. 34. ideſt in fine. „ Haec autem omnia non facerem, niſi me poſt aegritudinem, in qoa eram eum homo tuus veniſſet, aliquantum ab Hyppone removiſſem. Quibus item diebus perturbatione valetudinis, febribuſque repetitus ſum. Inde factum eſt, ut tardius, quam poſſent tibi haec mitterentur. Eodem an. forte labente epiſt. ad Clerum, & populum Hippon. 122. (olim 138.) n. 1. „ Quamvis me amplius contriſtet, quam forte vos ipſos, quod infirmitas mea ſufficere non poteſt omnibus curis, quas de me exigunt membra Chriſti, quibus me & timor eius, & caritas ſervire compellit. Illud enim noverit dilectio veſtra, nunquam me abſentem fuiſſe licentioſa libertate, ſed neceſſaria ſervitute, quae ſaepe ſanctos fratres, & collegas meos, etiam labores marinos, & tranſmarinos compulit ſubſtinere; a qoibus me ſemper non indevotio mentis, ſed minus idonea valetudo corporis excuſavit.] Ineunte forte an. 411. ad Albinam (2), Pinianum, & Melaniam Epiſt. 124. (Alias, 227.) initio *Cum habitu valetudinis, vel natura frigus ferre non poſſim, nunquam tamen maiores aeſtus, quam iſta hyeme tam horrenda, perpeti potui &c.* Exeunte an. 413. vel ineunte 414. Epiſt. ad Caecilianum 151. (Olim,

(1) Unus e Vaticanis MSS. conſtanter habet, *Tractoria*.

(2) Lov. *Albinam*, *Pinianum*, *Melianum*.

(Olim, 259.) n. 13. „ Quod vero in „ epiſtola tua legi, iam te cogi crede„ re, ne a me videreris, & Cartha„ gini me negatum, ut potius cogis „ his verbis, ut abſeotiae meae cauſſas „ non taceam. Quarum eſt una, quo„ rum laborem, quem in illa urbe per„ peti neceſſe eſt, & quem ſi expone„ re velim, aliud tantum loquendum „ eſt, iam ſuſtmere noo poſſum, quod „ infirmitati meae propriae, quae nota „ eſt omnibus, qui familiarius me no„ verunt, acceſſit etiam ſenectus, quae „ generis humani eſt communis infirmi„ tas.] Exeunte forte an. 427. ad Bonifacium Comitem Epiſt. 220. (Alias. 70.) n. 2. *Nam & ego ſempee deſideravi, & numquam inveni lotum, vel tempus, ut agerem tecum &c. ſiis autem qualem me apud Hipponem videeit, quando ad me veniee dignatus es, quia vix loquebae imbecillitate corpoeis fatigatus*. Epiſt. 269. (Olim, 251.) cuius tempus ignoratur, ad Nobilium epiſc. *Tanta eſt ſolemnitas, ad quam me affectus tuae fraternitatis invitat, ut coepaſtalum meum ad vos traberet voluntas, niſi teneeet infirmitas. Poſſem venire, ſi byems non eſſet &c. Nunc byeme itee tam prolixum non ſuffero cum aanoſitate algida, quam metum feeo*. Denique Serm. 355. de Vita, & Moribus clericorum ſuorum, 1. (Alias, de Diverſis 49.) cap. 4. n. 7. videlicet, ſub finem: *Multa loquutus ſum, date veniam loqoati ſenectuti, ſed timidae infirmitati. Ego, ſicut videtis, per aetatem modo ſenui, ſed pee infirmitatem corporis olim ſum ſenex*.

Quam veritatem & *Deſiderius Eraſmus* obſervavit, dum Epiſt. ad Alphonſum Fonſecam archiep. Tolet. quae ordine eſt 1084. poſt initium dixit: *Quamquam erat torpore delitato, quemadmodum raro ſolent ingenia inſigniter felicia eobuſta ſortiri toeporn: ſit diſpenſante aatura, ut quod animi viribus additum eſt, corpoeis detrahatur*. Arbitramur tamen naturae imbecillitatem aſſiduorum, importunorumque ſtudiorum laboribus plurimum auctam. Unde Arrianus lib. 1. Epiſt. c. 26. *Nam cum nonnulli deglutiee buccellam non poſsint, volumina emunt, atque devorare conantur; unde ſit ut, aut revomant, aut cruditate laboeent: ande vertigines, fluxiones, & febres oeiuntur*.

II. Quod naturae arcanum, cui frequentiſſimae experientiae ſuffragantur, ratio quoque ſuadet. Enim vero celebre illud Ariſtotelis *molliores carne* aptiores eſſe mente, feliciori nempe ingeoio pollere. Iam vero qui fieri poteſt, molliores carnes fibris iungi tenacibus, ſeu minime laxis, nervis magnis, & ſolidis, corpori bene compacto, & rebuſto? II. Item qui fieri poteſt, ut humanae machinae virtus in unam partem vehementer feratur, eique intime adſit; & interim nihil ſecedat a reliquis? nemo autem ignoret inſignium ingeniorum cerebrum ſpiritibus animalibus circumſepi, & confortari abundantiſſime. III. Huc accedit, & fere idem ipſum momentum eſt; communi trita Phyſicorum obſervatione, nobile iogenium capiti, ſeu cranio admodum protenſo, quemadmodum ex oppoſito generoſum animum modico tenui cordi inſidere; magnum autem caput alimenti rapaciſſimum ſpirituum cumulum adtrahit, & abſorbet; quo fit cetera membra, maxime ſtomachum, qui ciborum concoctione reſpirat, indigeſtione torquetur, deficere, & langueſcere.

Ex quibus aliud Stagiritae, & Senecae(1) arcanum, vel paradoxum, cui experientia ſuffragatur, inſignia videlicet ingenia ut plurimum ad aliquam ſtultitiae ſpeciem accedere, exponitur, & ſtabilitur; Mollibus enim carnibus aeris elementum dominatur: quod quidem utpore rarum, & leve a ſenſibilibus abſtrahit; unde homines ſupra mediocritatem ingenioſos ad mechanica ineptiſſimos, & fere ſtupidos experimur. Cumque caput pluribus ſpiritibus, igneiſve particulis actum equo ſit indomito ſimile: vix ſe continere, ac moderari poteſt: unde & a trita ſuavi prudentiae ſemita, quam frigido tardoque ingenio felicius intuetur, deve cuius dotibus, iuribusque tam egregie ex Cathedra diſputaverat: in facto, ut loquuntur, ſeu cum ad exercitium accedit, ſaepe ſaepius portentoſis motibus, ac ſaltibus, vulgo, talium arcanorum inſcio ſtupente, prorſus exorbitat. Ex quo etiam ſequitur non contemnendum monitum illud, a politicis Ariſtarchis inculcari ſolitum: eximia acutiſſima ingenia plerumque minus eſſe ad regendum idonea.

A quibus tamen humani ingenii ſcoriis longe fuit Auguſtinus noſter exemtus, cui miris modis natura benefica liberalis prodiga parens integrum effudit donorum ſuorum theſaurum.

III.

(1) Vide Senecam Lib. ad Serenum de Tranquillitate animi ſub finem, & Lipſi commentar.

III. At vero putas ne erunt in tuto hucuſque iacta: niſi momenta aliquot, quae iis adverſari videntor complanemos? I. Recenſentur qoippe ingenia praeſtantiſſima, in quae animi, corporiſque vires coivere. II. Molles carne, & cerebro ſolent eſſe: hoc vero ad imaginationem, ceteraque ingenii monia conficienda Ineptiſſimum. III. Carnis mollities a pituitae (vulgo phlegma) & ſanguinis dominio, ſeu abundantia eſt: geminae quippe hae animalis partes maxime homidae ſeo liquidae ſunt; at Galeno non contemnendo philoſopho, medico autem praeſtantiſſimo teſte, qui iis abondant humoribus tardi admodom ſont, & hebetes. IV. Melancholia, & cholera homines prudentes ſunt ac ſapientes; Duo vero hi humores potius carnes indurant. V. Poeri, & feminae delicatiſſimis praeſtant carnibus: & nihilominus imbelli, & tenui ingenio pollent. VI. Animantia inter ratione carentia elephas prudentiſſimum eſt: huic autem duriſſimae, aeneae ſunt carnes. VII. Aſinos domeſticorum animantium Improdentiſſimum magno praeſtat capite. VIII. Magni capitis homines freqoenter ſtolidi ſunt nedum circa mechanica, ſed & circa abſtracta. IX. Fervidi homines non tam Minervae, quam Marti ſociantor. X. Caput fervidum ab involucrorum infirmitate non longe abeſt.

℞. Hi tamen nodi facili negotio ſolvontur. Dummodo illud ſemper prae oculis habeas: phyſica quaecumque praecepta non aegre, aliquotiens exceptionem pati: de iis qoippe ſunt non qoae neceſſario contingunt, ſed qoae plerumque contingere adſolent. Neque enim effectus ab una, vel altera cauſſa, ſed ab omnibus ſimul ionctis emergit. Iam ergo ad primam difficultatem dicendum eſt: Forte inſigni ingenio, & ſimul robuſto corpore praeditos homines aliquando datos; At ingenioſos omnes, ſi per otium licet enomera, & dic nobis, an potior eorum pars valido corpore fuerit. Verum eſt nonnullos robuſtos viros ex magna, & pingui corporis mole; aut qood ignis in eis dominaretur; At potiſſima fortitodo, non facile cedens, quaeve ad rem noſtram ſpectat, ex carne valde compacta, ſolidiſque, & duris nervis petitur; hac ot plurimum ingenioſos carere contendimus. 2. Cerebrum nimis molle rationis functionibus minus aptum eſſe fatemur; ſed cerebrum, & carnes inter non tale foedus eſt, ut ex harum illius mollities deducator. 3. De lutulenta mollitie, quae ex pituita, & ſanguine eſt, minime loqoimur; ſed de alia aeris dominantis filia longe nobiliori; quam ignis adaoget, non quidem recta, aut ex ſuis: ſed quod denſiores particulas terreas cribret, & diſgreget. 4. Melancholia craſſior, qoae ſola carnem indurat hominem non adeo ingenioſom, ſed potius prudentem, & gravem efficit. Cholera vero ingenio confert, non tamen craſſior, ſed levior atqoe ſubtilior: haec vero aeri ſociata lotulentae qoidem mollitiei, de qua paolo ante, obſtat, alteram tamen ſovet, & auget. 5. Feminarum, & puerorum mollities in pitoitae, & ſanguinis dominum, nec non homidi exceſſum revocatur. 6. Quid ad nos, & Ariſtotelem elephas? quid ad nos de animantibus, quae nec eximia, nec mediocri ratione praeſtant? Comparativum, ut inquiunt Grammatici, ſupponit abſolutum. Item opus eſſet inſpicere, quae ſint carnes elephantis non qoaecunque, ſed cerebrum obſidentes; ſpecies enim animantium qoaedam abſolute aliis delicatiores, in aliqua corporis parte duriores videntur. 7. Aſinus latis, & longa maxillis: at minimo cerebro, experientus, hoc eſt inciſionibus teſtibus, pollet. 8. Stolidorum eorum hominum capot diligenter inſpice, & videbis tantummodo in temporibus magnum; nos autem de cerebri capſula loquimur. Eſſemus autem ab omni generis hoius iaculo tuti, ſi ſuſpicioni coidaoi citra doloſi effugii notam quiremus fidere: & ipſos nimirum cerebri orbiculos vacoitatibus aliqootiens elodi. 9. Diſtant vero toto caelo Palladis, & Martis ignes. Craſſior hic, ſulphoreus eſt, per mechanica membra diſperſus, & cor, generoſitatis fontem maxime obſidens; At ille ſubtilis, defaecatus, & cetera membra non admodum curans, totus propemodum cerebro ſamulatur. 10. Qoae item poſtremum nodom exſolvunt: ſobtilis enim ignis phantaſma depurgat: adeoqoe ab involucris liberat. Addimus autem & nobilem ignem rationis organa optime diſpoſita: tendoneſque ſolidos, & bene protenſos poſtolare; ſecus qund ad bonam ſortem ſeſe eſt, in exitium vergit. Flante enim vento ad poppim vehementiſſimo, ſana robuſta navis longa maria cito percorrit; at rugoſa, maleque contexta cedit, & frangitur. Adtende etiam ne cerebri organa multo ſint ſanguine oppleta: hic enim calidus, & humidus ſi igneis iungatur ſpiritibus, ingenti meditationis damno, pinguem telam contexit, & quaquaverſus nebulas ſpargit.

Ac-

Aerem, ut diximus, humanum ingenium exoptat: hic quippe facile pervaditur; elevat autem phantasma &c.

Carnis autem mollitiem rationis functionibus esse adcommodam, de quo posset quisquam argumentum postulare, breviter ita firmamus. Passiva quae instar materiae agunt, si dura sunt, activis resistunt; tenella autem facile cedunt. Item res discutienda a ratione quomodo in illam se insinuabit, aenea carne, nonnisi gladio penetranda, resistente? Ne ratio nebulis obsideatur, necessarium quoque est, ex inferiori corporis orbe ad capitis caelum adscendentium vaporum, & spirituum crassiores impuras particulas foras propelli; Ad id autem quis non videt optimam, & necassariam esse carnem tenellam, qua, utpote rara, spiraeulis, meatibusque conferta ea fieri possit cribratio? Huc tandem spectat sensus ille fere communis, lac similesque aut cibos, aut potiones cerebro officere; cur quaeso? nisi quod fibris scateant, quae carnem indurant, eiusque opplent spiracula?

His finem imponimus ipsis hominum doctissimorum verbis. Meletius lib. de natura hominis: *Qui igitur exiguo capite praediti sunt, flagitiosi cerebri signum ostendunt*. Polemon Atheniensis Philosophus Academicus, filius Philostrati, discipulus Xenocratis, unus ex magistris Xenonis de Signis naturae, c. 2. *Caput valde parvum stultitiae, & imprudentiae signum est*. Aristoteles editionis Venetae apud Iuntas an. 1552. volum. 7. extra ordin. naturalium &c. in Physiognomicis, cap. 9. de passionum, habituumque signis, a corporis partibus sumtis, sub finem: *Qui habent magnum caput sensati, referuntur ad canes. Qui vero parvum, insensati referuntur ad asinos*. Et cap. 4. Quo pacto per unumquodque dictorum generum signa accipiantur post. med. *Caro autem, dura quidem, & boni habitus natura insensibilem significat: lenis autem & ingeniosum &c.* & cap. 6. Passionum, habituumve multorum signa, ante med. *Ingeniosi signa. Caro humidior, & mollior, non boni habitus, neque valde pinguis &c.* In laudem etiam Augustini vergit, quod habetur eodem cap. 6. sub finem: *Misericors est sapiens, & timidus, & modestus, Immisericos insipiens, & inverecundus*. Nempe fuit Augustinus, ut ex dicendis in hoc opere constabit, clementissimus.

Et haec, ut bene firmarentur quae dixeramus, dum ex Augustini imbelle, laxo, & delicato corpore ad eiusdem laudem disputaremus.

(g) *Quasi necesse esset, ut adhuc &c.* = Cur Augustinus hanc Babtismatis dilationem improbet adeo & incuset, non video. Meo quidem iudicio Monicae consilium prudentissimum fuit; quum enim Filium videret vitiis maxime acclinem; immo iam velut in semine mille diaboli laqueis maxime irretitum, nec illis facile in imprudenti aetate, & fervidis annis solutum iri: maluit remittente morbo, dilationem pati: (1) & tale adtendere temous, Numinisque omni efficacia, & victoria cor hominis in bonum flectentis providentiam, quum posset sibi de eiusdem filii bonestate spondere, At baptisma sancta res est, animam ab omni prorsus macula tergens, immo & a futuris praeservans; Totum id tibi non contendo: immo peream, & nomen meum de hominum memoria deleatur, si contenderem; Verum tuo adhuc arbitrio relinqueris: cumque te videam malem implicatum, nec adeo facile & tibi, & mibi miracula spondere debeam; prudenter timeo fore ut ineuntibus servidioribus annis, & occasionibus pravis, periculosius, & implacatiori Numinis ira insordescas; Melius est: seu potius non tantum malum re divina careas: quam ea insignitus, interim te, & sacram stolam commacules.

At ergo ne laudo quod Augustinus incusat? minime vero gentium; Si eius sermonem ex integro bene discutias, deprehendes: non Matris consilium, sed suum, vel potius sui ipsius inordinatos motus, qui prudentissimam Parentem ad consilium illud idest dilationis impulere carpere Augustinum, & improbare. Fere exemplo edisseramus rem istam; Te consuetudine peccantem, & evanidis aliquot datis correctionis signis mox relabentem quod Sacerdos ab altari depellat probo, & commendo: ne & caelo infidens, maiori horrore, & scandalo pecces: qui tenacissima consuetudine soles in terra peccare. At interim tibi exprobro quod ad vitiis liberius laxandas habenas, ab altari divertas; quanquam enim adcesseris, & sis repulsam passus: adhuc

(1) Bollandiani c. 3. d. *Clare hic improbat Augustinus consuetudinem multorum sui temporis, qui baptismum diei differebant.*

adhuc totum in tui nominis dedecus vergit: cur enim non ita vivis, ut religiose possis accedere? cur mala tua consuetudine divini cultus incensum studio Sacerdotem cogis, ut te a Christi corpore arceat? Quibus lux amplior ex dicendis accedet.

(h) *Nisi Pater solus: qui tamen non evicit &c.* = Integra iam Augustini familia Christo nomen dederat, Patre excepto, usque ad hanc horam gentium tenebris capto. Omni autem id merito, & iure; Filii enim adultae aetatis, dolive capaces nec ad bonam, nec ad malam fidem cogendi sunt: ut omnes Theologi, & 4. Toletana Synodus c. 57. Parvuli autem doli inscii parenti fideli dandi sunt; ut ex communi catholicorum sensu eadem Synodus statuit c. 63. De quo cap. *Iudaei*, causa 28. q. 1. & c. ultimo *de conversione infidelium*. Honeste igitur, & sancte Monnica mater infidelis genitoris iure posthabito, tenellum Augustinum in Catholica sua vestigia traxit. Quae quidem dicimus, si Augustinus heic de pueritiae suae annis disserens, ad infantiles se revocet; ad quam suspicionem transcriptae sententiae de parentum iure circa filiorum religionem phrasis nos deduxit, & impulit.

Si mavis tamen puerili heic ratione donatae aetati constanter Augustinum inhaerere, ample tum dictum illud sumendum est: de iure videlicet non tam auctoritate, quam adhortatione certante: ut sit sensus Monnicae efficacissimis monitis, & exemplis Augustinum puerum in catholicorum partes inflexum. Et hoc dupliciter explicare poteris; aut quod Mater filium ad Orthodoxam Fidem adlexerit, gravissima prudentia viro silentium indicens; aut quod uterque exemplis, consiliis, & monitis sua pro religione certaverit: fortius autem, & felicius Mater usque ad victoriam, & palmam.

(i) *Adiuvabat eam, ut &c.* = Dei gratiae etiam, nedum Monnicae pietati, & prudentiae tribuendum quod filium ad Christum dum traheret: Pater vel conticesceret, vel contradicens, non vinceret, sed vinceretur. Roboravit autem Monnicae ministerium Deus, qui melior ipsa marito serviebat. Quasi diceret, ut nos praeced. comment. Etsi in familiae ad ministratione patris iura praeferantur, quod uxor ei quasi famula obsequetur; adhuc cum femina melior, idest Catholica marito malo, infideli nimirum inservit, praevalet in filiorum educatione quoad religionis negotium; talis autem iuris duplicem rationem designat. 1. *Nam illa satagebat, ut tu mihi pater esses Deus meus, potius quam ille* 2. *Quia in hoc tibi utique id iubenti serviebat*; terreno siquidem patre iure suo abutente: Caelestis mox sua iura postulat, eaque Catholica matre media exsequitur; quia & in hoc marito inservit, quatenus scilicet inservit Deo, qui exhibendam marito servitutem imperavit.

Nedum tamen in gravissimo religionis negotio, sed & in piis aliis pluribus maritus etiam Catholicus uxori concedere debet, iuxta Petri Damiani monitum: t. 1. Epistolarum lib. 7. Epist. 18. non longe a fine hisce verbis expressum. „ Sed ad haec forte respondeas (*Guillam Comitissam Raineris Marchionis „ uxorem adloquitur*) quia nisi vir in his „ omnibus auctor existat, ad haec implen„ da vasculum infirmum non aspirat. „ Verum plane nec diffitemur, quia „ cum ad virum mulieris sit divinitus de„ creta conversio, indiget plerumque „ sexus infirmior auctoritate virili. Sed „ ubi mulier rectius iudicat: dignum est, „ ut ei vir auctoritatis suae legibus non ob„ sistat. Pro viro scilicet est hoc iudi„ cium, non contra virum. Ozias „ plane sacerdos in affutura Domini mi„ seratione quinque dierum terminum „ statuit; sed hoc iudicium magnanimis „ illa Iudith corripiens, improbavit (1): „ *Non est, inquit, iste sermo qui miseri„ cordiam provocet: sed potius qui iram „ excitet, & furorem accendat*. Abi„ gail (2) quoque dum stulti Nabal sen„ tentiam mutat, a sua domus excidio „ vibratos David gladios revocat; quae „ nimirum pro Nabal fecit, dum „ perversum eius iudicium servare con„ tempsit. Manue (3) cum vidisset angelum, „ desperare coepit: sed pusillanimitatem „ eius enerviter fluctuantem uxor ere„ xit; *Morte*, inquit, *moriemur, quia „ vidimus Deum*; cui mulier: *Si „ Dominus*, ait, *nos vellet occidere, de „ manibus nostris holocausta, & libamen„ ta non suscipere*. „ Porro si nunquam mulieri vir obtemperare debuisset, nequaquam Abrahae Dominus diceret (4): *Omnia quae dixerit tibi Sara, audi vocem eius*.

I. Hic autem locus opportunus est, ut de Monnicae sponsalibus quidquam di-

(1) Iudith 8.
(2) 1. Reg. 25.
(3) Iudic. c. 13. v. 22. & 23.
(4) Gen. 21. 12.

dicemus. Ioseph Renatus a Iesu Maria Augustinensis Excalceatus in novissima Monnicae vita l b. 1. cap. 7. anno Dom. 332. sub Pontificatu Silvestri in civitate Tagastensi sanguine, & pietate nobilibus genitoribus, Aurelio, & Facundia natam: statim appellatam Monnicam, octavo aetatis anno importunis sui ipsius precibus baptizatam italico sermone prodit: cum eo tempore, nisi grave mortis periculum immineret, Ecclesia, Africana potissimum idem Christianorum lavacrum ad duodecimum annum differre soleret. Addens inde a Patritio, cui prior uxor e vivis erepta duas filias reliquerat, in sponsam expetitam, & postulatam, magna animi constantia reluctatam fuisse: tum quod Deo virginitatem dicasset, aut dicaturam se proposuisset; tum, & maxime ne idololatrae iungeretur; urgentibus tamen parentum monitis, vel praeceptis, aliquando tandem cessisse. At suis indulgeat somniis, vel apocryphis traditionibus Ioseph Renatus. Nos heic theologum, non historicum agturi sumus.

Monnica Catholica virgo nupsit Patritio viro ethnico. Quaerimus duo; An Sponsalia haec valida fuerint; An ulterius etiam licita. Sunt enim circa hoc negotium difficultates plures, eaeque gravissimae. Quum primum ad huiusmodi dilucidandam quaestionem animum appulimus: dissertationem haud ita brevem scripsimus. Nunc autem cuncta haec scripta secundis curis expolientes, ne Lectori fastidiosi essemus, cum eadem quaestio a Theologis in tractatu de Matrimonio passim discutiatur: dissertationem illam, ut plures alias delere placuit, solis vestigiis relictis.

Fuere nonnulli, qui naturali iure fidelis cum infideli Matrimonium in irritum, & cassum ire quatuor fere, aut quinque sophisticis argumentis contenderent.

Quod si ea te ab amplitudine colligas: agasque de iure divino non naturali, sed positivo, aliquos nedum habebis eius iudicii Scriptores, sed etiam plures; v. gr. Catarinum contra Caietanum lib. 5. cap. de Matrimonio. Arboreum lib. 11. Philosophiae, cap. 16. Viguer. lib. Institut. cap 16. paragr. 7. v. 9. Imped. 10. Paul. Grilland. q. 12. n. 4. de Poenis omnifar. coitus. Qui ex cap. 7. Deuteron. cap. 10. lib. 1. Esdrae. cap. 6. Epist. 2. ad Corinth. & aliquot aliis Scripturae oraculis pugnant.

Sed geminae opiniones illae merito a Theologis improbantur nedum, sed & contemnuntur. Longe gravior est quaestio; An iure divino positivo spectato, matrimonium illud saltem inhibeatur, dicaturque si non irritum, indecens, & superiori ira dignum? Placet quaestionem illam suspensam relinquere, cui quidquam lucis ipse Augustinus conciliat. Lib. enim de Fide, & Operibus. cap. 19. n. 35. de variis malorum Christianorum involucris, & vitiis disserens: haec in rem praesentem habet. „ Cum etiam illud non taceat „ (*Cyprianus in Epistola de Lapsis*) & „ ad eosdem mores malos pertinere confirmet, iungere cum infidelibus vinculum matrimonii, nihil aliud esse „ asserens, quam prostituere gentilibus „ membra Christi: quae nostris temporibus iam non putantur esse peccata; quoniam revera in novo Testamento nihil inde praeceptum est, & „ ideo aut licere creditum est, aut velut dubium derelictum.] Et lib. 1. de Adulterinis Coniugiis, cap. 25. n. 31. „ Quod (illud 1. Cor. 7. 39. *tantum in Domino*) duobus modis accipi potest, „ aut Christiana permanens, aut Christiano nubens. Non enim tempore „ revelati Testamenti novi, in Evangelio, vel ullis apostolicis litteris sine „ ambiguitate declaratum esse recolo, „ utrum Dominus prohibuerit fideles „ infidelibus iungi. Quamvis beatissimus „ Cyprianus inde non dubitet, nec in „ levibus peccatis constituat, iungere „ cum infidelibus vinculum matrimonii, „ atque id esse dicat prostituere gentilibus membra Christi. „

Utut autem ea res se habeat, iure Divino spectato; certum est, matrimonia Christianorum cum ethnicis ab Ecclesia universim inhibita semper fuisse. Vide Tertullianum lib. 2. ad Uxorem, c. 2. Cyprianum lib. 3. Testimoniorum ad Quirinum. Ambrosium Epist. ad Vigilium, olim 23. nunc 19. & lib. 1. de Abraham c. 9. Hieronymum lib. 1. contra Iovinianum, cap. 5. Concilium Eliberitan. can. 15. & 16. Laodicen. can. 10. Carthag. 3. c. 120. Chalcedonense oecumenicum c. 14. Agathense c. 67. Burdigalense 1583. Aequissimas autem inhibitionis huius rationes quilibet coniicere potest.

Sed ut ad rem nostram, propter quam cursim haec observavimus, omnino accedamus; quaerimus qua decentia, quove consilio Monnica virgo Christiana & pia Patritio ethnico nupserit? Et quidem ut brevissime malam omnem

ſuſpicionem amoveamus: ſitque omnino in tuto Auguſtini noſtri Mater; illud alta mente tenendum inculcamus: innocentem Virginem parentum placitis obſequutam, eisdem implexi huius negotii cauſſam ceſſiſſe; Unde non tam Monnicae, quam eius genitorum ſactum heic ad iudicium vocatur.

Spectatiſſimis factis, & hiſtoriis adtentis, concludere cogimur, eis Matrimoniis a ſe inhibitis, gravibus quibusdam occurrentibus circumſtantiis, vetuſtiorum ſaeculorum Eccleſiam facile conniviſſe. Magnam quippe honeſtiſſimarum Matronarum partem ethnicis nupſiſſe videmus. Eunice Timothei mater fidelis erat: (2. Tim. 1. 5.) quae nupſit tamen gentili (Act. 16. 2.) S. Cecilia (1) virgo Romana nupſit Valoriano utique idololatrae. S. Lucia (2) virgo Syracuſana a matre Eutitia ſimili viro promiſſa erat, a quo Chriſtianae religionis apud Paſchaſium Praefectum accuſata, martyrium conſummavit. S. Crotildes (3), ſeu Clotildes filia fratris Gundebaldi regis Burgund. Clodovaeo Galliarum regi pariter tunc pagano. Edelburga (4) filia Edelberti Cantuariorum regis, Eduino regi in Anglia aquilonari deſponſata eſt. Wenceſlaus Bohemiae (5) dux, ut Romanum breviarium die 28. Septembris ei ſacra prodit, Wratiſlao Chriſtiano natus fuerat, & Drahomira gentili, qua conſulente, a fratre occiſus eſt. Denique, ut plures alias huius generis nuptias omittamus, Saracenis Hiſpanias occupantibus, ut obſervat Baronius ad an. 1010. uſitatiſſima erant ſimilia coniugia. Vide etiam, ſi placet Bedam lib. 1. cap. 25. & lib. 2. cap. 9. Anglorum hiſtoriae. Gravibus diximus quibusdam occurrentibus circumſtantiis; Quum puta aut neceſſitas cogeret: aut Eccleſiae bonum, & tranquillitas vel infidelis coniugis converſio ſperaretur. Quibus de cauſſis ſimilia coniugia etiam in antiquo Foedre, quo tamen ſaeviſſime inhibebantur, laudata ſunt, vel ſaltem non improbata; quale fuit illud Iacobi cum filiabus Labani. Heſter cum Aſſuero. Samſonis cum Philiſtaea Dalila. Salomonis cum Pharaonis filia. Cuius coniugii occaſione Canticum Canticorum ſcriptum pleique Doctorum arbitrantur. Iam vero nihil habes, quod in Monnicae Sponſalibus carpas; Eas enim habitabat plagas, in quibus magna infidelium multitudine Matrimonia haec vitari non facile poterant; quive infideles ex noſtrorum receſſu, & ruſticitate quid lucri retuliſſent? Scandalum, & alienationem a religione Chriſtiana. Monnicae vero fides conſtantiſſima, pietas eximia, & virilis: animique haud vulgaris fortitudo parentibus, & Eccleſiae Praeſulibus optime perſpectae erant: unde & prudenter ſperabatur, fore ut Mulier non a ſuſcepta olim religione caderet: ſed infidelem coniugem (ut contigit) eidem adiungeret. Quibus addere poſſumus quod mille coniecturis ex Confeſſionibus hiſce deducimus, Monnicam ante Sponſalium decretorium verbum cum Patritio pactam fuiſſe, repaculo nullo tenendam, quin expedite, & commode in ſuſceptae Chriſtianae legis exercitiis occuparetur.

Nunc vero quoniam infideles obſtinatiſſimi facti ſunt: & Chriſtianorum fides elanguit: caritasque remiſſa eſt: adeoque veroſimilius ſit perverſionis, quam ſanctae converſionis periculum: nonniſi ſummi Eccleſiae Paſtoris placito peculiariſſimo, vel privilegio ethnico nubere poteſt Chriſtiana.

II. Sciſcitaberis tandem ad commentarii huius complementum: An Monnicae coniugium fuerit ex ipſius parte ſacramentum? Inficiantur Theologorum nonnulli duobus praecipue momentis; quorum primum eſt; Contractus nequit adhaerere uni, & non alteri; aut igitur matrimonium ex utriusque coniugis parte ſacramentum eſt; aut ex neutrius. Alterum; Mutuus adſenſus ſacramenti huius materia eſt: ſacramenti autem materia adſenſu infidelis non gignitur: nec ergo fidelis. Verum longe gravior, & aequior videtur plurium aliorum Theologorum oppoſita opinio. Quis enim ſibi ſuadeat, tot Chriſtianas graves, & religioſiſſimas feminas, & ſummis neupe, virtutibus, & miraculis claras hoc ſacramento deſtitutas? Ex quarum inquam Sponſalibus viris, & toti Eccleſiae divina Ingentia bona obvenere; lege Clotildae, Ceciliae, aliarumque feminarum, quas ſupra laudavimus hiſtorias. Nec eſſet cur tanta auctoritate 1. Cor. 7. 14. clamaret Apoſtolus, *Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem: & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem.* Propter ſanctitatem perſonarum inquiunt nonnulli; At propter ſanctitatem perſonarum, & ſacramenti ſubſumunt graviſſimi

(1) An. 232.
(2) An. 303.
(3) An. 494.
(4) Circa an. 625.
(5) Obiit an. 938.

mi alii Theologi. Binae autem difficultates, quae initio obiiciebantur, solvuntur quam facile. Uterque enim coniux capax est Matrimonium ut contractum inire: solus autem Christianus ut sacramentum; Adeoque nil mirum si posterior haec ratio adtingatur ab uno, quin etiam ab altero: prior vero aut ab utroque, aut a nullo. Quemadmodum si eadem actio mala a duobus veniat adultis (ignorantia, aliisve circumstantiis praecisis) aut uterque peccabit, aut neuter. At si unus sit adultae, alter infantilis, seu Innocentis aetatis, ille erit reus: hic ne quidem discussa caussa, absolvetur. Quamvis autem ethnici adsensus materiam sacramenti pro ipso gignere nequeat, bene vero pro Christiano; eum enim hic sacramenti fit capax, exigaturque ut coniugii contractum ineat: hoc ex illius adsensu resultante: fit ut ipsi Christiano & sacramenti ratio adcedat.

(*k*) *Vellem scire &c. qua consilio &c.* = Nec ego discipulorum tuorum minimus: nec mortalium quispiam divina minime perfusus luce te docere potest Augustine magistrorum omnium excellentissime. Adhuc, si velis, dicam quod sentio. Bono tuo sacra lotio in aliud tempus reiecta est; Quantum enim humanae coniecturae suadent: talia erat indoles tua, ita mala concivium consilia, tot undique perstrepentes occasiones periculosissimae: ut etiam Baptismate confortatum verisimiliter pellexissent Veneris lenocinia, suisque reticulis Manichaei implicavissent. Iam vero tecum alta mente philosophare, & considera, quanto periculosius, & damnabilius divino illo caractere consecratam animam tuam inquinasses! Quis enim nesciat, quam fortius consecratorum, ac saecularium hominum peccata Numinis iram provocent?

Nec tibi parum videatur, quod Manichaeorum omnium stolidissima haeresi dementatus, non adhuc omnino, & proprie illis adcensearis, quos haereticos appellamus. (1) Quum enim talis proprie dicatur qui Christiano caractere insignitus Ecclesiae dogmata infringit, vel corrumpit: tu qui cum Manichaeis blasphemasti non adhuc sacro tinctus baptismate, delusus pro ea aetate ab emunctae naris Theologis appellaberis, non verus haereticus. Sed & illud dilationis commodum maximum censeo: quod aliquando tandem bene illuminatus, & culparum tuarum poenitudine adfectus, earum sarcinam tum quoad iram, & turpitudinem: tum quoad flagelli reatum divina lotione prorsus abieceris. Dic autem mihi; si post Baptismum, caracteris in aeternum non iterandi parentem, magnis lethalibus illis ictibus te fauciasses, qua poenitentia, quo ferreo cingulo, birroque cilicio te ita bene sanavisses, ut posses tuto clamare, quemadmodum frequenter divina pompa solvisti, tibi & peccatis illis nihil amplius quid esse, tum si turpitudo: tum si poena aut aeternitatis, aut temporis expendatur? Qua alia poenitentia: etiam sacramento sociata, animam tuam a foeda, & putrescente lepra illa ita mundasses, ut certissimus fieres, innocentis eam infantia candori nihil concedere?

(*l*) *Sine illum, faciat quod vult, nondum &c.* = Ita cum omnibus editis & etiam Vet. Benedictini: qui tamen enuntiant, abesse, *quod vult* a MSS. optimis. Verum non abest a MSS. 2. S. Mar. 3. S.Cr. Car. Ricar. & Fes. licet posterior hic pro *quod*, habeat, *quo*. Abest tamen a MS. S. Mar. & ab optimo S. Cr. (etsi hic corrigatur manu forte aliena) & MS. Med. Utraque lectio eumdem sensum complectitur, textuique est aeque conformis. Nisi quod nostra naturalior, & usitatior videtur.

Quod Lectorem monitum volumus, est, populares, fatuas imprudentes eas voces Monnicae non tribuendas: cuius in Baptismatis dilatione prudentiam demirati sumus; sanctitatem vero ubique fulgentem hae Confessiones satis depingunt. Immo ubicumque in malam partem nominantur maiores, cave ne eos inter & Monnicam comprehensam suspiceris. Maiores illi fuere, Pater, magistri, & etiam populi Aristarchi, qui solent quisquilias pro oraculis vendere.

(*m*) *Et terram per eos unde postea formarer &c.* = Sequimur Benedictinos, quos audire iuvat. „ Ita legit Arn. nec „ aliter ferunt plerique MSS. sed varia „ labes huic loco illata est in editis, „ e quibus Am. Er. & Lov. sic habent: „ *& tibi tam eos*. Bad. porro, *& territa per eos*. Alii particula interposita, „ *& terram magis per eos*. Quam tamen „ particulam non ineleganter interdum „ subintelligendam reliquit Augustinus.] Nobiscum sunt etiam Vet. & MSS. 13. Som. cum illis est, qui particulam interponunt.

M 2 Hen-

(1) Quod fuse ostendit Ludovicus ab Angel. l. 1. vitae, c. 8. per totum.

Henricus Wangnereck Lovaniensium lectionem sequutus, huiusmodi ad hunc locum commentarium habet. „ Locus obscurus, & forte mendosus. Ego hunc „ sensum eruo. Mater *tibi* Domine *tam* „ *eos* fluctus tentationum, quos impende- „ re mihi noverat, *unde* (sive per quos) „ postea *formarer* (sive erudirer) ad ve- „ ram fidem, & virtutem, commenda- „ bat, *quam ipsam iam effigiem* animae „ meae, qualem forte praevidebat in fide „ Catholica. „

Ego vero iuxta eam lectionem hunc sensum ex integro darem. Noverat eos, qui impendebant tentationum fluctus illa Mater: & tibi tam eos, quibus sedatis, bene in spiritu formarer, vincendos, quam ipsam iam effigiem (hoc est sanctitatem adquisitam) conservandam committere volebat.

Pro Badii lectione sic dicerem. Territa magnis illis tentationum fluctibus, sacri Baptismatis tempus, quo postea in spiritu formarer (seu mundarer) & ipsam iam effigiem (munditiam baptismate datam) tibi committere volebat.

At ex lectione, quam praetulimus, depromendus est verus sensus. Et primo quid *Ioannes Phaerreponus* censeat, videamus. *Terram* inquit, *vocare videtur Augustinus naturam humanam corruptam, quae nihil, nisi terrestria spirat; effigiem vero imaginem Dei, per baptismum renovatam, atque instauratam. Vide n. 25. sub finem*. Terra humanam naturam corruptam: effigie animam Baptismate detersam insinuari, mordicus inficari non placet. Sed quid inde? Dubium potissimum, & quod maxime quaeritur est: non quid duo illa verba significent: sed qualis sit integrae propositionis textura: quam obscuram, & pendulam facit mira lectionum varietas.

Dicimus ergo: Videtur ne tibi duas eius propositionis partes mutuo se intueri, & idem ex aequo adfirmare; Vel potius invicem digladiari: adeo ut quod una evertit, altera statuat? Si primum te iudicium occupet, hunc sensum conficies, particula, *tam*, subintellecta. Videns Mater tentationum fluctus, tibi commendabat tam fragilitatis meae terram per eorum depressionem, qua facta, postea per Baptismum reformarer: quam ipsam reformationem, effigiem, pulcritudinem Baptismi virtute caussatam. Si vero altera tibi opinio adrideat: subintellecta particula, *magis*, quam nonnulli codices expresse addunt: ita Augustini sermonem excipere poteris. Videns tentationum fluctos, non adeo tibi Baptismatis tempus commendabat: utpote quae optime noverat (circumstantiis sublatis) expedire citius sacrum illud indulgere lavacrum; sed magis, & potissimum fragilitatis meae terram per eos, nempe per eorumdem fluctuum depressionem: seu dum eos deprimendos tibi commendaret.

Nisi forte, *unde*, non ad tentationum fluctus, sed ad terram referatur; ut sit sensus: Commendabat tibi terram fragilitatis per eos, unde, idest, ex qua terra postea formarer. Quod duobus modis intelligi potest: Aut quod formandus esset ex humanitate, tentationes in usum bonum versura (quod non male de tentationibus crudientibus supra expendebat Henricus.) Aut quod ex eadem humanitate, seu fragilitate: si tentationes aliquando tandem insigni victoria excuterentur, & fragilitas quadam velut, ut Philosophi loquuntur, antiperistasi in fortitudinem verteretur. Quemadmodum recens paries, ex circumfluentibus aquis induratur; pollentque frigore, & humescunt, solis calidis, & siccis radiis obsidentibus terrae cavernae.

Ex datis expositionibus seligat quilibet quam mavult; aut etiam ex omnibus simul iunctis pingoem latam unam componat. Si quis autem novam, planioremque, & textui magis conformem excogitaverit; gaudebit, & nos etiam secum laetari patietur.



CA-

CAPUT XII.

ARGUMENTUM.

Se in pueritia studiis minus propensum, vano maiorum, bono, altoque Dei consilio magnis poenis inflexum, quasi nolentem duo simul sumsisse bona: litterarum splendorem, & condignam, utilemque inordinati animi poenam.



IN ipsa tamen pueritia, de qua mihi minus, quam de adolescentia metuebatur non amabam litteras, & me in eas urgeri oderam; & urgebar tamen, & bene mihi fiebat, nec faciebam ego bene: non enim discerem, nisi cogerer. Nemo autem invitus bene facit, etiamsi (*a*) bonum est, quod facit. Nec qui me urgebant, bene faciebant: Sed bene mihi fiebat abs te, Deus meus. Illi enim non intuebantur, quo referrem (*b*), quod me discere cogebant, praeterquam ad satiandas insatiabiles cupiditates copiosae inopiae, & ignominiosae gloriae. Tu vero cui numerati sunt capilli capitis nostri, errore omnium, qui mihi instabant, ut discerem, utebaris ad utilitatem meam: meo autem, qui discere nolebam, utebaris ad poenam meam: qua plecti non eram indignus tantillus puer (*c*), & tantus peccator. Ita de non benefacientibus, tu bene faciebas mihi, & de peccante meipso, iuste retribuebas mihi. Iussisti enim, & sic est: ut poena sua (*d*) sibi sit omnis inordinatus animus.

(*a*) *Nemo autem invitus bene facit, etiamsi &c.* = Pater Henricus ita hunc locum dilucidat. „ Verum hoc est de „ eo, qui simpliciter est invitus, ita ut „ deliberate habeat voluntatem non fa- „ ciendi bonum, nisi cogeretur. Cui e- „ nim vel indeliberato motu voluntatis, „ vel tantum secundum partem sensiti- „ vam displicet bonum, ad quod cogi- „ tu r, is male non facit. Ita Susanna (1) „ etsi metu mortis fluctuaret carne, „ m-ente tamen firmiter, & sancte con- „ clusit: *Melius esse sibi absque opere* „ *incidere in manus hominum, quam pec-* „ *care in conspectu Domini*. Immo raro „ quis tam perfectus est, ut in actibus „ virtutum difficilioribus non sit invitus „ secundum quod, nec propter luctam „ carnis, & spiritus, motum operi suo „ contrarium sentiat.

Bene quidem, si ad Lectorem a caespirationis periculo semovendum. At perperam si forte ad Augustini pueri studia laudanda. *Invitus* enim heic pro coacto ponitur; manifestum est autem coactionem libertatem, laudis fontem evertere. Adtende ipsa verba S. Doctoris. *Non amabam litteras, & me in eas urgeri oderam, & urgebar tamen &c. Non enim discerem, nisi cogerer.* Immo integrum negotium expedit ea peremtoria sententia: *Nec faciebam ego bene*.

II. Iansenius Yprensis antistes t. 3. lib. 5. de Gratia Christi Salvatoris pag. 252. col. 2. & alii nonnulli ex hac Augustini sententia quaedam deducere conantur in fructum adtritionis Poenitentiae sacramento sociatae. Perperam tamen: neque enim adtritio ab homine invito, seu non libero est. At inquiunt: Adtritus flagelli timore, & amore praemii culpam exhorret, non igitur libere. At subsumo ego: Idem argumentum in contritionem, seu dolorem perfectum confici potest: Adtritus enim flagellum, vel poenam (utique non naturalis, sed superni ordinis) inspicit; contritus Dei, peccatum inhibentis pulcritudinem, seu merita, vel amicitiam; igitur vel neuter peccatum recta detestatur, vel uterque.

Sci-

(1) Daniel. 13. 23.

Scilicet, non modus, sed motivum attritum, a contrito dividit: ille motivo honesto, & religioso: hic honestissimo, & religiosissimo peccatum detestatur. Qua observatione plurimae rigidorum Theologorum difficultates, ex equivoco conceptae dissolvuntur: qualis est illa (cui similes innumeras congerunt:) si attritus ex timore peccatum odit, poenis ergo semotis, peccatum amaret. Dicimus nos, si contritus ex amore &c. Quaerimus inde, quid exigatur ut peccator in poenitentiae sacramento iustificetur? Amor, inquiunt. Atqui amor etiam extra sacramentum iustificat. Non omnis amor, respondent, iustificat, sed tantum perfectus: ad sacramentum autem sufficit imperfectus. Faveant tamen exponere, ne verbis ludere videantur, quis sit amor imperfectus? Ille, dicunt, qui divino insigni aestu non pollet. At pueriles hae, similesque distinctiones quisquiliae videntur; neque enim rerum natura ex gradibus, vel intensione: sed ex essentia spectatur; si ergo gemini amores illi absolute, & simpliciter amores sunt; vel uterque ab anima, quae oppositas formas non patitur, lethale propulsabit: vel neuter. Sic gratiae ipsae, quas habituales vocamus, non eiusdem sunt gradus, vel intensionis: Immo si Virginis, vulgaris iusti gratiae conferas, fateberis vastissimam totius orbis molem arenae grano a te comparatam; & tamen quia habitualis gratiae, & peccati naturae opponuntur: dic mihi an fieri possit, ut vel minima ultimi iusti gratia secum lethale patiatur?

Verum de ea quaestione, quae iudicio nostro ex Augustini sententiis in utramque partem agitari potest, disputant passim Theologi. Hoc tantum dicimus; Si ad iustificationem etiam in Poenitentiae sacramento obtinendam contritio, idest amor, vel perfectus, vel imperfectus desideratur: pauci admodum peccatores lethales maculas eluunt, & iusticantur.

(*b*) *Non intuebantur, quo referrem*. = Ita Benedictini, & ante ipsos Vet. Am. 4. e nostris MSS. & codicum plerique. MS. Fes. & onus S. Mar. *quod eferrem*. MS. Med. & optim. S. Cr. *quid ferrem*. Ricar. *referent*. Lyrensis, & tres e nostris, *referretur*.

Parum abfuit, quin Lyr. codicis lectionem praeferremus; Ea quippe obvium sensum, disputationi conformem gignit. Dixerat enim Augustinus bene sibi factum: *Bene mihi fiebat*. Male ipsum, vel non bene fecisse: *Nec faciebam ego bene*. Nec bene maiores: *Nec qui me urgebant, bene faciebant*. Beoe tamen Deum: *Sed bene mibi fiebat abs te Deus meus*. Satis vero exposuerat, cur ipse studens, bonum faciens, non bene faceret: quia videlicet nimis invite: ad laudem enim duo exiguntur: & quod bonum, & quod non omnino invite illud agatur. Nunc autem prodit cur maiores bonum facientes, studium commendantes, non bene facerent: quia *non intuebantur quo referretur*. Quod triplicem sensum habere potest: Quo referatur studium ipsius natura spectata (quae est ad illuminandum intellectum). Quo referri possit ab homine honesto. Et tandem. Quo referretur a Deo. Et posteriorem hunc sensum iuxta Augustini propositum, omnino verosimillimum arbitramur. Verum noluimus uni codici fidere; maxime quod ex communi lectione similis sensus erui possit, si, *quo referrem*, ita excipiatur: quo referre possem.

(*c*) *Tantillus puer*. = Verba haec scioli quidam laudare solent, ad ostendendum Augustinum minimo brevissimo praeditum corpore; & nos ipsi a cuiusdam Academiae, cuius nomini parcimus, Praeside in publico solemni circulo, inflatis buccis, non sine stomachi motu iactata olim audivimus, dum eadem de re, circumstantibus plaudentibus mirum ille in modum fabularetur. Quale autem oleum e durissimo lapide? De annorum, non de corporis quantitate loquitur Augustinus. Volens enim ostendere, digno, iustove Dei iudicio acri se flagello perstrictum, Lectorem commonet, se fuisse quidem eo tempore parvum annis, vel aetate, at magnum malitia; ut sic nempe suo insistat proposito, quod est: Deum adtollere, & incusare seipsum.

Sed quaenam corporis illa brevitas? Monstruosa, dicunt qui fusius eam fabellam egerunt. Nec arbitreris poeris eamdem venditatam in angulo; ut enim alios praeteream, quorum & ipsa nomina mihi exciderunt, P. M. Angelus Formentini Senensis Carmelita de observantia die 28. Augusti, S. Doctori sacra, an. 1676. Venetiis in ecclesia Monialium S. Bernardi in Murano publice eam decantavit! Do ipsa eius verba, quae habentur Serm. 3. in ordine, 2. de S. Doctore, cuius propositio, vulgo, adsumptum: *Il Pimmeo grande*, (Pygmaeus magnus). Et mimicum thema: *Quid novi affert Africa?* Haec inquam

quam ibi legere est „ Tal Dama in „ somma (*De Monnica loquitur*) che „ tra tanti fasci colle braccia in croce „ al petto onite a passi d' umiltà ver„ so il eielo s' incamina. M' intendete, „ costei, che senza vestire l' abito, „ nell' abito non meno che nel nome „ su glo·iosissima Monica tra ealori dell' „ Africa ha dato alla luce un Pimmeo, „ ha partorito Agostino, oomo di cor„ po sì picciolo, che dubbitando di „ muovere a stomaco chi lo mira, „ mentre ancor lui con formole di mo„ destia la matrigna natura rampogna, „ di se medesimo proserisce: *Quaeso per* „ *Dominum, ne vos homuncionis foeditas* „ *offendat*. (*signans in margine serm.* „ *de transfiguratione Domini*.) Non fu „ dunque mio puro capriccio, nè sen„ za fondamento vi proposi Agostino on „ vero pusillo pimmeo, mentre l' istes„ so anco altrove lo conferma, e pre„ ga: *Obsecro vos Fratres, ut oretis* „ *pro me exiguo, & pusillo* (*& innuit* „ *serm. 6. inter communes*.)

Egregie disertissime orator, & historice fidelissime! To non ex illis es, qui in somnium declamant: decantas, & probas; emis, & solvis; Augustinum sordidum pygmaeom nobis occentas, & ipsum Augustinum in testem advocas! Quid amplius? Verum laudata verba in oulo aut genuinorum, aut apocryphorum sermonum reperire potui. At quidquid sit de sermonibos illis forte in somnio confictis; Qualis tua simplicitas, ne dicam, oscitantia, ut mysticas Doctorum summi expressiones caecis exeipias ocolis, metaphoras a rei veritate nullo pacto secernas? Homunculus Augustinus (ut ipsius humilitati videbatur) quia non eximiis naturae dotibus exornatua (1); Foedus ex culpis; Exiguus autem, & posillus meritis, non corpore: *Unde me multa interrogabat homuntionem inexpertum*, Lib. 9. Conf. c. 3. n. 2. *Recordari volo transactas foeditates meas, & carnales corruptiones animae meae*. Lib. 2. Conf. c. 1, initio. *His igitur praetermissis, loquamur aliquid in laudibus sacratissimae Virginis. Sed quid nos tantilli, quid actione pusilli, quid in eius laudibus referemus, cum &c*. Recentior quidam sub Augustini nomine Serm. 208. (Olim, de sanctis 35. & post in Appendice 83.) n. 4. usitatae obviae huiusmodi metaphorae sunt, modestis qooqoe ethnicis familiares.

Cur non saltem illud observasti: non decere admodum, immo prorsus dedecere hominem sanctum, atque gravissimum divina pandentem oracula numerosissimo diversae aetatis, & conditionis, diversiqoe genii subiecto populo eorporis exiguitatem obiicere, eanere naenias, & conqueri? Quis unquam vidit aut etiam mulierculam devotam, & piam eoram magno populo ea se deprimentem ratione, quod tantillum sit eorpus sortita? & tamen ism primus, & unus (si humaoo more loquamur .) muliereulsrum splendor, & typhus corporis bona proportio, & pulcritudo censetur. De qua tamen viros inter, maxime graves, & studiis immersos (pietatis iuribus etiam praecisis) aut disputare, aut etiam verbum habere piaculum est. Et si velis per summam iniuriam, a sotoribus etiam exsufflandam Augustino Philosophorum summo, natura, genioque viro muliebrem dare mollitiem; dicas quaeso, cur nunc capite eanus, a terrenis avolsus, tiara insignitus, maximis distentus negotiis, divinisqoe charismstibos mirum in modum persusus de eorporis brevitate doleat, de qua tamen, ut ex Confessionibus hisce, in qoibus vetostarum suarum quisquiliarum nollam non pinxit, eoniicere est, oullo modo euravit, dum iovenilibus, servidis, otiosis annis, religione, & fide contemtis praeceps Veneris campum percurreret?

Quod si de sui eorporis forma nihil euravit Augostinus: eur non curaveront saeculares amici? Cor tot vanissimi iovenes conversatione: eur tot lascivae venustae puellae amore eaptae sunt pusilli, foedi, monstruosi pygmaei?

Dicat etiam eruditus Orator, cur Augustinus eximia doctrina, divinisque concionibus populum rapiens, hunece suspicatos sit a brevitate corporis offensum iri?

Illud tandem aenigma sagacissimus homo nobis edisserat: Cur lutulento pro pygmaeo religiosi populi divinae preces postulatae sint? ut ne ipsi earum intuitu Numen procerum venustum eorpus indulgeret?

Quanqoam erit gravis iodicii Lector, qui dicat, nec immerito, frustra, & oimis otiose tot arma parata ad muscam fugandam.

I. Con-

(1) Vide Tract. 9. in cap. 5. epist. Ionn. n. 9. ubi late de hac mephora.

I. Continere tamen me nec possum, nec forte debeo, quin alteram eiusdem Oratoris fabellam exsufflem, Praecedenti portento, equidem magno addit maximum, ut ex hoc illi probabilitatem conciliet, & murem nullo negotio deglutiat populus qui devoravit camelum. En eius verba paulo ante expugnata posita.
„ Benchè è vero che per le folte selve
„ dell' Asia vagano fin adesso di molti,
„ i quali per condire, credo io, l' e-
„ strema insipidezza portata dall' utero
„ onde non meno di senno, che privi
„ di testa, coll' occhi nel petto esciro-
„ no nella continua raccolta del pepe
„ impiegati Plinio gli vidde, e l' istesso
„ nostro Agostino non senza stupore ce li
„ trovò. *Ego iam episcopus Hipponensis*
„ *eram, & cum quibusdam Christi ser-*
„ *vis ad Etyopiam perrexi, ut eis Chri-*
„ *sti evangelium praedicarem: & vidimus*
„ *ibi multos homines, & mulieres capita*
„ *non habentes, sed oculos grossos in pe-*
„ *ctore fixos, caetera membra habentes*
„ *nobis aequalia*. Signatque Serm. 37.

Iam Angele te phalerarum mercatorem prodis & liberalem, & prodigum. Et nos quidem parvuli haec a vetulis audiebamus olim ad ignem: & iam tum crepitantibus buccis ridebamus; nunc autem iuventute cadente abs cachinnis a te audiemus oratore, si superis placet, gravissimo, qui nedum Plinii, viri equidem eruditi, sed qui cum plurima, & fere omnia complecti vellet, & nimis cuiuscumque hominis testimonio deferret, suisque experientiis imperfectis, & ad liquidum raro deductis fideret, centum historias scribens, nonagies fabulatus est: nedum inquam huius, sed & Augustini Philosophorum summi testimonium, & quidem oculare laudas! Fateor in laudato Serm. 37. qui est ad Fratres in Eremo (1) *Quod sacerdotes se debeant exhibere sicut Dei ministros, & cavere &c.* sub finem ea verba haberi: immo & haec: *Vidimus & in inferioribus partibus Aethiopiae homines unum oculum tantum in fronte habentes*. Sed ad omnem fontem Angele caecis oculis, potas, & lutulentam haustam aquam mundo propinas? Perspectum est etiam modestissimis Criticis omnibus, male consarcinatum semonem illum (ut etiam fere omnes ad Fratres in Eremo) ab obscurissimi nominis homuncione per summam iniuriam Augustino suppositum; id suadent hominum gravissimorum magnus consensus: & ipsius sermonis phalerae nec delirae anui vendendae: stupida cogitata, fragidaeque sententiae, eloquutionis; forma, stylique barbaries; talia denique nonnisi ab insano, vel ab eo, qui nunquam Augustini nomen audivit, eidem S. Doctori emunctae naris philosopho, theologo gravissimo, rhetori diserto, & acri tribuenda,

Monent autem in eiusdem Sermonis laterali margine diligentissimi Benedictini Patres. „ Hic observat Lupus Augusti-
„ num profectum nunquam fuisse in
„ Mauritaniam paganam, sed tantum in
„ Christianam; non praedicationis gratia,
„ sed ad componenda quaedam negotia
„ a Zozymo legatum. Hunc vero apo-
„ stolatum manifestissimam imposturam
„ esse, ut indicat epist. nunc 199. (a)
„ n. 46. eo certius quod a sene con-
„ scripta sit. „ Ecce, *inquit Lupus*, Au-
„ gust. l. 16. de civit. Dei c. 8. in se-
„ nectute a se scripto, talia hominum
„ monstra dicit a se visa, non in Aethio-
„ pia, sed in opere musivo Carthagin.
„ Neque dicit ea esse: sed *ferunt esse*,
„ sed *Gentium narrat historia*, solita
„ utique mendaciis scatere.] Observa etiam quid dicat Augustinus Lib. 16. de Civit. Dei, c. 8. n. 1. ubi postquam varia monstrorum genera numeravisset, iuxta *gentium historiam*, subsumit: *Sed omnia genera hominum, quae dicuntur esse, credere non est necesse*. Id unum contendit omne hominum genus, quod etiam fingere possis, ab Adamo descendere: *Verum quisquis uspiam nascitur homo, idest animal rationale mortale, quamlibet nostris inusitatam sensibus gerat corporis formam, seu colorem, sive motum, sive sonum, sive qualibet vi, qualibet parte, qualibet qualitate naturae, ex illo uno protoplasto originem ducere, nullus fidelium dubitaverit*. Cur tam opportuna occasione monstra omnium curiosissima, & quidem curiosis scribens a se visa esse non prodidit?

Tibi autem, Angele, in Criticae arte nec leviter tincto suspicionem nullam ingessit, quod fictus Augustinus Hypponensi populo missionem illam ceu ipsi ignotam decantet? Quali autem portento factum est, ut magni Augustini cuius nomen a solis ortu usque ad occasum resunabat, asperum longum iter, eoque odiosa caussata absentia subiectum gre-

(1) In Appendice 1. 6.

(a) Olim 80. ad Hesychium epist. c. 12. laltio.

gregem, propriam Ecclesiam, fratres latuerint?

Et haec in fabulam: ioqoe virom qui divinum praedicationis munus io histrioniam verterat. De reliquis autem eiusdem levis iudicii hominis naeniis, minime ad rem nostram spectantibus, quibus praedictum sermonem, aliosque conserit, nec mussitamus; optamusque omnium oculos fugere crassas, sordidas, & cuiuscumque paululum modesti hominis auribus durissimas metaphoras illas, vel expressiones, qoibus Davidis Bersabeae venustate capti, eamque iamiam reposcentia implicamenta in exordio sermonis pro S. Antonio Ulyssipponensi, vulgo Patavino describit.

II. Sciscitaberis tamen; quid serio dicendum sit: Fuit ne Augustinus non quidem pygmaeus: non foedus homuncio: sed corpore admodum brevis? Id enim prorsus exploratum videtur; iamque illud de Macedonum Rege, *Magnus Alexander corpore parvus erat*, communi sensu ad Augustinum translatum sit.

Respondemos opinionem illam vulgi rumori tantum innixam, etsi ceu proverbium iam praedicari solitam, minime substineri posse. Duplici id momento stabilimus: uno quidem non contemnendo: altero prorsus ineluctabili.

Primum ex ipsius Augustini imagine, ex vetustissima, Mediolani adservata, quam prototomam (prototipo) dicunt, retracta petitur. Obiicit oobis illa Augustinum, Manichaeorum, ut populus cantat; ut nobis videtur, Orientalium more indutum (vestito alla Levantina) iuvenem animo, menteque suspensum, & agitatum; naturae vivacis, & igneae; corporis autem etsi potius fusci (brunetto) delicatissimi tamen, & formosi: nec in latitudinem, nec in longitudinem adeo producti, & etiam fortassis in brevitatem nonnihil tendentis, sed quantum vix sat esse potest, ut illi adagio plaudas: *Homo longus raro sapiens*.

Alterum momentum longe gravissimum quod difficultatem, seo dubitationem omnem tollit, a nemine adhuc observatum, petitur ex lib. de Vita Beata disp. 1. diei, n. 15. ubi ita loquitur Augustinus. *Quasi vera, inquam, longum aliquid nos quaeramus, praesertim adversus Alypium: nam non mediocriter parva ista esse fortia, & utilia, satis sibi ipse de sua corpore argumentaretur.* En brevitas corporis Alypii religioso ioco ab Augustino in litterariam scenam inducta, quod perperam, & stulte, & colloquutorum cachinnis fecisset, si & ipse corpore fuisset admodum brevis.

Et haec pro ea Augustini expressione, *Tantillus puer, & tantus peccator*. Ex qua levis cutaneae meditationis homines deducebant fabellas: & ex iis alii fabulas magnas decantabant.

(*d*) *Iussisti enim, & sic est, ut poena sua &c.* = Non est cur de scholastica arida quaestione illa: possit ne peccatum per se, & proprie io semetipsum poenae munus obire, pluribus heic disputemus. Quod habet S. Thomas 1. 2. q. 87. ar. 2. oon modicam rei illi lucem conciliat. „ De peccato, *inquit*, „ dupliciter loqui possumus, per se scilicet, & per accidens. Per se quidem „ nullo modo peccatum potest esse poena „ peccati: peccatum enim per se consideratur secundum quod egreditur a voluntate, sic enim habet rationem culpae: „ de ratione autem poenae est quod sit „ contra voluntatem &c. Per accidens autem peccatum potest esse poena peccati „ tripliciter; Primo quidem ex parte causae, quae est remotio prohibentis: sunt „ enim causae inclinantes ad peccatum, „ passiones, tentatio diaboli, & alia „ huiusmodi, quae quidem causae impediuntur per auxilium divinae gratiae, quae subtrahitur per peccatum: „ unde cum ipsa subtractio gratiae sit „ quaedam poena, & a Deo, sequitur, „ quod per accidens etiam peccatum „ quod ex hoc sequitur, poena dicatur. „ Et hoc modo loquitur Apostolus Rom. „ 1. dicens, Propter quod tradidit eos „ Deus in desideria cordis eorum, quae „ sunt animae passiones; quia scilicet „ deserti homines ab auxilio divinae gratiae, vincuntur a passionibus; & hoc „ modo semper peccatum dicitur esse „ poena praecedentis peccati. Alio modo ex parte substantiae actus, quae „ afflictionem inducit, sive sit actus interior, ut patet in ipsa ira, & invidia: „ sive actus exterior, ut patet com aliqui gravi labore opprimuntur, & „ damno, ut expleant actum peccati, „ secundum illud Sap. 5. Lassati sumus „ in via iniquitatis. Tertio modo ex „ parte effectus, ut scilicet aliquod peccatum dicatur poena ex parte effectus „ consequentis; sed his duobus ultimis „ modis unum peccatum non solum est „ poena praecedentis peccati, sed etiam „ sui.] Commodum non loquitur heic Augustinus omnino de ipso peccato, sed de consequentibus; de maiorum puta acribus reprehensionibus; & praeceptorum ferulis, quibus perstringebatur pro-

pter studiorum contemtum; iisque Deus utebatur ad eius culpas puniendas.

His, similibusque amplis phrasibus inordinatum animum sibi poenam esse tradit saepe saepius alibi S. Doctor. Lib. 3. contra Litteras Petiliani Donat. episc. cap. 7. n. 8. post med. *Si autem non aurem solam percutit iracundia criminantis, verum etiam conscientiam mordet veritas criminis, quid mihi prodest, si me continuis laudibus totus mundus adtollat?* Lib. 4. Operis Imperf. contra Iulianum cap. vel argum. 100. *Si tamen peccatum tantummodo peccatum sit, non etiam poena &c.* In Psalm. 36. serm. 2. ad v. 20. n. 10. „ Quid autem facit „ malus homo cum coeperit tribulari? „ Foris nihil habet, ablata sunt omnia, „ In conscientia nullum solatium est; „ non est quo exeat, quia dura sunt; „ non est quo intret, quia mala „ sunt. Merito ei fit quod sequitur. „ *Quoniam peccatores peribunt*. Qui„ bus enim locus nusquam est, quo„ modo non peribunt? Consolatio non „ est in externis, non est in internis &c. „ non est bene illis secum: quia bene „ esse cum malo non potest. Quisquis „ autem malus est, male secum est: „ torqueatur necesse est sibi seipso tor„ mento. Ipse est enim poena sua, „ quem torquet conscientia sua. „] Qui plura desiderat, videat eumdem Serm. 2. n. 3. Lib. 4. Oper. Imperf. contra Iul. cap. vel arg. 31. in Psal. 31. 34. 43. 45. & 93. & Contra Secundinum Manich. cap. 10. circa med. Item S. Ioann. Chrysost. Homil. 1. in epist. ad Rom. in fine pro conclusione morali: elegantissimam Homil. alteram, cuius argumentum: *Nemo laeditur nisi a semetipso*. Et Epist. 8. ad Olympiam, vel Olympiadem illustrem feminam. S. Gregorium Magnum in Psal. 143. In Ezechiel. Homil. 11. circa med. & 25. Moral. c. 13. Ludovicum Vives Epist. ad Adrianum sextum de Indicendo concilio; & Declam. 3. Ex quibus aliquid frigide cecinit Ludovicus Antonius Muratori cap. 8. Philosophiae moralis post initium.

Quae veritas ex scripturis etiam deducitur: puta ex l. 2. Reg. cap. 12. a v. 9. Psal. 68. v. 28. Ioan. Apost. epist. 1. c. 3. v. 20. & c. 4. v. 18. Quamque & Ethnici agnovere: Iunius Iuvenalis Satyra 13. a v. 193.

„ . . . . . Quos divi conscientia facti
„ Mens habet attonitus? & surdo verbere caedit
„ Occultum quatiente animo tortore flagellum?
„ Poena autem vehemens, ac multo saevior illis,
„ Quas & Caeditius gravis invenit, aut Rhadamanthus
„ Nocte, dieque suum gestare in pectore testem.

Merito igitur Augustinus dixit, *Iussisti enim, & sic est &c.* Vide c. 18. K. & l. 5. D.

C A P U T XIII.

A R G U M E N T U M.

Inordinato in studiis, & amoribus se puerum captum genio deplorat. Graecae enim eruditissimae dialecti, totiusque Grammaticae elementa ad humanum commercium necessaria contemnens; Deique amorem non curans; poeticis lascivis rapiebatur fabellis: malis amicis tenaci glutino iungebatur.

I. 

Uid autem erat caussae, cur Graecas litteras oderam, quibus puerulus imbuebar, ne nunc quidem mihi satis exploratum est (*a*). Adamaveram enim Latinas, non quas primi magistri, sed quas docent, qui Grammatici vocantur. Nam illas primas, ubi legere, & scribere & numerare discitur, non minus onerosas poenalesque habebam, quam omnes Graecas. Unde tamen & hoc, nisi de peccato & vanitate vitae, qua caro eram, & spiritus (*b*) ambulans & non re-

revertens ? Nam utique meliores, quia certiores erant primae illae litterae (c), quibus fiebat in me, & factum eſt, & habeo illud, ut & legam, ſi quid ſcriptum invenio: & ſcribam ipſe, ſi quid volo, quam illae, quibus tenere cogebar Aeneae neſcio cuius errores (d), oblitus errorum meorum; & plorare Didonem mortuam, quia ſe occidit ob amorem (e); cum interea meipſum in his a te morientem, Deus vita mea, ſiccis oculis ferrem miſerrimus.

II. Quid enim miſerius miſero, non miſerante ſeipſum, & flente Didonis mortem, quae fiebat amando Aeneam, non flente autem mortem ſuam, quae fiebat non amando te, Deus lumen cordis mei (f), & panis oris intus animae meae, & virtus maritans mentem meam (g), & ſinum cogitationis meae (h)? Non te amabam, & fornicabar abs te (i), & fornicanti ſonabat undique, euge, euge. Amicitia enim huius mundi (k), fornicatio eſt abs te: Et euge, euge dicitur, ut pudeat, ſi non ita homo ſit. Et haec non flebam, ſed flebam Didonem exſtinctam, ferroque extrema ſecutam, ſequens ipſe extrema condita tua, relicto te (l), e terra iens in terram (m); & ſi prohiberer ea legere, dolerem, quia non legerem, quod dolerem (n). Talis dementia, honeſtiores, & uberiores litterae putabantur, quam illae quibus legere, & ſcribere didici.

III. Sed nunc in anima mea clamet, Deus meus, & veritas tua dicat mihi: Non eſt ita, non eſt ita; melior eſt prorſus doctrina illa prior. Nam ecce paratior ſum oblivíſci errores Aeneae, atque omnia eiuſmodi, quam ſcribere, & legere. At enim vela pendent liminibus Grammaticarum ſcholarum; ſed non illa magis honorem ſecreti, quam tegumentum erroris ſignificant (o). Non clament adverſus me, quos iam non timeo, dum confiteor tibi quae vult anima mea, Deus meus: & adquieſco in reprehenſione malarum viarum mearum, ut diligam bonas vias tuas. Non clament adverſus me venditores Grammaticae, vel emtores (p); quia ſi proponam eis interrogans, utrum verum ſit, quod Aeneam aliquando Carthaginem veniſſe Poeta dicit? Indoctiores ſe neſcire reſpondebunt, doctiores autem (q) etiam negabunt verum eſſe. At ſi quaeram, quibus litteris ſcribatur Aeneae nomen, omnes mihi, qui haec didicerunt, verum reſpondebunt, ſecundum id pactum & placitum, quo inter ſe homines iſta ſigna firmarunt. Item, ſi quaeram, quid horum maiore vitae huius incommodo quiſque oblivíſcatur, legere & ſcribere, an poetica illa figmenta? quis non videat, quid reſponſurus ſit, qui non eſt penitus oblitus ſui? Peccabam ergo puer, cum illa inania iſtis utilioribus amore praeponebam; vel potius iſta oderam, illa amabam. Iam vero unum, & unum duo, duo & duo quatuor, odioſa cantatio mihi erat (r); & dulciſſimum ſpectaculum vanitatis, equus ligneus plenus armatis; & Troiae incendium, atque ipſius umbra Creuſae.

(a) *Quid autem erat cauſſae, cur &c. ne nunc quidem mihi ſatis exploratum eſt.* = Iam vides Lector, ſi vigili animo adtendas, nequaquam Auguſtinum puerum in Graecae linguae ſtudio minus profeciſſe aut ingenii hebetudine, aut memoriae infelicitate: quaerit enim ſerio qua cauſſa illud oderit, qua cauſſa in eo tortus ſit. Cap. auem ſeq. non omnino reſolutus, ſed dubius, & velut ex problemate hanc cauſſam offert: *Difficultas ediſcendae peregrinae linguae &c.* Quod excipi poteſt aut de vera difficultate, generis tamen non perſonae; neque enim ab ingenio etiam ſummo, & ſupra modum feliciſſimo omnes ali-

cuius dialecti leges absqoe ulla prorsus difficultate perdisci possunt; Aut de difficultate, non o mente, sed o genio reluctante prognata: omicus enim genius salebrosas vios complanat: antipathicum autem & in planitie rupes, & saltus sibimetipsi fingit. Unde videmus saeculi homines vanitatibus immersos, & nobiles delicatas puellas viribus adamantinis, animosque tranquillo, & festivo in choreis, & saltationibus integras noctes consumere; qui tamen si vel praecepto coacti, Divini altaris bonoribus, augosto legis nostrae Sacrificio, quod & Angelos rapit, adsint, post quartam horae partem torquentur, & vix non, scamno innixi elanguescunt, & cadunt; ito genii diversitate ludente, testudines habes inertes in brevi stadio, quos spetinsa in campestria agiles cervos: & homonciones in fugenda musca, quos gigantes in montibus subvertendis miratus fueras. Et posterior hic sensus sequentis cap. textui conformis est. Qui & testimonio cap. 9. n. 2. stabilitur. *Non enim deerat, Domine, memoria, vel ingenium, quae nos babere voluisti pro illa aetate satis; sed delectabat ludere.* Interim naturalia Augustiniani ingenii dotes in tuto sunt,

Iis autem, quae statim sequuntor lucem conciliabunt eruditi Benedictini: qui ad illa Lib. 2. de Ordine, cap. 12. n. 35. *Ergo utilitas numerandi magna necessitate animadversa est. Quibus duobus repertis, nata est illa librariorum, & talculonum professio, velut quaedam grammaticae infantia, quam Varro litterationem vocat &c.* haec habent in imo margine. „ Bad. & MSS. nonnulli ha-
„ bent, *calculorum*. Sed verius alii co-
„ dices, *talculonum*. Hoc nomine, qond
„ a lexicographis plerisque praetermis-
„ som est, vocabantur olim ludimagistri,
„ qui primi pueros legendi, scribendi,
„ & numerandi arte imbuendos suscipie-
„ bant; quo pertinet illod Iulii Capi-
„ tolini in Pertinace, *Puer litteris ele-*
„ *mentariis, & calculo imbutus*. Item
„ quod Augustinus lib. 5. Conf. c. 13.
„ ait: *Adamaveram* litteras *latinas, non*
„ *quas primi magistri, sed quas docent*
„ *qui grammatici vocantur: nam illas*
„ *primas, ubi legere, & scribere, &*
„ *numerare discitur, non minus onerosas,*
„ *poenalesque babebam*. Hinc demum in-
„ telliges illud Tertulliani lib. da Pallio
„ in fine, *primus informator litterarum,*
„ *& primus enodator vocis, & primus*
„ *numerorum arenarius*.] Rufus autem
„ Fest. in praefat. Breviarii rerum Rom.
„ *Morem sequutus calculonum, qui in-*
„ *gentes summas aeris brevioribus expli-*
„ *cant.*

(b) *Qua caro eram, & spiritus &c.* = Editi, & Benedictini, *quia caro eram*, qui tamen profitentur in imo margine. „ MSS. frequentes, *qoa caro e-*
„ *ram*.] Ita etiam 8. MSS. unde sumus in tuto. Cui lectioni ratio potissimum suffragatur: textui siquidem iungitur, & Davidis oraculum Psal. 77. v. 39. *Recordatus est qoia caro sunt, spiritus vadens, & non revertens*: non integrum advocat, sed aptat suae rei, ut sermonis cursum non retardet, vel frangat.

Henricus Wangnereck ita hunc locum exponit. „ Idest vitam habens mor-
„ talem, quae continuo progreditur a
„ pueritia ad iuventutem, & non rever-
„ titur ad pueritiam, progreditur a iu-
„ ventute ad senectutem, & non rever-
„ titur ad iuventutem, sed brevi com-
„ pendio tendit ad mortem, a qua non
„ revertitur ad vitam. „

Doctrina utique vera, & etiam communis; sed quid ad Augustini propositum, pueritiae suae ignaviam perstringentis, eamque non iniustum genium revocantis, sed in hoc qood *caro esset, & spiritus ambulans, & non revertens*? Iuvat adtendere, ut oraculum illud ipse Augustinus exponat. „ Ideo, in-
„ quit n. 24. eos vocando, & miseran-
„ da per suam gratiam ipse revocavit,
„ quia per seipsos redire non possent.
„ Quomodo enim redit caro, spiritus
„ ambulans, & non revertens, urgente
„ se in imo, atque longinqua malorum
„ pondere meritorum, nisi per electionem
„ gratiae: quae non meritis tanquam
„ merces (1) redditur, sed tanquam do-
„ num gratis detur, ut iustificetur im-
„ pius, & redeat (2) ovis perdita: non
„ tamen in viribus suis, sed in humeris
„ reportata pastoris, quae se perdere
„ potuit, dum sponte vagaretur, se ea-
„ tem invenire non potuit, nec omni-
„ no inveniretur, nisi pastoris misericor-
„ dia quaereretur. Non enim & ille fi-
„ lius ad hanc ovem non pertinet, qui
„ reversus in semetipsum dixit (3), Sur-
„ gam, & ibo ad patrem meum. Oc-
„ culte itaque vocatione, & inspiratione
„ etiam ipse quaesitus est, & resuscitatus
„ nonnisi ab illo qui vivificat omnia:
„ &

(1) Rom. 4. 4.
(2) Lucae 15. 5.
(3) Lucae 15. 18.

„ & inventus, a quo, niſi ab illo qui „ perrexit ſalvare, & quaerere quod „ perierat? Mortoua enim erat (1), & „ revixit: perierat, & inventus eſt, „ Nam & illa nun levis, ſie ſolvitur „ quaeſtio, quod in Proverbiis (2) ſcriptum „ eſt, cum de via iniquitatis Scriptura „ loqoeretur: Omnes qui ambulant in „ ea non revertentur. Sie enim dictum „ eſt, qoaſi de iniquis omnibua deſpe„ randum ſit: Seriptura vero gratiam „ commendavit: quia per ſeipſum ho„ mo poteſt in illa ambulare, non poteſt „ autem per ſeipſum redire, niſi gratia „ revocatus.] Qood ſentit etiam lib. 9. de Geneſ. ad Litt. cap. 18. n. 33. ubi, „ Nam quod adtinet ad naturam iniqua „ ſua voluntate depravatam, recorſum „ per ſemetipſam non habet, ſed per „ Dei gratiam, qua adiuvatur, & in„ ſtauratur, Neque enim deſperandi „ ſunt homines in illa ſententia, in qua „ ſcriptum eſt, omnes qui ambulant in „ ea, non revertentur. Dictum eſt e„ nim ſecundum pondus iniquitatis ſuae, „ ot quod revertitur, qui revertitur, „ noo ſibi tribuat, ſed gratie Dei, non „ ex operibus, ne forte extollatur.

Ex geminis cognatis hiſce Auguſtini commentariis ipſum S. Doctorem quilibet exponere poterit.

(c) *Nam utique meliores, quia certiores erant primae litterae.* = Et hac ratione profecto negligentia tua perſtringenda, Quid enim tantopere poeticis ſomniis inbiare, contemnere autem Grammaticae rudimenta: ſcientiarum omuium ſtudiis neceſſaria, & humanae converſationi otiliſſima? Verum enim vero, ſi de his, quae tibi puerulo contigere tanto Auguſtine pudore ſuffunderis; quid ſi noſtra aetate viveres, de viris humanis nedum, ſed & Divinis caracteribos inſignibua pronunciarea, qui Homeri, Terentii, Ovidii, Franciſci Petrarca, & ſimilium nugarum mercatorum vanitatibus toti addicti, ſacrae eruditionis paginas ne qoidem ſummis labiis deguſtarunt? Pudet manifeſte prodere quoa in Chriſtianorum nonnullis peculiari etiam foedere Deo iunctis, & profana ſtulta eruditione turgidis deprehendimus in re ſacra lapſua, atque caeſpitationes. Et quidem nus etiam olim ea inſania paolulum abrepti ſumoa: quam tamen adulti prorſus evacuavimua; Quale enim meum decus, & bonum Laurae oculoa, qui Franciſcum Petrarca ad inſaniam duxere ſuſpicere: & interim non attendere arcanos Divinae providentiae intuitua, cuioa eſt aeternos me triumphis deſtinare, & ad eua deferre? quodque graviſſimum cenſeo: Poetarum ſcholae tot hiſtoriolis, longiſſimiſque fabulis diſtenduntur, ut pluribus teneantur ſudoribua, ac altiſſima Nominis oracula, & littera ſtatim emergentia, a S. Geneſi uſqoe ad Apocalypſim, ſeu revelationem Ioannis; Iam vero dic mihi Eccleſiae fili, An non impudentia ſit longe maxima, ac etiam phreneſia, longos ſudores profundere, ut phantaſmatibus turgeaa, quos poſtea Spiritus-Sancti arcanis dicare: ſicque aeternae ſapientiae inſigniri laureolis, & eadem, vaſtiſſima divina illa, qua Seraphim, luce perfundi?

I. At inquies: ex Eccleſiaſticis hominiboa non plurimos cernere eſt ea captos inſania; eorum plerique in Theologica mentem advertunt.

Ita, ut vis, res ſe habeat; At quot ſunt, maxime ſaeculi elapſi volumina, quae titulo ementito Theologiam tibi ſpondent: dum tamen intus nonniſi Metaphyſicis conceptibus, & Logicis praeciſionibua ſcateant? De Deo quidem, de Ieſu, de Virgine, & Angelis in eis longiſſimas diſputationes cernere eſt; & en Theologiae umbra. At quum te in diſputationum ſecretioea inſinuaveris, videriſque de Deo, & reliquis nonniſi minuta, arida, incertiſſima quaedam prononciari, annon cenſebis paganam Philoſophiam Theologiae coloribus tinctam? Quanquam non is ego ſum, cui aetatis noſtrae ſtudia prorſua adrideant; Priora ſiquidem ſapientiam intuebantur, at nimis, ot dicebamus, aridam, & ad ethnicorum genium accedentem; Nova autem qoae rationis vi depoſita, ſolia hiſtoriis, & factis diſtenduntur, ſapientiaa, quae ex altiſſimus cauſis eſt, adeoque Theologiae, quae maxima, & potiſſima eſt ſapientia, nomine, & gloria ſe indigna prodont. Denique praecedentium ſaeculorum aliquod volumen craces oſſea mihi videtur; plurium vero iuniorum libellos mille pictoa fuſtis carneas machinas nullis ſubſtentas oſſibua appellare ſoleo. Is, meo iudicio, praeſtantiſſimi ingenii, & optimi ſtudii vir eſſet, cui Theologiae palma, & gloria deberetur, qui aridis quaeſtionculis nonnollis, aut depulſis, aut curſim tantum, & a longe inſinuatis, graves acerrimas antiquorum rationea cum iu-

oio-

(1) Ibidem 24.

(2) Prov. 2. 19.

niorum defaecata eruditione & luce coniungeret. Quae de antiqua etiam, & nova Pilusophia invicem cullatis, ut quilibet nonnihil eruditus statim adtendet, expendi, & statui pollent.

(*d*) *Aeneae nescio cuius errores.* = Qui magni Aeneae errores? Aut veri errores, aut vanitates, aut fabellae, quibus Aeneae historia a Poetis vel exornata, vel fuedata est. *Nescio cuius*, inquit, nun quod umnigenae eruditionis Doctor in Aeneae historia esset leviter tinctus; sed quod ita eursim, & aegre res prusana innui deberet ab homine humana quaelibet, maxime hic contemnente. Ceterum ex Ipso Augustino alibi eruditum agente plurima de Aenea habemus; puta ab Anchise, & Venere genitum. „ Sed quumodo in illo illud flagitium oderant, qui in sua socia Venere non oderant (ut alia omittam) „ quud cum Anchise cummiserat, ex „ quu Aeneam pepererat? &c. Irridere „ fabulas fortassis existimur, nec graviter agere tanti ponderis eaussam. „ Nun ergo credamus, si placet, Aeneam esse Veneris filium: ecce concedu, si nec Rumulum Martis. Si autem illud, eur nou & illud? *Lib.* 3. „ *de Civit. Dei*, *cap.* 3.] Et iterum initio cap. 5. *Sed utrum potuerit Venus ex concubitu Anchisae Aeneam parere, vel Mars ex cuncubitu filiae Numitoris Rumulum gignere, in medio relinquamus.* Prodit etiam lib. 1. cap. 3. ante med. pium appellatum: *Quid Aeneas ipse, pius totiens appellatus &c.* Lib. autem 18. cap. 19. Italiam venisse, & quo tempore, quu apparatu: quibusve plausibus initio, & inde exceptus sit. „ Eo tempore post captam Troiam, atque deletam, Aeneas cum viginti navibus, „ quibus portabantur reliquiae Truianorum, in Italiam venit, regnante ibi „ Latino, & apud Athenienses Menestheo (1), apud Sicyonios Polyphide, „ apud Assirios Tautane (2); apud Hebraeos autem Iudex Labdon fuit. Murtuo autem Latino regnavit Aeneas „ tribus annis, eisdem in supradictis locis manentibus regibus, nisi quod Sicyoniurum iam Pelasgus (3) erat, & „ Hebraeurum Iudex Samson: qui cum „ mirabiliter surtis esset, putatus est „ Hercules. Sed Aeneam, quoniam „ quando mortuus est, non comparuit, „ deum (4) sibi fecerunt Latini. Sabini „ etiam &c. Quartu Latinorum rege Silviu Aeneae filiu, nun de Creusa, de „ qua fuit Ascanius, qui tertius ibi regnavit, sed de Lavinia Latini filia, „ quem posthumum Aeneas dicitur habuisse &c.] Denique Rumanum populum Aeneae demum appellatum scribit lib. 15. c. 19. in fine. „ Nam & Virgilius (5) imperiosissimam civitatem domum appellat Assaraci, Romanos volens intelligi, qui de Assaraco per „ Truianos originem ducunt: & demum „ Aeneae eosdem ipsos, quia eo duce „ Troiani cum Italiam venissent ab eo „ condita est Ruma. Imitatus namque „ est poeta ille sacras litteras, in quibus dicitur dumus Iacub tam ingens „ populus Hebraeorum.

(*e*) *Plorare Didunem mortuam, quia se uccidit ab amorem.* = De qua tragicis, longisque fabulis Aeneid. Lib. 4 Virgilius. Iure autem fabulis illis permissis, laerymis infelix Regina illis excipienda; quae priore viru, Sichaeu; Pygmaleonis barbara saevitia urbata Patriae, & inde Regno tanta virtute, tot portentis adquisitu, aut etiam erecto fundato, rebusque umnibus coacta valedicere: ab Aenea, cuius amure deperibat contemta, aut non curata, & derelicta, ferro sui curporis vitam abiiciens, animam aeternae, umnium durissimae servituti addixit. Quam, vel cuius spectram sibi obiectum in silva quum fuisset Aeneas intuitus (6),

„ Demisit lacrymas, dulcique affatus
„ amure est,
„ Infelix Dido, verus mihi nuntius ergo
„ Venerat extinctam, ferroque extrema seeutam?
„ Funeris heu tibi caussa fuit? per
„ sidera iuro
„ Per superus, & si qua fides tellure
„ sub ima est:
„ Invitus, Regina, tuo de littore cessi
„ Sed me iussa Deum, quae nunc
„ has ire per umbras
„ Per loca senta situ cogunt, noctem-
„ que profundam
„ Imperiis egere suis, nec credere
„ quivi
„ Hunc tantum tibi me discessu ferre
„ dolorem
„ Siste gradum &c.

Ho-

(1) Sic Vind. Am. & MSS. cum Eosebio. At. Er. & Lov. *Muesthro*.
(2) Vind. Am. & aliquot MSS. *Autane*, vel *Adane*;
(3) Am. *Pelasgus*. Regius MS. *Pelasar*.
(4) Idem habet initio c. 22.
(5) Aeneid. 6.
(6) Virgil. Aeneid. l. 6. circa med.

Horum carminum tertium recitat Augustinus inferius. Quemadmodum autem Elisa Dido Aeneae amore deperiit; ita Aeneas amissa Creusa coniuge sua, dum Troade, patre humeris sublato, recto-que dextera Iulio filio, fugiens, eam suis haerere vestigiis crederet, fere in-scniit; adeo quod patre, filioque in curva valle absconditis, Troiam remeaverit, ibique (1)

„ Ausus quin etiam voces iactare per
„ umbram,
„ Implevi clamore vias, moestusque
„ Creusam
„ Nequicquam ingeminans, iterum
„ iterumque vocavi
„ Quaerenti & tectis Urbis sine fine
„ furenti
„ Infelix simulacrum, atque ipsius
„ umbra Creusae
„ Visa mihi ante oculos, & nota ma-
„ ior imago,
„ Obstupui, steteruntque comae, &
„ vox faucibus haesit:
„ Tum sic affari, & curas his deme-
„ re dictis,
„ Quid tantum insano iuvat indulgere
„ labori
„ O dulcis coniux? non haec sine
„ numine Divum
„ Eveniunt &c.

De quo adloquio S. D. in postremis capitis verbis.

Virgilius Marone, & Mala obscuris, pauperibus genitoribus idibus Octobris in Mantuana ditione natus, decimumseptimum aetatis annum agens toga virili exornatus est eo ipso die, quo Lucretius celebris, etsi admodum impius poeta & togam, & praesentem vitam exuit. Scripsit tribus annis Bucolica, septem Georgica, inde alia quaedam opuscula: ultimo autem loco Aeneidem, opus quidem insigne, sed in quo & aetatem, & ingenium suum adtrivit: quodque fato proximus ardenter repoposcit ut flammis traderet; delusus autem ab amicis, supremis tabulis declaravit, suam ultimam voluntatem esse, ut omnino flammis deleretur: quod nempe morte; quam tulit aetatis suae anno 52. Romae 735. En. Plautio, & Q. Lucretio consulibus, praeventus, imperfectam Aeneidem nequivisset secundis curis, ut meditatus fuerat, & spoponderat, elimare; consumturus fortassis in secundis curis, quae non infrequenter solent esse duriores, integrum saeculum, qui in primis quartani propemodum eius partem consumserat. Tuccae tamen, & Varronis, etiam in re poetica summorum virorum consilio, & Augusti auctoritate nobile Virgilii opus, imaginibus plenum ab igne exemtum, exceptumque honore, etiam num haud levi voluptate in Rhetorum scholis exponitur.

(f) *Deus lumen cordis mei.* = Deus lumen intellectus, quem Theologi practicum dicunt. De eo lumine dicit, quo destituti erant Philosophi illi, quanquam doctissimi, de quibus Apostolus Rom. 1. 21. *Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est* (hic adtende) *insipiens cor eorum.* De eo lumine dicit, quo donatos alibi tanta anxietate quaesivit: *Da amantem, & sentit quod dico, da desiderantem &c. da talem, & scit quod dicam. Si autem frigido loquor, nescit quid dicam.* Tract. 26. in Ioan. n. 4. sive ante med. Merito autem Deum cordis lumen invocat: tenebrae enim, quas deplorat, non mentis, sed pectoris sunt.

(g) *Panis oris intus animae meae, & virtus maritans mentem meam.* = Primum bonum, est dare vitam: secundum nutrire; tertium ultimumque quod perficit, foecundare. Sic & in plantis triplicem velut aetatem, seu rerum statum observamus; ortum, augmentum; fructificationem. Illuminatur anima: & en ortus; Alta meditatione, ceu ore interno, lucem, & propositam veritatem expendit; & en augmentum. Sic autem bene disposita, gratia Dei foecundatur, & uberes sanctarum actionum fructus producit; Sicque eam Deus maritat.

(h) *Et sinum cogitationis meae.* = Quid sinus cogitationis hominis? Cogitationis arbitramur profunda, & secretiora; sinus enim & pro secreto non raro ponitur: *Ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant.* Cic. 3. Tuscul. *In tacito cohibe gaudia clausa sinu.* Prop. l. 2. el. 26. Et ipse Augustinus ad v. 13. Psal. 34. Serm. 2. n. 5. „ In hoc plane versu „ magnus sinus est, & praestet Dominus „ ut penetrabilis nobis fiat. In sinu enim „ secretum agnoscitur. Et quidem Fra- „ tres, & nos orare sic bene admone- „ mur (2) in sinu nostro, ubi Deus vi- „ det, ubi Deus audit, quo nullus ocu- „ lus humanus penetrat &c.] Et in Psal.

(1) Idem Aeneid. l. 2. sub finem.

(2) Matth. 6. 6.

Pſal. 78. ad v. 12. n. 16. In ſinus eorum *dicit, utique nunc in occultis &c.* Deus igitur maritat ſinum cogitationum hominis, quum cogitationum profunda, & ſecretiora foecundat, ſanctificat. Et forte S. D. ad illud ſapientiae 8. 1. alludit: *Adtingit a fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter*; & alterum Pauli Hebr. 4. 12. *Vivus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilisr omni gladio ancipiti, & pertingens uſqoe ad diviſionem animae, at ſpiritus: compagum quoque, ac medullarum: & diſcretor togitationum, & intentionum cordis.*

Et haec quidem omnia ad poeticas fabellas contemnendas; quid enim iis inhiare, iis paſci; & interim omittere, non guſtare Deum, qui intus animam nutrit, & oblectat? illuminat autem, perficit, foecundat cor, mentem, & profundiores cogitationum abyſſus? Hic, & in ſequentibus ſe parvulum Auguſtinus deridet, quomodo non molto poſt, Theodoſii videlicet Iunioris tempore Iſidorus (1) Peluſiota aetate adultum deriſit lib. 1. Epiſt. 63. hiſce verbis. „ Quis „ te comicis ſalibus non perſtringat, „ quis te non commiſereatur, qui cum „ in Philoſophiae diſcipulorum Domini „ tranquillitate ſedeas Gentilium hiſtoricorum, & Poetarum tumultum, at„ que aeſtum tecum trahis? Quid enim „ dic quaeſo, apud illos eſt, quod Re„ ligioni noſtrae ſit praeſerendum? Quid „ non mendacio, ac riſu ſcatet ex iis, „ quae magno ſtudio conſectantur? An„ non Divinitates ex vitioſis affectioni„ bus; Annon fortia facinora pro vitio„ ſis affectionibus: Annon certamina pro „ vitioſis affectionibus?

(i) *Et fornicabar abs te.* = Fornicatio moralis eſt falſorum numinum cultus. Iudic. 2. 17. Oſeae 1. 2. & 4. 2. & alibi frequenter. Sed non raro lapſus quilibet, & a ſanctitate receſſus fornicatio in Scripturis appellatur: Pſal. 72. v. 26. *Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te.*

At vero Auguſtinus preſſe excipiendus eſt. Quanquam fornicatio ſimplex ſit, hoc eſt ſoluti eum ſoluta congreſſus: fornicari tamen abs aliquo, idem eſt ac adulterare; hoc autem quid eſt, niſi matrimonii honeſta voluptate contemta, vel poſthabita, alienam, vetitamque curare? Iam vero liquet, ut Auguſtinus puer a Deo fornicatus ſit; Contemtis honeſtis ſtudiis, vanis incubuit; nec ſancta, quae a divinae legis obſervantia habetur voluptate curata, carnalibus, foedis inhiavit: *Et quid eſt, longe a Deo fieri? Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Huic fornicationi contrarius eſt amor caſtus &c.* inquit S. D. in Pſal. 72. ad v. 27. n. 33. quem videre poteris etiam tract. 26. in Ioan.

Auguſtino autem fornicanti ſonabat undique, *euge, euge*, quomodo olim Davidi Pſal. 39. v. 16. Sed huic honeſte viventi inanis gloriae, Auguſtino autem fornicanti plaudebatur obſtinationis periculo. Quod & aetate noſtra factitari alto animi dolore obſervamus, & in re Auguſtini, & in ceteris: plauſibus videlicet excipi & foedos liberae iuventutis aeſtus, & quod deteſtabilius cenſemus, divinis, humaniſque rebus perniocioſiſſimum, ſimulationem, vafritiem, mendacium. Quod olim deploravit ſapiens Prov. 14. 2. his verbis *Ambulans recto itinere, & timens Deum, deſpicitur ab eo, qui infami graditur via.* Et ante Sapientem Iob. 12. 4. *Deridetur iuſti ſimplicitas*; ubi S. Gregorius egregie: *Huius mundi ſapientia eſt, cor machinationibus tegere, ſenſum verbis velare: quae falſa ſunt vera oſtendere, quae vera ſunt, falſa demonſtrare &c.* Lib. 10. Moral. c. 16.

I. Sed aut foedae voluptatis, aut ſubdolae converſationis honores non adeo poſtulant, ut peculiari hic declamatione impetantur. Non minimum aut lucrum, aut compendium honeſti, verique eſt, quod ii honores vel probroſis a nebulonibus, aut vacuis a cerebellis, vel a gravibus quidem doctiſque veniant: ſed quum aut impudici genii ardore, aut humanae poteſtatis ſive minis, ſive blanditiis ad phreneſim ducti ſunt; Ceterum tranquillo tempore nemo ſanae mentis aut turpitudinem, aut mendacium non deteſtatur.

Quod peſſimum eſt, quod graviſſimorum hominum declamationibus impetendum cenſemus, utpote quod flexuoſe inſerpit, & plurimos decipit, teterrimum portentum eſt, diabolo patre, & libertate, vel carne matre progenitum iamdiu, a quibuſdam Chriſtiani nominis populis ſemper libertatem, & inconſtantiam ſpirantibus latis ulnis exceptum: tandemque paucis ab hinc annis noſtrorum Italorum quibuſdam datum, propinatum: quodque ſi iis, quae vide-

(1) Floruit circa an. 412. S. Io. Chryſ. diſcipulus Monaſticam vitam egit iuxta Peluſium, maximum ex ſeptem Nili oſtiis.

demus audita iungas, iam iam integrum Christi gregem invasurum suspiceris. De luxuriae latebris dico, tenellae amicitiae, Platonici genii, & officiosae partis fucis, coloribus obimitis contectis. Novus ritus, novum institutum, novumque cum dissimilis sexus personis agendi systema. Nibil, quod sciamus, de eo litteris proditum est; at plura enuntiant vivae voces aut apertae, aut in dubia, seu, ut luquuntur, aequivuca significata inflexae: actiones maxime vocibus ipsis non raro ad significandum aptiores. En eius instituti praeceptorum epitome. (1) Amici est, vel potius amasii Patre, Fratre, Marito, similibusque longe propulsatis, cum eiusdem conditionis, status, & dignitatis femina, sophistico omni, vel scrupoloso sublato repaculo, domestice admodum, tenere, & suaviter agere: saepe saepius, at maxime nocturnis horis longos, hilares, copioso, non quidem acri, sed dulci sale, liberis faceriis, & lutulentis aenigmatibus conditos habere sermones. Ad latus quidem dilectae immudica, & affectata urbanitate semper adesse; at in publicis iocis potissimum, in comoediis, atque spectaculis, aliisve quae ad voluptatem sunt: nec non in amoenis campis, & villis quum vel hominum nullus, vel non magna multitudo, eorum maxime, qui acris, rigidive iudicii sunt sympaticae conversationis suavia otia deturbat. Novi buius instituti sortem infimae conditionis, & summae aetatis personae minime participant; mediae aut conditionis, aut aetatis delibant; At annis, naturaque floridae, generisque nobilitate insignes exsorbent, exhauriunt: ad eamque, si renitantur, blanditiis vel importunis trahuntur; quin immo totum praeclarum, ingeniosissimum, novum hocce negotium, quod tam felicibus auspiciis serpit, ipsis debetur, ipsis inscribitur, & nuncupatur. In eiusdem negotiis scholis Equitum, & Matronarum nomina resonant: iisque servorum adparatus non tollitur, qui tamen exteriora, vel a domina ipsa nonnihil semota curet; in proximioribus enim Amasius mira diligentia supplet: cubiculariis, & secretioris obsequii ancillis a belli interim, ambitiosi muneris exercitio suspensis.

Vaserrimis hisce Veneris filiis, tanto fuco, tantaque arte in foedo matris campo ludentibus ceu mitis, lepidae, & urbanae naturae hominibus, qui antiquorum rusticitatem exsuerint, sonat undique, *euge. euge*: plaudunt nempe quidam ex viris etiam in ceteris gravibus. Quid de huiusmodi urbanis, & mitibus hominibus sentis Christi Sacerdos? Anne inundanti infamis Babiloniae flumini te velut murum opponis? En contumeliis, & cachinnis exciperis; nec immerito: *illic enim* (2) trepidavisti *timore, ubi non erat timoe*. Sed & tibi parcitur, etsi non citra contemtum; Forte enim natalium obscuritate nobilissimi instituti splendorem intueri nequis; aut quam tibi genus lucem impertiverat, religiosi claustri borror exstinxit. Aut etiam trucis affectatae sanctitatis gravatus pondere, in nescio quam phrenesim actus es, unde cum phantasmatibus luctaris: somniasque in planitie montes, & in Hercule in pariete picto gladios districtos, & tinctos sanguine. Summa tandem novae Scholae conclusio est; Antiqui gravissimis forte lapsibus, in quos nimis rigidi impingere adsuleut, rusticitatem coluere: nunc humanitas, quae suedos stimulos carnis eludit docetur, extollitur. Siccine imbelles homines? Tanta audacia, & quiete, e proximo cum frementis aequoris undis luctamini: cuius vel sola facies in littore consistentes Ecclesiae summos viros semper concussit, non raro prostravit! O tempora! o mores! o instituta! o dogmata! o iura!

O miseras hominum mentes, o pectora caeca!
Qualibus in tenebris vitae, quantisque periclis
Degitur hoc aevi &c. (3)

Commoda mihi Tertulliane verba tua gravissima, & cedro digna, & meis iunge: Exsurge veritas, quae nunquam senescis, erumpe; Nullam volo consuetudinem defendas; *Nemo praescribere potest veritati, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non privilegium regionum*. Lib. de Velandis Virgin. c. 1. initio. De non absimili argumento iterum dicemus Lib. seq. c. 3.

(*k*) *Amicitia enim buius mundi &c.* = Adludit ad illud Iacobi 4. 4. *Amicitia buius mundi inimica est Dei*; quod cum varias expositiones patiatur, sic ad Augustini scopum excipiendum videtur; Mundus hic nonnisi vanis, & sensibilibus pascitur; cumque unusquisque iuxta animi sui adfectiones iudicet, talis genii hominibus plaudit, sicque in malo confirmat, aut etiam ad illud impellit, ar-

(1) Cicleb.
(2) Psal. 13. 5.

(3) Lucretius Lib. 2. initio.

cet vero a bono. Quin immo & Iacobi iste potissimus sensus videtur; Unde Ioannes ep. 1. c. 2. v. 15. *Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt: quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae &c.*

(*l*) *Sequens ipse extrema condita tua, relicto te.* = Arbitrabitur quispiam per *extrema* heic terram significari, quae caelorum collata celsitudini extremum videtur; quandoquidem Augustinus puer caelestium amore posthabito, terreno inhiavit. Sed extremorum nomine sensibilia insinuata nos arbitramur; quaemadmodum enim sensus extrema sunt animalis: ita sensibilia extrema corporum sunt, vel oblectorum. Quae quidem expositio optime vadit in propositum Augustini, pueritiae suae malum genium deplorantis, quo in studiis non utile, quod fere intrinsecum, & reconditum est: sed oblectamentum, quod extrinsecum, & extremum appellare potes, quaesivit, & pensitavit. Nec mirum autem, familiare quippe est pueris pulcrum, & dulce pomum insigni pretio sibi comparare. Addit autem, *relicto te*; neque enim adeo tenellus erat, aut hebetis sensus, ut citra culpam malo genio indulgere posset. Quanquam huiusmodi Dei derelictio mitius excipienda sit; scilicet pro tenui recessu ab incommutabili bono, qui in qualibet voluptate humana fortassis involvitur; non pro teterrimo altero qui lethalem culpam aut inducit, aut sequitur, aut si mavis in ea est: de quo Ierem. 2. v. 12. & 13. *Obstupescite caeli &c. duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquae vivae, & foderunt sibi cisternas &c.*

(*m*) *E terra iens in terram.* = Ita Ioan. Amerbachius, Desider. Erasmus, Lovanienses. At Vet. Sommalius, & Benedictini, quibus suffragantur 9. MSS. *Et terra.* Lectio adoptata textui conformior est; suaviusque trahit periodum. Non enim denominationibus sed actionibus & periodus, & totus contextus digesti sunt; *Non te amabam, & fornicabar abs te &c. Et haec non flebam, sed flebam &c. sequens ipse extrema condita tua, relicto te.* Vides hucusque dixisse Augustinum, quid egerit, non, quis fuerit: unde nonnisi dure statim adderet; *& terra*: idest, & eram terra. Legendum ergo, *e terra*. Ibat autem e terra in terram Augustinus puer (ut omnia insigni eius humilitati concedamus) quia caelestibus relictis: e terrenis in alia terrena labebatur; efficaci enim Dei auxilio destitutus, dissimilis erat illi, de quo Psal. 83. 6. & 7. *Beatus vir, cuius est auxilium abs te: adscensiones in corde suo disposuit.* Dissimilis & aliis, de quibus eodem Psal. v. 8. *Benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem.*

Ceterum Augustinum puerum levibus lapsibus in terrena inflexum, haud portentum est: cum, ut ex supra dictis liquet, eorum etiam, qui adultam aetatem agunt plurimi gravibus inflecti soleant. Quanquam universim dolendum sit, tantopere in terrena vergere hominem, qui ipso corpore, puta fronte arcano Dei consilio ad caelum evectus est: ut Pythagoras apud Iamblicum, Tullius 1. de Legibus, Plutarchus, Fernelius 2. Physiologiae, & Mystici scriptores passim observant. Ipse Augustinus Lib. 6. de Gen. ad Litt. cap. 12. n. 22. „ Quanquam & in ipso corpore habeat „ quandam proprietatem, quae hoc in„ dicet, quod erecta statura factus est, „ ut hoc ipso admoneretur, non sibi ter„ rena esse sectanda, velut pecora, „ quorum voluptas omnis ex terra est, „ unde in alvum cuncta prona, atque „ prostrata sunt. Congruit ergo & cor„ pus eius animae rationali non secundum „ lineamenta, figurasque membrorum, „ sed potius secundum id quod in cae„ lum erectum est, ad intuenda quae „ in corpore ipsius mundi superna sunt „ &c.] Quod expendit & lib. de Gen. ad litt. Imperf. cap. 16. n. 60. & lib. 1. de Gen. contra Manich. cap. 17. n. 28. Severinus Boetius (1), vel Boethus, de consolatione Philosophiae lib. 5. & ultimo, Metro 5.

„ Quam variis terras animalia per„ meant figuris:
„ Namque alia &c.
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
„ Quae variis videas licet omnia di„ screpare formis
„ Prona tamen facies hebetes valet „ ingravare sensus,
„ Unica agens hominum celsum levat „ altius cacumen

„ At-

(1) Consul. an. 510. Decollatus an. 521. vel 524., vel 526.

„ Atque levis recto recto stat cor-
„ pore, despicitque terras.
„ Haec (nisi terrenus male desipis)
admonet figura
„ Qui recto caelum vultu petis, e-
„ xerisque frontem
„ In sublime feras animum quoque,
„ ne gravata pessum
„ Inferior sidat mens corpore celsus
„ levato.

Eius vero humani genii caussae binae statui possent; Terrena, hoc est sensibilia admodum nota sunt. Item: ordine, licet non dignitate priora; notioribus autem quodam pondere inhiamus: & plures sunt qui incipiunt, rari qui complent.

(*n*) *Dolerem, quia non legerem quod dolerem.* = Presse heic, ut videtur, loquitur; adeoque vir quispiam de scholis subsumet, Augustinus malum, & quidem ut tale expetivit; dolor enim malum est: & ipse dolebat dum nonpraesto esset quod doleret; non erat ex illis, equidem stultis, qui expetunt quod infert dolorem, at simul cupiunt a re expetita dolorem seiungi; sed Augustinus, quasi stultissimus ipsum protsus dolorem expetebat.

5. Dolor Poeticarum fabularum lectione genitus secretam, subtili experientia teste, voluptatem involvit; huic autem, non ipsi prorsus dolori humanus genius inhiat.

(*o*) *Vela pendent &c. quam tegumentum erroris significant.* = Henricus Wangnereck ad huncce locum huiusmodi notulam habet. „ Ornatus credo gra„ tia, & secreti, ut ipse S. Doctor si„ gnificat, ad excludendos praetereun„ tium, & curiosorum oculos, forte „ etiam quietis, ad arcendos magis „ clamores, & strepitus.

Cur velut coniectutam ponere, *credo*, quod ipse Augustinus, qui iis in scholis didicit, & docuit manifeste testatur(1)? Sed & in plerisque magnorum arcanorum aulis etiam nostris diebus ad secreti honorem vela pendere conspicimus. Ceterum altera iudicii pars, quae Henrici est, vela nempe ad arcendos strepitus, atque clamores appensa, nec certa est, nec etiam probabilis; quid enim ad id velum, quod nec tenuis aurae spiritum frangeret?

Potius, si Augustini iudicio quidquam addere libet, dicendum est, & ad comprimendas, frangendasque oculorum vagationes vela fuisse ad limina appensa; In hoc enim tanta fuit antiquorum quorumdam diligentia, & si mavis dicere superstito, ut rebus opacis fenestras etiam, aliaque aulae spiracula occluderent, ut totus homo meditationi incumberet; traditurque Platonicos, dum Academiam peterent, vittis contexisse oculos, ne ad aliena divertente animo, aut frangerentur iam institutae meditationes; aut novae retardarentur.

Non autem serio, sed iusto gravi ioco S. Doctor observat, non tam honorem secreti adpensa vela insinuare, quam tegumentum erroris: iudicans in contemtum vertendum esse quod ad auram institutum erat. Et quidem si Christiana ingenuitate dicere libeat, in Grammaticis scholis revera tegumentum erroris advertere est: seu, rem inanem, & malam, utilis, honestique fuco contectam; Qualis enim, amabo te, qualis eruditio innumeras quidem, longissimasque tenere historias, sed a fanaticis cerebellis confictas? quale bonum aut foedis, aut barbaris phantasmatibus ab-rui, quae aut humanitate te exsuant, aut ad lutulenta pelliciant? Nunc vero redi mecum ad Isidorum Pelusiotam; cuius aurea verba supra dedimus; Annon tibi, maxime nostra aetate innumera praesto sunt honesta, doctissimaque volumina, ex quibus possis vera, gravique eruditione ditescere, eleganter scribere, & etiam metrice dicere? Quid aut in mortuum sterileque mare: aut in fluidum quidem, foecundumque proiicis rete, ex quo tamen & pisces, & serpentes extrahere possis: & non potius in nobile illud, ex quo nonnisi pisces veuamur?

I. Et hic tam opportuna occasione non possumus non eos ex zelo perstringere, qui nescio quo malo genio agitati, honestos libros non curant, inhiant vero quam maxime iniquis. De sciolis plurimis loquimur, quorum ea sunt studia, aut infidelium, aut errantium Catholicorum, vel libere, & periculose dicentium paginas volvere; Perperam omnino, & iniuria vero, ac pietati! Ut enim iam diximus, cuiuscumque scientiae, & artis doctissima, eruditissima, elegantissima, sanissima, ubique pietatem

 spi-

(1) Serm. 53. de Concord. Matth. & Lucae (Alias, de Divers. 63.) c. 4. n. 5. *Honora in eo, quod mundum intelligis & tanto magis honora, quanto plura vela cernis. Quanto enim quisque honoratior est, tanto plura vela pendent in domo eius. Vela faciunt honorem secreti &c.*

spirantia adeo multiplicata sunt hodie volumina, ut citra amplificationem, & hyperbolem dicere possis, nec ab assiduae lectionis praestantissimae memoriae, & longissimae vel Noeticae aetatis doctore posse vel eorum elenchum teneri. Cor ergo tam copiosis, sanisque fontibus non coratis, lotulentos rivulos ambiont? Sed nec placec humani vasramenti conicolos obaesa nare praeterire; Ambiunt plures voluminum interdictorum lectionem geminis malis stimulis; quorom primos generalis est, quo in vetitum nitimur; alter ex novitate gignitur, nova siqoidem placent. Immo plurimi non lectionem ipsam ambiont, sed legendi facultatem: qua, lectione etiam semota (1), indocti videantur doctissimi, occopentqoe tanquam privilegio, & conatu prima Academiarum sobsellia, qui aeqoo pensato iure, & merito, ab ultimis etiam repellendi essent. Quanqoam non inficiemor, aliquotiens expedire, Soperioribus annoentibus, interdictos libros consulere; dommodo tamen cursim fiat, & aegre; ex altiori nempe fine, ad quem praeter institutum, vel casu libri illi conducant, interim natura eam lectionem velut recosante.

(p) *Venditeres Grammaticae, vel emptores.* = Magistri Grammaticae, vel discipuli. Hos se non timere dixerat, *quos iam non timeo*: quod ad caelestia evectus, homioum clamores, infimarum velut rerum gerras contemneret: ot luna canem adlatrantem, iuxta illod, *& peragit cursum meta Diana suum.* Ita eximiae religionis homines illud Terentii in Andria, act. 5. sc. 1. & aliorom antiqoorum, *veritas odium parit*, ut optime noveront, ita nihil exhorrent; propriae scilicet honestati consulunt, litantque veritati: nihil inde commoti, etsi omnium mortaliom odio vel capitali laborent, & flagrent.

(q) *Indoctiores se &c. doctiores autem &c.* = Dicit, *etiam*, quae particola hic idem fere sonat ac, fortassis. Bollandistae, seu Bollandi continoatores ad diem 28. Augusti cap. 2. litt. b. Ita Aogustino soppetias ferunt: *Assentiuntur Augustino eruditi plerique, qui probant Didonem trecentis fere annis Aenea antiquiorem.* Alii ex opposito Aeneam Didone antiqoiorem faciunt.

Sed ad ampliorem Lectoris eroditionem qoae io magno Dictionario historico Aloysios Moreri Presbyter, Doctor Theologiae, t. 2. litt. E observat, exscribere placet. „ D' autres, comme Demetrius de Scepsis, ont' ecrit qu' Enèe sons fils Ascanius, & Scamandrius fils d' Hector regnerent dans la meme ville de Scepsis, & qoc leur descendans y conserverent long-tems leur autoritè. Si l' on s' en rapporte à Cephalon, & a Hegesippe. Enèe se ratirà en Thrace, ou il mourut. Strabon dit qoe quelques Auteors ont assurè qu' il etablit sa demeure en Macedioine assez près du mont Olympe. Ce mème geografe rapporte que d' aotres ont dit qu' Enee prit la route d' Arcadie, & qu' il fit „ &c.] Tandem ne Lectoribus molestiam generemus, ea, quaeve seqountur latine reddimus. „ Nonnulli, ut Demetrius Scepsensis, dixere, Aeneam, eiusqoe filium Ascaniom, & Scamandrium Hectoris filium in eadem Scepsensi civitate regnasse, eorumqoe posteros longo tempore aoctoritatem exercuisse. Si Cephaloni, & Egesyppo fides habeator, Aeneas in Thraciam sese recepit, obi & ultimum diem obiit. Refert Strabo Scriptores quosdam velut exploratom posuisse Aeneam in Macedonia mansionem fixisse proxime admodom ad montem Olympum. Idem iste Geographus refert alios dixisse Aeneam Arcadiae itinere facto, in Odunia constitisse. Non pauci autem ad hosce cooriliandos Historicos, permittunt illum Thraciam, Macedoniam, & Arcadiam petiisse, sed tandem aliquando ad Italiam collectum. Tryphiodorus, qui de Troiae casu poema composoit, hanc opinionum diversitatem observans, ad in Italiam adventum sartum faciendum, Venerem obiicit Aeneam illuc deportantem, una cum Anchise, eaqoe fictione a litigiis se eximit. Et tandem auctores a Dionysio Alicarnassaeo citatos cernere est, qoi aperta fronte propugnant nunquam omnino Aeneam ad Italiam adcessisse: aot quidem ex vocabuli communione pinguem errorem prognatum: Aenea scilicet ab Italia visum aliom longe diversum fuisse a Troiano Principe Anchisis, Venerisque filio. „

Adhuc quoniam reconditae eruditionis res est, addimos Albertum Henricum de Sallengre (2) Serenissimae Principis

(1) Vide infra c. 16.

(2) Scripsit an. 1716.

cipis Acausoniensis consiliarium, qui in Nuvo Thesauro antiquitatum Romanarum t. 1. seu apud quem Iulius Minutolus Caelestinorum Abbas differt. 1. de urbis Romae origine, & fundatiune. „ De Aeneae in Italiam adventu quid „ dicam? Hunc videtur Homerus (1) „ penitus Infringere, cum Neptunum „ introducit Aeneae praedicentem cum „ Fillis dominaturum Truianis; Tum „ quia Dictys Crerensis Aeneam ait Tro„ iae mansisse, solo Antenore disce„ dente; Id quod etiam affirmat Stra„ bo (2), cum asserens in regno post „ Priamum successisse. Idem testatur „ Hallanicus (3). Causam addit Menecrates Xanthius (4), Aeneam inquiens „ prodidisse Truiam Achivis, inque „ praemium obtinuisse, ut omnis ab eius „ domo iniuria arceretur. Quae ergo „ necessitas fugiendi, & peregrinas con„ quirendi terris? Esto autem fugerit, „ testes tamen sunt Cephalo Gergithius, „ & Egesyppus, Thraciam tenus perdu„ ctum, Aeneam illic vitam terminasse. „ Aristus (5) etiam, & Agatyllua scri„ bunt Aeneam tuto vitae suae tempore „ in orcomeno Arcadico habitasse (6). „ Ex quibus inferunt eruditi Aeneae in „ Italiam adventum a Maronis musa „ poetico more confictum fuisse. Imoio „ quod magis mirere Troiae etiam ex„ cidium, quod peculari libro Dio (7) „ Chrysostomus fabulosum ostendit: si„ cut & Didonis in Aeneam amores, de „ quibus vide Ausonium (8), Trogum (9), „ & Macrobium (10), qui castissimam „ adstruunt Didonem. Quapropter cor„ ruente Aeneae in Italiam adventu, „ Albani regni ab Ascanio fundati ef„ fictio corruat necesse est; Quibus ad„ dit Cluverius auctorum de Albanis re„ gibus scribentium discrepantias, cum „ alii plures (11), alii pauciores (12) enu„ merent: in nomine quoque, & ordine „ etiam dissentientes.] Quanquam ipse conetur communem opinionem substinere, *dummodo*, inquiens, *a paucis quibusdam fabulis purgentur. quod nostri erit operis, ac laboris*,

Dionis veru Chrysostomi (13), qui ceteris acrius Aeneae adventum, & ipsum Truianum excidium impetivit, aliquot verba ex oratione *Troiana*, sive, *de eo quod Ilium non sit captum* (quae est ordine undecima) reddere placet iuxta interpretationem Thomae Nageorgi. „ Novi „ equidem prupemodum, quod omnes „ homines docere difficile sit: in errorem „ autem inducere facile &c. Quum au„ tem difficile sit, ut dixi, docere, lon„ ge tamen difficilius est dedocare: prae„ sertim eos, qui longo tempore men„ dacia audiverunt, neque ipsi soli in „ errorem inducti sunt, sed & patres „ eorum, & avi, & omnes fere maiores. „ Non enim facile est horum auferre „ opinionem, etiamsi quis manifeste con„ vincat &c. Proinde neque vos, viri „ Ilienses, mirabor, si fide digniorem „ putaveritis Homerum, qui pessima „ adversum vos mendacia finxit, quam „ me vera dicentem &c.] Sed & alii manifeste contendunt Homeri, & Virgilii testimonia prorsus exsufflanda esse, & non Troiam a Graecia, sed hanc ab illa victam, & prostratam fuisse. At haec sat, superque sunt ad Augustini propositum.

(r) *Unum, & unum duo &c. odiosa cantio mihi erat.* = Iam ad abundantiam Augustine aenigmatum caussas retegia; & quilibet non prorsus stupidus videt, cur a quibusdam studiis adeo retardareris, aliis vero tamo profectu, & lucro inhiares, Quaedam sunt studia equidem bonis foecunda, at, si primam eorum naturam spectes, adeo rudia, infima, & abiecta, ut hominem non tam ingeniosum, quam patientem, &, ut ita dicamus, pituitosum postulent. Alia vero quanquam altiora, adeo demulcent, & rapiunt, ut ab eximiis ingeniis facilius ac abiecta illa teneantur. Hinc fit non raro, praestantissimi ingenii hominem in variarum linguarum studiis alteri concedere longa tardioris; quod & haec intellectum non adeo vivum, & elevatum, sed potius lentum, & quasi repentem exigant. Et aquila quae altissime volat, ut caelum videatur pertingere, invita, & fera languens prope terram volitat. Ex quibus infertur in iis similibusque studiis quae prima vocamus, nuo adeo libenter, & prospere Augustinum versatum fuisse quod ingenio polleret nihil patienti, & pituitoso; nimis autem vivo, nobili, & elevato.

C A-

(1) 2. Iliad. 20.
(2) 2. Lib. 13.
(3) In rebus Troicis.
(4) Apud Cluvinum in sua Roma c. 8.
(5) In rebus Arcadis.
(6) Apud Clr. 2. c. 8.
(7) Orat. de Ilio non capto.
(8) In Epigr. 3.
(9) Lib. 7.
(10) Saturn. lib. 5. c. 17.
(11) Ovidius 4. Faster.
(12) Vict. de orig. Roman.
(13) Patria Prusaicensis, corpore gracili, nec admodum procero. Floruit sub Traiano Imp. eique acceptissimus fuit.

C A P U T XIV.

A R G U M E N T U M.

Etſi Virgilii fabulis impenſe delectaretur: adhuc Homerum aeque dulcia ſomnia cantantem averſabatur, quod peregrinae linguae addiſcendae difficultas fabularum voluptatem obrueret. Ipſa autem Graecae linguae iura non adeo expedite adſequutus eſt, quod nonniſi genium defraudans, eiſdem incumberet; Latinae vero expeditiſſime, carioſitatis ſtimulis ſuaviter cuncta vincentibus.



Ur ergo Graecam etiam Grammaticam oderam talia cantantem? Nam & Homerus peritus (*a*) texere tales fabellas, & dulciſſime vanus eſt: & mihi tamen amarus erat puero. Credo etiam Graecis pueris Virgilius ita ſit, cum eum ſic diſcere coguntur, ut ego illum. Videlicet difficultas omnino ediſcendae (*b*) peregrinae linguae, quaſi felle adſpergebat omnes ſuavitates Graecas fabuloſarum narrationum. Nulla enim verba illa noveram: & ſaevis terroribus ac poenis, ut noſſem, inſtabatur mihi vehementer. Nam & Latina aliquando infans utique nulla noveram; & tamen advertendo didici, ſine ullo metu atque cruciatu (*c*), inter etiam blandimenta nutricum, & ioca adridentium, & laetitias adludentium. Didici vero illa ſine poenali onere urgentium, cum me urgeret cor meum ad parienda concepta ſua: quae non poſſem, niſi (*d*) aliqua verba didiciſſem, non a docentibus, ſed a loquentibus, in quorum, & ego auribus parturiebam, quidquid ſentiebam. (*e*) Hinc ſatis elucet, maiorem habere vim ad dicenda iſta liberam curioſitatem, quam meticuloſam neceſſitatem. Sed illius fluxum haec reſtringit legibus tuis Deus (*f*), legibus tuis a magiſtrorum ferulis uſque ad tentationes Martyrum (*g*), valentibus legibus tuis miſcere ſalubres amaritudines (*h*), revocantes nos ad te a iucunditate peſtifera, qua receſſimus a te (*i*).

(*a*) ***Nam & Homerus peritus &c.*** = Ita profecto. Quinimmo Poetarum omnium quotquot in orbe exſtitere facile principem, Orpheo, Muſaeo (1). Lino (2), aliiſque ipſo etiam atiquioribus ſuperiorem: poſteriorum & ipſius Virgilii quaſi magiſtrum, parentem, exemplar, potior Eruditorum pars magnis plauſibus praedicat. Quanquam ſeverioris iudicii non pauci vehementer iam olim ſuſpicati ſint, Homerum (3) ſui poematis argumentum a Corino Ilienſi heroico poeta, qui primus, Troiana tragoedia adhuc fervente, Iliadem fecerat, ſuffuratum fuiſſe; & alii ad ſenſum oſtendant plura Orphei nequidem verbis mutatis feciſſe ſua. Tantum autem tributum eſt Honero (4), ut nemine reluctante, vel contradicente, caracteres, nomina, linguam Graecam magna ex parte expoliverit, correxerit, emendaverit.

Res Homeri ſub tenebris maximis cubant; *Item* inquit Svidas, ***de patria eius ambigitur, eo quod non creditum eſt eum eſſe mortalem ob magnitudinem ingenii. Nam alii Smyrneum, alii Chium, alii &c.*** Dicendum potius tantam opinionum varietatem ex ipſa Homeri vagatione prognatam fuiſſe: Hic enim vir eximius conceptus, ibi natus, alibi educatus: novo loco ſtudiis

(1) Eiuſdem Orphei diſcipulo.
(2) Orphei in lyra magiſtro.
(3) Apud Svidam.
(4) Clemens Alex. lib. 6. Stromat

diis excultus; indeque adultam agens aetatem, aut maioris eruditionis, aut inanis aurae captandae caussa: vel nimiae, aut curiositatis, aut inconstantiae vitio amplissimo vagatus orbe, ab omnibus propemodum, quibus notus erat gentibus ambitiosis, in speciem non contemnendis honoribus velut concivis est celebratus.

De Homeri item parentibus magna est controversia. Vide Herodotum Halicarnasseum, Plutarchum, & Svidam. Pariter non una est sententia qua aetate floruerit: adeoquod nonnulli opinati sint Troianae tragoediae, quam descripsit spectatorem fuisse. Videre poteris Herodotum Halicarn. Plutar. Svid. Clementem lib. 1. Strom. Eusebium Caesar. lib. 10. de Praeparat. Evangel. c. 3. Cyrillum Alex. lib. 2. contra Iulian. & ipsum Aug. Lib. 3. de Civit. Dei, cap. 2. & quod habent ibi Benedictini nota, e.

Nec contemnenda videtur quorumdam sententia sex statuens Homeros: ex qua personarum multitudine repetendam contendit de celebris Homeri patria, aetate, aliisve discrepantiam. Consule vel Frisium in Bibliotheca.

Et tandem apud Scriptores maxime profanos videre est Homerum aut ab utero matris, aut teneris ab unguiculis, aut ab adultiori aetate, vel etiam nunquam revera caecum, sed talem per metaphoram appellatum, quod ut dicunt, quasi caecus sensibilia bona nedum neglexerit, sed propemodum ignoraverit.

(b) *Videlicet difficultas omnino ediscendae &c.* = Ita Vet. Am. Er. & BB. cum suis MSS. praestantioribus; Quibus suffragantur e MSS. nostris undecim. At Lov. Am. Som. & MSS. 2. Med. *videlicet difficulter; difficultas omnino &c.* Neutra lectio est contemnenda; & utraque, ut patet, in idem vadit; Sed eam posthabuimus, quae non tot MSS. codicum auctoritate gaudet.

Ita vero & experientia edocemur eo modo quo Latini pueri a Graecis ita pueros huius linguae a Latinis poetis digredi. Quod tamen & experientia sublata, rei paritas manifeste convinceret. At difficultate, quam in reliquis pueris observamus tortam arbitrabimur & Augustinum, qui modestissimus licet nodosissimas facultates minimo labore, nullo hominum tradente se deprehendisse ingenue prodidit (1)? nullo modo; sed dicam statim: Difficultas illa ex genii reluctatione emergebat; quum enim quidquam vehementer expetimus, id omnino volumus, quo ad illud recta ducamur: quod vero nonnihil retardare potest, prorsus exhorremus: & id quidem omnibus, at maxime pueris, qui non tam ratione, quam sensu ducuntur contingere adsolet: Quod vero exhorremus, laboriosum nobis admodum, spissumque videtur. Iam igitur aenigma illud extricatum est; poterat Augustinus Graecas litteras minimo negotio perdiscere: sed cum poeticis fabulis avidissime inhiaret, & a teneris unguiculis optime Latinam linguam calleret, totus Virgilio adhaesit, exhorruit autem Homerum, quandoquidem, ad illius dulces vanitates expedite, & statim, ad huius vero nonnisi quibusdam implicamentis, & diverticulis accedere poterat.

(c) *Nam & Latina aliquando &c. sine ullo metu, atque cruciatu &c.* = Ex hoc loco magnum quiddam in Augustini laudem deduci posse existimat, immo exploratum habet Ludovicus ab Angelis lib. 1. de Vita, & laudibus S. D. c. 4. initio: *Latinum sermonem primum didicit, & sine magistro &c.* At levi nimis argumento. Doctius adnotant Bollandistae cap. 2. *d. Videlicet quia latinus sermo communis tunc erat in Africa eo inductus a Romanis.* Quod vel Augustinus innuit, scribens lib. 19. de Civit. Dei cap. 7. circa med. „ At enim opera „ data est, ut imperiosa civitas non solum „ iugum, verum etiam linguam suam „ domitis gentibus per pacem societatis „ imponeret; per quam non deesset, im„ mo & abundaret etiam interpretum „ copia.] Lingua autem ante Latinam pro Afris vernacula Punica erat, Hebraeae simillima; quam ad Melitenses deductam, atque ab iis adhuc servatam nonnulli, peculiaribus etiam in eam rem scriptis libellis, immerito quidem iudicio nostro, contendunt; quaeve sensim evanuit, apud quosdam tantummodo eruditiores viros conservata. Sed nec Latina lingua Afrorum mentibus bene insedit: familiari quippe ad eos sermone deducta, lutulenta & barbara, secretioribus suis exuta iuribus ab eisdem excepta est; eo puta modo quo etiamnum Poloniae, & Germaniae rudiori populo inservit.

(d) *Ad parienda concepta sua: quae non possem, nisi &c.* = Ita Vet. Am. Er. Lov. & BB. cum potiori codicum par-

(1) Infra l. 4. cap. 16.

parte, & MSS. ab eisdem visis. Arn. Som. & decem e nostris MSS. *Et quia*, vel, *quod non esset, nisi &c.* Alii, *& quae non nosset, nisi &c.* Neutra ex posterioribus lectionibus hisce placuit; Quo enim respicit illud, *& quia non esset?* An cor Augustini ipsum non urgeret ad parienda concepta sua, nisi aliqua verba didicisset? & mutum enim, & omnis linguae inscium cor urget ad parienda concepta, sicut caecum ad videndum, & claudum ad ambulandum: aliud est enim ad actionem urgeri, aliud in eam exire posse. Altera lectio adeo insulsa est, ut videatur etiam significato vacua: num qoippe nisi aliqua verba didicisset cor sua concepta non nosset? MS. Ricar. *quae non esse*; manifesto lapsu, ut patet.

Insinuat ergo Augustinus in Graecae linguae se studiis tortum, quod vi, & coacte, & contra genium ageret; quandoquidem, expeditissime in prima pueritia Latinam didicit ratione opposita; Cum enim naturali inclinatione quadam pectoris concepta aliis manifestare cuperet, eadem soavi Inclinatione eam linguam didicit ut manifestare posset quod nonnisi a loqoentibus proponebatur.

(*e*) *In quorum & ego auribus parturiebam quidquid sentiebam.* = Nobilis aptissima ad loquotionem significandam metaphora; qoemadmodum enim in generatione mas semen immittit in vulvam feminae, quod ad ventris regionem adcedens, aut cum feminae semine cosgmentatur, aut illud arcana quadam irradiatione foecundat; (de quo non unom aot medicorum, aut Physicorum Systema) indeque foetus exsurgit; ita dum loquimur, in alterius aures verbum introducimos, quod ad mentem adscendens, eam foecundat, gigniturque notitia.

Subsumit autem: *Hinc satis elucet maiorem habere vim &c.* Quod in quacunque facoltate locum habet experientia teste: Hinc Terentius in Haeutontimoromeno, seu afflicto act. 4. scen. 6. v. 1. & 2. *Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet.* = *Quam invitus facias &c.* & Benedictini ad rem hanc Augustini lib. 1. vitae, cap. 2. n. 5. *saevis terroribus, ac poenis urgebatur puer, ut graecas litteras condisceret: sed tum in ea re, quam quis invitus agit, parum proficias &c.*

(*f*) *Sed illius fluxum haec restringit legibus tuis Deus.* = Sed liberae curiositatis fluxum meticulosa necessitas restringit legibus rois Deus. Quod duplicem expositionem pati potest; Mericulosa necessitate curiositatem restringi aot mediis legibus Dei, aut ad leges Dei. Utromque enim verum est; eam scilicet necessitatem legibus divinis innixam liberam curiositatem restringere; & restringere, iungere subiicere legi divinae, ne ab ea digrediatur, ut inquaoi ea tantum videat, & discat, quae a divina lege vel imperantor, vel permittuntur. Posterior expositio noonihil probabilior videtur.

Vet. Am. Er. MS. S. Cr. & qoidam alii codices habent, *restringis*; quod verbum si magna codicum auctoritate sociaretur, nihil in rextom inducto forte concederet. Sed habent, *restringit*, MSS. 3. S. Mar. & 2. Med. 2. S. Cr.

Ceterum videtur heic Augustinum adludere ad illud Proverb. 8. 29. *Quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos.* Et ad alterom iobi 38. a v. 8. *Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat &c. Circumdedi illud terminis meis &c.*

(*g*) *A magistrorom ferulis usque ad tentationes Martyrum.* = Magistrorum ferulis humanae curiositatis fluxum restringit Deus, ut utiliora videat, & honestiora; Restringit autem martyrio, qoatenus vult eousque Intellectum in obsequium Fidei captivari, & proprii mercorii sensa revelatis dogmatibus subiici, ot nequidem magnis poenis. & carnificinis deturbemur, concutiamur.

Pauci aliquot codices habent, *usque ad tentationes matrum*: mendose, ut liquet.

(*h*) *Valentibus legibus tuis miscere salubres amaritudines.* = Implexa est huiusmodi periodus, nec adeo manifestum est an, & ut ad precedentes referatur, Verbom illud, *valentibus* praecedentia intoetur; vel potius absolutom est, indefinitum, a oullo pendens? si primum: aut *ferulis* innititur; & tum erit sensus: Valentibus ferulis miscere salubres amaritudines legibus tois, quae volunt utilia, & honesta; aut, quod verosimilius, est innititur *legibus*: & tum erit repetitio dictorum per sensum reflexum, puta: Fluxum humanae curiositatis restringis legibus tuis valentibus tuis legibus miscere amaritudines salubres; quasi nimirum duae sint divinae leges, una quae praecipit studium utilis & honesti: altera quae priori legi addit amaritudines, sive poenas; quemadmodum & homani principes qoasi geminis legibus

&

& quidquam ſtatuunt, & in tranſgreſſores poenas decernunt.

Si autem *valentibus* ceu indeſinitum, nullique innixum accipiatur, diligentiſſime adtende; Dixerat Deum liberae curioſitatis fluxum meticuloſo timore reſtringere; nunc ſe colligit, & plauſu, atque admiratione in hunc fere modum concludit: Ita nempe Deus imperare vales liberae curioſitati, & in imperiis ipſis amaritudines ſalubres miſcere.

(*i*) *Revocantes nos ad te a iucunditate peſtifera, qua receſſimus a te.* = Amaritudines, quas Deus legibus ſuis immiſcet, ſalubres appellaverat. Nunc habes cur ſalubres dicantur: nempe, ut alia taceantur, ex hoc quod nos ad ipſum revocent a iocunditate peſtifera, qua ab eodem receſſimus. Malorum enim humani generis potiſſima radix ex concupiſcentia, curioſitate, & molli genio petitur, a quibus avocamur per leges ſalubres amaritudines involventes. Adludit autem forte ad illud ep. 1. Ioan. 2. 16. *Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum &c.* Immo potius, & fere citra controverſiam ad noſtrorum Protoparentum in quibus omnes a Deo receſſimus, culpam, quae in curioſitatis liberae, vel ſuperbiae, & peſtiferae iocunditatis, vel gulae ſpecie patrata eſt: *Scit Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dii, ſcientes bonum, & malum. Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulcrum oculis, adſpectuque delectabile, & tulit &c.* Gen. 3. v. 5., & 6.

C A P U T XV.

A R G U M E N T U M.

Orat ut incepto bono inſiſtat: ab expoſitis, aliiſve quibuscumque humanae vitae muſcipulis magis magiſque eximatur. Et ut quidquid aut in ſtudiis honeſtis, ut in malis praeter intentionem, & ſcopum boni didicit in divinum veniat obſequium, & famulatum.



Xaudi, Domine, deprecationem meam, ne deficiat anima mea ſub diſciplina tua (*a*); neque deficiam in confitendo tibi miſerationes tuas (*b*), quibus eruiſti me ab omnibus viis meis peſſimis: ut dulceſcas mihi ſuper omnes ſeductiones, quas ſequebar, & amem te validiſſime, & amplexer manum tuam totis praecordiis meis (*c*), & eruas me ab omni tentatione uſque in finem. Ecce enim tu, Domine rex meus, & Deus meus, tibi ſerviat, quidquid utile puer didici: tibi ſerviat, quod loquor, & ſcribo, & lego, & numero; Quoniam, cum vana diſcerem, tu diſciplinam dabas mihi (*d*), & in eis vanis, peccata delectationum mearum dimiſiſti mihi. Didici enim in eis multa verba utilia; ſed & quae in rebus non vanis diſci poſſunt (*e*); & ea via tuta eſt, in qua pueri ambularent (*f*).

(*a*) *Ne deficiat anima mea ſub diſciplina tua.* = Dei diſciplinam amaritudines ſalubres involvere altiſſimis phraſibus capite praeced. obſervaverat. Orat nunc Deum, ne anima ſub tot ſarcinis ad honeſta, & utiliora, adque aeternas coronas ducentibus langueſcat, & deficiat. Ut autem omnino religioſa ſit eius oratio, Deoque maxime adrideat, iis verbis, quibus & David a Spiritu-Sancto ductus, eam orditur: ut & primo loco ad ſeptimum caput obſervavimus.

(*b*) *Neque deficiam in confitendo tibi miſerationes tuas* = De Magiſtrorum ferulis, deque meticuloſa neceſſitate loquitur; haec enim, & ſimilia quocumque animo, quocumque iure, quacumque aequitate a magiſtris, a creaturis venerint, a Deo alto conſilio, & ipſius bono, puta ut ad utiliora ſe verteret, vel a mollioribus retrahe-

traheretur, aut vexatione fieret ſobriua aut volita ſuot, aut permiſſa, & ordinata. Timet autem flaccere, neque enim adeo ſuave, & ſaeile eſt de flagellis, & amariſſimis poenis reddere gratias. Unde Satan Deo laudanti Iobum: *Numquid Iob fruſtra timet Deum? Nonne tu vallaſti eum &c. ſed extende paululom manum tuam . . . . niſi in fatiem benedixerit tibi. cap. 1. a v. 9.*

(*c*) *Et amplexer manum tuam totis praecordiis meis.* = *Manum* hic Dei iuſtitiam, aut providentiam flagellantem intelligimus geminis eoniectationibus ducti: ea, quam dictorum ſeries, & altera, quam Seripturarum, quibus ſeſe Auguſtinus adcommodat phraſis ubique exhibet: Exodi c. 3. v. 19. & 20. *Non dimittes vos rex Aegypti, ut eatis, niſi per manum validam: Extendam enim manum meam, & percutiam Aegyptum &c.* Ibid. c. 13. v. 3. *In manu forti eduxit vos Dominus.* Iobi c. 1. v. 11. *ſed extende paululum manum tuam.* Et c. 2. v. 5. *Alioquin mitte manum tuam.* & cap. 19. v. 21. *Manus Domini tetigit me.*

Dixerat igitur duo: *Ut dulceſcas mihi ſuper omnes ſeductiones, quas ſequebar: Et amem te validiſſime.* Nunc tertium omniumque difficillimum addit: *& amplexer &c.* Egregie, atque doctiſſime! Animae quippe a mundanis ad aeterna converſae prius eſt ut vanas illeeebras divinae poſtponat duleedini: exinde ut Deum validiſſime diligat: & tandem quod aequo animo, & pari ratione & blandimenta, & flagella amplexetur.

Bene autem hanc orationem dominico conceptu eoneludit, dicens: *Ut eruas me ab omni tentatione uſque in finem.* Quidquid enim poſuerat tentatio erat; *uſque in finem* addit, Redemtor enim Matt. 24. 13. *Qui autem perſeveraverit uſque in finem. hic ſalvus erit.*

(*d*) *Quoniam cum vana diſcerem, tu diſciplinam dabas mihi.* = Diſciplinam dabat Deus, faeiens ut vanis inhians, utilia & bona Auguſtinus puer in ſtudiis ebiberet; unde ipſe S. Doctor nonnullis interiectis, quaſi ſe exponens, ſubſumit, *Didici enim in eis multa verba utilia &c.*

Sequitur autem: *Et in eis vanis peccata delectationum mearum dimiſiſti mihi*; quod ſenſum hunece videtur habere „ Liberae curioſitatis delectationes nonnullis flagellis compenſaſti, repreſiſti, caſtigaſti. Cum enim Auguſtinus puer in Poetarum mollia ſomnia praeceps raperetur, exhorreſceret autem prima Grammaticae rudimenta, & Graecam linguam: magiſtrorum ferulas expertus eſt, & vanam voluptatem fletu ac dolore temperavit.

(*e*) *Sed & quae in rebus non vanis diſci poſſunt.* = Stabilit tandem quod ſupra nos obſervavimus. Non eſt homines eur profana, mollia, Poetarum maxime ſtudia extollatis; vana ſunt, omnibus, pueris potiſſimum nociva, & exitioſa. Atqui, ſubclamatis, vana inter bona quaedam, & utilia involvuntur; Id & ego permitto, & Auguſtinus ipſe fatetur; At cur non potius ea ſtudia excolenda, ex quibus bonum habeas, & nihil mali? Quid gemmas tot ſudoribus, tantaque munditiei iactura foeda in laeuna expiſcamini; quas de faeili, & eitra negotium, omnique decentia ex fodina habere valetis?

(*f*) *Et ea via tuta eſt, in qua pueri ambularent.* = Unus vel alter deterioris notae codex (1), *veri pueri.* Quod inſinuaret pueros vere ingenuos, & innocentes. At data lectio communis eſt, & vero longe ſimilior. Non diffitemur tamen eius ſenſum eſſe nonnihil aneipitem. Italica exemplaria, quae etiam omnium exactiſſima habentur, quale eſt illud Bernardi Indrizzali. *E queſta appunto è la ſtrada ſicura, ove debbona guidarſi i fanciulli.* Inepte ut vel ipſum verbum, *ambularent* oſtendit.

Forte iroeoniee loquitur Auguſtinus quaſi interrogatione diceret: An ea via tuta eſt, in qua pueri vanis, & mollibus inhiantes ambularent?

Melius tamen, & longe veroſimilius ſic interpretamur; Qua ratione vana ſtudia aut permittuntur, aut laudantur? quia, ut paulo ante obſervabamus, utile etiam involvunt. Et ſi quaeras, cur non utili ſervato, a vanitate denudentur? Ne, inquient, id tollatur, a ſtudiorum curriculo, quo pueri illecti faeile ambulant; Atqui ſtudia ſunt, in quibus utilitas, & honeſta ſuavitas copulantur: in iis igitur pueri ambularent. Cui porro expoſitioni epitheton *veri* nihil o ⁱcit: quin immo favet; honeſta enim ſuavitate *veri* pueri, hoc eſt innocentes, ingenui adlicerentur: forte non ita qui malitia depravati ſunt, inhiantque obſcenis; at hoſce quis veros pueros appellabit.

C A.

(1) In marg. Am.

CAPUT XVI.

ARGUMENTUM.

Insigni zelo, lascivos Poetas, eorumque amicos stomachatur; Priores quidem & quod foeda proponant: & quod ad ea fictis deorum exemplis iuvenes concitent; Posteriores vero quod eruditionis, & elegantiae capessendae caussa ad eorum lectionem provocent: quum immunditie omni sublata utrumque obtineri possit.

I. Ed vae tibi flumen moris humani (*a*)? Quis resistet tibi? Quamdiu non siccaberis? Quousque volves Evae filios in mare magnum, & formidolosum, quod vix transeunt, qui lignum conscenderint (*b*)? Nonne ego in te legi, & tonantem Iovem, & adulterantem? Et utique non posset haec duo (*c*), sed actum est, ut haberet auctoritatem ad imitandum verum adulterium lenocinante falso tonitruo. Quis autem penulatotum magistrorum audit (*d*) aure sobria, ex eodem pulvere hominem clamantem (*e*), & dicentem, Fingebat haec Homerus, & humana ad deos transferebat; divina mallem ad nos? Sed verius dicitur, quod fingebat haec quidem ille; sed hominibus flagitiosis divina tribuendo, ne flagitia flagitia putarentur (*f*): & ut quisquis ea fecisset, non homines perditos, sed caelestes deos videretur imitatus.

II. Et tamen, o flumen tartareum (*g*), iactantur in te filii hominum cum mercedibus, ut haec discant: & magna res agitur, cum hoc agitur publice in foro, in conspectu legum supra mercedem salaria decernentium (*h*); Et saxa tua percutis (*i*), & sonas, dicens: Hinc verba discuntur, hinc adquiritur eloquentia, rebus persuadendis sententiisque explicandis maxime necessaria. Ita vero non cognosceremus verba haec; imbrem aureum, & gremium, & fucum, & templa caeli, & alia verba, quae in eo loco scripta sunt, nisi Terentius induceret nequam adolescentem (*k*), proponentem sibi Iovem ad exemplum stupri, dum spectat tabulam quandam pictam in pariete, ubi inerat pictura haec: Iovem quo pacto Danaae misisse aiunt in gremium quondam imbrem aureum, fucum factum mulieri? Et vide, quemadmodum se concitat ad libidinem, quasi caelesti magisterio! At quem deum, inquit? Qui templa caeli summa sonitu concutit. Ego homuncio id non facerem? Ego vero ita illud feci, ac lubens. Non omnino per hanc turpitudinem verba ista commodius discuntur, sed per haec verba turpitudo ista confidentius perpetratur. Non accuso verba quasi vasa electa atque pretiosa: sed vinum erroris, quod in eis nobis propinabatur ab ebriis doctoribus (*l*), & nisi biberemus, caedebamur: nec appellare ad aliquem iudicem (*m*) sobrium licebat. Et tamen ego, Deus meus, in cuius conspectu iam secura est recordatio mea, libenter haec didici, & eis delectabar miser, & ob hoc bonae spei puer appellabar (*n*).

 (*a*) *Vae*

(*a*) *Vae tibi flumen moris humani*. = *Ioannes Pherepons*, qui bello fervente, tremens, ac pallens delituit in angulu: nunc vel ad tempus fugatis hostibus, evaginato gladio maxima spondet. Vidisti scilicet humane Lector quibus praecedentia Augustini sensa aenigmatibus involverentur; in iis omnibus obmutuit vaferrimus ille. Nunc plana, ab ipsomet Augustino pro lactentibus etiam exposita metaphorae subsidio : calamum arripit, & ita balbutit. „ Collatio depravatae consuetudinis cum flumine frequens apud optimos quosque Scriptores, etiam Ethnicos. Hinc brachia contra torrentem dirigere, perinde est ac pravae consuetudini adversari. Iuvenalis Satyra 4. 89. *Ille igitur nunquam direxit brachia contra torrentem*. „

Egregie! nonnisi *Pherepons*, homo summus, Patrum omnium, totiusve Catholici gregis censor tantum arcanum extricare poterat: iis nempe verbis: *vae tibi flumen maris humani* depravatam consuetudinem ab Augustino perstringi!

At inquies; Non exponit *Pherepons*, sed metaphoram laudat. ℞. Quid quod teste *Erasmo*, & ipsomet *Pherepono*, tota haec Opella eleganti stilo, & egregiis metaphoris contexta est? Quam autem egregiam metaphoram, immo quod elegans verbum ex bonis Scriptoribus laudare non possis? Gratius, & pressius, ni fallimur, expositoris munus egisset, qui demonstrasset eam phrasim Augustino admodum familiarem esse. In Psalm. 136. n. 3. „ Flumina Babylonis sunt omnia quae hic amantur, & transeunt &c. Nescis quo te miseris: alius & iste fluvius Babylonis est; & quod multum sonat, strepitus aquae saxa percutit. Adtende quia fluit, adtende quia labitur: & si adtendis quia fluit, & labitur, cave quia trahit &c. Fluvius est & iste Babylonis. Lucra tua quando stabunt? &c.] Vide etiam si placet in Psal. 65. ad v. 6. n. 12. In Psal, 136. ad v. 5. n. 13. & in Psal. 143. n. 2. Denique Serm. 32. in Psal. 143. de Golia, & David &c. (Alias, 20. de Diversis, & 31. ex Homil. 50.) cap. & n. 6 *Quando pro laca dicitur ei, quod fluvius significet homines fluentes, & temporalibus deditos, cum transeuntium amore transeuntes &c.* De torrente etiam similia expendit Augustinus in Psal. 109. ad v. 7. n. 20. Pressius autem in Psal. 57. ad v. 8. n. 16.

(*b*) *Quod vix transeunt, qui lignum conscenderint*. Henricus Wangnereck huiusmodi ad locum huncce notulam habet. „ Navem intelligit, sic Sap. 15. v. 4. Arca Noe, & c. 14. v. 1. & 3. quaelibet navis dicitur lignum. Est autem metaphora quasi dicas flumen consuetudinis perversae vix superare eos, qui velut conscensa nave effugere nituntur. „

Bene quidem; lignum enim pro navi & a sacris, & a profanis Scriptoribus: inque vernacula ipsa lingua, domesticove sermone sumtum passim videmus. Eousque vero ut vix, & ne vix quidem per metaphoram poni adsentiamur. Quanquam alterum patens sit, per metaphoram deductum ad Augustini propositum. Sed difficultas ab expositore non dissimulanda ea est, quid Augustinus eadem metaphora velit; quae navis, quod lignum sit, quo vix depravatae consuetudinis mare transimus?

℞. Aut Baptisma, quod primam tabulam; aut poenitentia, quam secundam Patres appellant; Illud quippe in Noemi (1) arca, haec autem in Redemtoris cruce significata est. Nec expositionibus hisce adversaris si dicas, lignum heic ipsam prorsus Christi crucem significare. Quibus omnibus lucem conciliant quae habet S. Doctor in Psal. 91. ad v. 6. in 103. Serm. 4. n. 4. & 5. & in Psal. 106. n. 12. Serm. 352. de Utilit. agendae poenit. 2. (Alias, 27. inter Homil. 50.) c. 1. n. 3. & 6. & Serm. 363. de Cantico Exodi (Alias, 2. ex Sirmondianis) n. 2. Ex quibus omnibus haec ista redduntur: Quod profanae, saecularis, mundanae, perversae consuetudinis flumen: nedum infeliciter Ethnici, sed & vix bene transeunt qui lignum, puta Baptisma, vel poenitentiam, vel Christi crucem, vel Ecclesiam (quam Noemi arca praesignavit) conscenderint.

Arbitrabitur quispiam, *ligni* nomine animi pectorisque culmen insinuari, quod magnanimus homo conscendens, & in quo constitutus, adhuc vix mare pertransit; adeo enim perstrepunt mundanae perversae consuetudinis iura, & tot ab universo pene orbe, magnis tenebris capto plausibus excipiuntur, ut homines quanquam alias fortissimi multitudine insanientium obruti, & periculorum, malaeque fortunae concussi terroribus, non raro cedant, & cum turba insaniant.

(*c*) *Utique non possens haec duo*. = Tonare, ut profano sensu loquamur, deo-

(1) Act. 5. 30. & 10. 39. & Galat. 3. 13.

deorum munus eft: adulterari pravorum hominum; quandoquidem adulterim turpitudinem, & iniuftitiam involvit: quorum neutrum, minus vero potierius diis immortalibus convenire poteft. Quid ergo moris humani flumina, hoc eft Ethnici, vanique Scriptores Iovem nobis obiicitis tonantem, & adulterantem? Aut a deorum chor's ille deturbandus eft: aut eximendus a carnalium, flagitioforumve lacunis. Sed innumeras generis huius Ethicorum implicationes faepe, & omni argumentorum genere perftringit omnigenae eruditionis Pater in libris de Civit. Dei, opere litteris pleno.

(*d*) *Quis autem penulatorum magiftrorum audit &c.* = Henricus Wangnereck ita hunc locum exponit. „ *Ideft, palliatorum; eft enim penula veftis, quae tunicae iniicitur adverfus frigoris, & tempeftatis vim. Ea aetate Auguftini utebantur Profeffores Grammaticae.* Utique non male: nifi quod, pro more, rei fecretiora non manifeftat. Nec ampliorem lucem conciliant Bollandiftae, qui cap. 2. figno, *e*, ita ex Er. loquuntur. *Penulati dicuntur magiftri artis grammaticae, quia pallia utebantur vili, ut notat editor.*

I. Penula, aut, paenula, vel poenula admodum a pallio diverfa erat, & etiam a toga, quod longe arctius preffiusque veftiret. Item penula ex communibus veftibus erat, quibus viri & feminae promifcue utebantur; non eft autem pro feminis pallium. Quaerimus autem cur Auguftiuus Grammaticae magiftros quafi per antonomafiam penulatos appellet? neque enim id obvium eft, tum quod, ut diximus, ea veftis communis effet, non aut perfonae, aut muneris propria: tum quia, ut aperte loquamur, penula vilis, abiecta veftis erat, qualis hodie vulgo *Gabano*, *Tabarra*, *Redengatt*, ad aeris iniurias arcendas.

II. Penula magiftrorum veftis dicebatur, quod communis penulae non materiam, ut arbitramur (forte enim pretiofa & ornata erat) fed formam imitaretur, effetque fimilis illi, qua etiam num magiftri quidam utuntur. Quum autem ad auctoritatem (1), dignitatem, & maieftatem quandam praeseferendam, vel infinuandam ea veftis inftituta effet, eiatos imperiofofque illos magiftros irrifione ex zelo emergente penulatos nunc Auguftinus appellat. Eft igitur non antonomafiae, fed metaphorae veritati iunctae fermo ille: magiftros infpiciens habitu, & fuperbia graviffimos.

Contra aetatis noftrae penulatos, magiftros, qui c m veftium maieftate; & auctoritate iuftam humanitatem, vel prudentiam, modeftiamve copulant, nec verba fua buccis trutinantur inflatis, non eft quid iaculeris.

II. Si quis autem a magiftrorum penulis, ad faecularium omnium feminarum potiffimum vanum, inconftans veftiendi genus divertat, adtendat Ludovicum Anton. Muratorium, qui lib. de *Philofophia Morali*, cap. 41. poft initium haec habet. „ Il fine di portare „ le vefti ognuno lo fa che è quello „ di cuoprire acconciatamente il corpo, „ di difenderlo proporzionatamente dal „ freddo, e dal caldo: e ciò in maniera decente al grado di ciafcheduno: „ in guifa che fia un utile, e decente „ forma di vefte, per cui fi fodisfaccia „ a quefte intenzioni. Ciò pofto niuna „ ragione ci farebbe di mutarle, e di „ prenderne delle nuove, fe forfe non „ fe trovaffe un altra più commoda, e „ e meglio adattata al bifogno d' effo „ corpo. Però i Greci, e i Romani teneano falda la lor maniera di veftire; „ così parimenti fanno da tanti fecoli i „ popoli Orientali. Ma non l' intende „ così un Regno confinante all' Italia; „ o fia quefto un influffo del genio loro amante fempre del nuovo, o fia che i fartori, i calzolai &c. „ e noi buoni Italiani fcimie ridicolofe „ corriamo a copiare le metamorfofi „ loro, e tutte le lor mode, come fe „ foffero calate dell' alta corte di Giove: e benchè codefte bizzarrie, e „ fceno favorite dal luffo dieno de fieri falaffi alle borfe, pure fi cercano „ con anfietà, a' amano perdutamente, „ &c. „

(*e*) *Ex eadem pulvere hominem clamantem &c.* = Tullium ex eodem pulvere hominem vocat: hoc eft ex eodem pulvere vanitatis, idololatriae, mendacii, necnon grammaticalium fabularum, queis adhaefit. Ex eodem pulvere dicit quomodo nos impudentis focium eiufdem furfuris hominem paffim appellamus.

Hic autem *fobrius* non pro temperato, & mundo; fed pro fano, ac prudente ufurpatur; ut a Cicerone Ver. 5. c. 27. *Homines fatis plane frugi, ac fobrii*, & a. de Orat. c. 32. *Diligentes, & memores, & fobrii oratores*. Et eft fenfus: Utinam aliquis penulatorum magiftrorum aure fana adtenderet Tul-

(1) Et Arcenidoro l. 2. c. 3.

Tullium qnanquam ethnicum &c. Vel: Quis est penulatorum magistrorum qui aure sana adtendat &c. Quibus lucem conciliant quae habet S. D. lib. 4. de Civit. Dei, cap. 26. initio ,, Sed fingebat haec Homerus, ait Tullius, & humana ad deos transferebat: divina mallem ad nos. Merito displicuit viro gravi divinorum criminum poeta confictor. Cur ergo ludi scenici, ubi haec dictitantur, cantitantur, actitantur deorum honoribus exhibentur, inter res divinas a doctissimis conscribuntur? Hic exclamet Cicero, non contra figmenta poetarum, sed contra instituta maiorum &c.] Ubi Leonardus Coquaeus Eremita Augustinensis ,, Scriptura quidem sacra metaphoris utitur, & humana ad Deum trasfert, verum nonnisi eo sensu, quod per materialia, corporalia, & sensibilia, immateralia, spiritualia, & intelligibilia nobis veniant in notitiam; cum enim naturale sit homini, ut per sensibilia ad intelligibilium cognitionem veniat &c. Verum longe aliter Homerus humana ad Deos transferebat &c.] Et ante ipsum Ioannes Ludovicus Vives ,, *Quae autem divina? Vigere, sapere, invenire, mrminisse. Gravissima sententia, qua &c.*

(*f*) *Ne flagitia flagitia putarentur.* = Ita Benedictini, qui admonent ,, Apud Lov. *ne flagitia putaeentue* non integre.] Verum cum Lov. sunt omnes eorum MSS. 9. e nostris, Vet. & Som. Favent vero BB. Am. Er. 2. MSS. Med. & unus S. Mar. Quidam autem ita legunt: *tribuenda flagitia, ne flagitia putarentur.* Quae lectio equidem corrupta videtur, at bene expensa potius Benedictinis suffragatur. Doctissimos Patres sequi placuit, quod eorum lectio utpote acrior, & pressior, admodum visa sit Augustini Dialectici excellentissimi ingenio conformior.

Sensus est totius sermonis. Quanquam contemnenda non sit Tullii sententia; adhuc verius dicitur Homerum, similesque non humana ad deos transtulisse, sed vere flagitiosis hominibus divinitatem tribuisse, ut sic eadem flagitia non flagitia putarentur: sed a diis velut purgata, non male, immo honeste, ac religiose ab hominibus patrarentur. Verum est enim Iovem, aliosque paganorum deos mala, ac foeda patravisse: at per summam impietatem, atque dementiam iis divinitas tributa est. Unde dixerat supra S. D. *Actum est, ut haberet auctoritatem ad imitandum verum adulterium, lenotinante falso tonitrua.* Scilicet ficto tonitruo divinitatis quasi caractere, *lenocinante*, hoc est, pelliciente, animante; docente id honeste, & laudabiliter fieri posse.

(*g*) *Et tamen o flumen tartareum &c. ut haec discant.* = Et tamen mala curiositas, perversa consuctudo tibi dicantur filii hominum, & non parcentes sumptibus, libros, & magistros provident, ut inania ista, foeda, & impia perdiscant. Ita & plures nostrae aetatis, ut cogamur cum Aulo Persio Satyra 1. v. 1. clamare: *O curas hominum! o quantum est in rebus inane!*

(*h*) *Supra mercedem salaria decernentium.* = Pater Henricus Wangnerek ita hunc locum exponit. ,, Sensus est, praeter mercedem, sive Minerval, quod singuli Magistris privatim solvebant, decreta iisdem publice per leges annua stipendia: quae forte ideo salaria dicuntur, quod ea percipientes inde se alant.] *Ioannes* autem *Phrrepunus* ,, Hoc est, praeter minerval, a singulis pueris solvi solitum privato aere, Grammaticis publice constituta erant salaria, seu stipendia, ex publica pecunia solvenda. Aut forte a mercede pecunaria distinguitur salarium, ut hac voce significentur sal publice praebitum, carnes, vinum, oleum &c. Sic in epistola Valeriani quae legitur in vita Probi, a Flavio Vopisco conscripta memoratis vestibus, & pecunia, qua Praefectus Praetorio iubebatur dare Probo: *Item in salario diurno bubulae pouda, porcinae pando sex, caprinae pondo decem, Gallinaceum per biduum, olei per biduum sextarium unum, vini veteris diurnus sextarios decem cum larido bubalino, salis, aeram, lignorumque quantum satis est.* Vide ad hunc locum Intt. & ad vitam Clodii Albini sub finem, ubi stipendium a salario etiam distinguitur; Sic & in Cod. Lib. 10. Tit. 52. de Professoribus, & Medicis Constantinus iubet eis *meecedes, & salaria eeddi, quo facilius liberalibus studiis multos instituant.* ,,

Quibus positis: Augustini sententia triplicem expositionem pati potest. Quarum prima est: Et penulatis magistris, magnum lucrum, magnum decus, dum publice, in foro, ceu Reipublicae ministri Grammaticam docent. Altera: Censetur magna puerorum sors in publica Academia ista perdiscere, ubi sodalium aemulatione fortius pugnatur, multitu-

diuis

dinis plausibus laetius vincitur: publici salarii intuitu nonnihil domesticis sumptibus parcitur: privata scilicet merces minuitur. Postrema quae omnium videtur probabilissima: Magna res agitur Civitati, Reipublicae, Principi: res inquam honoris, & gloriae, quum pro lutulentis hisce studiis designatur Schola & publica, & publicis salariis nutrienda.

(*i*) *Et saxa tua percutis &c.* Henricus Wangnereck „ Pergit uti metaphora rapidi fluminis, sive torrentis, cui similis est consuetudo prava. Sicut autem flumen cum sono fertur per saxa, ita ingenti praeconio extolluntur lascivi poetae ob linguae latinae Magisterium.] Bene indefinite. Pressius autem ad sententiam ipsam, & seriem dictorum circa Gymnasium ad publicam eruditionem institutum: In saxorum percussione campanae sonum, vel simile publicum signum ad Gymnasium invitans intelligo: cui eleganti, pressaque metaphora ea verba tribuuntur: *Hinc verba discuntur, hinc adquiritur eloquentia &c.*

(*k*) *Nisi Terentius induceret nequam adolescentem &c.* = Quod expendit horrore & Epist. 91. ad Nectarium, (Alias 202.) n. 4. & lib. 2 de Civit. Dei cap. 12. in fine hisce verbis „ Indignum videlicet fuit, ut Platus, aut Naevius Publio, & Cneo Scipioni, aut Caecilius M. Catoni malediceret, & dignum fuit ut Terentius vester flagitio optimi maximi adolescentium nequitiam concitaret?] Ubi Benedictini signo, h. „ *Terentius vester*, ait, qui nimirum, gente quidem Afer, sed familiarissimus Scipioni fuit, sicut & Laelio, a quibus ferunt adiutum esse in scribendis fabulis.

Vester, Romanos adloquens dicere potuit Augustinus: quanquam enim Terentius natione Afer, patria Carthaginensis, Romanus aliquotiens appellatus est, tum propter ethnicam religionem, tum quia Terentii Lucani libertus, a quo, egregiis eius dotibus capto, excultus eruditus, in nobilissimorum hominum, Scipionis praecipue, & Laelii consuetudinem deductus, Romae floruit, Romae scripsit, Romae ei adclamatum est. Usque dum desiderio invisendi Athenas conscensa navi, a mortalium omnium, forte aquis absortus, notitia sublatus est an. ab Urbe condita 595. Olymp. 155. 2. de quo Volcatius.

„ Sed ut Afer sex populo edidit comoedias
„ Iter hinc in Asiam fecit: navim cum semel
„ Conscendit, visus nunquam est: sic vita vacat.

Lutulenta autem historia a Terentio conficta, ab Augustino tanto zelo improbata indigna est quae speciali commentario dilucidetur; & vix ex ea potiorem partem exscribimus. Obscenus scilicet Poeta phanaticum lascivum adolescentem sub Chereae persona introducit, qui sibi habitu, genioque larvato pulcherrimam venustissimam virginem bella forte datam aliquando, & ab ea, aliud quidem cogitante, sed domestice agente commotum, gestiens, ac triumphans Antiphoni hisce verbis enarrat.

„ (Cher.) Commendat virginem (Ant.)
„ cui? tibi ne? (Ch.) mihi (An.)
„ satis tuto tamen.
„ (Ch.) Edicit ne vir quisquam ad eam
„ adeat, & mihi ne abscedam imperat:
„ In interiore parte ut maneam solus
„ cum sola: adnuo
„ Terram intuens modeste (An.) miser
„ (Ch.) ego inquit ad coenam hinc eo
„ Abducit secum ancillas: paucae, quae
„ circum illam essent manent
„ Novitiae puellae: continuo haec adornant, ut lavet
„ Adhortor properent, dum apparatur, virgo in conclavi sedet.
„ Suspectans tabulam quamdam pictam,
„ ubi inerat pictura haec, Iovem
„ Quo pacto Danaae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.
„ Egomet quoque id spectare coepi:
„ & quia consimilem luserat
„ Iam olim ille ludum, impendio magis
„ animus gaudebat mihi
„ Deum sese in hominem convertisse,
„ atque per alienas tegulas
„ Per impluvium venisse clanculum
„ fucum factum mulieri.
„ At quem Deum? qui templa caeli
„ summa sonitu concutit
„ Ego homuncio hoc non facerem? ego
„ vero feci illud ita, ac lubens.
„ Haec dum mecum reputo, lavatum
„ interea virgo accersitur,
„ It, lavit, redit, deinde illam in lecto
„ illae collocant:
„ Sto expectans &c.

Impudentiora sunt quae sequuntur; licet non adpareat malitia externa actione expleta, tentationis enim historia absoluta: quaerit Antipho „

„ (An.)

„ (An.) Quid tum? (Ch.) quid tum?
„ fatue (An.) fateor (Ch.) an ego
„ occaſionem
„ Mihi obſtentatam tam brevem, tam
„ optatam, tam inſperatam
„ Amitterem? &c.

Scilicet, an foedam cupiditatem non prorſus expleverim, debes, niſi terque quaterque bonus ſis, ex temetipſo coniicere. Haec in Eunucho act. 3. ſc. 5. a v. 39.

Vah Bellum ſomnium, vix in ſecretioribus lupanaris cuniculis decantandum! Et haec quidem Afer, qui paſſim, & nullo horrore Catholicorum etiam manibus teritur. Quid autem Lucretius Romanus, qui nobiliſſimam Lucretiorum familiam, ex qua natus creditur, exornavit ingenio, foedavit autem impudicitia, & impietate? quam latrinam, quam cloacam vel ſordidiſſimam; quam evanidam ſuperſtitionem, quale ſomnium vel atheum eius ſex de Natura rerum Libris compares? Qui etiam ſordidis lacunis, quas tanta arte pinxerat abſorptus, interiit.

Diſcutit Auguſtinus ſententiam quamdam Terentii ex Adelph. ſc. 1. act. 1. lib. ad Bonifacium, ſeu Epiſt. 185. (Alias, 50.) c. 6. n. 21. laudat vero aliam ceu prudentem ex Andr. ſc. 4. act. 2. lib. 13. de Trinit. c. 7. n. 10. ſub finem.

(*l*) *Sed vinum erroris, quod in eis nobis propinabatur ab ebriis doctoribus.* = Huncce locum ita exponit *Pherepon(us)* „ „ Quamvis non ignorem vinum *iniquitatis*, *&* *compunctionis* in Scriptura „ memorari, attamen crediderim hic „ reſpicere Auguſtinum ad Cebetis Platonici celeberrimi Tabulam, in qua „ *Impoſtura* inducitur pueros omnes in „ vitam ingredientes &c. „

Ita ne *Pherepone* tu qui frequentiſſime Auguſtinum contemnis, & rodis, quod nimis Platonicam ſcholam ſapiat, eiuſque veſtigiis inhaereat? Cur ergo hic ubi ſcripturam imitari, te ipſo iudice, haud temere dicere poſſumus, in Platonicum, & quidem non totius Scholae, ſed unius Scriptoris. Cebetis nempe ſomnium inflectis? Anne ut ſtatuam ſenſim compingas, in quam bene auctam opportuno tempore iaculeris?

At ut libet tu qui omnia arbitrio mederaris *credideris*. Scripturae Sacrae phraſim Auguſtinum imitatum ego crediderim: & quidem non arbitrio, ſed quatuor hiſce momentis; Quorum primum experientiam appellabo; Video enim non ethnicorum, ſed Prophetarum, Apoſtolorumque Phraſes in Confeſſionibus his Auguſtinum paſſim facere ſuas. Secundum a dicendi lege depromitur; Nimis quippe generaliter, & indefinite loquitur, quam quod ad ſpecialem, & quidem infidelem ſcriptorem adludere putandum ſit. Tertium ipſe Auguſtini ſcopus ſuppeditat; Quid hic Auguſtinus? profana ſtudia a Chriſtianis etiam uſitata non tam contemnit, quam exſecratur: hoc agens phantaſticam ethnici obſervationem adſumet? Quartum omniumque fortiſſimum momentum, quod dilucidat, firmatque praecedens, hoc eſto; Magno animi dolore, fere in cinere, & cilicio poſitus vana pueritiae ſuae ſtudia, & maiorum ſuorum, ad ea impellentium caecitatem hic Auguſtinus deplorat; In huius ore, & calamo placet Scripturarum oracula, aeternaſque veritates ponere: non decepti, & decipientis hominis ſomnia.

Dicit ergo a magiſtris ſibi propinatum vinum erroris per oppoſitionem ad vinum illud, quod propinatur a Deo, de quo Pſaltes 59. 5. *Potaſti nos vino compunctionis*. Et per ſimilitudinem ad alterum, de quo Proverb. 4. 17. *Vinum iniquitatis bibunt*. *Error* autem hic late ponitur: eique diviſioni ſubeſſe poteſt, quam S. D. in Pſal. 68. ad v. 13. Serm. 5. n. 16. innuit hiſce verbis, *Vinum erroris*, *vinum impietatis*, *vinum ſuperbiae*. Vinum *erroris* propinabatur Auguſtino, hoc eſt, longae portentoſae fabulae; vinum *impietatis*, quia in iis obſcena diis tribuebantur; Vinum tandem *ſuperbiae*, quia de ſtudiis illis merito dicas cum Paulo 1. Cor. 8. 1. *Scientia inflat*; quia inflati erant magiſtri, & inflabantur diſcipuli, maxime Auguſtinus, qui ceteris palmam praeripiebat. Propinabatur autem vinum *ab ebriis doctoribus*, qui malo eodem vino ingurgitati erant.

(*m*) *Nec appellare ad aliquem iudicem &c.* = Ad quem enim? ad Patrem, qui in primis etiam religionis baſibus turpiſſime oberrabat? ad Matrem, religioſiſſimam utique, ſed ad quam non adeo exacte ſpectabat de ſtudiorum qualitate iudicium ferre? ad Magiſtros, qui eodem vino ebrii erant? ad reliquos eruditos, quorum pars maxima errabat cum ceteris? Ex illis vero, qui divina ſapiebant: qui fracti erant animi, Catonis edocti, vel ſeducti ſententia: *Rumores fuge*, conticeſcebant: qui fortis, contemnebantur.

Quod ſequitur: *Deus meus, in*

cuius

enius conspectu secura est recordatis mea, simile est illi; de quo cap. 23. P. & ita excipiendum est „ Deus meus, cui dum haec depono, Grammaticorum contradictiones nec paululum timeo.

(*n*) *Libenter &c. & sb hoc bonae spei puer appellabar*. = Ita gloriam suam decurtans Doctorum modestissimus. Quid est, *bonae spei?* altae spei. Non utcumque quod iis studiis pelliceretur: sed quod in eisdem valde proficeret. Ita enim vel ex ipso communi modo loquendi testimonium illud excipere debes. Unde Breviarum Rom. die 28. Aug. eidem sacra lectio. 4. initio: *Augustinus &c. puer docilitate ingenii aequales longe superans, brevi omnibus doctrina antecelluit*. Adeo ut longe verius ac quidam (1) de Tideo Enei Calidoniae Regis filio, dicere possis tu de Augustino,

„ Maior in exiguo regnabat corpore
„ virtus.

Et Iofeph Phavorinus (2) non de homine, sed de Facultate.

„ Quid sublime magis, quid maius
„ cernimus unquam?
„ Quid sublime magis mirata est ma-
„ china mundi?
„ Quid maius unquam spectavit sydus
„ in orbe?

C A P U T XVII.

A R G U M E N T U M.

Lamentatur se in pueritia laudis praemio, & metu dedecoris, vel plagarum inflexum in Poetica studia fuisse; iis enim quia non bonis animam maculavit: quia evanidis egregium ingenium adtrivit.



Ine me Deus meus discere aliquid, & de ingenio meo munere tuo: in quibus a me deliramentis adterebatur (*a*). Proponebatur enim mihi negotium animae meae satis inquietum, praemio laudis, & dedecoris vel plagarum metu, ut dicerem verba Iunonis irascentis, & dolentis: quod non posset Italia Teucrorum avertere regem (*b*); quae nunquam Iunonem dixisse audieram; Sed figmentorum poeticorum vestigia errantes sequi cogebamur: & tale aliquid dicere solutis verbis, quale Poeta dixisset versibus; Et ille dicebat laudabilius, in quo pro dignitate adumbratae personae, irae, ac doloris, similior adfectus eminebat: verbis sententias congruentes vestientibus. Ut quid mihi illud, o vera vita mea, Deus meus, quod mihi recitanti adclamabatur, prae multis (*c*) coaetaneis, & conlectoribus meis? Nonne ecce illa omnia fumus, & ventus? Itane aliud non erat, ubi (*d*) exerceretur ingenium, & lingua mea? Laudes tuae, Domine, laudes tuae per Scripturas tuas, suspenderent palmitem cordis mei: & non raperetur per inania nugarum, turpis praeda volatilibus (*e*). Non enim uno modo sacrificatur transgressoribus angelis (*f*).

(*a*) *In quibus a me deliramentis adterebatur*. = Adtero varias significationes habet; aliquotiens idem est ac, *frico*: *Anguillae adterunt se scopulis*. Plinius lib. 9. c. 51. Non minus frequenter, ac forte elegantius ponitur pro *frango*, vel *rumpo*: *Demissum palmitem inferior adteret*. Col. l. 5. c. 6. *Adterere au-*

(1) Statius de Tideo corpore exiguo.
(2) In laud. Medicinae lib. de Hominis excellentia 1. p. c. 12.

aures alicui. Plaut. Perf. 4. 9. 11. In posteriori sensu ab Augustino usurpatum manifestum videtur. Bene autem more suo, & gravissime; ingenium quippe, maxime excellens, & elevatum frigidis, ineptisque studiis adteritur, frangitur, perditur; quomodo si gravissimus, & sobrius homo cum pueris, & scurris insanire debeat, & aquila prope solum volitare. Nobilissimum quippe ingenium non tam imaginari appetit, quam penetrare, & tutum pedem figere. Immo quum veritas sit proprium ingenii obiectum, illi hoc inhiat, illa pascitur, illa fovetur, perficitur.

Pater Henricus Wangnereck Iesuita, qui silet in hoc capite, sicut in praecedentibus pluribus, & in sequentibus omnibus praesentis libri, huic capiti tale argumentum praefixit: *in exercitiis Scholasticis Poetas per paraphrasin reddendi studium vanae laudis incusat*. Quam mancum, imperfectumque sit, & insuper a capitis scopo exorbitans huiuscemodi argumentum sagax Lector facile adtendet; Nec etiam bardum fugiet, qui commentarios nostros discutiet, & ex illis Augustini sensa scrutabitur. Interim illud unum observamus, coepto S. Doctorem insistere, & magis, magisque Poeticarum fabularum studia contemnere; laudis autem, honorisque laureolae non eorum studiorum propria sunt, sed eruditionem omnem comitantur.

Quae quidem non eatenus Lectorem commonuimus, quasi minimam laureolam, quae ex iis notulis accedere potuit Henrico praereptam velimus; sed ut manifestum fiat, quam merito ultra commentarios, & nova argumenta his Confessionibus addiderimus.

(*b*) *Ut dicerem &c. quod non posset Italia Teucrorum avertere regem*. = Adludit ad fabulam Aeneid. lib. 1. decantatam, quam heic quoad partem potiorem, nempe a v. 38. exhibemus:

„ Vix e conspectu siculae telloris in
„ altum
„ Vela dabant laeti, & spumas salis
„ aere ruebant,
„ Cum Iuno aeternum servans sub
„ pectore volnus
„ Haec secum; me ne incepto de-
„ sistere vitam ?
„ Nec posse Italia Teucrorum aver-
„ tere Regem ?
„ Quippe vetor fatis. Pallas ne exu-
„ rere classem
„ Argivum, atque ipsos potuit sub-
„ mergere ponto
„ Unius ob noxam, & furias Aiacis
„ Oilei ?
„ Ipsa Iovis rapidum iaculata e nu-
„ bibus ignem
„ Disiecitque rates, evertitque ae-
„ quora ventis
„ Illum expirantem trasixo pectore
„ flammas
„ Turbine corripuit, scopuloque in-
„ fixit acuto.
„ Ast ego qui Divum incedo Regi-
„ na, Iovisque
„ Et soror, & coniux una cum gen-
„ te tot annos
„ Bella gero &c.

Addit autem S. Doctor: *Quae numquam Iunonem dixisse audieram*; Quanquam enim totum fere quantum est Aeneidum opus fabulis consarcinatum sit: adhuc de nonnullis a simplicioribus dubitatur. Hos autem Iunonis malos eventus, & aestus a Poeta confictos concors est simpliciorum etiam, & Gentium opinio. Quod Augustino etiam porro stomachum movit; viri enim nimis boni est dolere, & angi de eius angustiis, quem iuvare nequit; insanientis autem illi compati, qui numquam passus est. De Iunone non semel S. Doctor in libris de Civit. Dei.

(*c*) *Quod mihi recitanti adclamabatur prae multis &c.* = Iam elucescit quod dixerat cap. praeced. N. *Ob hac bonae spei &c. Multis* autem hic pro *omnibus*, qui magnum numerum conficiebant positum est. Hos autem plausus contemnit homo sanctus, remotos fines inspiciens, non ipsas victorias; quo pacto contemneremus nos Catholicum, maxime speciali caractere Deo dicatum, qui in sacris historiis hospes, profanas egregie teneret; nec enim interim retinendi felicitatem non miraremur. Minus vero propositos vincentibus plausus, coronasque incusat, & ut verius dicamus, de iis non disputat: illud unum contendens, inania esse, nec flocci habenda studia Poeticorum somniorum. Unde sequitur, *Nonne ecce illa omnia fumus, & ventus?* Ac si ita disputaret: Non ego vincentibus laudes eripio, quin potius de illis nec ago; sed quoniam certaminis bonum ex fructu pensatur: Quid plaudis inquio, Duci equidem strenuo feliciter arcem fortissimam expugnanti: quam tamen expugnationem nullum bonum sequetur? Quid venatori, qui tuto quidem iaculatur, sed in noctuam, aut vespertilionem?

(*d*) *Ita ne aliud non erat, ubi &c.*

&c. = Colligit plura quae dixit: & in propatulo ponit ſe id unum, ſtudiorum nimirum qualitatem inſectari; & id maxime penſandum inculcat quod nos in antecedentibus inculcabamus, honeſtorum librorum copiam eſſe, in quibus aeque ac in Poetarum fabulis, aut ſoedis, aut impiis, aut phantaſticis ingenium exerceatur. Ceterum quod ſequitur, *Laudes tuae Domine, laudes tuae per Scripturas tuas*, ceu admodum bonum, non quaſi neceſſarium inducitur: ſitque magnus tranſitus a ſtudiis malis ad optima; ſed quid aliud adtendere poteras a viro religionis ſummae, a terrenis mirum in modum avulſo? ſi autem tu Chriſtiane, qui Deum times, ſed non in eo, in quo Auguſtinus culmine ſanctitatis es, nequeas adeo curioſitatis tuae fluctus confringere: cur non ſaltem proſanos eos Scriptores ſeligis, qui nec in divinitatem ſunt impii, nec foeda honore commemorant, nec tot phantaſticis narratiunculis, portentoſiſque ſomniis indulgent, quae pectus commaculant, caput autem laedunt?

(*e*) *Suſpenderent palmitem &c. turpis praeda volatilibus.* = *Ideſt*, addunt in laterali margine Benedictini, *aereis poteſtatibus*. Quod monitum ipſis eiſdem verbis repetunt Bollandiſtae cap. 2. ſigno, *f*. Ita quidem, ut innuunt verba ſequentia, *non enim uno modo &c.* Eſt autem agregia metaphora, cor pomis, aut uvis comparans; quemadmodum enim poma, vel uvae mediis palmitibus ſuſpenduntur ſuper ligna, & ita magis excreſcunt, & conſervantur; ſic palmes cordis noſtri per laudes Domini in Scripturis ſuſpenderetur, conſervaretur in bono, praeſervaretur a malo. At vero ſtultis Poetis incumbens ſimilis eſt uvae palmiti, ſubſtentaculo deſtituto, qui huc, & illuc rapitur, hoc eſt inaniter ſerpit: ſitque uva praeda volatilibus; ſic enim ille ſit praeda aereis poteſtatibus, dum eius cor per Poetarum aut obſcena, aut nimis phantaſtica rapitur. Adludit autem S. Doctor, non quidem exacte, ſed tumultuarie, & a longe ad illud Pſal. 78. v. 2. *Poſuerunt morticina ſervorum tuorum eſcas volatilibus caeli*; & alterum Matt. 13. *Ecce exiit qui ſeminat ſeminare: & dum ſeminat, quaedam ceciderunt ſecus viam, & venerunt volucres caeli, & comederunt ea*; a v. 3. quod & Mar. 4. & Lucae 8. Volucres autem ut ipſe Salvator expoſuit, daemones ſunt. Ceterum morticina Servorum Dei inſigni gloria poſita ſunt tanquam eſcae volatilibus caeli; ſtudens malis Poetis ſit praeda *turpis* metaphoricis volatilibus.

(*f*) *Non enim uno modo ſacrificatur tranſgreſſoribus angelis.* = Quis, inquies, iſtud ignorat, aut unquam inficiatus eſt, non uno modo ſacrificari tranſgreſſoribus angelis, hoc eſt non uno modo peccari? Ego vero non ita obviam cenſeo Auguſtini ſententiam; Immo ſcatere myſteriis compertum habeo: licet anceps ſim quali praecipue. Nam vel S. D. heic ita ſe colligit, ut eorum omnium, quae hucuſque contra Poetarum ſtudia iaculatus eſt, velut corollarium deducat? aut loquitur cohaerenter tantum ad ea, quae in hoc capite poſuit? Si primum, de idololatria intelligendum cenſeo: neque enim uno modo tranſgreſſoribus angelis, hoc eſt falſis diis, in quibus daemonis (1) latitant, ſacrificatur, ſeu offeruntur adorationis tributa; Quanquam enim Fidelis appelleris, unius, veri, & vivi Dei exiſtentiam credens: adhuc tamen Poetis incumbens, annonne quaſi idololatria paululum macularis, dum tam ſerio effictorum numinum potentiam adtollis, actiones, verba ceu oracula veneraris, pietatem praedicas, malaſque ſortes deploras? Si vero poetica illa tantum perſtringat, quae paulo ante commemoravit; aut nimis preſſe de Iunonis ira, ac dolore mendacia intuetur; aut magis expedite, ſomnia, & phantaſmata? In priori hypotheſi ſacrificatur diabolo, qui primus veritatis hoſtis, nedum de formalibus, ut profundae meditationis Theologi obſervant, ſed & de materialibus mendaciis, ſeu erroribus nonnihil ſibi complacet; Altero autem modo etiam ſacrificatur diabolo: qui primo quidem hominem ad ſuperſtitioſam religionem pellicit: at in hoc deſiderio fruſtratus: & illud gratum habet, intellectum praeſtantiſſimam eius potentiam per chimaeras, & ſomnia laxari, & diſperdi.

I. Et haec Auguſtinus, & nos eius prementes veſtigia in Poetas nimis mendaces, phantaſmatumve nimis amicos: maxime vero in impuros, & obſcenos: quos Ethnici ipſi honeſtiores, & quidem Poeſi addicti inſectati ſunt; ut Perſius Satyra prima a v. 12. *Quid faciam? ſed ſum petulantis ſplene cachinno*: uſque

(1) *Omnes dii gentium daemonia* Pſal. 95. 5.

ad: *En pallor, seniumque! o mores &c.* Hunc ex profanis Poetis, utpote modestum, immo obscenorum hostem acerrimum pueris, & adolescentibus legendum proponerem; nisi illud viderem, quantum lascivi Poetae animam laedunt, tantum Persium latentibus nimis, abstrusissimis suis involucris, & aenigmatibus hominum etiam eruditissimorum defaticare intentionem, & caput obtundere. Non me latet plures obscurissimum opus eruditis planis commentariis dilucidasse, vel dilucidare conatos; sed quid mibi, inquiet aliquis, in te ariolo Persium ridentem legere, quem in alio, ac etiam in meipso videre possum plorantem? Adeo ille, tum si sententias, tum si phrases, tum si verba intuearis, ambiguo loquitur. Quae & de nonnullis (1) Aristotelicorum voluminum partibus dici possent. Et en mala sors ab ipso Poeta praenunciata: aut a nemine, aut a duobus sua carmina lectum iri: *Quis leget haec? min, tu istud ais? nemo Hercule, nemo? Vel duo, vel nemo: turpe, & miserabile; quare?* Sat. 1. v. 2. & 3. Quanquam ipse momentum longe diversum inspexerit; quod scilicet non, ut alii, mollibus phrasibus vana superba capita demulsurus esset, sed mordacissimis salibus perfricaturus. At venia illi, subsumunt alii; quid enim non secretiora latibula quaereret homo, qui tam acriter Romanorum magnatum vanitates, & vitia: potissimumque Neronis truculentae bestiae perstringebat, insectabatur?

Volaterris antiqua Etruriae urbe ex nobili familia, adhuc fortassis ibi vigente natus Aulos Persios Flaccus: post aetatis annum 12. Romam profectus, ibi totum sese studiis addixit: ibi hominum doctissimorom consuetudine floruit, ibi sex Satyras scripsit: ibi tandem stomachi dolore tortus vivere desiit: hoc est via Appia in suo rure, ab Urbe octo passuum millibus dissito, die 24. Novembr. aetatis suae 29. Rubrio Mario, & Asinio Gallo consulibus.

C A P U T XVIII.

A R G U M E N T U M.

Variis conceptibus, atque phrasibus caecitatem, insaniamque deplorat Grammaticorum quorumdam, qui in verborum delectu, scriptione, enunciatione ad superstitionem usque diligentissimi: quae Dei honorem, & gravissimum aeternae salutis negotium concernunt omittunt, & minimi habent. Quorum alte gemit documentis, & exemplis se puerum sensim ad iniusta, & obscena pellectum.

I. Uid autem mirum, quod in vanitates ita ferebar, & a te, Deus meus, ibam foras, quando mihi imitandi proponebantur homines, qui aliqua facta sua non mala si cum barbarismo (*a*) aut soloecismo enuntiarent, reprehensi confundebantur: Si autem libidines suas integris & rite consequentibus verbis copiose ornateque narrarent, laudati gloriabantur? Vides haec Domine, & taces, longanimis, & multum misericors, & verax (*b*). Numquid semper tacebis? Et nunc eruis (*c*) de hoc immanissimo profundo quaerentem te animam, & sitientem delectationes tuas, & cuius cor dicit tibi: Quaesivi vultum tuum, vultum tuum Domine requiram. Nam longe a vultu tuo, in adfectu tenebroso (*d*). Non enim pedibus, & spatiis locorum itur abs te, aut reditur ad te. Aut vero filius ille tuus minor, equos, aut currus vel (*e*) naves quaesivit, aut avolavit penna

(1) V. lib. de Incert. Scientiarum c. 9. de Metaphysica.

na viſibili, aut moto poplite iter egit, ut in longinqua regione vivens prodige, diſſiparet quod dederas proficiſcenti? Dulcis pater, quia dederas: & egeno redeunti dulcior (*f*). In adfectu ergo libidinoſo, id enim eſt tenebroſo, atque id eſt longe a vultu tuo.

II. Vide Domine Deus, & patienter, ut vides, vide, quomodo diligenter obſervent filii hominum pacta litterarum & ſyllabarum, accepta a prioribus loquutoribus: & a te accepta aeterna pacta perpetuae ſalutis negligant! ut qui illa ſonorum vetera placita teneat aut doceat, ſi contra diſciplinam grammaticam, ſine adſpiratione primae ſyllabae, ominem dixerit, magis diſpliceat hominibus quam ſi contra tua praecepta hominem oderit, cum ſit homo. Quaſi vero quemlibet inimicum hominem perniciofius ſentiat, quam ipſum odium, quo in eum irritatur (*g*); aut vaſtet quiſquam perſequendo alium gravius, quam cor ſuum vaſtat inimicando. Et certe non eſt interior litterarum ſcientia, quam ſcripta conſcientia (*h*), id ſe alteri non facere, quod nolit pati. Quam tu ſecretus es, habitans in excelſis in ſilentio, Deus ſolus magnus (*i*)? lege infatigabili ſpargens poenales caecitates ſuper (*k*) illicitas cupiditates! Cum homo eloquentiae famam quaerit, adſtans ante hominem iudicem circumſtante hominum multitudine, inimicum ſuum odio immaniſſimo inſectans, vigilantiſſime cavet, ne per linguae errorem dicat, inter hominibus (*l*), & ne per mentis furorem hominem auferat ex hominibus, non cavet.

(*a*) *Quando mihi imitandi &c. ſi cum barbariſmo &c.* = Manifeſtum eſt ſingula adtente legenti mala praeceptorum monita non adeo pruprie excipienda eſſe: quaſi quod omnino, & expreſſe ad mala incitaverint; nec enim eouſque honeſtate, & ratione exutus illos arbitramur. Sed quum elegantes Scriptores, quanquam ubſcenos proſequerentur laudibus, barbaros autem etſi modeſtos ludibriis; quum barbariſmos, ac ſuloecifmos acribus flagellis ulciſeerentur: obſcenis conniverent, & indulgerent; quid, ſilente lingua, facto, diſciplinaque praedicabant, niſi magis curandum eſſe de Grammaticorum quiſquiliis, quam de graviſſimis Dei praeceptis?

II. Hic autem vix non digredimur in fatuos quosdam, deceptos, cachinnis, & plurimis poenis digniſſimos, qui non equidem doctrina, ſed facto levibus poſthabent gravia peccata? qui inquam facto ſuperbiam, ambitionem, rancures, malignas machinas, & ſimilia nun eo incuentur horrure, ac paululum liberas facetias quasdam, prufuſiurem riſum: & quud magis mireris, quarumdam in ſpeciem piarum uſtentationum neglectum! o iura! o capita! o pius! o ſanctitaris amicos! o novos Scribas, & Phariſaeus! Recolc increpationes acerrimas Salvaturis Matth. 15. a v. 1. uſque ad 20. & 23. a v. 23. uſque ad 39. & Lucae 11. a v. 38. uſque ad 43.

(*b*) *Vides haec Domine, & taces longanimis, & multum miſericors, & verax.* = Ex tribus Pſalmorum uraculis, ſimul iunctis Deum adloquitur: *Haec feciſti, & tacui:* Pſal. 49. v. 20. *Dominus longanimis, & multum miſericors.* Pſal. 102. 8. *Dominus Deus miſerator, & miſericors &c. & verax.* Pſal. 85. 15. Videamus ergo quid ad ſingula uracula habeat. S. D. ſuu loco, ſcilicet in expoſitione Pſalmorum; ad primum; *Quid eſt, tacui? a vindicta ſuſpendi, ſeveritatem meam diſtuli, patientiam tibi prolongavi, poenitentiam tuam diu expectavi.* Ad alterum: *Quid tam longanimum, quid tam multum in miſericordia? peccatur, & vivitur: accedant peccata, augetur vita &c.* Ad ultimum: *Quia verax, da poteſtatem puero tuo: tranſeat tempus patientiae, veniat tempus iudicii.*

Ex quibus ipſius praeſens Auguſtini ſententia ita dilucidari poteſt; Vides Domine mala. exitioſa haec Grammaticorum deliramenta, & lunganimis, & multum miſericors a vindicta te contines: non ita tamen ut quaſi ſtupidus nec quidem de ea cugites, ſed ſuſpendis, & in upportunius tempus prolatas. Ad qaurum maiorem lucem, & vim

ſub-

ſubſumit : *Numquid ſemper tacebis?* ad illud Iſaiae 65. 6. adludens, *Non tacebo, ſed reddam, & retribuam in ſinum eorum*; ac praecipue ad alterum eiusdem 42. 14. *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui: ſicut parturiens loquar, diſſipabo, & abſorbebo ſimul.* Ubi ipſe legere ſolet, *Tacui, numquid ſemper tacebo?* ut Serm. 47. de Ovibus &c. (Alias, in tomo 9.) c. 3. n. 4. & in Pſal. 34. ad v. 22. n. 12. Sed utraque lectio eamdem ſententiam complectitur.

(c) *Et nunc eruis &c.* = Sequimur Benedictinos, qui inquiunt in imo margine. „ Am. Er. & Lov. *& non eruis.* „ Sed melius longe Bad. Am. & MSS. „ praecipui, *Et nunc eruis.*] Ita etiam Vet. Som. Wangn. & MSS. Duodecim. Et quidem merito; ſic enim obvius eſt ſenſus. At ſi mavis alteri lectioni, quam non contemnimus, adhaerere, huncce ſenſum habeto; Quoniam Domine iuſtus, & misericors es, ad nullum extremum declinabis; numquid enim quoniam iuſtus es, ſemper tacebis, & de vanitatibus his nunquam poenas exiges? numquid ſi adeo miſericors, non erues de immaniſſimo profundo quaerentem te animam &c. Quaſi interrogatione bis adpoſuiſſet, *tacebis?* at ſignificato plane diverſo; ut primum *tacere* eſſet ad vindictae: alterum ad miſericordiae omiſſionem; Utroque enim modo in Scripturis *tacere* poſitum obſervamus: *Ne taceas, neque compeſcaris Deus*, Pſal. 82. 2. *Ad te Domine clamabo, Deus meus ne ſileas a me, nequando taceas a me:* Pſal. 27. 1. Hoc eſt, ne deſinas miſericordiam tuam exhibere, auxiliari, ſuccurrere &c. MS. Car. *Et nec eruis.*

Caeterum Auguſtini ſcopus eſt, liberis Grammaticis poenas comminari, niſi aliquando tandem reſipiſcant: & Deo gratias agere, quod ſe illis nonnihil olim ſimilem, poſt reſipiſcentiam ad eumdem Deum magna pietate clamantem a tot laqueis exemerit.

(d) *Nam longe a vultu tuo, in adfectu tenebroſo.* = Et hic cum Benedictinis ſumus, quos audire iuvat „ Apud Lov. additur, *ceſſeram* Am. & „ Er. *receſſeram.* In MS. Albinenſi ha„ betur, *in adfectu eram tenebroſo.* A„ pud Bad. vero. Am. & ceteros fere „ omnes MSS. generalior effertur ſenten„ tia abſque addito; ut intelligamus lon„ ge a Deo eſſe illos, qui ſunt in af„ fectu tenebroſo.] Nobiſcum ſunt etiam 2. MSS. Med. 3. S. Mar. unus S. Cr. Feſ. & Car. Sed tres Anglicani eiſdem Benedict. teſtibus in *Syllabo Codicum, ad quos de novo &c.* Necnon Vet. duo S. Cr. & unus Med. *nam ivi longe.* Unus Med. *longe eram.* Som. & Wangn. & Ricar. *longe a vultu tuo ieram.* Praelata lectio gravior nobis videtur, & oraculo ſimilis.

Sed cur potiſſimum e Dei vultu in adfectum tenebroſum ierat? Quia fere more Grammaticorum, quos nominaverat, non tam Deo placere, eiusque dona adſequi ſtuduerat: quam magnus videri hominibus, eorumque plauſus inanes, & inconſtantes captare; Ita enim S. Doctor ad illud Pſal. 26. 8. *Quaeſivi vultum tuum, vultum tuum Domine requiram*, quod hic ſuum fecit. „ Non e„ nim hominibus me oſtentavi, ſed in „ ſecreto, ubi ſolus audis, tibi dixit „ cor meum: Quaeſivi non a te ali„ quod extra te praemium, ſed vultum „ tuum, vultum tuum Domine requi„ ram: huic inquiſitioni perſeveranter in„ ſtabo &c.

(e) *Aut vero filius ille tuus minor equos, aut currus, vel &c.* = De quo filio Lucae 15. Hoc ad oſtendendum habet cur remotionem a Deo in adfectu tenebroſo poſuerit: & fere ad id retundendum, quod ex Davide obiici poterat, qui receſſum a Deo tot expreſſionibus impoſſibilem adſtruit: *Quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? ſi adſcendero in caelum &c.* Pſal. 138. Sed David de receſſu vero, & phyſico, Auguſtinus, de metaphorico, & morali loquitur. Numerat autem omne recedendi genus; Aut enim proprio labore, & congenita virtute moveris; & hoc iis verbis exprimit: *aut moto poplite*; Aut labore alterius, & ad motum illius; & en duae ſpecies: *equos, & currus*, ſi in terra iter agas: ſi vero in aqua: *vel naves*: ſi in aere: *aut avolavit penna viſibili*; Quanquam poſtremus hic motus, ſi a ſermonis textura digrediaris, naturalis appellari poſſit.

Ceterum ipſa Sacra Scriptura, quae phyſicam a Deo remotionem negat, moralem ultro fatetur Daniel. 3. 29. & 9. 5. & Oſeae 7. 3.

(f) *Dulcis pater, quia dederas: & egeno redeunti dulcior.* = Dulcis pater, eſſe, & vitam ad tui imitationem tribuens: dulcior, eumdem aut iuſtificans, aut redimens. Quod & Romana Eccleſia in ſacrificio Miſſae, dum aqua vino miſcetur obſervat, *Deus qui humanae ſubſtantiae dignitatem mirabiliter condidiſti, & mirabilius reformaſti &c.* Sed hoc non adeo ad Auguſtini propoſitum.

Me-

Malios ergo, & omnino ad ipſum textum; ſed in anteceſſum ot hiſtorica veritate patar ille filio proficiſcanti dulcis fuarit, & redeunti dulcior videamus. Dulcis proficiſeeuti, quia filio quanquam minori portionem tanta audacia poſcenti, non comminatus, noo reluctatus aſt: non negavit quod potuiſſet, ſed ultro conceſſit, ot dicitur Locaa 15. 12. Dulcior redeunti, quam pro eo quod mille improperiis a ſe abigeret: ut dilectiſſimum filium effuſo fiau, & quam humaniſſime excepit: aique talia exhibuit, qualia aiteri, & quidem maiori, & da ipſo patre optima merito nunquam axhibuarat; Meditara eiuſdem cap. hiſtoriam a v. 20.

Sic Pater caalaſtis dulcis initio Auguſtino, quam e Monnica ſanctiſſima ſemina naiei, & in Chriſtiana pietate eautriri voluit. Duleior Auguſtino e ſaeculis vanitati us redeunti, quam tot caeleſtibus chariſmatibus d tavit, quibus nac plures ax illis, qui in ſemal ſuſcepta innocentiae ſtola conſtantiſſima perſtitaruat. Mamento varborum Salvatoris Matth. 18. 3. & Lucaa 15. 7. & ſcias Angelum Paciucchelli Ordinis Praadicat. & alios doctos viros omni argumantorum genere oſtendere, in pluribus doctibus poanitentas ſupra innocantas eminere. Sed de ſimili argumanto infra lib. 8 c. 3.

Quod autem ſeqoitur: *In adfectu erga libidinoſo, id enim eſt tenebroſo, atque id eſt, longe a vultu tuo*: manifeſtum aſt, ponitur qua per metaphoram humanarum diiectionum: com enim quemquam amamus, ab illios vulto nos raptos dicimus: Quia igitur Auguſtinus puer magiſtrorum diſciplinae, & axemplis inſiſtens, non admodum curans Deo, foedis Poetis inhiabat: raceſſerat a voltu Dei in adfectu tenebroſo.

Quod tamen iudicium lo cdce commantaril D. Iſtum minime prorſos infringit. Auguſtinus anim com aiis Grammaticis non tam Deo, qoam hominibus placara ſtudoit; qoo factum aſt, ut Grammaticorum foeditatibus pelliearetur: & ſic geminis ſara momentis a lucidiſſimo Dai vultu removeretur, adcederetque ad tenebroſum.

(*g*) *Quaſi vero &c. quam ipſum odium, quo in eam irritatur.* = Cur adeo ſoloeciſmos, & barbariſmos caves: non ita varo peccata, max ma quaa in legem aeternam patraatur? Quid in te poterunt Grammatici facti inimici? timas ab illis te irriſum iri? at longe peius ſi propter peccatum irridearis a Deo; timas in corpore parditum iri? at peccatum & corpus, & animam in aeternum perdat; Fere anim Auguſtinus ad illud Salvatoris Matth. 10. 28. adludit: *Nolite timere eas qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed potius timete eum, qui poteſt & animam, & corpus perdere in gehennam.*

Quod autam addit: *aut vaſtet quiſquam perſequendo alium gravius, quam &c.* idam confirmat, iunctiſque duobus extremis, ſententiam complet: quaa integra ſic axpedita reddi potaſt: Potius Grammaticorum cenſuris ſubiici times, quam peccato? Gravius ab hoc, quam ab illis confodieris; & ipſemat tuus hoſtis ſaavitia longe ſurentiori cor ſuum, ac ta vaſtabit.

(*h*) *Et certe non eſt interior litterarum ſtientia, quam ſcripta conſcientia.* = Expouit hunc locum *Pherepenas*, dicens: *Reſpicit Auguſtinus ad Rom. 2. 15. ubi dicuntur Ethnici oſtendere opus legis, ſtriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum.* Vah inſignem, altiſſimum commentarium, nonniſi ab homine reconditaa aruditionis ferendum! Et hic non equidam docti, ſed boni iodicii Lectorem appallamus; Nos etiam aliquotians non adao abſtruſa quaedam axponimos; ſad quid mirum? ii ſumus qui ab Auguſtiniana doctrina rapti, ipſos fere apices adnotamus. At *Pherepenam* per tot capita obmoteſcentam, tamque implexas difficultates diſſimolantem, pro grammaticali tantum varbo extollando, aut meridianae luci luca conciliianda, tam alto ſupercilio calamom arripiantem quis ooo planis buccis daridebit?

Loquitor ergo Auguſtinus de ea laga, quam ſublatis etiam nadum Eccleſiae, vel Doctorum, ſad ipſius Dai poſitivis declarationibus, atqua praeceptis, cordis ſtimolis deprehendaremus; & adducit velut in examplum: *Id ſe alteri non facere, quod nolis pati.* Quod lam honeſtorum hominum ore tritum aſt, & factum valut adagium; quodqoa olim a Tobia morti proximo c. 4. v. 16. filio ineolcabatur: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias*; & a Dai Filio Matth. 7. 12. & Lucae 13. 14. conctis hominibus: *Omnia ergo quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis: haec eſt enim lex, & Prophetae.* Quod eſt idem ac illud: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*, Matth. 22. 39. Haec quidem ad maiorem daclarationem; nam gentes, Paulo teſte loco a *Pherepeno* laudato a v. 14.

v. 14. *Naturaliter ea, quae legis sunt faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex; qui ostendunt opus legis, scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum.*

Unde Isocrates ethnicus Atheniensis orator celeberrimus, Monitorum, quae ad calcem Orationis tertiae Nicoclis Cypriorum regis nomine scriptae, adposuit tertio: *Tales vos convenit esse adversum alios, qualem erga vos me esse optatis.*

Eiusdem naturalis legis scriptae in cordibus nostris mentionem habet Augustinus infra lib. 2. c. 4. At vero de ea diserte agit in Psal. 57. ad v. 2. n. 1. & in Psal. 118. Serm. 25. ad v. 119. n. 4. Videre poteris etiam, si placet, Ambros. Epist. 41. ad Iren. 73.

(·) *Quam tu secretus es, habitans in excelsis in silentio, Deus solus magnus.* = Fortassis illud Pauli intuetur: *Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* 1. Tim. 6. 16. Inquit, *in silentio*, tali egregia metaphora lucem inaccessibilem signans: & throni, ac Sedentis maiestatem, cui trementes, ac facies velantes suas Cherubim, atque Seraphim inclinantur. Sed quorsum talia? Quoniam dicturus est de secretissimis Dei consiliis, quibus mali homines occulte in ipsis peccatis flagellantur.

(k) *Lege infatigabili spargens poenales caecitates super &c.* = Lege constantissima illicitas cupiditates castigans intellectus, maxime eius quem practicum dicunt hebetudine, tenebris, deliramentis: *Audite audientes, & nolite intelligere: Excaeca cor populi huius &c.* Isaiae 6. a v. 9. *Excaecavit enim eos malitia eorum.* Sapient. 2. 21. *Dedit illis Deus ... oculos ut non videant, & aures ut non audiant.* Rom. 11. 8. Quod tamen non ita fit, quasi Deus in hominem ipsas prorsus subfundat tenebras; sed illustrationes suas subducens, ex qua subductione homo ut ex solis occasu orbis tenebris capitur. De quibus tenebris, hominem frequenter ad quamdam insaniae, & delirii speciem ducentibus fuse, & egregie Angelus Paciocchellius ordinis S. Dominici Magister gravissimus.

Etsi vero non de quocumque peccato, sed de mala cupiditate: puta qua vani Grammatici populi auram ambiunt: aut etiam si mavis, suavitates, atque titillationes e putidis fabulis emergentes Augustinus loquatur; Adhuc concupiscentiae nomine peccatum omne intueri videtur: ut Epist. 1. Ioann. c. 2. v. 16. dicitur: *Quoniam omne, quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae: quae non est ex Patre, sed ex mundo est.*

Si autem de concupiscentia speciali, maxime quae Veneris scholam sapit sermonem habeat, non minus, sed potissimum vera sunt quae de tenebris habet. S. Gregorius Nazianzenus in laudem Cypriani martyris Orat. 18. *Libido tantam vim habet, ut sapientes alioquin viros furore afficiat, deteriusque sentire cogat: equi petulantis, & indomiti more secum arripiens.* S. Isidorus Pelosiota lib. 1. ep. 135. *Si carnis tuae cupiditas adversum te furit, ac rapido impetu fertur &c.* At res ratione, auctoritate, & experientia manifestissima non est cur longo sermone tractetur.

Haec autem sententia eam confirmat, cuius etiam est pars, quam in 12. capitis calce tulerat: *Iussisti, & sic est, ut poena sua sibi sit omnis inordinatus animus.* Quae vero sequuntur caecitatem illam iterum magisque stabiliunt, & explicant.

(l) *Ne per linguae errorem dicat: inter hominibus.* = Ita omnino legendum est, ut etiam Benedictini, qui „ Lov. „ *inter homines*. Patet legendum esse „ cum MSS. inter hominibus, vel sine „ aspiratione, *inter omines*. Quod Augu- „ stinus in exemplum affert locutionis „ incongruae, & cavendae.] Nobiscum sunt etiam Am. Er. Som. Wangn. unus MS. Med. Car. (etsi alia ratione corruptus,) unus S. Mar. (quanquam huic nova nunc mendosa lectio addatur,) unus S. Cr. At Vet. MSS. 9. mendosae lectioni suffragantur. Nec mirum tamen; cum enim amanuenses in Augustini scopum minime vigilarent: *homines*, ut arbitramur, substituerunt, quod praeposito *inter* accusativo inserviat.

Ceterum genuina lectio tribus momentis, iisque gravissimis stabilitur: quorum primum ex sequentibus verbis, *hominem auferat ex hominibus* petitur; hoc siquidem membrum, iuxta Augustini phrasim, prioris sono respondere iure, & merito censere possumus. Alterum ex ipsa disputationis natura emergit; si enim legatur, *inter homines*, qualis erit hic Grammaticae error? an forte quia sine adspiratione scribi, vel pronuntiari potest? at id iam supra in exemplum adductum fuerat: *sine adspiratione primae syllabae* ominem *dixeris*. Tertium ex lib. 2. de Doctrina Christ. cap. 13. n. 19. depromitur, ubi idem prorsus exemplum nulla codicum discre-

pan-

pantia adducitur: quem textum, utpote rei praeſenti dilucidandae admodum congruum ex integru damus. „ Nam ſoloe„ ciſmua qui dicitur, nihil aliud eſt „ quam cum verba non ea lege ſibi „ cusptantur, qua coaptaverunt qui „ priures nobis non ſine auctoritate ali„ qua locuti ſunt. Utrum enim (*bic* „ *vigila*) inter humines, au inter humi„ nibua dicatur, ad rerum non pertinet „ cognitorem. Item barbariſmus quid „ aliud eſt, niſi verbum uon ex eis litteris, „ vel ſuno enunciatum, quu ab eis qui la„ tine ante nos lucuti ſunt, euuutiari ſo„ let?] Et plura expendit inde in quorumdam Grammaticorum vanitatem. Ex quibus omnibus etiam liquet, & lectionem illam, *inter omines*, a Benedictinis oblatam prorſus reiiciendam eſſe.

Quod autem ſequitur, *ne ... bominem auferat ex bominibus*; eſt idem ac: ne homiuem auferat ex viventibus.

C A P U T XIX.

A R G U M E N T U M.

Ea, de qua dixit vanorum Grammaticorum fuligine nonnihil ſe puerum tinctum deponit. Quandoquidem elegantiae iuribus ſuperſtitioſa diligentia obſervatis, Divinis autem parvipenſis: mendaciis, nugatoriis, furtis, ambitione, fraude laureolas, puerili innocentiae deſtinatas, amiſit.



HOrum ego puer morum in limine iacebam miſer (*a*): & huius arenae palaeſtra erat illa, ubi magis timebam barbariſmum facere, quam cavebam, ſi facerem, non facientibus invidere (*b*). Dico enim, & confiteor tibi, Deus meus in quibus laudabar ab eis, quibus placere, tunc mihi erat honeſte vivere. Non enim videbam voraginem turpitudinis, in quam proiectus eram ab oculis tuis. Nam in illis iam quid me foedius fuit, ubi etiam talibus diſplicebam, fallendo innumerabilibus mendaciis & paedagogum, & magiſtros, & parentes, amore ludendi, ſtudio ſpectandi nugatoria, & imitandi ludicra inquietudine (*c*)? Furta enim faciebam de cellario parentum, & de menſa; vel gula imperitante, vel ut haberem, quod darem pueris, ludum ſuum mihi, quo pariter utique delectabantur, tamen vendentibus. In quo etiam ludo fraudulentas victorias, ipſe vana excellentiae cupiditate victus, ſaepe aucupabar. Quid autem ram nolebam pati, atque atrociter, ſi deprehenderem, arguebam, quam id quod aliis faciebam (*d*), & ſi deprehenſus arguerer, ſaevire magis (*e*), quam cedere libebat? Iſtane eſt innocentia puerilis? Non eſt, Domine, non eſt (*f*), oro te, Deus meus. Nam haec ipſa ſunt, quae a paedagogis & magiſtris (*g*), a nucibus, & pilulis, & paſſeribus, ad praefectos, & reges, aurum, praedia, mancipia: haec ipſa omnino, quae ſuccedentibus maioribus aetatibus tranſeunt, ſicuti ferulis maiora ſupplicia ſuccedunt. Humilitatis ergo ſignum (*b*) in ſtatura pueritiae, Rex noſter probaſti, cum aiſti: Talium eſt regnum caelorum.

(*a*) *Horum ego puer morum in limine iacebam miſer*. = Nonnulli codices, ut Fr. & Wangn. Ricar. Car. *Horum ergo*. Manifeſto lapſu; Auguſtinus enim prologo luco vanitatibus Grammaticorum praeiactis; uunc primum ſubſumit, iis ſe implicatum; adeoque non eſt cur dicat *ergo* quaſi eamdem vanitatis ſuae hiſtoriam proſequeretur.

Adludit autem fortean S. D. allegorice

gorice ad claudum, ad Templi limina positum, de quo Actor. 3. 2. *Et quidam vir, qui erat claudus &c. quem ponebant quotidie ad portam Templi &c.* Inquit, *in limine*, ut insinuet, non quidem se totum vanitatibus iis immersum: sed puerili levitate eas in seipso velut in parva sphaera quibusdam lineis deformavisse, adumbrasse.

Nisi mavis dicere, limen non pro domus principio, & ingressu ab Augustino positum: *Pendentia linquit — Vela domus, & adhuc virides in limine lauros*, (vel ramus.) Iuvenalis Satyra 6. 226. & 227. ut etiam eadem Sat. v. 47. Sed pro stadii signis, atque cancellis, unde stadiodromi cursum auspicantur: *Signoque repente — Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt*. Virgil. 5. Aeneid. Unde addit: *Et huius arenae palaestra erat illa &c.* Arena hic pro loco certaminis ponitur: *Parthorum obsides per arenam mediam ad spectaculum induxit*. Sveton. in Aug. Palaestra autem pro ipsa lucta: *sed indicat ipse motus didicerint ne palaestram, an nesciant*. Cic. de Orat. Fitque integer sensus: Horum ego morum, seu, pravae consuetudinis in signo iacebam miser, stadiodromi instar cursum ambiens; Huius autem arenae lucta, cursus in hoc stadio faciendus erat: Magis barbarismum, vel soloecismum cavere, quam peccatum &c.

(*b*) *Quam cavebam, si facerem, non facientibus invidere.* = Huc peccaturum velut exemplum ponit: Non facientibus barbarismum invidere. At quantum, & quale sit hoc peccatum aliorum sit iudicare. Equidem viro sanctissimo culices videbantur cameli.

Nec vero censendum est peccati huius materiam Augustino oblatam: qui ex strenuissimis luctis, ut supra visum est, puer bonae spei appellabatur, & commilitonibus omnibus palmam praeripiebat; sed per hypothesim loquitur: facile nempe, & citra scrupulum materia data invidia motum iri. Aut etiam de motibus praeparatis loquitur, ut nonnunquam lapsum timens, non cadentibus invideret: Quo pacto nauta paululum turbatis undis, quasi de facto naufragio dolet, & in littore positis invidet.

(*c*) *Et imitandi ludicra inquietudine.* = Er. *ludricam inquietudinem*. Cui ceteri codices omnes, quos viderimus, refragantur. Puerorum inquietudinem ludicram appellat; quid enim tam ludicrum, hoc est leve, & ridiculum, quam tantopere inquietari, & commoveri, ut nugatoria, ineptosque lusus imiteris? Iuxta *Erasmi* lectionem quod erat actionis modus; censendum erit illius obiectum; ut mentiretur Augustinus amore imitandi pueriles lusus qui ut in plurimum sunt ludicrae, leves, & ridiculae inquietudines, videlicet motus, & saltationes. MS. Car. *imitandi ludicra inquietabam*.

(*d*) *Quid autem tam &c. quam id quod aliis faciebam?* = Dixerat vana excellentiae cupiditate, hoc est ad captandam gloriolam, fraudibus etiam in lusibus se aucupatum esse victorias; Nunc autem ut malitiae, si quae fuit, horrorem addat, subsumit, quod licet ipse aliquotiens fraudibus uteretur, collusores tamen si aliquando eas adsumerent, non aequo, sed aegerrimo, & irato animo ferret. Sic iam proverbium est, quemlibet in propriis caussis clementiam, in alienis laudare iustitiam: *La misericordia in casa propria, la giustizia in casa d' altri*.

(*e*) *Et si deprehensus arguerer, saevire magis &c.* = Tertia circumstantia fraudibus malitiam addens. Quum victorias in lusibus etiam fraudulentas aucuparetur: in dolo ipso aliquando deprehensus, pro eo quod confusus haereret, & iniustitiam exprobranti pronus cederet: aut detectam fraudem fallaciis, atque obtentubus conabatur involvere, aut redarguentem conviciis, & minis propulsabat. Ex quibus liquet, contemnendos omnino eos, qui cedere cum diphthongo (*caedere*) hic scribunt.

(*f*) *Ista ne est innocentia puerilis? Non est, Domine, non est.* = Id & ego quoque fateor. At vir humilitatis, atque poenitentiae, dum ex omni parte materiam advocas, qua salutari pudore subfundaris, & expiscaris pilum in ovo, nimis haec ista amplificas, & in te puerilem aetatem deprimis. At quid mirum, si & infantiam in praecedentibus ad iudicium deduxisti? quam velis nolis, & in aliis, & in te puram, innocentem, amabilem praedicamus. Pueritiam vero non adeo indiscriminatim, & tuto commendamus; sed & ipsi suum honorem deferimus; tum quod plerumque, & cum res suis ordinibus congruunt, infantiae innocentia in pueritiae sinum fida manu deducatur; tum quod languentem innocentiam malitia insequatur nec adeo perversa, & obstinata, nec machinarum conscia; tum denique, quia utut sit de re patrata, ea nec a tanto animi livore exsurgit, nec adeo gravi, exactoque iudicio deprehenditur, nec altiori voluntatis dominio imperatur. Quin immo vix est aliqua mala in pueris actio, quae non aliqua innocentia inter-

interfecetur; ut vix est laecto aestivo tempore turbida dies, quae non alternis vicibus componatur: aut densa nubes, quae solis radiis aut non disgregetur, aut non involvatur.

Nec quidquam in pueritiae gloriam extundi censes ex dulci, blandaque dilectione illa, qua Dei Filius similis factus nobis parvulos aut oblatos excepit, aut semotos ad se provocavit pellexit? *Et offerebant illi parvulos, ut tangeret illos: Discipuli autem comminabantur offerentibus; quos cum videret Iesus indigne tulit: & ait illis; Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos, talium enim est regnum Dei &c. Et complexans eos, & impones manus super illos, benedicebat eos.* Mar. 10. a v. 13. Recole etiam quae habentur Matth. 18. a v. 2. & 19. a v. 13. & Mar. 9. a v. 35.

(g) *Nam haec ipsa sunt, quae a paedagogis, & magistris &c.* = Adhuc puerilium culparum horrorem auget; quasi dicat: Eae quidem in seipsis non leves sunt, gravissimae autem in semine, seu virente; sunt enim modo tenella arbusta, inde in arbores excrescunt altissimas; scilicet eadem fere malitia, saltem quoad speciem, consistente ampliori data materia, gravissima peccata fient. In quam rem ex gradibus eleganissime disputat: *A paedagogis, & magistris &c. aurum, praedia, mancipia;* ut qui in pueritia paedagogis, & magistris: adultiori aetate praefectis, regibusque mentiatur; qui furatus est nuces, furetur & aurum; qui in pilularum ludis dolosus, qui de passeribus, similibusque aviculis non suis contendebat, fraudetur inde puta in partitione praediorum; & vel violentia, vel iniustis litibus, extortisque sententiis aliena mancipia, hoc est dominia sibi adsciscant. Alludit nempe ad illud Salomonis: *Proverbium est: Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Prov. 22. 6. Quod tamen monitum, cum prudentiae sit, de saepe, non de necessario contingentibus intelligendum est; uc in Augustino est videre, qui senex ab ea via, quam puer, quam adolescens, & iuvenis calcaverat, tantum recessit, quantum a suae nativitatis sinu recedit sol dum occumbit.

Ut autem ad Augustini pueritiam redeamus; Non est cur nugas suas tot coloribus, & piis ingeniosis fucis amplificet, diffundat, dilatet; Nugae sunt; at sine etiam lapsus non adeo leves: quid ergo? Dabo tibi Aethiopem album cum cu puerum mihi dederis ab iis malis nugis exactissimae exemtem; Sequitur proinde humano iudicio Augustini pueri famam minime laesam.

Adeo nempe sumus indociles, & pygmaei Augustinum gigantem prosternimus, tunc solummodo, quum in ipsum pro ipso certamus; Quod in hoc opere (singularis eius modestiae, haec ista tam aegre ferentis pace dictum sit) iterum, & quidem non semel contingee.

(h) *Humilitatis ergo signum &c.* = Ita profecto, ut satis innuitur Matth. 11. 25. 18. 4. Thessalon. ep. 1. 2. 7. & 1. Corinth. 14. 20. Adhuc tamen parvulus non est purum innocentiae symbolum: sed innocens, ut ita loquar, natura, quem nos virtute imitari debeamus; Vide Hilarium in 18. Matth. ab illis verbis: *Nunnisi reversos in naturam puerorum introire regnum caelorum Dominus docet; idest per simplicitatem puerilem &c.* Et quiem Christus non utcumque pueros nominavit, sed statuit in medio, sed adlexit, benedixit, amplexus est; quae omnia non puris innocentiae symbolis fiunt. Et si parvuli sunt sanctitatis velut allegoriae, & metaphorae: cur idem Christus ad Empyreum deportatus, eorum quibusdam non raro, ut Ecclesiasticae produnt historiae, seipsum in Augusti Sacrificii speciebus, seu, ut loquuntur, hostia, & albi videodum obtulit? cur per eos ceu per electa, fortunata organa tot mysteria aperuit, quorumdam malitiam, aliorum innocentiam contestatus est, adorandae Triadis oracula, decreta enuntiavit? Cur (quod nec Scytha citra compunctionis seosum audiat) cum eis post innocentissima blandimenta, lusit, risit oblectatus est? Sed & recole quid Ionae 4. a v. 10. dixerit Deus Prophetae dolenti quod suum vaticinium (quod comminationis erat, seu in quo conditio involvebatur) exitu minime impletum fuisset: *Tu doles &c. & ego non parcam Ninive civitati magnae, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram, & sinistram suam?* ut similia plura, quae vel in Ecclesiasticis, vel in profanis historiis occurrunt omittam. Denique tibi Augustine accepti esse debent qui accepti sunt ipsius Dei Matri; nec enim refragari possumus Cornelio Cornelii a Lapide Societatis Iesu Scriptori erudito, & pio in cap. 8. Proverbiorum, ad v. 17. haec ista praedicanti. „ Porro, „ omnes quidem diligentes se diligit Dei- „ para, sed maxime eos, qui mane ad „ eam vigilant, idest, pueros qui a te- „ neris illi servire incipiunt. Sicut e- „ nim Christus parvulos prae cete-

„ ris amat, dicens: Sinite parvulos „ venire ad me: talium eſt enim regnum „ caelorum, Matth, 19. ſic eosdem prae „ ceteris diligit Deipara: tom quia ipſa „ puriſſima eſt, ideoque pueros, ideſt „ puros diligit, ut eos in puritate con- „ ſervet: tum quia ipſa Chriſtum pue- „ rum tenerrime dilexit, faſciis invol- „ vit, lactavit &c. ac in eo didicit amare, „ & educare pueros: pueri enim ipſi Chri- „ ſtum puerum repraeſentant: tum &c.

Et haec in Auguſtinum velut reli-gioſo ioco de infantibus potius: vel etiam de pueris, ſed admodum tenellis, quique in prima innocentia adhuc conſiſtunt. At humillimus Pater rem ſuam curans, acre iudicium exſerit, benigna illa diſſimulat, vel quaſi ſibi mollia contemnit. Id unum ambit, ſeipſum aut puerum, aut etiam infantem utcumque carpere, & incuſare.

CAPUT XX.

ARGUMENTUM.

Ne tam altis ſuae abiectionis ſenſibus gratitudinis iura perfringat, nobiliſſimis naturae dotibus ſe ditatum candide exponit, Deoque largitori gratum animum exhibet; egregie enim formatus fuerat: ſed quum donis male uteretur, ſua culpa claudicavit.



Ed tamen, Domine, tibi excellentiſſimo atque optimo conditori & rectori univerſitatis, Deo noſtro gratias, etiamſi me puerum tantum eſſe voluiſſes (*a*). Eram enim etiam tunc, vivebam, atque ſentiebam (*b*), meamque incolumitatem, veſtigium ſecretiſſimae unitatis, ex qua eram, curae habebam (*c*); cuſtodiebam interiore ſenſu integritatem ſenſuum meorum (*d*), inque ipſis parvis, parvarumque rerum cogitationibus veritate delectabar; Falli nolebam (*e*), memoria vigebam, loquutione inſtruebar; amicitia mulcebar, fugiebam dolorem, abiectionem, ignorantiam. Quid in tali animante non mirabile atque laudabile? At iſta omnia Dei mei dona ſunt; non mihi ego dedi haec; & bona ſunt, & haec omnia ego. Bonus ergo eſt, qui fecit me, & ipſe eſt bonum meum, & illi exſulto bonis omnibus, quibus etiam puer eram. Hoc enim peccabam, quod non in ipſo, ſed in creaturis eius, me, atque ceteris, voluptates (*f*), ſublimitates, veritates quaerebam; atque ita irruebam in dolores, confuſiones, errores. Gratias tibi dulcedo mea, & honor meus, & fiducia mea, Deus meus. Gratias tibi de donis tuis, ſed tu mihi ea ſerva. Ita enim ſervabis me, & augebuntur, & perficientur, quae dediſti mihi, & ero ipſe tecum; quia & ut ſim, tu dediſti mihi.

(*a*) *Etiamſi me puerum tantum eſſe voluiſſes.* = Quanquam pueritiam meam, tot nugis levem, & peccatis inquinatam, aegre, & magna confuſione commemorem: adhuc habeo plura, de quibus tibi Domine, mei, & omnium viſibilium, & inviſibilium conditori, & conſervatori grates rependam, non ſolum ſi ad adoleſcentiam, iuventutem &c. convertam animum: ſed etſi in pueritia conſiſtam, quam inſignibus exornaſti dotibus, ſive, ut loquuntur, phyſicis, ſive moralibus.

Etſi vero S. Doctor ea dona commemoret, quae ſpecie adtenta omnibus dantur; adhuc cenſemus quoad gradum, ſive menſuram (*tantitatem* acute, etſi barbare Scholaſticus diceret) ea intueri ceu ſibi ſpecialia. Unde ver. gr. non ſimpliciter dicit, ſe memoria donatum, ſed, *memoria vigebam*: hoc eſt: florebam, pollebam, potens eram. Veritate etiam delectabatur, non ut ceteri, ſed quam maxime, ut Romaniano lib. de Utilitate credendi, cap. 1. n. 2. hiſce

ſce verbis conteſtatus eſt: *Quis non his ſollicitationibus illuceretur, praeſertim adoleſcentis animas cupidus veri &c.* de quo fuſe opportuno loco. Quibus etiam, non ſolum ingenii dotibus *puerum bonae ſpei* appellatum exiſtimamus.

(*b*) *Eram enim etiam tunc, vivebam, atque ſentiebam.* = Adſtipulamur Benedictinis, qui admonent „ Sic MSS. „ cum Editis pleriſque, ubi Lov. habet, „ *& iam tunc videbam.*] Ita etiam Vet. Am. Som. & MSS. undecim. At Wangn. *& vivebam; videbam, atque ſentiebam*. Er. cum Lov. eſt.

Noſtra lectio manifeſta ratione ſuadetur; Auguſtinus quippe generaliſſima non ſpecialia hominis bona commemorat; ea autem tria ſunt; Eſſe; in quo cum lapidibus, caelis, & elementis; Vivere, in quo cum arboribus; Sentire, in quo cum ceteris animantibus convenit.

Maxime quoniam *ſentire* hic, ut patet, ample ſumitur, quatenus omnes ſentiendi modos, ſeu quinque ſenſus, *viſum, auditum, olfactum, guſtum, & tactum* complectitur; ut ipſe Auguſtinus nonnihil innuit lib. 6. de Muſica, c. 5. n. 15. Serm. 52. de verbis Matth. 3. (Alias 63. de Verbis Dom.) c. 7. n. 18. & lib. 7. de Gen. ad Litt. c. 16. & 17. maxime vero de Gen. ad litt. l. 3. c. 5. n. 7. Hinc *ſenſibilia* ab Eruditis dicuntur quae vel cerni, vel audiri &c. poſſunt. *Senſibilia dicimus quae viſu, tactuque corporis ſentiri queant*. Lib. 8. de Civit. Dei, c. 6. circa med. Quod habet & Lib. 11. c. 27. n. 2. Quae ergo ratio Auguſtino erat ſpeciatim addere viſum? *videbam*; cur non addidit, odorabar, guſtabam &c.

Item, cur poſt videre ſequitur ſentire? *videbam atque ſentiebam*: quum magis ſit videre, quam ſentire? Quis dicat: Petrus eſt homo, inſuper animal?

(*c*) *Meamque incolumitatem, veſtigium &c. curae habebam.* = *Hoc eſt*, inquit *Pherepones*, *Dei, tuias voluntas eſt velati ſecretiſſimum vinculum, quo univerſi unitas farcta, ac tecta conſervatur. Vid. lib. de Gen. ad Litt. c. 22. ubi agit de conſervatione rerum omnium. Ceteram Platonici &c.*

Ita ineptiſſimus Spado, qui vel obmuteſcit, vel incondite modulatur: vel ſi quando non abſone vocem exſerit, extra chorum canit. Aut graviſſimas ſententias, mille dubiis implicatas ſubdola tergiverſatione omittit *Pherepones*: aut falſis ſuppoſitionibus adnotat: aut quidem cum Achilles eſt, vera proponit, ſed quae ab Auguſtini ſcopo longius aberrent! Voluntatem Dei ceu ſecretiſſimum vinculum mundi unitatem conſervare non inficias ierim. At illud citra magnum examen video, Auguſtinum ſecretiſſimam unitatem ponere, cuius *erat veſtigium, ex qua erat*, non, ex qua conſervabatur; quandoquidem hoc in ſe bonum laudat, quod curae haberet incolumitatem ſuam, quae erat veſtigium &c.

Ut igitur non, alias vera; ſed ad Auguſtini propoſitum vera dicantur, ſciendum eſt, ſeu potius ad memoriam revocandum quod in Philoſophia maiori, vel Metaphyſica paſſim docetur; unumquodque exiſtens unionem, vel unitatem per proportionem ad exſiſtentiae gradum habere: Deum autem primum exſiſtens altiſſimam, nobiliſſimam, conſequenter & ſecretiſſimam unitatem habere; quod ultra Metaphyſicos, frequentes Theologi de Schola docent: fuſe vero in tract. de Trinitate. Quibus bene penſatis, ſic Auguſtini ſententiam, maioris claritatis gratia per paraphraſim reddimus.

Meamque incolumitatem, conſervationem mei eſſe, quod eſt veſtigium, umbra imago, ſimilitudo imperfectiſſima eſſentiae tuae, quae eſt maxime una, ex qua eram (ſecunda quippe unitas eſt ex prima, ens creatum ex increato) curae habebam, amabam.

(*d*) *Cuſtodiebam interiore ſenſu integritatem ſenſuum meorum.* = Quis ſenſus ille interior, niſi ſenſus, quem Peripatheticae Scholae Philoſophi communem appellant: & acriter, vix aliquo (1) Medico in oppoſitum muſſitante, propugnant? Vide Ariſtot. lib. 3. de Anima, c. 2. & lib. de Somno, & Vigilia, c. 2. S. Thom. 1. p. q. 57. ar. 2. & q. 78. ar. 4. & q. de Anima ar. 13. Immo quemcumque Philoſophum ad manus habes in lib. de Anima.

Hunc communem ſenſum ſtatuit, atque dilucidat Auguſtinus Philoſophorum ſummus lib. 2. de Libero Arbitrio, ex quo pauca quaedam tantummodo excerpimus. Quaerit cap. 3. n. 8. ab Evodio Dialogi forma Auguſtinus, ut eum doceat. „ Quid igitur ad quemque ſenſum pertineat, & quid inter „ ſe vel omnes, vel quidam eorum co„ muniter habeant, num poſſumus ullo „ eorum ſenſu diiudicare? *Evodius*, „ Nul-

(1) Forte Galenus l. 4. de uſu partium c. 6.

„ Nulio modo: sed quodam interiore
„ ista diiudicantur. *Augustinus*. Num
„ fortasse ipsa est ratio qua bestiae ca-
„ rent? Nam, ut opinor, ratione ista
„ comprehendimus, & ita sese habere
„ cognoscimus. *Evod.* Magis nos arbi-
„ tror ratione comprehendere esse inte-
„ riorem quemdam sensum, ad quem
„ ab istis quinque notissimis euncta re-
„ ferantur. Namque aliud est quo vi-
„ det bestia, aliud quo ea, quae vi-
„ dendo sentit vel vitat, vel appetit:
„ ille enim sensus in oculis est, ille
„ autem intus in ipsa anima; quo non
„ solum ea quae videntur, sed etiam
„ quae audiuntur, quaeque ceteris ca-
„ piuntur corporis sensibus, vel ap-
„ petunt animalia delectata, & assu-
„ munt, vel offensa devitant, & re-
„ spuunt. Hic autem nec visus, nec
„ auditus, nec olfactus, nec gustatus,
„ nec tactus dici potest, sed nescio quid
„ aliud, quod omnibus communiter
„ praesidet. Quod cum ratione com-
„ prehendamus, ut dixi, hoc tamen
„ ipsum rationem vocare non possum,
„ quoniam & bestiis inesse manifestum
„ est. *Aug.* Agnosco istud quidquid est,
„ & eum interiorem sensum appellare
„ non dubito &c.] Et infra cap. *a.*
n. 10. „ *Aug.* Arbitror etiam illud esse
„ manifestum, sensum illum interiorem
„ non ea tantum sentire, quae acce-
„ perit a quinque sensibus corporis,
„ sed etiam ipsos ab eo sentiri. Non
„ enim aliter bestia moveret se vel ap-
„ petendo aliquid, vel fugiendo, nisi se
„ sentire sentiret, non ad sciendum,
„ nam hoc rationis est, sed tantum ad
„ movendum, quod non utique aliquo
„ illorum quinque sentit &c. „

Quae, pro Augustini more, quasi aliud agentia, & fere per iocum posita clare & acute sensum illum internum communem adstruunt, firmant, dilucidant, quantum vix Philosophicae scholae quaedam innumeris ambagibus, magnis voluminibus, & barbaris naeniis, quibus mentis acies non tam expolitur, foecundatur, instruitur: quam inquinatur, obtunditur, perditur. Utinam licuisset Augustino integram Philosophiam exacte, & quidem systemate, methodoque tractare; annon Pythagorae, Anaxagorae, Zenonis, Socratis, Platonis, Aristotelis, Democriti, aliorumve omnium quotquot ipsum praecesserunt de hominum memoria nomen delevisset? Nec iam scholae tot annis, totque sudoribus fructu modico, & insulso frequentarentur.

Ceterum sensum communem simul cum ratione intueri videtur S D. & lib. 11. de Civit. Dei c. 26. & 27.

(e) *Itaque ipsis parvis &c., veritate delectabar, falli nolebam.* = Et ex eo in praecedentibus pueritiam suam ad iudicium deduxerat, quod plus aequo nugis indulsisset; Nunc ad ostendendam bonam indolem, a Deo datam, observat & in ipsis parvis veritate se delectatum, tortum vero quum falli timeret. Hoc autem bonum, scilicet veritatis amorem hominibus omnibus insitum frequenter & in Confessionibus, & alibi S. D. ostendit. Quanquam, ut prima nota diximus, non quemcumque, sed specialem, & vehementem amorem veritatis in seipso agnovisse Augustinum censeamus.

Dicit autem inferius: *Haec omnia ego*: quod non significat: *Haec omnia ego habebam*; sed: Haec omnia eram ego: Augustinus erat haec omnia; quia omnia bona illa aut essentia, aut proprietates, aut qualitates, vel necessario, vel sponte suaviterque dimanantes sunt.

(f) *In creaturis eius, me, atque ceteris, voluptates &c.* = Sequimur Benedictinos, qui admonent. „ Bad. Am.
„ Er. & Lov. *atque ceteras*. Castigatum
„ est ex Arn. & MSS. *atque ceteris*.
„ Quippe hoc loco fatetur Augustinus
„ se in eo peccasse, quod voluptates,
„ sublimitates, veritates non in Deo, sed
„ in seipso, & creaturis aliis quaereret.]
Ita etiam MSS. decem. At MSS. 2. Med. tertius S. Cr. Vet. Som. Wangr, quos sequuntur Itali, *Nelle sue creature cercava me stesso, e gli altri piaceri*, reiectae lectioni suffragantur.

Quod autem S. D. inferius addit: *Tu mihi ea serva. Ita enim servabis me*: ex illo pendet, quod supra dixerat: *Et haec omnia ego*.

Et haec de primo libro. Et haec ego, qui ab adolescentiae exordiis ad annum usque aetatis trigesimum quartum corpore forte nonnihil robusto, sanissimo autem, ut videbatur; exinde, externis, & internis atque secretis curis & flagellis, languido, ac fracto, haud diuturnam vitam mihi spondeo. Faxit Numen Augustini, & Monnicae meritis, ut feliciori sanitate, ex qua etiam expeditior meditatio pendet, harum Confessionum reliqua persequar.

CON-



CONFESSIONUM
LIBER II.



ARGUMENTUM.



D annum aetatis suae sextumdecimum, adolescentiae primum progreditur; quum propter domesticam necessitatem domi a scholis feriatus, & iam sensu in mala aestuante: incoepit vanis abripi amoribus, indulgere genio, atque libidini; divinis flagellis acriter faevientibus paululum, maiorum, non pietatem, sed studia curantium, disciplina nihil retardatus; adeout sensim in lubrica iactantia, ac triumpho prosiliret. Potissimum vero, & omni amplificationis arte in furtum invehitur, non egestati, non fami consulendi: nullo denique scopo, vel in speciem bono: nisi forte potestatis, vel libertatis umbram quamdam ostentandi: & sodalibus connivendi perpetratum.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Ad Dei gloriam, suamque spiritualem profectum malas adolescentiae suae vias, inanes ac foedos amores se commemoraturum praefatur.



Ecordari volo transactas foeditates meas, & carnales corruptiones animae meae (*a*); non quod eas amem, sed ut amem te, Deus meus. Amore amoris tui facio istud, recolens vias meas nequissimas, in amaritudine recogitationis meae, ut tu dulcescas mihi, dulcedo non fallax, dulcedo felix, & secura, & colligens me a dispersione, in qua (*b*) frustatim discissus sum, dum ab uno te aversus, in multa evanui. Exarsi enim aliquando satiari inferis (*c*) in adolescentia: & silvescere ausus sum variis & umbrosis amoribus (*d*); & contabuit species mea; & (*e*) computrui coram oculis tuis, placens mihi, & placere cupiens oculis hominum (*f*).

(*a*) Et

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 59. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

(*a*) *Et carnales corruptiones animae meae*. = Duo corruptionum animae, quemadmodum & peccatorum genera sunt: carnalium, & spiritualium; iuxta materiarum, ac obiectorum diversitatem. Carnalia sunt ver. gr. *gula*, *luxuria &c.* spiritualia, *invidia*, *acedia &c.* sic pariter, oppositorum enim idem est argumentum, dividi solent virtutes; Est quippe qui se flagellis excipiat: est qui alte doleat in corde; Ille se a mensa retrahit: hic ab honoribus. Tum peccatorum, tum virtutum posterius genus aut in malo, aut in bono praefertur. Praefatur Augustinus se prioris generis peccata commemoraturum.

Non quod eas amem „ Ita Vet. Am. Er. Lov. Som. & 13. MSS. Etruriae, At MS. Tornacensis, Lovaniensibus testibus, haud male, *non quo &c.*

Amore amoris Dei haec se facturum spondet: non amore hominum, ut *Phoenepanus* per fumum impudentiam contra manifestissimam veritatem calumniatus est.

Non dixit, *amore tui*, sed *amore amoris tui*: ut insinuaret, non utcumque, & indefinite ad Dei gloriam hoc se facturum; sed ad eum amandum. Et in naturalibus enim, quum alicuius in nos clementiam, & nostram contra ipsum ingratitudinem meditamur: aut in eum amorem concipimus, aut in iam conceptο omnino aestuamus.

Eo vero, quod inde addit: *Recolens vias meas &c.* Ezechiam imitatur, qui in Cantico Isa. 38. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae*. In amaritudine autem culpas recolere, est eos cum poenitentia, & dolore meditari.

(*b*) *Et colligens me a dispersione*, *in qua &c.* = Ita Vet. Am. & passim editi nec non 10. e nostris MSS. sed Angl. MSS. 3. BB. testibus in *Syllabo coaitom*, *ad quos de novo &c.* ut etiam 2. e MSS. nostris, *& colligas me* &c.

Equidem non male: ita scilicet, ut oratio geminetur: *ut dulcescas mihi*, *& colligas me*. MS. Ricar. *colliget*.

Ceterum *colligens* iuxta communem lectionem refertur ad nomen, *dulcedo*: Ea quippe, & tanta est divina dulcedo, ut colligat nos, sive retrahat ab amore rerum creatarum &c.

Ut autem integra Augustini sententia dilucidetur, observandum est; seu ita disserendum; Cum in Deo bona omnia vel data, vel danda, & etiam quae dari, ac fingi possunt miro modo iungantur velut in fonte, ac centro; E contra vero non sint nisi bonorum umbrae, vel infelices particulae in creaturis; qui Deo omisso, in his quietem, & delicias quaerit, in multa evanescit, disperditur, & quasi frustatim discinditur; & est fatuo similis, qui a fonte aversus, in dispersis lutulentis rivulis sitim explere ambit: qui profecto sint numerosissimi, numquam ipsi fonti exaequari possunt.

Et Beati Laurentii Iustiniani Venetiarum Patriarchae, annum undevigesimum suae aetatis agentis cor erat quasi frustatim discissum, cui tamen Dei sapientia, vel Christus adparens, ipsomet teste, dulcissima adhortatione medetur. Rem apud Surium integre exhibet Bernardus Iustinianus (1) cap. 1. Vitae ipsius Beati Laurentii, post medium, his verbis. „ Annum erat natus undevigesimum, eius scilicet aetatis, in qua „ carnis illecebrae ancipitem facere solent humanae vitae viam. Dominus „ autem Iesus manum illi adhibere volens, apparuit illi, sicut ipse in eo „ libello, qui fasciculus amoris inscribitur meminit. Ipsius verba subiiciemus: Eram vestri similis, quaerens „ aestuanti desiderio pacem in rebus extrinsecis, nec inveniebam. Tandem „ quaedam Virgo sole splendidior mihi „ apparuit, cuius nomen ignorabam; „ Haec propius accedens, venusto vultu, placidoque affatu: O iuvenis, „ inquit, dilecte, cur effundis cor tuum „ & pacem sectando, per multa varia„ ris? Quod quaeris, penes me est: „ quod concupiscis, tibi polliceor, si „ tamen in sponsam me habere volueris. Quum vero nomen ipsius, „ & genus, & dignitatem scire peroptarem, se, ait, Sapientiam Dei „ esse, quae propter hominum reformationem humanam formam suscepit. „ Assensi igitur, & dato pacis osculo, „ laeta discessit.

(*c*) *Exarsi enim satiari inferis*. = Ita BB. cum Am. & suis MSS. nec non octo e nostris. Nec contemnendi tamen Vet. Am. Er. Lov. Som. & tres e MSS. a nobis visis, qui habent, *satiari in inferis*.

Inferorum metaphora tria haec, vel horum unum Augustinum insinuare voluisse arbitramur. 1. Bonum quodcumque creatum extra Deum consistens. 2. Bo-

(1) T. 1. die 8. Ianuar.

Bona quae non superiorem hominis partem, puta mentem, sed inferiorem pelliciunt. 3. Oblectamenta non honestate lucida, sed deformitate tenebrosa, ut res delitescentes in inferis. Ipse Augustinus lib. *de vera Religione*, c. 38. n. 70. *Concupiscentia carnis voluptatis infimae amatores significat*.

(*d*) *Et silvescere ausus sum variis, & umbrosis amoribus*. = Egregia metaphora! quam ut bene degustes, ex quo sit depromta in antecessum observa; Colum. l. 4. c. 11. *Nec pati vitem supervacuis frondibus silvescere*. Cicero de Senectute, c. 15. *Ne vitis silvescat sarmentis*. Quemadmodum vitis supervacuis frondibus, nimiisque sarmentis, experientia teste, silvescit, & infructuosa fit; Sic Augustinus cum non totus, & integer uni Deo adhaereret, sed per creaturarum varios amores disperderetur, silvaticus quoad amores factus est. Et haec de priori parte sententiae. Quemadmodum autem & planta umbris oppressa silvescit, ac fit sterilis: sic Augustini anima umbrosis amoribus; foedis nempe, qui a pudore, velut ab umbra teguntur. Quo quidem ex ad praecedentem sententiam datis expositionibus tertia stabilitur.

Quin immo ex his omnibus tam manifestis erit qui suspicetur, in sententia, signo B. discussa cum vite se contulisse Augustinum; vitis enim, & quaecumque planta, a trunco, a quo vegetatur, & succum trahit, dispersa, & in plura frusta discissa, evanescit, & fit sterilis: vulgo, *sfratta*: opusque inde est, ut colligatur, putetur. Sic Augustinus &c.

(*e*) *Et contabuit species mea, & &c.* = Adludit ad illud Dan. 10. 8. *Sed species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quidquam virium*. At emarcuit Daniel ex mira sancta visione: Augustinus ex peccatis, & conversatione malorum; illius corporea, huius spiritualis species, & pulcritudo contabuit. Vide etiam S. Doctorem in Psal. 122. ad v. 2. n. 6.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

Coram oculis tuis, inquit: Nam ambitiosis illis victoriis, foedis amoribus, & similibus, hominibus vanis potius, ut adsolet, spectabilis, sagax, & ingenuus visus est.

(*f*) *Placens mihi, & placere cupiens oculis hominum*. = Utrumque malum est, & unum ex altero ducitur sed non conversione. Placens sibi, cupit & aliis placere: at non semper e contra. Facilius est enim ut tibi displiceas, quam ut ceteris displicere velis. Plurimi sunt qui suam ipsorum malitiam agnoscant, vel ignorantiam: at rarissimi qui aliis mali, & ignorantes videri velint. Vidit *Phereponus*, nisi prorsus insaniit, contra Augustinum se invidiae, ac livoris malis stimulis actum; at hoc minime fassus est: quinimmo in illum blaterans, pietatis zelum, & veritatis amorem simulavit.

Ceterum omisso desiderio aliis placendi, re nimis manifeste mala; Placere sibi periculosissimum est, & ut in plurimum in malam partem a Sacris Scripturis ponitur: *Praebete aures vos, qui ... placetis vobis in turbis nationum*. Sap. 6. 3. *Debemus autem nos firmiores &c. & non nobis placere*. Rom. 15. 1. *Etenim Christus non sibi placuit*, ibidem v. 3. *Audaces sibi placentes*. 2. Petri 2. 10.

Sed quid est sibi placere: saltem iuxta nostrum propositum, & Augustini principia? sua bona, sua talenta meditari: & interim non ad Deum referre. Quod egregie edisserit S. D. in Psal. 41. ad v. 7. n. 12. & in 122. ad v. 1. n. 3.

Augustinus ergo adulescens peccavit, quod nonnihil in eximio ingenio sibi placeret; illudque ambiret ab hominibus suspici. Nisi mordicus libri scopo insistens: de iactantia in vanis amoribus, & lepidae nobilisque conversationis dotibus dicat.



A. Ch. 370.
Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

CAPUT II.

ARGUMENTUM.

Anni aetatis suae decimi-sexti limina acerbo animi dolore adtingit: & elegantissimis metaphoris pravas eius consuetudines, foedosque amores exponit; a quibus vix nonnihil seiunctus est, valide provida Numinis manu pungente: nunquam tamen prorsus avulsus; maioribus nec mussitantibus, qui non haec, sed tantum studiorum neglectum ad iudicium ducebant.

I. ET quid erat, quod me delectabat, nisi amare, & amari? (*a*) Sed non tenebatur modus ab animo usque ad animum, quatenus est luminosus limes amicitiae (*b*); Sed exhalabantur nebulae de limosa concupiscentia carnis, & scatebra pubertatis, & obnubilabant atque obfuscabant cor meum, ut non discerneretur serenitas dilectionis, a caligine libidinis. Utrumque in confuso aestuabat (*c*), & rapiebat imbecillem aetatem per abrupta cupiditatum, atque mersabat gurgite flagitiorum. Invaluerat super me ira tua, & nesciebam (*d*). Obsurdueram stridore catenae mortalitatis meae (*e*), poena superbiae animae meae, & ibam longius a te, & sinebas; & iactabar, & effundebar, diffluebam, & ebulliebam per fornicationes meas, & tacebas (*f*). O tardum gaudium meum (*g*)! Tacebas tunc, & ego ibam porro longe a te, in plura, & plura sterilia (*h*) semina dolorum, superba deiectione, & inquieta lassitudine (*i*).

II. Quis mihi modularetur aerumnam meam (*k*), & novissimarum rerum fugaces pulcritudines in usum verteret, earumque suavitatibus metas praefigeret, ut usque ad coniugale littus exaestuarent fluctus aetatis meae, si tranquillitas in eis non poterat esse, sine procreandorum liberorum contenta, sicut praescribit lex tua, Domine, qui formas etiam propaginem mortalitatis nostrae (*l*), potens imponere lenem manum, ad (*m*) temperamentum spinarum, a paradiso tuo seclusarum? Non enim longe est a nobis omnipotentia tua, etiam (*n*) cum longe sumus a te. Aut certe sonitum nubium tuarum vigilantius adverterem (*o*): Tribulationem autem carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco (1); &, Bonum est homini mulierem non tangere (2); &, Qui sine uxore est, cogitat ea, quae sunt Dei, quomodo placet Deo; Qui autem matrimonio iunctus est, cogitat ea, quae sunt mundi, quomodo placeat uxori (3). Has ergo voces exaudirem vigilantior, & abscissus propter regnum caelorum, felicior expectarem amplexus tuos.

III. Sed efferbui miser, sequens impetum fluxus mei relicto te, & excessi omnia legitima tua (*p*), nec evasi flagella tua; Quis enim hoc mortalium? Nam tu semper aderas misericorditer saeviens, & amarissimis adspergens offensionibus omnes illicitas iucunditates meas, ut ita quaererem sine offensione iocundari; & ubi

(1) 1. Cor. 7, 28.
(2) Ibid. 1.
(3) Ibid. 32.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

ubi hoc possem, non invenirem quidquam, praeter te Domine, praeter te; qui fingis dolorem in praecepto (*q*), & percutis, ut sanes, & occidis nos, ne moriamur abs te. Ubi eram, & quam longe exsulabam a deliciis domus tuae, anno illo sexto decimo aetatis carnis meae, cum accepit in me sceptrum (*r*), & totas manus ei dedi, vesania libidinis, licentiosae per dedecus humanum (*f*), illicitae autem per Leges tuas? Non fuit cura meorum, ruentem excipere me matrimonio; Sed cura fuit tantum, ut discerem sermonem facere quam optimum, & persuadere dictione.

(*a*) *Nisi amare, & amari?* = Qua putas arte id curaret? qua sorte bona, & constante obtineret? Ipsum Augustinum adtendamus lib. de Catecbizandis Rudibus cap. 4. n. 7. graphice fortassis seipsum pingentem, „ Nulla est enim „ maior ad amorem invitatio, quam „ praevenire amando: & nimis durus „ est animus, qui dilectionem si nolebat „ impendere, nolit rependere. Quod si „ in ipsis flagitiosis, & sordibus amo„ ribus videmus nihil aliud eos agere, „ qui amari vicissim volunt, nisi ut do„ cumentis quibus valent aperiant, & „ ostendant quantum ament; eamque „ imaginem praetendere affectant, ut „ vicem sibi reddi quodam modo flagi„ cent ab eis animis, quos illecebrare „ moliuntur: ipsique ardentius aestuant, „ cum iam moveri eodem igne etiam „ illas mentes, quas appetunt sentiunt. „ Si ergo & animus, qui torpebat, „ cum se amari senserit, excitatur: & „ qui iam fervebat cum se redamari di„ dicerit, magis accenditur: manife„ stum est nullam esse maiorem caus„ sam, qua vel inchoetur, vel augea„ tur amor. quam cum amari se co„ gnoscit qui nondum amat, aut reda„ mari se vel posse sperat, vel iam „ probat, qui prior amat. „ Sed qui, ut censeri potest, hac arte ingeniose usus est ad captandam feminarum benevolentiam suo damno: quam ingeniosissime usus inde est, dum Numinis amori, gratiae, consuetudini inhiaret?

Iam autem ad eas adcedimus dicendi formulas, de quibus raro laudans, semper vero laudibus amarissimas dicacitates intermiscens *Erasmus* in fine Censurae horum librorum. „ Ad haec „ dum rebus humilioribus, ne dicam „ sordidioribus, velut de infantia, de „ ephebia, de affectu libidinis, deque „ similibus verba faciens, studet iis, „ quae dicuntur, orationis honorem „ addere, veluti pudorem sententiarum „ hoc velo tegens, fit hac occasione „ nonnunquam obscurior. Verum haec „ taediola si devoraveris, reliqua cum „ maiore tum fructu tum voluptate „ perleges. „

At quid *Erasme* tibi stomachum movit? Quod Augustinus adolescentiae, & Iuventutis suae flagitia, aut nemini, aut paucis cognita universo orbi, & quidem pro saeculis omnibus manifestaverit? Cur ergo paulo ante tam insignis modestiae, & humilitatis hominem inanis gloriae, atque iactantiae fere incusabas? Quod turpitudines sublimis dictionis velo nonnihil contexerit? At aubiebas ne ita plana, obvia, effronte oratione pingi, ut pudicos Lectores offenderent: te autem sordidum, &c.

(*b*) *Quatenus est luminosus limes amicitiae*, = Ita Benedictini cum Vet. Am. Er. Wangn. & antiquioribus aliis editionibus, necnon 11. MSS. e nostris. Thomas Blasius, & Summalius: *limosus limes*. Codex Corbeiensis cum uno S. Cr. & item uno S. Mar. *liminosus limes*. Nisi quod in posteriori, nempe S. Mar. corrigente eadem manu scribitur, *lyminosus*.

Patet praeferendam esse lectionem nostram; Deplorat enim S. D. se adolescentem malia, umbrosis amoribus captum; umbroso autem quid magis, aptiusque opponitur, ac *luminosum? Ego locum aestate umbrosiorem vidi nunquam*. Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2. *Omnia aedificia luminosa ut sint, curare oportet*. Vitruv. l. 6. c. 9.

Turpia enim contegi ambiunt: adeoque *umbrosa* dicuntur. Honesta libere, & palam fiunt, & sic luminosa sunt. *Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius*. Ioan. 3. v. 20. & 21.

Unde Ioannes Palafoxius, in Hispania Oxami Episcopus, vir quantum humano privato iudicio deprehendi potest, heroicae pietatis, & Numinis familiaris, in aureo piissimo opusculo, *Pastor noctis bonae* inscripto, metaphoris castita-

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

tis domicilium cap. 13. describens, umbris illud, atque tegumentis expers offert. *Finalmente la chiarezza entrò nel Parlatorio, tutto piena di polvere, senza porta da chiudersi . . . . . eravi una gran finestra, tutta spalancata, e senza chiudende, per la quale entrava un vento, che facea gelar di freddo coloro, che vi stavano*: post initium. Quia scilicet castitas, vel pudicitia vix apertam consuetudinem, amicitiamque luminosam patitur: umbrosam vero, ac latentem exhorret.

Denique nostra, & communis lectio stabilitur etiam, atque dilucidatur ex verbis l. 3. c. 1. *Venam amicitiae coinquinabam sordibus concupiscentiae, candoremque eius obnubilabam tartarea libidine*, & l. 4. c. 9. *Nihil quaerens ex eius corpore, praeter inditia benevolentiae*.

In hoc autem uno capite tot sunt ex iis, quae, gravissimis non curatis, & ne quidem intellectis, *Pherepanus* pensat, & adnotat, scilicet bona verba Latina, & elegantes metaphorae: ut si a plurimis blasphemiis, in quibus congerendis distenditur, feriatus, vellet singula expendere, dies & mensis ei deficerent.

(c) *Utramque in confusa aestuabat*. = Idest ingenua, & lutulenta amicitia. Adeo quod non similis esset Augustinus plerique foedorum hominum, qui solum foeminae corpus concupiscentia insequuntur; sed dum mens eius ad mentem ferretur: corpus etiam in alterius corpus aestuaret. Quod & insinuare voluit repetitis vicibus iis verbis: *Non tenebatur modus ab animo usque ad animum &c. sed exalabantur nebulae &c. & obnubilabant. &c.* Quae omnia involucrum quoddam significant honestae, ac foedae amicitiae.

Iam vero non prorsus, sed tenebrarum, & lucis involucris turbato aere: possumus non temere praestolari serenum.

(d) *Invaluerat super me ira tua: & nesciebam*. = Som. *super merita tua*; Contra omnium codicum fidem, & manifestissimo errore; qui in typographos revocandus esset: nisi diversarum editionum consensus obstaret.

Ira Dei hic est subsidiorum ,; & gratiae subtractio; & ideo *invaluerat*, quia non utcumque, sed admodum Deus subtraxerat. *Nesciebat* autem Augustinus, quia malum hoc non observabat, non adtendebat: *Unde timet iratum? ne auferat quod amavit. Quid amavit? vultum tuum. Ideo hunc putat iram Domini, si avertat ab illo vultum suum &c. Ira eius non est nisi aversio vultus eius.* Ipse S. D. in Psal. 26. Enarr. 2. ad v. 9. n. 16. Vide etiam, si placet, in Psalm. 82. ad v. 16. n. 12. & in 78. ad v. 5. n. 8.

Fuse hic edisserit Augustinus, quod saepe cursim in praecedentibus dixerat. *Iussisti, & sic est, ut poena sua sibi sit inordinatus animus* l. 1. c. 12. *Spargens poenales caecitates super illicitas cupiditates*. l. 1. c. 18. Unde sequitur.

(e) *Obsurdueram stridore catenae mortalitatis meae*. = Omnino ita legendum est cum Benedictinis, qui admonent „ In Lov. Som. & Blas. *absarduerам*. Substituimus, *absurdueram* aliorum „ codicum auctoritate, necnon exigen„ te vocabulo, *stridore*, quod ad au„ res refertur. „ At circa Som. sunt decepti, eius quippe exemplaria omnia nobiscum sunt. Item mendosae lectioni suffragantur nedum 8. MSS. sed & Am. Er. Genuinam autem praeferunt Vet. Wangn. unus MS. S. Mar. optimus S. Cr. Ricar. & 2. Med.

Scribit hoc loco *Pherepones* „ Qui „ ediderant, *absardueram*, credebant, O, „ & U, hic esse mixta, ut in voce, io„ cundus pro iucundo: Respicere autem „ videtur Augustinus ad id, quod fer„ tur de cataractis Nili, ubi *Nilus prae„ cipitans se fragore auditum accolis „ aufert*, ut loquitur Plinius H. N. lib. „ 6. c. 29.

Iocundus pro iucundo ab eximiis eloquentiae Professoribus non aliquotiens, sed frequentissime ponitur. Obsordesco pro obsurdesco a nemine usurpatum vidimus; non est ergo ratio cur correctores operum Augustini tam stupendae oscitantiae incusemus.

Sed quum ea variatio pro materia minima sit: & hic plura dicantur de foedis, ac lubricis; minori stupiditate obsordescere pro foedari a nonnullis scriptum censere possumus.

Nec vero paululum simile est, Augustinum ad Nili fragorem, ad tam levem historiolam, ad nenam illam respexisse. Ad has enim adeo particulares res, quaeque adeo extra propriam materiam sunt, adlusionem fieri prorsus ad libitum dicitur: saltem cum in textu, sermonisque serie inditium nullum adpareat.

Maxime quoniam non solius Nili, sed innumerabilium fluminum casus circumstantium aures insigni obtundit fragore.

Et

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

Et tandem; Quo iure Ecclesiastici Doctoris peccata sua deplorantis sublimes metaphorae ad profanam specialem neniam trahuntur, quae tam bene, atque late Sacrarum Scripturarum oraculis quadrant? Enim vero non uno loco litterae illae hominem velut ex Adae peccato factum mancipium, vincolis, catenis detentum praedicant.

Dicit ergo Augustinus, petulantis mortalitatis, hoc est laesae humanitatis suae, cuius genio indulserat, adeo tenacibus gravibusque catenis se fuisse constrictum, ut earum stridore obsurduerit, scilicet animae pericula, tragoediasque non senserit; nec sit flagellis salutaribus, a divina providentia immissis concussus, expergefactus. Unde inferius habet: *Nam tu semper aderas, misericorditer saeviens, & c.* Quibus non opponitor Illud: *& fuebat.* Hoc quippe innoit subtractionem gratiae efficacis; Illa autem beneficia stimulorum, sufficienter a malo somno excitantium.

Si autem quidquam edoceri expetas de mortalitatis nostrae catenis: consule ipsum Augostinum in Psal. 136. ad v. 3. n. 7. & 9. Serm. 27. de titulo, & prioribus versic. Psalm. 95. & de verb. Rom. 9. *miserebor cui &c.* contra Pelagianos (Alias, de Verbis Apust. 20.) post initium, & Serm. 30. de verb. Psal. 118. *Gressus meus dirige &c.* & Rom. 7. *Lex spiritualis est: ego autem carnalis*, cuntra Pelagian. (Alias, de Verb. Apost. 12.) post initium.

In filiorum Adae captivitatem admodum Augustinos impegerat; & magna catena colligatus, eius fragore obsurduerat. Binas quippe poenas culpa inducit: nempe ut visus caliget, & aures obtundantur: *Excaeca cor populi huius: & aures eius aggrava.* Isaiae 6. 10. Quae duo in seipso deploravit Augustinus: *spargens poenales caecitates super &c.* l. 1. c. 18. *Obsurdueram &c. poena superbiae animae meae.*

(*f*) *Iactabar, & effundebar, diffluebam, & ebulliebam per fornicationes meas, & tacebas.* = Haec omnia; oltimo excepto, quod est ex Psal. 49. 21. *Haec fecisti, & tacui*, Deique aot permissionem, aut tolerantiam significat; ad exprimendum insignem concupiscentiae aestum, & qoidem pro gradibus diversis ponuntur. Laeso appetitu iactabar, & extra honestatis limites proiiciebar, & quasi a me divisus, in plures partes deportabar, & fornicationibus ipsis ebolliebam.

Meditare, quoniam in metaphoris sumus, horridum Neapolitanum vesuvium. Primo quidem concutitur: exinde mugiens, ignem, sulphur, bitumen, ardentia corpuscula effundit; quae quidem diffluunt, ebulliunt, & res occurrentes absumunt.

Iam vero in suspicionem addocetur *Pherepanus*, ad vesuvium Augustiuum hic adlusisse.

(*g*) *O tardum gaudium meum!* = Ita MSS. 9. Vet. Er. Luv. & Benedictini, qui silent; At Wangn. & Som. *O tardum gradum meum!* quos sequuntur Itali: *Ob troppo lenti miei passi!* Utraque lectio in idem vadit; nisi quod communia Deum sero possessum proxime: altera oblique intuetur. At vero communis longe verosimilior est: cum ei tantummodo optime quae sequontur nectantur.

(*h*) *Longe a te in plura & plura sterilia &c.* = Et hic nec mussitant BB. cum tamen Vet. Am. Er. Lov. Som. Vvangn. & sex e MSS. Etruriae, *in plurima, & plura.* At lectionem nostram, quam habent cum MS. Parcensi a Lov. laudato 2. Med. onos S. Mar. Ricar. & optimus S. Cr. praeferendam esse statim liquet ex ipso Grammaticae iure. MS. S. Cr. *in plurima & plurima.* Carthusianus absque repetitione, *in plurima sterilia.*

Itali mendosam lectionem, quam sequuntur, sic vertunt „ *in moltissimi, e molto sterili &c.* Ita cognutur vulneri, quod fingunt, mederi! Quasi diceret mendosa lectio, *in plurima, & admodum sterilia.* Vertenda ergo erat: *in moltissimi, e molti sterili &c.*

Nunc ad rem Augustini. Testatur se a Deo, veri boni, & sanctae voluptatis fonte longe ivisse in plura, & plura creata, veri boni, & sanctae, vel stabilis voluptatis sterilia, infoecunda; semina autem plurium dolorum, & aerumnarum.

(*i*) *Superba deiectione, & inquieta lassitudine.* = Cur superbiam suam deiectionem appellat? Pluribus quidem momentis. Deiectio enim est, hominem soli Deo subiectom, creatoris; animam potissimam hominis partem corpori mancipare.

At inquiet aliqois; Haec qoidem deiectionem involvunt: sed quo pacto deiectionem *superbam.*

R. 1. Non de superbia speciali peccato loquitor; sed aut de generali: amplissima, quae in omni legis divinae, limites arbitrio nostro figentis, fractione involvitur? Aut de nonnihil speciali,

ei

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

ei tributa, qoi indomiti eqol instar, fractis salutaribus frenis, arroganter, & superbe huc, & illuc concursat; Quales erant illi, de quibus Ierem. 8. 6. *Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad praelium.* Quicumque autem in vitiorum campo vagatur, ex hoc deiicitur quod iis creatis bonis, quibus superior est, famuletur: iuxta illud Psal. 75. 6. *Nihil invenerunt viri divitiarum in manibus suis.* Hoc est, viri inservientes divitiis, non quibus inserviant divitiae. 3. Si mavis autem superbiam propriam, & specialem hic positam: Augustinum intuere magnis naturae dotibus inflatum, honoribus, lucris inhiantem: quibus, ut ex dictis constat, non advertens famulabatur.

Aberrabat vero nedum *superba deiectione*: sed & *inquieta lassitudine*: qui tot vagationibus defatigatus: & tum iterum in concursationes gestiebat.

Quae omnia ad caussae amplificationem expenduutur; Quemadmodum enim portentum videtur, *deiectio superba*: sic & *lassitudo inquieta*: Haec enim quum spirituum sit deliquium, inhiat quieti, minime novo labori.

(*k*) *Quis mihi modularetur aerumnam meam.* = Benedictini: *Quis mihi moderaretur.* At fere nobiscum sunt, profitentur quippe in imo margine „ MSS. „ primae notae, & prope omnes habent: „ *modularetur aerumnam meam*, quam „ lectionem parum absuit, ut praeeli„ geremus. „ Eorum autem lectionem praeferunt etiam Vet. Am. Er. Lov. Som. Vvangn. unus MS. Med. At nostram antiquae nonnullae editiones & MSS. 12. Etruriae.

Ita legere placuit tum codicum auctoritate: tum etiam ratione freti; Innuit quippe Augustinus, generandi pruritum minime sese malum esse: sed in eo peccari, quod non oni tantum personae matrimonio iunctae dicetur; id ut eloquatur: ita exorditur: *Quis mihi modularetur aerumnam meam*; hoc est: quis in ordinem redigeret generandi pruritum, & componeret &c. Quod primo (non, *canere*) *modulor* significat. *Ipsa natura quasi modularetur hominum orationem &c.* Cic. in Orat. c. 18. *Ut animi moderatiores, modulatioresque fierent &c.* Gel. l. 1. c. 11.

Unde sequitur: *Et novissimarum rerum fugaces pulcritudines in usum verteret.* Scilicet, & earum rerum, quae inter bona novissimum, infimum locom tenent, fugaces pulcritudines verteret in usum honestum: seo, ita disponerent, componerentque, ut in usum habendae sunt. Plures quippe medicinae sunt, vel potiones, quae te aut sanabunt, aut minime laedent: sed cura ut in antecessum peritus aliquis eas tibi moduletur, alias &c.

(*l*) *Qui formas etiam propaginem mortalitatis nostrae.* = Sic Benedictini: qui tamen in margine commonent „ In „ MSS. optimis, *propaginem mortis no*„ *strae* „ At non est hic anxie disputandum; quum utraque lectio vadat in idem: & habeant, *mortalitatis* cum Vet. Am. Er. Lov. Som. septem e nostris MSS. Licet optim. S. Cr. Ricar. & unus Med. nobis adversentor.

Formo hic non est, primo ac simpliciter facere; sed, componere, expolire, reformare, innovare: *Parmenides ignem, qui moveat terram, quae ab eo formetur.* Cic. 4. Acad. *Quid vitam, quid morem iuventutis, quam principaliter formas?* Plin. in paneg. *Teneras mentes formandae studiis.* Hor. l. 2. od. 25. *Propaga* autem vetulam, ut notum est, significat vitem, quae ut in alia diffluat, supprimitur: *Pressos propaginis arcus.* *Virgil.* 2. Georg.

Est vero talis sensus; Qui ne homanum genus pereat, stimulum generationis adultis, veiulis quasi vitibus immisisti. Quemadmodum autem certa arte agricola vites inflectit, ut aliae indocentur; ita tu generandi pruritum expolisti, & defaecasti, ut nunnisi hac inflexione, scilicet determinata persona in coniugem sibi adiuncta, alii homines progignantur.

Nisi forte matrimonium intuestur Augustinus, non tam ut vagum concubitum tollit, quam ut temperat carnales aestus. Quam suspicionem quod mox sequitur ingerit.

(*m*) *Potens imponere lenem manum ad &c.* = Am. Er. & sex e nostris MSS. *levem manum*. Ceteri omnes MSS. & editi nobiscom sunt.

Adnotat Wangnereck locum hunc dicens „ Significat Dei suavem provi„ dentiam, quae coniugalis vitae tribula„ tiones, sive spinas, in paradiso non fu„ turas, licita voluptate temperavit. „

Quam longe a sermonis scopu, quamque ad libitum! Miratur Augustinus Dei dispositionem, ac providentiam: qui ne mortale humanum genus periret, singulis, ut loquuntur Philosuphi, *individuis* generandi stimulum indidit: quem qui vago concubitu expiet, peccat: qui autem determinato, ac cer-

to,

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

to, matrimonii contracta, honeſte, ac etiam ſancte. Hanc ſuavem, benignamque providentiam ultimam *lenem manum* appellat, *ad temperamentum ſpinarum*, hoc eſt impudicorum morum, ſpinarum inſtar pangentium, *a paradiſo ſeclusarum*, quamdoquidem in ſtatu innocentiae caro bene rationi ſubiecta, non pupugiſſet: ut ipſe probat, & explicat: oſtendens etiam id nonniſi in Pelagiana ſchola improbari, Serm. 128. de verbis Ioann. 5. (Alias, 43. de verbis. Dom.) c. 6. n. 8. lib. 2. de Nuptiis, & Concup. c. 2. n. 6. lib. 1. Operis Imperf. cap. vel argum. vel prop. 70. lib. 2. prop. 8. lib. 3. prop. 187. lib. 6. prop. 8. & alibi millies.

Et haec de allegoricis concupiſcentiae ſpinis. Cum autem hae per ſimilitudinem ad veras ſpinas dicantur, de quibus Gen. 3. 18. *Spinas, & tribulos germinabit tibi*. Quaerimus, an revera poſt fatalem lapſum prognatae ſint: adeo ut conſiſtente hominum innocentia, nullo modo futurae eſſent?

Patrum quidam nullo pacto ea in hypotheſi futuras arbitrantur. At numero, doctrinaque potiores, queis ſequuti inde Eruditi ſere omnes adſtipulantur, longe plauſibilius oppoſitum ſtatuunt. Quo pacto autem nihilo ſecius inconcuſſum ſit divinum oraculum, Adae poſt peccatum enuntiatum; *Spinas, & tribulos germinabit tibi*, diverſo modo exponunt. Omnibus, ut in ceteris, quae ſerio diſcuſſit, palmam praeripuit Auguſtinus noſter, Chriſtianorum doctiſſimus, cuius ſat erit integrum ſermonem ex lib. 3. de Geneſ. ad Litt. c. 18. exſcribere „ Utilitas quaedam fruentium
„ in fructus nomine conſideratur. Quan-
„ tae autem ſint utilitates, ſive mani-
„ feſtae, ſive occultae omnium, quae
„ terra gignens radicitus alit, & ipſi
„ quaedam intueantur, & ab expertis ce-
„ tera inquirant. Et de ſpinis quidem
„ ac tribulis abſolutior poteſt eſſe re-
„ ſponſio, quia poſt peccatum dictum eſt
„ homini de terra, *Spinas, & tribulos*
„ *pariet tibi*. Nec tamen facile dicen-
„ dum eſt tunc coepiſſe iſta oriri ex
„ terra. Fortaſſis enim quoniam in ipſis
„ quoque generibus ſeminum multae re-
„ periuntur utilitates poterant habere
„ locum ſuum ſine ulla poena hominis,
„ Sed ut in agris iam poenaliter labo-
„ rabat, etiam ipſa naſcerentur, hoc ad
„ cumulum poenae valere credi poteſt,
„ cum poſſent alibi naſci, vel ad a-
„ vium pecorumque paſtus, vel ad ipſo-
„ rum hominum aliquos uſus. Quam-
„ quam & ille ſenſus non abhorret, ab
„ his verbis quo ita intelligitur dictum,
„ *Spinas, & tribulos pariet tibi*:
„ ut haec etiam antea terra pa-
„ riens non tamen homini pareret ad
„ laborem, ſed cuiuſcemodi animalibus
„ convenientem cibum: ſunt enim quae
„ his generibus, & mollioribus, & ari-
„ dioribus commode, ſuaviterque ve-
„ ſcantur; tunc autem coeperit iſta ho-
„ mini parere ad aerumnoſum negotium,
„ cum poſt peccatum coepit in terra
„ laborare. Non quod aliis locis haec
„ antea naſcerentur, & poſt in agris,
„ quos homo ad capiendas fruges co-
„ leret: ſed & prius & poſtea in eiſdem
„ locis; prius tamen non homini, poſt
„ autem homini, ut hoc ſignificetur
„ quod additum eſt, *tibi*: ideſt, ut
„ tibi iam iſta naſci incipiant ad labo-
„ rem, quae ad paſtum tantummodo a-
„ liis animantibus antea naſcebantur.

Non autem Auguſtini principium invertam, nec novi quiddam ſolutioni addam: ſi profeſſus fuero, ſuſpicari me vehementer, & quidem non temere, vel doctiſſimorum hominum auctoritatem, vel bonam rationem adtendas: peccato Adae ſpinas, quae & in innocentia extitiſſent, fuiſſe in immenſum multiplicatas, Hoc S. D. non eſt inficiatus; nec curavit diſcutere, quod ex eo non adeo rei ſumma penderet.

(*u*) *Non enim longe eſt a nobis omnipotentia tua, etiam &c.* = Dei potentiam in rebus, generis humani propagationem ſpectantibus; maxime vero ultimo loco lenem manum honeſto matrimonio valentem concupiſcentiae mederi, miratus fuerat; & quoniam ſibi adoleſcenti, inordinate generationi inhianti talem medicinam exoptaverat: ne quiſquam deſideria contemnat, utpote adoleſcentem a Deo longe poſitum concernentia, concludit: *Non enim longe eſt a nobis omnipotentia tua, etiam cum &c.* Quandoquidem Dei potentia non eſt ut eius ſpecialiſſima miſericordia, quam ut in plurimum nonniſi cum ſuis fidelibus ſervis, & amicis exercet.

Niſi omnipotentiam hic pro miſericordia poſitam velis: quandoquidem a viris admodum religioſis non raro duo haec confunduntur: eo quod in miſericordia, maxime erga peccatores exercita miraculum omnipotentiae reluceat. Unde Eccleſia dominica decima poſt Pentecoſt. ſic orat: *Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miſerando manifeſtas &c.* Et tum erit ſenſus: nec quidem a peccatoribus longe poſitam Dei

miſe-

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

misericordiam : quod verissimum , manifestumque est : & centies in Confessionibus hisce a S. D. confirmatum.

De ea autem Augustinus misericordia loquitur , non qua Deus Matrimonium in concupiscentiae refrigerium instituit ; sed qua potuisset ipsum matrimonio a concubitu malo retrahere.

(a) *Aut certe sonitum nubium tuarum vigilantius adverterem* . = Numerum pluralem pro singulari usurpat : unius Pauli idem concernentia oracula recitaturus . Apostolos autem nubes appellat, quia & in Divinis Eloquiis sic dictos, fortissimis coniecturis censet. „ Ergo ipsam vineam increpabat, quam expectavit, ut faceret uvam , fecit autem spinas. Et quid ait ? (1) *Mandaba nubibus meis ; ne pluant super eam ;* Et vere factum est : missi sunt enim praedicatores Apostoli ; Sic habemus in Actibus Apostulorum , quia Apostulus Paulus volebat praedicare Iudaeis, & invenit ibi non uvam , sed spinas. Coeperunt enim pro bonis mala reddere, & persequi. Et ait, tamquam implens quod dictum est, Mendabo nubibus meis ne pluant super eam; (2) *Ad vas missi eeamus , sed quia respuistis verbum Dei , ecce convertimur ad Gentes.* Ergo impletum est , *Mandaba nubibus meis &c.* Et revera , Fratres, nubes sunt praedicatores verbi veritatis . Quando minatur per praedicatores Deus, tonat per nubes . Quando &c.

Observa etiam ut a malo gradum faciat ad honestum , & etiam bonum: a bono vero ad optimum. Optaverat sibi adolescenti matrimonium , quo a vetito concubitu retraheretur ; Nunc ad virginitatem transit , bonum summum : iuxta Salvatoris consilium Matth. 19. 11. Qua profecto virginitate *felicius* potuisset Dei *amplexus* , gratias nempe , & spiritualia blandimenta *exspectare*, adtendere. Solet quippe Deus omnibus servis suis , at maxime illis, qui feminam omni modo nesciunt , ineffabilia blandimenta admovere.

(p) *Et excessi omnia legitima tua.* = *Legitima*, legum, iudiciorumque solemnes ritus significant. Omnia autem Dei legitima se excessisse Augustinus fatetur , quia Dei iudicia, & oracula , sive praecepti , sive consilii tantum vim habentia violavit ; nec enim se prorsus absciddit propter regnum caelorum: nec copulam matrimonii contractu honestavit.

Nec evasi flagella tua : quis enim hoc mortalium ? = Subintellige, *evasit* : Nimirum: quis mortalium hoc habuit, ut evaderet flagella tua? Ita Machab. 6. 19. *Tu autem ne existimes , tibi impune futurum, quod contra Deum pugnare tentaveris* : Et v. 31. *Non effugies manum Dei* . Et Matth. 3. 7. *Progenies viperarum , quis demonstravit vobis fugere a ventura ira ?*

Sed quaerimus : cur *mortalium* dicat : & non potius , creaturarum? An angeli mali (qui non sunt ex creaturis mortalibus) Dei flagella evaserunt ? Quin immo, vix prima inquinati culpa, aeternis flagellis addicti sunt.

℞. Non de flagellis , quae purae poenae sunt : sed de medicinalibus loquitur Augustinus: ut ex iis, quae sequuntur, insinuatur. Ab his eximitur Angelus , qui cum suam exserit libertatem, vix aut convertitur , aut avertitur ; & statim vel ad aeternas coronas evehitur, vel ad aeternas flammas detruditur. Non est autem malus homo , qui diu vivens non vel pluribus, vel aliquot: vel efficacibus , vel sufficientibus divinae gratiae pungatur stimulis, & a vitiorum somno excitetur. Adeout acrioribus excipiatur flagellis is , cuius Deus potiorem curam habet , iuxta celebre oraculum 2. Machab. 6. ab illis verbis : *Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere , sed statim ultiones adhibere , magni beneficii est inditium* , usque ad alia : *Corripiens vero in adversis populum suum non derelinquit* .

Nisi quis contendat, etsi immerito: iis verbis, *Quis hoc mortalium* ? omnes homines iungere voluisse Augustinum ; nec curasse quid dicendum de Angelis. Ut cum praedicamus , nullum mortalium sancte vixisse absque divinis auxiliis : omnes iungimus homines: Angelos non excipientes, de quibus non loquimur.

Erit etiam qui censeat, Augustinum admodum praecise loquutum : & *flagellorum* nomine late tribulationes intellexisse , Non est quippe mortalium aliquis, qui nullis tota vita tribulationibus , vel aerumnnis angatur.

Cuius alti divini instituti rationem si expostulaveris a S. Ioanne Chrysost. Homil. in Psal. 7. ceu nimis curiosus repelleris. Ab Augustino vero in Psal. 9. ad illud *Despicis in opportunit. in tribulat.* n. 20. In Psal. 21. Enarr. 2. ad v. 3. n. 4. In 43. ad v. 1. n. 2. & v. 17. n. 15.

In

(1) Isa. 5. 4.

(2) Actor. 13. 46

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

In 49. ad v. 15. n. 21. In 50. ad v. 2. n. 4. In 65. ad v. 12. n. 17. In 83. ad v. 1. n. 3. Denique in Pſal. 87. ad v. 15. n. 14. Ab Auguſtino inquam laudatis locis de eo divino conſilio plura audies: quae ſi colligas, optime deprehendis: Eatenus te, aut permittente, aut volente Deo in hac terra vexari: ut magnopere exaeſtuans, ad divinum fontem anheles; & fere oppreſſus, eius ſubſidium vehementer expoſtules. Interim vero infirmitatem tuam deplorans, luxurias, choreas, crapulas, vindictas, honores contemnas: & fortius inſiſtas religioſis precibus, atque orationibus. Sic autem undique contraria ſorte agitatus, & adhuc a divina lege nequaquam deſciſcens: te Dei filium, non mercenarium prodes; cui tam pauperi, tamque omni mundana voluptate deſtituto nobiliora Dei munera obveniant; queis tantummodo ſic volens nolens inhiabis; ac bene intelliges, non terrae ſcoriis, ſed Caeli gemmis Dei obſequium compenſari. Eriſque ex illis unus, qui deorum ambroſia ſorbillata, fontes erſi limpidos, quos olim adeo decantabant, faſtidiunt, & reſpuont. Et ut paucis plura complectar: quemadmodum fictile vas igne, ne aqua ſuperveniente diffluat: anima tua, ne mundi capiatur illecebris, & in graviſſimo aeternitatis negotio deficiat, tribulatione indoreſcet, & ſolidabitur.

Sed & Divina Eloquia eadem ſoare ipſa momenta inſinuant: Ecclaſiaſtici 31. 2. Iſaiae 21. 11. & 28. 19. Pſalm. 90. 7. Tob. 12. 13.

Et quod magis mireris, ipſi Ethnici. Seneca de magno Annibale, Carthaginenſium duce ſtrenuiſſimo, Epiſt. 51. ante med. *Una Annibalem hiberna ſolverunt; & indomitum illum nivibus, atque Alpibus virum enervaverunt fomenta Campaniae.* Tertullianus, non ethnicus, ſed de Ethnicis, lib. de Pallio, cap. 5. circ. med. *Quippe, ſi pergam ad acuta tecum, plus togae laeſere (Romanam) Rempublicam, quam loricae.*

Et haec ad dilucidandum illud Auguſtini: *Quis hoc mortalium?* Quo inſinuare voluit, aut peccatorum nullum diuturno admodum tempore divinae gratiae ſtimulos, & ſalubria flagella evadere; aut viventium nullum, ſive bonum, ſive malum, maxime vero bonum cuiuſcumque infortunii expertem eſſe, & longa conſtanti quiete frui. Aut fortaſſis ſimul comprehendere voluit utrumque. Quid dicturum ſperabas? Poſſe te, quaſi immortalem, & deum, magno perenni gaudio laetari? Id nequidem laſcivus ethnicus ille adoleſcens ſibi ſpondebat, qui puella, quam tantopere expetierat, in uxorem obtenta, rarae ſorti turbamenta timens: ita apud Terentium in Andria, act. 5. ſc. 5. a v. 3. ſubtimide muſſitabat:

„ Ego Deorum vitam propterea ſem-
„ piternam eſſe arbitror,
„ Eorum quod voluptates propriae
„ ſunt. Nam immortalitas
„ Mihi parta eſt, ſi nulla aegritudo
„ huic gaudio interceſſerit.

(q) *Qui fingis dolorem in praecepto.* = Qui & tuos amicos, ac filios; vel tales futuros ſalutaribus flagellis aut exerces, aut invitas. Manifeſtum quippe eſt illo Pſal. 93. v. 20. *Numquid adhaeret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in praecepto?* Quod ipſe ita exponit n. 23. „ Hoc dixit; Nemo ſedet tecum iniquus, nec tu ſedem „ iniquitatis habebis. Et unde hoc in„ telligat, reddit rationem: *Qui fingis* „ inquit, *dolorem in praecepto.* Ex hoc „ enim intelligo, quod non tibi adhaeret „ ſedes iniquitatis, quia nec nobis pe„ perciſti. Habes hoc in Epiſtola (t) „ apoſtoli Petri, & ad hoc teſtimo„ nium poſuit de Scriptura; Tempus „ eſt, ait, inchoationis iudicii ex domo „ Domini. Ideſt, tempus eſt ut modo „ iudicentur qui pertinent ad domum „ Domini. Si flagellantur filii, quid de„ bent ſperare ſervi nequiſſimi? &c. „ ſed quia propter hoc non parcit, ut „ erudiat; ideo dixit, *Qui fingis dolo„ rem in praecepto.* Fingis enim eſt, fa„ cis, formas, plaſmas; unde & figuli „ dicuntur, & vas fictile dicitur: non „ fictum illud, quod mendacium eſt: „ ſed quod formatur ut ſit &c.

Iuxta ſignificatum hunc *fictionem laboris*, vel *doloris in praecepto* Auguſtinum hic poſuiſſe, ſatis liquet ex iis, quae ſequuntur.

(r) *Cum accepit in me ſceptrum.* = Vix in obſequium B. B. Patrum hanc, lectionem in textum induximus. Admonent autem, „ Lov. Som. & Blaſ. *acce„ pit in me luxuria ſceptrum, & totas „ manus ei dedi veſaniae libidinis.* In aliis „ pleriſque codicibus habetur in recto,

T „ ve-

(t) 1. Epiſt. 4. 2. v. 17.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

" *vesania* ; & abest vox, *luxuria*.] Am. Er. & MSS. 12. Etruriae prorsus nobiscum sunt. Som. lu potissimo: nam licet praeferat, *vesaniae*, tamen omittit vocem *luxuria*. Wangn. sequitur Lov. qui tres tantum MSS. laudant. At discrepantia haec minimi negotii est.

Facile autem anno sextodecimo accipit caro sceptrum; quod tum primum humores generationi inservientes facti omnino salaces, velut ad primum certamen, nihil defatigati acres erumpant. De quo vide Arist. l. 7. histor. Animal. c. 1. Insuper, carnibus nondum bene solidatis, humores maxime fluunt. Crebrae sunt tenellae impressiones. Et prudentia, quae sicco, & duro insidet, infelici exitu dominatur. Quibus adde otium malorum omnium originem: de quo cap. seq.

Italici codices, & quidem correctiores, qualis est novissimus *Bernardi Indrizzati*, *me* in casu accusativo excipiunt: contra me: *alla libidine, che contro di me prese lo scettro*; Cum tamen in ablativo positum videtur: *in meipso*: *in Augustino*. Neque enim, in Regnum, sed in Regno sceptrum quemquam accepisse dicimus. Et est sensus; Anno 16. dominabatur mihi, praesidebat meis potentiis, non honestas, sed luxuria, non mens, vel ratio, sed caro. Quandoquidem mea omnia erant ad explenda carnis desideria.

Qui etiam paulo ante aberravit, dum illud, *fingis dolorem in praecepto*, pro deceptione reddidit: *fate comparir doloroso il pretetto*. Cum tamen omnium commentatorum iudicio *fingo* ibi pro *facio* positum sit. Et si qui *fingere* pro eo quod est, adparentiam inducere, excipiunt: non ad secundam personam, non ad Deum referunt; sed ad tertiam, sedem scilicet Iniquitatis, aut iniquum iudicem, in ea sedentem. Quod tamen, ut etiam Bellarminus observat, vulgata lectio non patitur. Quanquam otiose sit disputare ubi Augustinus suiipsius interpres est; docet autem ipsemet, ut commentario praeced. ostendimus, *fingo* hic idem esse ac, *formo* &c.

Longe autem stolidius lapsus est, dum quod supra hoc eodem cap. habetur: novissimarum rerum: novitates intellexit: *Chi mi avrebbe indotto a far buon uso della fugace bellezza delle novità?* Vah egregium traductorem, & Latinorum verborum inscium, quae nimia ipsorum frequentia & ii norunt, qui Latinae grammaticae nunquam incubuere! *Novissimum*, *ultimum*, sive *postremum* significat, non, novitatem. Quod ipse textus insinuat; liquet enim Augustinum de rebus carnalibus heic sermonem habere, quas novissimas appellat, quod bona sint materialia, postrema, ultima, infima.

At non est praesentis instituti, frequentissima errata, in quae traductores Itali impegere, castigare. Iam in animum meum induxi, si Deus vitam, salutem, & reliqua dederit, castigatissimam harum Confessionum versionem dare, notulis brevioribus dilucidatam.

(*s*) *Vesania libidinis, li entiosae per dedecus humanum &c.* = Libidinem, quae totas manus luxuriae, vel carni, ipsi imperanti dedit, *licentiosam per dedecus humanum* appellat, quia ab humanis legibus non quidem laudibus extollitur, non probatur: sed conniventia permittitur; Unde *Erasmus* Epist. ad Alphonsum Archiepisc. Toletanum post initium: *Adulescens habuit concubinam, quod humanae permittunt leges &c.*

Ex quo manifeste deducitur, Augustinum nec adulterio, nec mollitie, minus vero sodomia: vel quocumque alio peccato carnali, quod infamiam inducat aliquando se inquinavisse; sed tantum fornicatione simplici, quae humanam, saecularem nominis claritatem non maculat. (*non è contro le leggi d'onore, e di galantuomo*) Graviter etsi Divinam legem offendat, faciatque hominem aeterna poena dignissimum.

Ceterum Maiores, quos hic, in praecedentibus, & in sequentibus Augustinus perstringit, Patritium, Magistros, & quoscumque vis credere potes: at non certe Matrem, cuius religiosam curam saepe S. Doctor commendat.



CA-

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

C A P U T III.

ARGUMENTUM.

In eiuſdem anni ſecretiora ſeſe inſinuat; Cum a Madauris patriam revocatus: & in paterna domo otio, omni prorſus Scholae exercitio intermiſſo, diſtentus internis, externiſque libidinis, ac ſociorum malorum ſtimulis; Patre ubique vanitatem ſpirante, & altae ſpei Filium ad diſſitas, nobilioreſque Academias reſervante; Matre pudicitiam, honeſtatemque fruſtra, magnis etſi animi ſenſibus inculcante, obſcenis prorſus laxavit habenas. Eouſque autem, ut patrata non tegeret, ſed ementita iactaret: cenſeretque ex illis, & iſtis non quidem obſcuro ſe traducendum nomine, ſed laureolis fere exceptum iri, ac triumphis.

I. ET anno quidem illo (*a*) intermiſſa erant ſtudia mea, dum mihi reducto a Madauris, in qua vicina urbe iam coeperam Litteraturae, atque Oratoriae percipiendae gratia, peregrinari, longinquioris apud Carthaginem peregrinationis ſumpius praeparabantur, animoſitate magis, quam opibus Patris, municipis Tagaſtenſis admodum tenuis (*b*). Cui narro haec? Neque enim tibi Deus meus; ſed apud te narro haec generi meo, generi humano, quantulacumque ex particula incidere poteſt in iſtas meas litteras. Et ut quid hoc? Ut videlicet ego, & quisquis haec legit cogitemus de quam profundo clamandum ſit ad te (*c*). Et quid propius auribus tuis, ſi cor confitens & vita ex fide eſt? Quis enim non extollebat laudibus tunc hominem patrem meum (*d*), quod ultra vires rei familiaris ſuae impenderet filio quidquid etiam longe peregrinanti ſtudiorum cauſſa opus eſſet? Multorum enim civium longe opulentiorum nullum tale negocium pro liberis erat; cum interea non ſatageret idem Pater, qualis creſcerem tibi, aut quam caſtus eſſem: dummodo eſſem diſertus, vel deſertus potius a cultura tua, Deus, qui es unus, verus, & bonus Dominus agri tui, cordis mei.

II. Sed ubi ſexto illo & decimo anno (*e*), interpoſito otio ex nececeſſitate domeſtica (*f*), feriatus ab omni ſchola, cum parentibus eſſe coepi, exceſſerunt caput meum vepres libidinum: & nulla erat eradicans manus. Quinimmo, ubi me ille Pater in balneis vidit pubeſcentem, & (*g*) inquieta indutum adoleſcentia, quaſi iam ex hoc in nepotes geſtiret, gaudens Matri indicavit; gaudens vinolentia (*h*), in qua te iſte mundus oblitus eſt creatorem ſuum & creaturam tuam pro te amavit, de vino invisibili perverſae atque inclinatae in ima voluntatis ſuae. Sed Matris in pectore iam inchoaveras templum tuum, & exordium ſanctae habitationis tuae; nam ille adhuc catechumenus, & hoc recens erat (*i*). Itaque illa exſilivit pia trepidatione, ac tremore (*k*): & quamvis mihi nondum fideli, timuit tamen vias diſtortas, in quibus ambulant, qui ponunt ad te tergum, & non faciem.

III. Hei mihi! & audeo dicere tacuiſſe te (*l*), Deus meus, cum irem abs te longius. Itane, tu tacebas tunc mihi? Et cuius erant, niſi tua, verba illa per Matrem meam, fidelem tuam: quae

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

cantasti in aures meas? Nec inde quidquam descendit in cor meum, ut facerem illud. Volebat enim illa, & secreto, memini, ut monuerit cum solicitudine ingenti, ne fornicarer; maximeque ne adulterarem cuiusquam uxorem. Qui mihi monitus muliebres videbantur (m), quibus obtemperare erubescerem. Illi autem tui erant, & nesciebam: & te tacere putabam, atque illam loqui, per quam mihi tu non tacebas: & in illa contemnebaris a me, a me filio eius, filio ancillae tuae, servo tuo (n). Sed nesciebam; & praeceps ibam tanta caecitate, ut inter coetaneos puderet me minoris dedecoris, quoniam audiebam eos iactantes flagitia sua & tanto gloriantes magis (o), quanto magis turpes essent; & libebat facere non solum libidine facti, verum etiam laudis. Quid dignum est vituperatione nisi vitium? Ego ne vituperarer, vitiosior fiebam: & ubi non suberat, quo admisso aequarer perditis, fingebam me fecisse, quod non feceram, ne viderer abiectior, quo eram innocentior, & ne vilior haberer, quo eram castior.

IV. Ecce, cum quibus comitibus iter agebam platearum Babyloniae, & volutabar in caeno eius, tamquam in cinnamis, & unguentis pretiosis! Et in umbilico eius, quo tenacius haererem, calcabat me (p) inimicus invisibilis; & seducebat me, quia ego seductilis eram (q). Non enim, & illa (quae iam de medio Babylonis fugerat, sed ibat in ceteris eius tardior) Mater carnis meae, sicut monuit me pudicitiam, ita curavit (r) quod de me a viro suo audierat, iamque pestilentiosum, & in posterum periculosum sentiebat, coercere termino coniugalis adfectus, si resecari ad vivum non poterat. Non curavit hoc, quia metus erat, ne impediretur spes mea compede uxoria; non spes illa, quam in te futuri saeculi habebat Mater; Sed per litteratum, quas ut nossem nimis volebat parens uterque; Ille, quia de te prope nihil cogitabat, de me autem inania; illa autem, quia non solum nullo detrimento, sed etiam (s) nonnullo adiumento ad te adipiscendum, profutura aestimabat usitata illa studia doctrinae. Ita enim coniicio, recolens, ut possum mores parentum meorum. Relaxabantur etiam mihi (t) ad ludendum habenae, ultra temperamentum severitatis, in dissolutionem adfectionum variarum, & in omnibus erat caligo intercludens mihi, Deus meus, serenitatem veritatis tuae, & prodibat tanquam ex adipe, iniquitas mea (u).

(a) *Anno quidem illo.* = De anno loquitur aetatis suae decimo-sexto, Monnicae trigesimo-nono, Christi tercentesimo, ac septuagesimo, Damasi Romani Pontificis quarto, Valentiniani. & Valentis Imperatorum septimo; cum in paternam domum sese receperat, a Madauris vicina urbe, in qua litteraturae, atque oratoriae percipiendae gratia peregrinatus fuerat, opportuna feriarum occasione revocatus.

Madaurae, vel Madaura, Madaurus (*Madera*, vel *Madero*) urbs fuit, ex novo Lexico Geographico Philippi Ferrari Alexandrini S. T. D. & totius ordinis Servorum Generalis, olim Episcopalis, sub Carthaginensi Archiepiscopo, inter Numidiam, & Getuliam, ac inter Tebescam, & Ammaedaram urbes. Addit vero Michael Antonius Baudrand Parisinos, Protonotarius Apostolicus &c.: *Urbs fuit Africae propriae dictae, mediterranea, inter Hipponem, & Lambaesam ad 60. mill. pass. distans, Cirthae propior, nunc pagus tenuis.*

Fuit autem Madaura patria Apuleii, in lingua Graeca, & Latina Platonici nobilis: orti, vel qui floruit fortasse Adriani, & duplicis Antonini aetate; quem nonnolli a Magiae suspicione purgare conantur. De quo Augustinus lib. vel Epist. ad Deogratias 102. (Alias, 49.)

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

49.) q. 6. n. 32. Epist. ad Marcellin. 139. (Alias, 5.) n. 19. & lib. 8. de Civit. Dei, cap. 12.

Ut vero ad Augustinum redeamus: de eius litterariis exercitiis, Madauris facta haec meditatur Lodovicus ab Angelis lib. 1. de Vita, & Laudibus S. Doctoris, cap. 3. „ Madauros orbem eru„ ditionis ergo petivit : & omnes ibi „ praeceptores, quod (1) Philo de „ Moyse, intra modicum tempus supe„ ravit, nativa docilitate praecurrens, „ ut reminisci videretur, non discere.

(*b*) *Municipii Tagastensis admodum tenuis.* = Nimirum, transferunt Itali: Mediocris fortunae privata Tagastensis persona: *Di mio Padre, semplice privato di mediocre fortune della Città di Tagasta*.

Perperam omnino, & illi inioria; Municipem enim Augustinus Patrem appellat: non simplicem, seu idiotam. De Municipis vocabolo infra lib. 6. c. 7. A.

Ceterum quale esset Augustini genus discussimus lib. 1. cap. 6. comment. n. 5. & 6. Etsi vero obscuro natus esset sanguine Augustinus, quid inde? Talem iniuriam, utique minimi, vel nullius ponderis eximiis naturae dotibus, maxime vero pietate supplevisset. Ipsi Ethnici id agnovere. Isocrates in calce Orationis, quam in persona Nicoclis Cypriorum regis texuit: *Boni potius, quam opulenti esse maturate.* Orat. 3. monito 4. Et iterum mon. 26. *Studiose imitamini, non qui plura possident, sed qui nullorum sibi conscii scelerum sunt.* Et Orat. 8. quam Panegericum dixit, ante med. *Ceterum is tutissimas obtinuisse divitias, atque pulcherrimas iudicabatur, qui huiusmodi perficeret, ex quibus virtutes eius conspicerentur, filiisque suis magnam gloriam relicturus esset.* Quod repetit Orat. 15. de permutatione, pariter ante med. Vide etiam, si placet; Plaut. Mercat. 5. sc. 4. 8. Senecam lib. 3. de Beneficiis, longe post med. sive cap. 28. & Epist. 44. per totam. Ut de Ecclesiasticis Scriptoribus taceamus: quos qui desiderat, omisso Lud. Anton. Muratori lib. de Philosophia Morali cap. 43. post initium, frigide, & insulse, pro more, dicente; consulere poterit S. Ignatium Marty. Epist. 3. S. Ioann. Chrysostomum in Matth. Homil. 3. & 5. S. Ambrosium lib. 6. Hexameron, cap. 8. post. med. & lib. de Naboth Iezraelita, & Achab rege Israel, cap. 1. post initium. Necnon Augustinum nostrum Serm. 289. 3. pro Natali S. Ioan. Bapt. (Alias, 3. ex Wignerianis) in fine. De Scripturis non est cur dicamus. Recole 2. ad Corint. 10. 15. & 1. ad Timoth. 1. 4.

(*c*) *Cogitemus de quam profundo clamandum sit ad te.* = Ad illud adludit Psalm. 129. 1. *De profundis clamavi ad te Domine.* Quod Ipse, postquam plura dixisset, sic exponit a fine n. 1. „ Sed Do„ minus Iesus Christus, qui nec pro„ funda nostra contemsit, qui usque ad „ istam vitam venire dignatus est, pro„ mittens remissionem omnium peccato„ rum, etiam de profundo excitavit ho„ minem, ut clamaret de profundo „ sub molibus peccatorum, & perve„ niret vox peccatoris ad Deum. Unde „ clamantis, nisi de profundo malorum? „ Et videte, quia vox peccatoris cla„ mat de profundo, *De profundis cla„ mavi ad te Domine &c.* Unde cla„ mat? De profundo. Quis est ergo qui „ clamat? Peccator. Et qua spe cla„ mat? Quia qui venit solvere peccata, „ dedit spem etiam in profundo posito „ peccatori.

Ex quibus conficitur, quid hic velit Augustinus: scilicet quod eo loco Propheta. Dicit non prorsus Deo: sed curam ipso universo humano generi peccata sua narrare; ut ipse, & omnes illa audientes videant de quam profundo sit ad eundem Deum clamandum, similrum, quot sint humanae vitae pericula: quot eius, a quo Dei dextra retracta est, stupidi errores, longae aberrationes, foeditates, & vitia; ex quibus, hominem stupendam in profunditatem trahentibus, ad Deum magna voce, nempe efficacia, fiducia, & spe clamandum sit.

Ne autem tu qui haec legis, de magno profundo a te clamandum audiens, quasi animae tuae Custodem longe dissitum existimares: & sic de munere obtinendo animo desponderes, addit: *Quid propius auribus tuis, si cor confitens, & vita ex fide est?* Quemadmodum enim infidelitas Deum semovet: sic fides, potissimum mystica, & peculiaris, quae *fiducia* appellari solet, Deum invitat, & proximum facit.

(*d*) *Quis enim non extollebat laudibus tunc hominem patrem meum?* = Ita Benedictini, & ante ipsos Vet. Am. Er. Lov. &

(1) Philo in Moys.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

& MSS. tredecim Etruriae a nobis visi. At Som. & Wangn. *Quis enim hominum non extollebat laudibus tunc patrem meum?* Nostra lectio, quae vel codicum tanto consensu statim praeferenda esset, sapit etiam prestam, & ut ita dicamus, dialecticam Augustini phrasim. Dicit, *hominem patrem meum*: hoc est, vere hominem, humana sapientem.

Inferius autem cor suum eleganti metaphora, a Scripturis saepe saepius adsumta Domini agrum appellat; Dominus enim cor nostrum, vel per se, vel per suos aut visibiles aut invisibiles ministros semine caelestis doctrinae conspergit.

(e) *Sed ubi sexta illa, & decima anna &c.* = Iam bis decimumsextum, ter autem obscorom annum illum rominavit. Earumdem rerum varil circuitus, sermonis prolixitas, & species quaedam loquacitatis tenellum *Erasmi* genium offendere, cum primo ad Augustini scripta animum appulit, Et ot erat vates, adipsum multis eventurum praesensit, praenontiavit, ariolatus est. Damus eius verba ex Censura in libr. Retract. & Confess. post med. „ Nec dubito qoin „ hou multis usu veniat eorum, qul re„ cens ad Augustinianorum voluminum „ lectionem velut in colloquium illius „ veniunt. Offendit species quaedam lo„ quacitatis, offendunt in longum pro„ ductae periodi, offendit oratio non„ nunquam ad popularom sermonem de„ generans, offendit earumdem rerum „ crebra repetitio. „

Inquiet tamen mox ex simplicioribus quispiam; Non haec serio Augustino oblecit Erasmos; sed potius finxit S. Doctoris hostem, quem consoderet; unde obiecta mox retudit: sequitur enim. „ Caeterum ubi diutina lectione factus „ sis familiarior, sermonis copiam, & „ eadem subinde iterata facile excusat „ docendi studium, & quod docoit pe„ nitus animis hominum in'gendi, cir„ coitus prolixiores, qoibus comes esse „ solet obscuritas, arguont admirandam „ memoriae felicitatem, ut ingenio foe„ cundissimo plurima sese consertim of„ ferunt, multa paucis complectendi stu„ dium, dictionis humilitatem excoset „ charitas. „

At quia non videat, *Erasmum* Patrum oon dilucidatorem, sed calumniatorem, in eos contorquere tela, eisque mox affectata pietate nonnihil mederi; ut sic stupidioribus lectoribus, quorum maximus (1) numerus sagacium minimum longe superat, pius, & bonus videstor: interim vero inflicta vulnera, aut non bene sanata, paulo post sponte iterum erumpant: aut impiorum satellitum intuitus advocent, qui ad sauciandum nati, in vel recens vulnus, vel inductam in cicatricem iaculum dirigentes, certius, & gravius confondiant?

Id quidem ex aliis criminatoris hominis scriptis, eundem malum spiritum redolentibus, & ex hoe ipso loco deducitur; ut enim plura omittamus; adtende horum omnium conclusionem: *Verum haec taediola si devoraveris, reliqua cum maiore cum fructu, tum voluptate perleges.* Iam igitur vera taediola sunt, quae bonus stomachus devoret oporteat; adeoque superius recitata, non in speciem, non ad maiorem boni dilucidationem: sed iure, merito, & serio obiecta sunt; nec pharmaca ad sanandum sed vix ad liniendum sunt data quibus nempe vulnus non adeo acriter, & vehementer saeviret Iam vero in bona spe sumus; Erit forte aliquando qui sagittam aptius vibret, ut data pharmaca nec sanent vulnos, nec liniant. Erit qui manifestius Augustinum loquacem, & garrulum scriptorem, naeniis ubique indulgentem, humanam gloriam captantem, non *taediala*, sed magna taedia inferentem appellet. Et revera exsurrexit tandem ab orco *Pherepanus*, qui praeiactum iniquum argumentum plenius digessit, amplificavit, praedicavit; & se *Erasmo* duce criminari non abs gloria, atque iactantia professus est.

His circa *Erasmi* malitiam, damnumque Augustino, & reliquis Sanctis illatum praeiactis; censuram nunc eius propulsemus.

R. Ubi Augustini loquacitas, & cetera in Eloquentiae iora peccata? In Confessionibus ne, vel in reliquis scriptis? Si in Confessionibus; cur igitur *Erasmus*, & *Pherepanus* Patrum modestissimum inanis gloriae & ex eo criminantur, quo Confessiones multo rhetorico fuco *pinxerit*? Si in reliquis; nimis indefinita censura est, quae per immensum scriptorum campum vagetur. Quaedam enim Augustini scripta sunt, quae aut nullo modo, aut potius brevitate peccant. Quaedam velut a magistro, in

(1) Ecclesiastes. 15. *Stultorum infinitus est numerus.*

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

in minutioribus etiam diſcipulos inſtruente data ſunt: quorum non peccatum ſed bonum, & gloria eſt, ſi vel etiam per crebras repetitiones, varioſque circuitus abſtruſiora complanent, obſcura dilucident, exſuantque aut naturae, aut cieli arcana ſuis involucris. Nonnulls privatae collationes ſunt, domeſticive ac laeti dialogi: in quibus diſputationis ſamiliaritas, tenuis colloquutorum, auditorumque eruditio, & honeſtae voluptatis capiendae ratio a ſeverioribus diſciplinarum, maxime vero Oratoriae legibus omnino diſpenſant. Vaferrimi etiam veritatis hoſtes, tum Catholicas doctrinas, tum & maxime ipſas a S. Doctore latas ſententias mille implicare involucris, in alienos ſenſus intorquere, iniquis commentariis aut decurtare aut ampliſicare conabantur; His ut mederetur incommodis, hos labyrinthos ut extricaret, hos ut vel tolleret, vel praecluderet dolos, debuit vigilantiſſimus animarum paſtor, cui maxime ſui gregis parvuli curae erant, alibi dicta repetere; duabus clauſa periodis digerere quatuor: tradita eleganter, populari ſermone dilucidare: denique vel etiam minima, in quae ardeliones litem captionibus exercuiſſent, vel exercere poſſent, per varios circuitus ita exponere: ut de genuino ſententiarum ſenſu nec hebetioris ingenii, aut modicae litteraturae hominibus ullus ſupereſſet ambigendi locus.

De Sermonibus ad populum, & rudium inſtructionibus non eſt cur quidquam dicamus. Profeſſus eſt ipſe Auguſtinus non ſemel, in iis quacumque Grammaticorum lege neglecta, & longe amandata: & ipſa non raro Latina verba corrupiſſe: quod ſcilicet, nec flocci haberet Grammaticorum plauſus, plurimi vero ſubiecti gregis profectum, & inſtructionem. Quia vero certo Redemtoris oraculo, (1) *Spiritus ubi vult ſpirat: & vocem eius audis, ſed neſcis unde veniat, aut quo vadat: & ſic eſt omnis, qui natus eſt ex Spiritu:* Auguſtinus Sancto-Spiritu actus, ubi aſcetieum, ut loquuntur, agit, ut in Soliloquiis, & aliis libris, maxime vero, in his Confeſſionibus, ſeveriora Eloquentiae vincula nonnunquam exſuit, & fervidae pietatis ſtimulis inſidens, ex abrupto rationem urget, de qua non fuerat quidquam loquutus: eadem ediſſerit, quae iam inculcaverat: quaedam fere puncto explet, alia circuitibus pertrahit: nunc λακωνισμὸν laconiſmum profert, nunc Aſiatico dicendi generi indulget. Sed reconditas haſce Sancti-Spiritus vias, quas vix eximiae pietatis animae adtingunt subaudituros ſperabas *Eraſmum*, de cuius, non pietate, ſed fide tam ancipites ſunt Eruditi, & *Pherepoum* manifeſtum haereticum?

Denique in loquacitatis vitium Auguſtinum non impegiſſe, ipſemet, quanquam ſua improbandi adeo ſollicitus, profeſſus eſt, atque ſtabilivit. In Prologo enim Retract. n. 2. haec habet. „ Illud „ etiam, quod ſcriptum eſt, (2) *Ex multiloquio non effugies peccatum*, terret „ me plurimum; non quia multa ſcripſi, „ vel quia multa etiam, quae dictata „ non ſunt, tamen a me dicta conſcripta „ ſunt; abſit enim ut multiloquium de„ putem quando neceſſaria dicuntur, „ quantalibet ſermonum multitudine, ac „ prolixitate dicantur.] Cui lucem confert quod docet lib. 1. contra Creſcon. Donat. Grammaticum, c. 1. n. 2. *Multiloquium autem eſt ſuperflua locutio, vitium ſcilicet loquendi amore contractum.* Egregie vero, & aptiſſime ad rem praeſentem lib. 15. de Trinitate, c. 23. n. 51. ſcilicet ſub finem. „ Ad hanc re„ gulam fidei dirigens intentionem me„ am, quantum potui &c. & multum „ diſputavi, & laboravi &c. Scio ſcrip„ ptum eſſe: *In multiloquio non effu„ gies peccatum.* Sed utinam praedican„ do verbum, & laudando te tantum„ modo loquerer: non ſolum fugerem „ peccatum, ſed meritum bonum adqui„ rerem, quamlibet multum ſic loque„ rer. Neque enim homo de te beatus „ peccatum praeciperet germano in fide „ filio ſuo, cui ſcripſit dicens (3), *Prae„ dica verbum, inſta opportune, impor„ tune.* Numquid dicendum eſt, iſtum „ non multum loquutum, qui non ſolum „ opportune, verum etiam importune „ verbum tuum Domine non tacebat? „ Sed ideo non erat multum, quia tan„ tum erat neceſſarium.

Tullius ipſe lib. 6. Epiſt. famil. 4. *Eraſmi*, & *Pheepoui* frontes elidit, ſic diſſerens: *Sed haec ſatis multa, vel plura potius, quam neceſſe fuit. Facit autem non loquacitas mea, ſed benevolentia longiores epiſtolas.* Quod Cicero Aulo Torquato dixit, momento longe potiori Deo Auguſtinus dicere poterat: Facit au-

(1) Ioan. 3. 8.
(2) Prov. 10. 19.
(3) 2. Tim. 4. 2.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

autem non loquacitas mea, ſcilicet garriendi pruritus: ſed benevolentia in te, animaſque Filii tui ſanguine redemtas: necnon odium in peccata mea longiores ſermones.

Sed de earumdem rerum repetitione iterum diſputabimus c. 6. A. de Auguſtini eloquentia lib. 5. c. 13. B.

Ut autem ad textum, unde digreſſa erat, revertatur oratio; Iterum nominat annum ſextum-decimum Auguſtinus, ut quaſi noviter adſumta cauſſa: ab exordio, & aptiori ordine, atque diſtinctione peccata deploret. Quae enim uſque modo vidimus, quaſi loco prologi data ſunt: poſſuntque dici rerum exponendarum idea, & primi cardines. Quemadmodum enim quae aegre enarras, cito expedire conaris: ſic quae libenter, velles in immenſum protrahere; Quid autem Auguſtino ſuavius, ac delectabilius, quam Dei miſericordiam, potentiamve celebrare; adoleſcentiae autem ſuae naenias, & peccata orbi retegere: ſeipſum inquam in crimen vocare, & omni dedecore adficere?

(*f*) *Iterpaſita atia ex neceſſitate domeſtica.* = En otium. En vitiorum omnium origo. Eccleſi. 33. 29. *Multam malitiam docuit otioſitas.* Vide etiam, ſi placet, S. Ignatium Epiſt. 7. Hieronymum, vel alium, qui ſub eius nomine ſcripſerit lib. de Regula Monachorum, cap. 12. cui titulus: *De promtitudine adimplendi mandata impoſita*, in fine. S. Bernardum de Conſideratione lib. 2. c. 13. & ipſum Auguſtinum lib. 3. de Civit. Dei, cap. 9. ante med. Quum autem otium omnibus noceat: adoleſcentes, quorum ſpiritus vix occupationibus magnis detineri poſſunt omnino perimit.

Sed quaenam domeſtica illa neceſſitas, quae Auguſtini ſtudiis otium interpoſuit? Ex hiſtoriae ſerie deducitur; Pater Carthagini Auguſtinum deſtinaverat; cumque interim vulgaribus Scholis, levibuſque exercitiis litterariis intereſſe, & incumbere tam nobilem ad academiam reſervatum adoleſcentem dedeceret: nec tenui paterno cenſu poſſet tam ſubito magnum negotium expediri; otium ſelectum eſt, quo etiam ab exantlatis (ut credebatur) Madauris litterariis laboribus adoleſcens reſpiraret; & cariſſimos genitores, fratrem, ſororem, ac ſimiles multo iunctos ſanguine crebra familiari ſocietate bene noſceret, & ſolaretur.

(*g*) *Ubi me ille Pater in balneis vidit pubeſcentem, & &c.* = Fortuito inferiorem lanuginem: & ferventis laſcivi genii inditia, puta erectionem &c. adtendens.

Ludovicus ab Angelis Erem. Auguſtin. totius ſuae ſocietatis Chronographus lib. 1. de Vita, & Laudibus S. Doctoris cap. 6. Patritium ſtomachatus, haec irato calamo ſcribit: *In muliebri balneorum aqua quam pueri, & pueri admebant, ut in cynnamamis, & nugacitis pretioſis &c.*

Verum non eſt cur tantopere, tamque indefinite balneorum uſum execreremur; quum illum, etſi cautiſſime, etiam feminis, & quidem Chriſto exactiſſima pudicitia dicatis non prorſus inhibuerint vigilantiſſimi, doctiſſimi, atque ſanctiſſimi Eccleſiae Paſtores: quos inter Auguſtinus noſter iam ſenex, nempe circa ann. 423. Epiſt. 211. (Alias, 109.) Monachas edocens, n. 13. ſive poſt med. Licet Hieronymus ſeverioris diſciplinae homo Epiſt. 7. quae eſt ad Laetam de Filiae inſtitutione, ſub finem ita loquatur. *Mihi omnina in adulta virgine lavatra diſplicent, quae ſeipſam debet erubeſcere, & nudam videre non poſſe. Si enim vigiliis, & ieiuniis macerat corpus ſuum . . . . cur e contrario balnearum fomentis ſopitos ignes ſuſcitat?* Verum Hieronymus ſaecularibus loquebatur, in quibus nimiam, ſi bene adtendis, libertatem timebat; nec prorſus inhibet, ſi admodum caute adhibeatur. Potius autem ad diverſa ſermonem vertit: concluditque contra balnea, concupiſcentiae ſtimulos excitantia; De quibus iamiam.

Balnea, quorum innumerabiles ſpecies ſunt, a Medicis diſcutiendae; in duo ſuprema genera, vel potius duos cumulos pro re noſtra partimur; Quaedam ſiquidem animum: quaedam corpus reſpiciunt; Illa vel animum a triſtitiae onere ſublevant: vel tantummodo oblectant; Haec corpori aut abſolute, aut per reſpectum ad generationem medentur; impeditur enim, aut retardatur generatio nonnunquam, non quidem, vera aut impotentia, aut ſterilitate: ſed quod ſperma aut anguſtis meatibus interclusum, aut ſpiſſis materiis hebetatum, vix poſſit erumpere: vel quod non ſit aequa in qualitatum temperie, ſed una admodum exorbitet, atque praeponderet, vel tandem quod foras erumpat extranei humoris oppreſſum involucris. His malis ſortibus balneorum aquae medentur: ſpiſſam enim materiam poſſunt exſolvere, & meatus dilatare, qualitatem unam cum altera peraequare, & ſperma ab adventitiis focis liberare, dividere.

Item generationis ſana, & expedi-

ta

A. Ch. 370. Aug. 16. Mun. 30. Dam. IV. Val-ntin. & Valer. VII.

ei potentia aliquotiens admodum imbellis, vel temperata eſt alterius coniugis ſalacitatem non explens; pro quo balnea ſunt ſperma foventia, eiuſque ſtimulos provocantia.

E contra vero, & longe frequentius impari ſtimuli ſpermatis aut copia aut ſalacitate acriter pungunt; ſunt balnea quae aeſtum hunc aut extinguant, aut componant.

Hac ultima medicina excepta, quam etiam virginibus ſacris nedum permittimus, ſed & conſulimus; ceterae, quae ad rem carnalem ſpectant, ſint coniugatis licitae, & etiam nonnumquam ſanctae: a ſolutarum vero perſonarum memoria prorſus abſcedant.

Lavacra, quae ad ſolam animi voluptatem ſunt, ſaeculi perſonis nec conſuluntur, nec, interveniente modeſtia, inhibentur; ſacras autem virgines nonnihil dedecent.

Reliqua, quae animi, corporiſque medentur languoribus, iure meritoque omnibus permittuntur, & aliquotiens etiam iubentur.

Verum, ut eſt hominum perverſitas, & malitia, cum in aquas, impudicum genium excitantes temporis ſucceſſu ſolutae perſonae deſcenderint, aut coniugatae quidem, ſed nullo inquinatae putore, ſolo autem lubricis indulgendi pruritu; cum balnea quaeque helluonum menſae, impudicorumque lupanaria facta eſſent; cum ubique vanitas, luxus, ſcurrilitas, obſcenitas deprehenderetur; medicinae loca, omnium hominum olim ſenſu comprobata, damno, ac ludibrio eſſe coepere: nec ſoli Eccleſiae Patres quibus vel minima pudicitiae laeſio erat horrori: ſed & ipſi Ethnici, qui nonnisi turpiſſimis offendebantur, acerrimis ea reprehenſionibus perſtrinxerunt. Quos inter Horatius, Iuvenalis, Martialis, Perſius Satyra 3. ante finem, & Seneca Epiſt. 86. poſt initium. Conſule vel Perſium Satyra 4. a v. 34. ubi Neronem in balneis unguentis ſe oblinientem, pilos aut vultui, aut natibus, aut pudendis inſidentes radentem, latenter equidem, & oblique, ſed & egregie pingit, ac deridet. Quae tamen apertius, plenius, latius, & omnino ad rem noſtram cecinit Pontanus. Si autem in eamdem rem quidquam a Patribus expectas: omnium vice diſſerit latiſſime Clemens Alexandrinae Eccleſiae presbyter, qui, ipſomet lib. 1. Stromatum teſte, ſub Severo Imperatore floruit, Pantaeni diſcipulus, & magiſter Origenis, Paedagogi lib. 3. c. 5. per totum. Qui tamen cap. 9. eamdem rem mitius agit: lavacra quidem permittens, ſed admodum caute, & modeſte facienda; divertens tandem ad purgationem animae, & conſcientiae lavacrum.

Ceterum ut ad rem noſtram redeamus; Patritium cum Filio ad balnea accedentem omni culpa, & poena haudquaquam eximimus; graviſſime enim S. Thomas 2. 2. q. 154. art. 9. in corp. *In tantum quod apud antiquos, ut Maximus* (c) *Valerius refert, non erat fas filium ſimul cum patre balneari, ne ſe invicem nudos conſpicerent*.

De balneorum virtute ad animum oppreſſum levandum iterum agemus lib. 9. c. 12.

(*b*) *Gaudens vinolentia*. = Vinolentiam fere pro inſigni carnis aeſtu poſitam primo intuitu credebamus; tum quod vere aeſtus ille impudicum inebriet; tum quod carnalis congreſſus potationis metaphora in Scripturis Sanctis deſignetur: *Bibe aquam de ciſterna tua &c.* Prov. 5. a v. 15. *Aquae furtivae dulciores ſunt*. c. 9. v. 17. Verum quae ſequuntur potius innuunt, vinolentia humanorum phantaſmatum exorbitantem amorem ſignificari: mox quippe nectitur: *in qua te iſte mundus oblitus eſt creatorem ſuum &c.* rerum enim vanarum amor: ſive malae concupiſcentiae vinulentia homines mundi a Deo ſeiunxit, & creaturis inflexit.

Violentia autem erat *de vino inviſibili perverſae, atque inclinatae in ima voluntatis ſuae*. Quod nimirum Patritius a caelo averſus, *imis*, hoc eſt ſenſibilibus, ſeu terrenis inhiaret.

MS. Lyr. (ut etiam Am.) B3. teſtibus, *perverſus atque inclinatus*. Refragantur omnes MSS. noſtri, & merito. Teſtantur etiam Lov. in MSS. Parceoſi, & Bethlehemitico haberi, *voluptatis ſuae*. Quae lectio placet: ſed ei contradicunt omnes editi & MSS. (exceptis 3. Med.) quos viderimus.

Erit fortaſſis qui dubitet: cuius fuerit haec vinolentia: Patris, an Filii? An ſcilicet Patritius vinolentia, qua invaſus fuerat: vel potius vinolentia, quae Auguſtino irrepſerat, gaviſus ſit? Longe probabilius eſt, Patritium ſua vinolentia gavſum.

Mirime autem ad novum commenta-

V

(c) Lib. 2. tit. 1. c. 7. qui eſt de honeſtate ſervanda cum neceſſariis.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

tarium adcedam, nisi in antecessum o-scitantiae, atque stupiditatis arguero *Desiderium brasmum*, qui duo illa, *de vi-vo*, praepositionem, & nomen copulans, *divino* fais in exemplaribus scripsit. Nemo palmarem hunc arrorem non videt. Vah Augustinianorum voluminum correctorem doctissimum! Nec typographos incusare possumus, cum in margine ceu aliorum codicum lectio signetur: *De vino*. Sed non hoc uno loco stupiditatem ille suam aperuit, ut constar ex dictis, & adhuc ex dicendis magis constabit. Ut nihil miremur, quod idem rabula in Hieronymianis scriptis, longe planiori sensu digestis, sive interpretandis sive emendandis, ut observat, redarguitque in cummentariis ad tres priores tomos Marianus Victorius, sexcenties, & amplius stolide lapsus sit.

(*i*) *Nam ille adhuc catechumenus, & hoc recens erat*, = Ludovicus ab Angelis lib. 1. de Vita, & Laudibus S. Doctoris, cap. 6. haec habet „ Pater in „ filio se testabatur auctorem corpo„ ris, non animae; satagens potius, et„ iam catechumenus esse eum disertum, „ quam castum. Monica vero sanctis„ sima, *haec recens erat*: ita lego in „ vetustioribus Augustini libris, ita in„ terpretor, idest *Neophita*, agrum i„ stum excolere, sed frustra laborabat, „ faemineis namque dictis obedire prae „ nimia licentia adolescens erubescebat.] Quo errore & Ioseph Pamphilus initio Chronichon captus est.

Perperam, & Monnicae, necnon integrae eius familiae iniuria! Quinam autem vetustiores Augustini libri praeferuntes, *haec*? Lectionem nostram habent Benedictini cum suis MSS. omnibus (ut credere possumus, quandoquidem silent, & quidem in re non levi) Som. Wangn. Lov. Editio vetustissima Bonetl facta die 23. mensis Iulii, an. 1484. MSS. 4. a Lovaniensibus laudari, Omnes visi a nobis, scilicet rredecim; faventibus Ludovici errori tantummodo Am. & Er.

Et quidem antithesis committitur, si bene adtendis, Monnicam inter, atque Patritium. Si autem Patritius catechumenus, & Monnica neophyta, admodum conveniebant.

Inde, Qui fieri potuit, ut eodem loco, eademque periodo Augustinus Matrem *recentem*, hoc est *neophytam* dicat; & talem, in cuius *pectore* Deus *templum suum iam inchoaverat*, *& sanctae habitationis exordium*? Quae scilicet non communem Christianae religionis professionem, sed pietatem sublimem, & divinorum charismatum sortem insinuant.

Ulterius, quo pacto Augustinus adolescens, sea pro adolescentia sua Matrem *recentem* appellat, a qua, superstitiosi Patris iura posthabente parvulum se, & adhuc utero occultum Christo dicatum l. 1. c. 11. professus fuerat, & in sequentibus confirmaturus est?

Iam vero totius orbis aut pii, aut docti vox est, Patritium ethnicum Catholicae religionis feminae matrimonio sociatum. Quis ergo uno ex filiis inde nato adolescentiam agente, illam feminam matrem *recentem* Christianam, vel Catholicam appellabit?

At Monnica & ante nuptias, & in suae matris sinu vagiens fuerat Christo dicata; lib. quippe 9. c. 8. n. 1. haec de eius ortu, & educatione habet S. Doctor. „ Neque enim seipsam fecerat, „ aut edueaverat seipsam. Tu creasti „ eam, nec pater, nec mater sciebat qualis „ ex eis fieret. Et erudivit eam in timore „ tuo virga Christi tui, regimen unici „ Filii tui, in domo fideli, bono mem„ bro Ecclesiae tuae. Nec tantam erga „ suam disciplinam diligentiam matris „ praedicabat &c.] Et c. 9. initio: *Educata, itaque pudice, ac sobrie, potiusque a te subdita parentibus, quam a parentibus tibi &c.*

Immo eodem c. & n. quiddam est, quo tantilla argumentatione, similiter & Monnicae avis, Augustini autem proavis gratulari possis. „ Nec tantam erga suam „ disciplinam diligentiam matris praedi„ cabat, quantam famulae cuiusdam de„ crepitae, quae patrem eius infantem „ portaverat, sicut dorso grandiuscula„ rum puellarum parvuli portari solent. „ Cuius rei gratia, & propter senectam, „ ac mores optimos in domo Christiana „ satis a dominis honorabatur.

Nunc ad ipsam sententiam: *Nam ille adhuc &c. & hoc recens erat*. Ponitur *hoc* quasi indefinite: videlicet, res haec, Fit enim, ut supra diximus, Monnicam, & Patritium inter quaedam antithesis, cuius hic est integer sensus. „ Pater gaudens vinolentia, meos aestus triumphans Matri nuntiavit. Sed quid censes? similiter hanc triumphaturam? Erras omnino; vide enim quam unus ab alio distaret. Mater Christo speciali foedere iuncta erat: & iamdam altioris inter pietatis animas numerabatur. Pater autem nondum plene Catholicus, adhuc catechumenus; & quidem non ab antiquo, sed e recenti; non iamdudum, sed a modico tempore.

(*k*) *Itaque illa exsilivit pia trepida-*

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valeutin. & Valer. VII.

datione, ac tremore. = Si ultimis verbis Monnieam inſinuavit, *& baec*; cur ſtatim quaſi de ea, a qua fuerit oratio digreſſa ſubſumit: *Itaque illa*? Iuxta Davidis monitum autem exſilivit Auguſtini Mater: *Et exſultante ei cum tremore*, Pſal. 2. v. 11. Exſilivie Auguſtini ephebia; ſed trepidavit, ac tremuit, timens, ut contigit, ex ea oceaſionem acceptum iri libidinae voluptatis.

Patritius autem vane exſilivit: adhuc enim catechumenus, immo novus catechumenus, filii, maxime nondum baptizati diſtortas vias noo timuit: ſeu, non in id ineubuit, ut praeſentiret.

Inquiens paulo poſt: *Qui ponunt ad te tergum, & non faciem*, Ieremiam imitatur 2. 27. dicentem: *Verterunt ad me tergum, & non faciem*, Quod Sophon. 1. 6. & alibi habetur. Dieitur autem vel late de malo quolibet, qui contemtis caeleſtibus, inhiat terrenis; vel preſſe de Pagania, qui vero Deo terga vertentes, faciem in falſa oumina dirigunt; unde Ieremiae integer textus ſic habet: *Dicentes ligno: patee meus es tu; & lapidi: tu me genuiſti: verteeunt ad me tergum, & non faciem*. Et c. 32. v. 33. & 34. *Et veeterunt, ad me terga, & non facies, tum docerem eos diluculo, & erudirem, & nollent audire, ut acciperent diſciplinam.; Et paſuerant idola ſua in domo &c.* Quae omnia in Auguſtinum adoleſcentem quadrant: Peccavit enim; Dei diſciplinam ſecretis inſpirationibus, ſalutaribus flagellis, & Matria adhortationibus datam contemſit: feminas ceu idola ſibi propoſuit. Et quanquam non proprie paganus: tali tamen utcumque diei poterat; cum a Baptiſmate, quo velut earaćtere a paganorum caſtris dividimur, ſua eulpa retardaretur.

(*l*) *Hei mihi! & audeo dicere, tacuiſſe te &c.* = Ad id quod praeced. cap. u. 1. dixerat: *Tacebas tunc, & ego &c.* ſe revocat: & illud eiurat; non tamen ſerio: ſed ad maiorem Dei laudem, & ſuipſius abieđionem. Seu, & in idem vadit, eiurat quoad partem, & magis explicat. Tacebat Deus, ſinebat; retrahebat ab Auguſtino gratiam efficacem: non tamen ſufficientem: qua ſive interna, ſive externa: ſive per blanditias: ſiva per motiones: ſive per documenta: aut per ſe, aut per alios eenties, & millies eum invitabat. Inter potiores vero: ſeu velue exteriorum gratiarum omniom potiſſimam Matris documenta ſanđiſſima, ingenti ſollicitudine data reeenſet.

Has autem Matris exhortationes poſt Patris vinolentiam plene narratam ſtatim ſubneđit; ue innuat quid in Monniea ſe quutum ſit poſt Patritii nuntium de Auguſtini ephebia. Exſilivie pia trepidatione, ac tremore ſanđiſſima Matar: & nepotes non magni habens, illuc aciem ſuam direxit, ad qua exemplo, qua verbo praepediendus ephebiae perverſos uſus.

(*m*) *Qui mihi monitus muliebres videbantur, quibus &c.* = Haec ſcioli non pauei, ineptique Auguſtinianae vitae ſcriptores male nimis aeeipiunt; & Auguſtinum ſeu puerum, ſeu adoleſeentem, ae etiam iuvenem, ceu malae naturae filium monita ſanđa ridentem, in religioſam Matrem audacem, & petulantem horrore populo vendunt: Perperam omnino, & fragilis equidem, ſed optimae indolis adoleſcenti iniuria! Adtendae, utrum valido queant argumento planam, & ſententiae haerentem interpretationem alevare.

Omni quidem Auguſtinus obſequio Matris exhortationes excipiebat, & monita: quae tamen ipſi videbantur muliebria; hoe eſt, non mollia, non ſtulta, non falſa: ſed admodum pia, & devota. Queis obtemperare erubeſceret, non quidem ſerio, penſatiſque honeſtatis iuribus: ſed aeſtu, quo impetebatur: corruptis, foedis ſaeculi axiomatibus, & malorum ſoeiorum cantilenis, atque eachinnis, quos timebat. Erubeſcebat, inquam, obtemperare monitis, quorum obſervatores, maxime exađi a laſeivis effrontibus adoleſeentibus Ariſtarchi, abieđi, ſuperſtitioſ e, vel affeđatae ſanđitatis eultores (Satrapi, vili, ſantocchi, o baecchettoni) non interno, ſed externo eontemtu dicuntur, Noli errare; tales inſultationes malorum, & cachinnos: non maternorum monitorum obſervantiam Auguſtinus erubeſcebat. Ut liquet etiam ex ſequentibus verbis.

Sed de Auguſtini in Matrem obſequio validius lib. 9. c. 12.

(*n*) *Et in illa cautemnerbaris a me, a me filia eius, filia ancillae tuae, ſervo tuo.* = Et alibi ſe Dei ancillae filium nominat. Lib. Soliloquorum animae ad Deum, cap. 26. ſive poſt med. *Antequam enim naſcerer ego filius ancillae tuae Domine ſpes mea ab uberibus matris meae &c.* Verum praeter eelebres duos illos Soliloquiorum libros nullum alium ab Auguſtino ſcriptum eſſe exploratum nobis eſt. Et hunc quidem ad apoeryphos Benedićtini validiſſimis coniećturis amandant. Quem tamen fatentur ex variis aliorum, maxime Confeſſionum

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

sententiis, ac phrasibus quoad magnam partem confectum.

Dolet ergo Augustinus se Matris monita utcunque contemsisse; quum enim ea ceu electo organo Deus sibi loqueretur, in Matre & Deum ipsum, praeter intentionem licet, & non adtendens contemsit. Verba autem illa, *a me filio eius, filio &c.* quae posita videntur ad orationis ornatum, mysteriis non vacant; sunt enim ad undique colligendum inobedientiae horrorem; videtur nempe contemtus ille admodum gravior, offensis, & offendente pensatis; Cum per Matrem mihi tu loquereris, in ipsa a me contemnebaris; Et en contemtus Dei, ac sui organi; *a me filio eius*: Contemnebam tuum organum, & meam Matrem: *Filio ancillae tuae*: Si malum est contemnere omnem matrem: quale erit contemnere eam, quae Dei ancilla est, vel domestica? Magis autem offensae horror conspicitur, si observetur offensum Deum offendentis Dominum esse.

Et ita quidem fere spectata littera. Ceterum adludit Augustinus ad illud Psal. 115. v. 16. *Ego servus tuus, ego servus tuus, & filius ancillae tuae*. Et alterum Psal. 122. v. 2. *Sicut oculi ancillae in manibus dominae suae*. Primum n. 6. postremum n. 5. ita exponit, ut deducamus *filium ancillae* eius iudicio esse filium Ecclesiae. Unde arbitrari licet hic a matre Monnica in matrem Ecclesiam ire. Scribens autem hasce Confessiones Augustinus proprie; quum Matris monita parvipenderet, utcumque (scilicet non Baptismate, sed fide) Ecclesiae filius erat.

(o) *Et tanto gloriantes magis &c.* = Hae & Davidis aetate; increpat enim Psal. 51. v. 3. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate &c.* Quibus similia habentur Prov. 4. 14. & 23. 7. necnon 24. 1. Verum loco huic lucem ipse Augustinus conciliabit, qui Serm. 9. de Decem Chordis (Alias, *96.* de Tempore, & in tomo 9. editus) c. 9. n. 12. post med. „ Tanta est perversi„ tas generis humani, ut aliquando me„ tuendum sit, ne castus erubescat in„ ter impudicos. Ideo non cesso tange„ re [quintam istam chordam, propter „ ipsam perversam consuetudinem, & „ labem totius, ut dixi, generis hu„ mani. Si quis inter vos faciat homici„ dium, quod avertat Deus, pellere il„ lum vultis &c. Si qui faciat furtum, „ odisti illum &c. Si quis &c. Si quis „ volutatur cum ancillis suis, amatur, „ blande accipitur: convertuntur vulne„ ra in ioca. Si quis autem exsistat qui „ dicat se castum, non facere adulte„ rium, notum autem sit quod non fa„ ciat: erubescit accedere ad illos non „ sui similes, ne insultent, ne irrideant, „ ne dicant non esse virum &c.] & prosequitur: tam stupendum errorem expugnans.

Ecce cum quibus &c. platearum Babyloniae. = Ex his magis stabilitur quod litt. M. observavimus; quod scilicet non revera Matris monitis insistere erubesceret, sed malorum sociorum phrenesi adtenta, a quorum volebat derisionibus, & cachinnis declinare. Item liquet ex omnibus his, non alios ab Augustino, sed a malis sociis Augustinum perversum. Ideo nunc subsumit: *Ecce cum quibus comitibus*; quod non merito diceret, si ipse eos in suas partes traxisset.

Babylonia autem malorum societas est, ipso Augustino teste, qui in Psal. 26. Enarr. 2. n. 8. *Est quaedam civitas, quae Babylonia dicitur; civitas ista societas est omnium perditorum ab oriente usque in occidentem: ipsa habet regnum terrenum &c.*

A turri Babel, de qua Gen. 11. vanitatis, superbiae, confusionis, & divisionis theatro Babyloniae vocabulum, aut potius infame nomen ortum habuit. Unde & ipsa Roma cum gentium diis mancipata esset, a Petro, & Ioanne Babylon per metaphoram appellata est: *Salutat vos ecclesia, quae est in Babylone* 1. Pet. 5. 13. *Cecidit, cecidit Babylon.* Apocal. 14. 8. *Babylon magna venit*: ibidem 16. 19. *Civitas illa magna Babylon*, ibid. 18. 10.

Hinc ad maiorem nominis huius infamiam: *Filius perditionis* (1), mortalium omnium citra controversiam scelestissimus, qui secundum, postremumque Christi adcessum praecedet, Babyloniam patriam habebit, si eruditissimorum virorum plerisque adsentimur. Non quidem Romam, eo olim insinuatam vocabulo: nunc Civitatem electam, & sanctam; nec veram Babyloniam illam Aegyptiam, ad Nili littus positam: sed Chaldaicam, in Assiria consistentem, Eufratis aquis proximam.

Babyloniae non vicos, sed plateas calcabat Augustinus, quia non modice, sed quam maxime, & circumstantiis undi-

(1) 2. Thess. 2. 3.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

dique culpam augentibus, vanis, & obſcenis indulgebat.

Ur autem aliquo commentarium hunc Auguſtini lucro cumpleamus; Dicat qui non prorſus in urbe huſpes eſt, an non paſſim impudici adoleſcentes ea phrenesi abripiantur, ut geſtiant carnis crimen in gloriam convertere.

(*p*) ***Et in umbilico eius quo tenatius baereren, calcabat me &c.*** = Ita dividunt Benedictini, Er. Wangn. & fere umnes. Sommalius cum paucibus quibuſdam partem huius propoſitionis cum præcedenti nectit: verbo ***baerrrem*** cumplens periodum; & littera maiori incipiens, ***Calcabat***, ut verbum, a quo novam periodum exordiatur. Liquet praeferendum eſſe ordinem noſtrum.

Umbilicus eſt media obdominis regio, in qua inteſtina ligantur. Per tranſlationem autem de quocumque rei medio, ſeu centro dicitur. ***Qui locus quod in medio eſt Inſula ſitus, umbilicus Siciliae nominatur.*** Cicero c. 48. 6. Verr. Quod Babyloniae plateae, hoc & umbilicus; niſi quod ad nostrum conceptum metaphora exprimendum umbilicus aptior eſt. Quemadmodum enim ibi ligamenta fiunt, & ne explicentur, ac inteſtina diffluant, calcantur, comprimuntur; ſic Auguſtinum in Babyloniae plateis, in umbilico, in medio, in centro vitiis iter agentem, inviſibilis Inimicus, diabolus vaferrimis artibus, fortiſſimiſque inventis calcavit, compreſſit, ut in obſcenis tenacius haereret, & non ſolveretur.

(*q*) ***Et ſedutebat me, quia ego ſeductilis eram.*** = Quid dictorum ſperebas? An quod paſſim mulierculae, & homunciones: qui ut delicati videantur, haudquaquam autem in malum natura propendentes; & ſaepe labuntur: & affectatu inde dolore diabolum diris ſacrant, velut primarium, & unicum totius tragoediae architectum? Diabolus quidem te seduxit: ſed tu ſeductilis eras. Quid quereris curvum aidificaſſe in tua domo, quam ſtulte apertam reliqueras? ***Si vis te invenire meliorem, interroga animam tuam, ſi vides ibi inflationem. Ubi inflatio eſt, inanitas eſt, Diabolus ubi inane invenerit, nidum facere molitur.*** Serm. 354. ad continentes (Alias, 53. de Verbis Dom.) c. & n. 8. Duae autem ianuae, quibus ad te curvus ille adcedit, timor ſunt, & cupiditas; De quibus vide S. Doctorem Serm. 32. in Pſal. 143. de Golia, & David &c. (Alias, 20. de Diverſ. & 31. & Homil. 50.) c. & n. 11. Vide item Serm. de Tentatione Abrahae a Deo (Alias, de Tempore 72.) c. & n. 3. In Pſal. 125. n. 4. ad illud: *Facti ſumus ſicut conſolati*. Duplici enim certamine impeteris, interno, & externo: huius exitus a primo pendet. Vide in Pſal. 143. n. 5. Et tandem: Chriſti virtute ligatus eſt Sathan; Etſi igitur rabidi canis inſtar fremat, & latret: nequit tamen te dentibus appetere, ac morſu laedere, niſi tuipſe illius te faucibus offeras. Sic late vel Auguſtinus, vel Caeſarius Arelat. vel incertus perantiquus non ignobilis auctor Serm. inter Auguſtinianos 37. de David, & Iſai &c. (Alias, 197. de Tempore) n. 6. ſive poſt med.

Merito igitur, & cohaerenter ad ſuis ſententias, frequentiſſime alibi datos, ob hoſte inviſibili ſe Auguſtinus ſeductum inquit, quia *ſeductilis* erat: nempe ad ſeductionem, tentationem ſubeundam, & excipiendam ſua culpa, ſuis concupiſcentiis diſpoſitus, ac paratus. Immo quum honeſtate erubeſceret, malo gloriaretur: & Matrem ſancte inculcantem fere contemneret, quodam odio bonos proſequutus eſt: quo quidem non utcumque, ſed maxime ſeductilis factus eſt. „ Non quia diabolus „ ante non erat, ſed ideo dicitur illuc „ (*in abyſſum*) miſſus, quia excluſus a „ credentibus, plus coepit impios poſſi„ dere. Plus namque poſſidetur a dia„ bolo qui non ſolum alienatus eſt a „ Deo, verum etiam gratis odit ſervien„ tes Deo. Lib. 20. de Civit. Dei, c. „ 7. n. 3.

(*r*) ***Non enim & illa (quae iam de medio Babylonis fugerat, ſed ibat in ceteris eius tardior) Mater carnis meae, ſicut monuit me pudicitiam, ita curavit &c.*** = Locum huncce ab iis, qui res Auguſtinianas egere varie corruptum deprehendimus. Dolemus autem alios eo abuſos ad Monnicam vanitatis incuſandam.

Henricus Summalius periodum protrahit uſque ad verbum, ***audierat***; ea vero punctu terminata; ſubſumit littera maiori; ***Iamque peſtilentioſum &c.*** Cui vel ex integro, vel ex parte alii vel praecinentes, vel ſubſcribentes, in varios errores abiere.

Exempli cauſſa. Cenſent quidam; Monnicam a filii matrimonio fuiſſe alienam eo timore, quod nexus ille magis poſſet Auguſtini hunc ſtatum implicare. Bernardus Indrizzali „ Per tutto ciò, che di „ me le aveva detto il marito, ella te„ meva che ſarebbe ſtata un' impreſa

„ per-

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

„ perniciosa, e in avvenire pericolosa „ il pormi per freno della lalevia il „ legame dell' amor coniugale, se quel„ la non potea spiantarsi dalle radici.

Alii aliter intricati sunt. Quos tamen omnes genuina textus expositione, velut unica manu repellemus. Integer ergo textus ita scribendus est: „ Non enim „ & illa (quae iam de medio Babylonis „ fugerat, sed ibat in ceteris eius tardior) „ Mater carnis meae sicut monuit me pu„ dicitiam ita curavit quod de me a viro „ suo audierat, iamque pestilentiosum, & „ in posterum periculosum sentiebat, co„ ercere termino coniugalis affectus, si „ resecari ad vivum non poterat.] Ita Benedictini Er. Editio an. 1484. &c. Sensus autem grammaticalis hic est: Non enim & illa (quae iam &c.) Mater carnis meae ea diligentia, qua absolute mihi honestatem commendaverat, curavit insignem impudicum aestum (si non poterat ad vivum resecari, radicitus convelli, late, & prorsus sedari) a marito ipsi enuntiatum, quem pestilentiosum & in posterum periculosum, qui nempe posset me ad vetitos concubitus trahere, optime sentiebat, coercere termino coniugalis affectus. Dare inquam me in matrimonium, quo honeste sedaretur generandi pruritus.'

Et eodem modo locum hunc excipiunt Benedictini, qui lib. 1. Vitae S. Doctoris, cap. 3. n. 2. „ Nec de nimia „ tantummodo licentia sibi concessa que„ ritur: sed etiam quod mater ex quo „ virum supra memorata referentem au„ diisset, satis esse putaverit, ipsi colen„ dae castitatis monita tradidisse, neque „ diligentia adhibuerit, quo pestilentiosa, „ ac in posterum periculosior libido, si „ resecari ad vivum non poterat, iniecto „ legitimi coniugii freno coerceretur.

Henricus autem Wangnereck (ut inferioris notae Scriptores omittamus) ex his Monnicam vanitatis arguit: *Mater vero etsi iam de medio fugerat, adhuc tamen intra pomoeria vanitatis haerebat, inordinate desiderans filii in litteris profectum.*

Male! Cur enim intra vanitatis pomoeria, hoc est in malae civitatis non umbilico, sed ultimis muris Monnica haerebat? Quia, inquies, id fere ad verbum ipse Augustinus innuit, dicens, *Quae iam de medio &c. sed ibat in ceteris eius tardior.* Ac non adtendis *tardiorem ivisse* dicere, non autem *haesisse*? Utrumque Augustinus dat Matri, & gravis, & levis vanitatis horrorem; sed non ex aequo; a prima non utcumque declinaverat, sed prorsus fugerat: ab altera secedebat quidem, sed non tam celeri passu. Et est sensus, in altioris sanctitatis minutissimis rebus non adeo, ut deinceps fuisse illuminatam, & cautam.

Et quidem ut Monnica e medio Babylonis fugisset, ipse Augustinus insinuaverat, dicens: *Matris in pectore iam &c.* Animam huiusmodi vanam appellabimus, seu vanitatis pemoeriis haerentem inordinate filii eruditionem prensasse?

Insurgens tamen; sequitur infra: *Spes litterarum, quas ut nossem, nimis volebat parens uterque.* Nimis velle quid est, nisi inordinate desiderare? R. Ita quidem in Patritium, qui inania pensabat. Non adtendis vero cur eruditionem filio Monnica desideraret? *Ista autem quia non solum nullo detrimento, sed etiam nonnullo adiumento &c.*

Ex quibus omnibus sequitur: ad summum hocce in negotio Monnicam altiori luce destitutam; & inadvertentiae: non autem veri aut gravis, aut levis peccati accusatam. Et haec Augustini testimoniis spectatis.

Non heic autem tam iustae caussae finis. Contendimus enim aut cum Augustino, aut contra Augustinum sanctissimam Feminam, egregium matrum exemplar ea in re nullo modo notari posse.

In antecessum vero illud a Lectoribus & piis, & sagacibus postulamus: ut has, similesque Augustinianii sermonis formulas non tam rigide excipiant. Iam vidimus Augustinum in his Confessionibus & peccata, & peccatorum umbras, atque similitudines insectari. An vero parcere poterat Matri, quanquam sanctissimae, qui & infantiam suam, tenellos innocentiae annos ad iudicium deduxerat? Eris quidem mortalium stultissimus, si iis, quae a viro huiusmodi deponuntur, turpius quidquam fueris suspicatus. At eris benignus, & aequus & sobrius, si nonnihil amplificationi dederis, maxime ubi integri sermonis ratio, dictorum series, ac totius historiae nexus postulabit. Iam vero quum Augustinus Matrem leviter admodum vellicet: si hilum amplificationi des: nihil prorsus in Monnica habebis quod carpas.

Utut autem sit de Augustini auctoritate, quam in reliquis omnibus maximi: contra eundem ipsum Augustinum minimi facimus; absoluto iure Monnicae caussa agenda est.

Sobrios, ac prudentes: gravis, & aequi iudicii homines iudices hac in caussa volumus. Dicant quid sentiant,

An

An Augustinum aetatis annum decimum-sextum agentem, hoc est vix puberem, altissimae spei adolescentem, impudicis aestibus raptum, nuptiis, quibus ut suo loco ostendemus, studia nobiliora, eximiae sanctitatis fomenta, & Ecclesiae Catholicae contra ingruentes hostes propugnacula elanguescunt, & cadunt teneretur Mater illico, & subito involvere, ac refrenare? Et non interim suo muneri sat faceret, pudicitiae iura non levibus, non mediis, sed altissimis animi sensibus exponens, commendans, inculcans? *Volebat enim illa, & secreto memini, ut monuerit cum sollicitudine ingenti, ne &c.* hoc cap. n. 3.

Fateantur omnes oportet, nedum ab Adolescentis tantae spei Matre: sed nec quidem ab aliis praecipitem illam nuptiarum resolutionem universim exigi. O bene orbi, & rebus omnibus, si puber quilibet vix punctus a Venere, deberet omnino, familiaris, & publicae rei negotiis omnibus pessumdatis, extemplo uxore calmari! Nihil ne divinae providentiae commendandum est? An non interim possumus precibus, documentis, exhortationibus, minis, poenis quidquam sidere, tentare, experiri?

At inquies; Rei exitus consilii errorem aperuit. Augustinus matrimonii frenis minime coercitus, foedius inde obscenis incubuit.

℞. At ego mulieris prudentiam vindico, tu Prophetissae lucem expostulas. Et si volumus etiam cavillationibus pugnare. Et Vates Monnicae consilium suo comprobavisset calculo, divina luce praesentiens, ab Augustino soluto ingentissima Ecclesiae bona obventura.

Ut autem serio, & acrius disputemus. Defuncto Patritio, in cuius manibus potissimum rei familiaris summa erat: & primaria, & integra auctoritate in Monnicam devoluta; ubi filium iam adultiorem monitis indurescere, & in obscenis obstinari vidit; eruditionis fama, familiae splendore, & lucris contemtis, nuptias prudentissima Mater, non permisit, non consuluit, sed omnino voluit, imperavit: *Et instabatur impigrè, ut ducerem uxorem; iam petebam, iam promittebatur: maxime Matre dante operam, qua me iam coniugatum baptismus salutaris ablueret, quo me in dies gaudebat aptari &c.* lib. 6. c. 13. n. 1.

Et haec ad illud: *Non enim & illa, quae iam de medio Babylonis fugerat, sed ibat in ceteris eius tardior &c.* Quo Matrem non verae culpae, non vanitatis, sed, ut multum, minoris advertentiae, & sagacitatis arguit.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

Quamquam forte superlatione loquitur: & ad iudicium advocat, fere quomodo infantiam suam advocaverat.

Et si autem serio diceret, nihil propemodum deferendum esset homini salutari vino ebrio, qui ita in divinae miserationis laudes profusus, innocenti, ac pio errore peccatorum umbras insectatus est.

Absoluto enim, placidoque examine discussa causa, Monnica a censura quacumque vel etiam minima eximitur.

Alludit autem S. Doctor ad illud Ierem. 51. 6. *Fugite de medio Babylonis.*

(*s*) *Illa autem quia non solum nulla detrimento, sed etiam &c.* = Videa quam frigide, & quasi contemtu verissimam inconcussam sententiam, quam ipsemet alibi centies firmat, cui integer orbis plaudit, reiicet, ac fere proiiciat! Studia videlicet prudenter adhibita non damno, sed adiumento esse ad Divina tractanda. Iam saepe diximus, id unum, sive haec duo ambit: Dei laudes praedicare; seipsum & ad se attinentia, aut carpere, aut quum in gloriam vergunt decurtare.

Studia ergo vel prima, Grammaticae, Eloquentiae, Numerorum, &c. vel media, Philosophiae, Geometriae &c. vel suprema, qualia sunt Theologica, nedum *nonnulla*, sed magno ad Divina adiumento esse: dummodo aequo iudicio in usum trahantur, tam omni ratione manifestum est, tam Augustini, & omnium Patrum, & Catholicorum constantissimo sensu firmatum: ut nonnisi otii abusu, & insigni Lectorum fastidio id heic vel auctoritate, vel ratione firmaretur. Volumus tantum Monnicae aliam Monacham, monialium, ac religiosorum plurium almam parentem subcidere. Ea vero est mater nostra S. Theresia, quae ubique Eruditorum amica: cap. 13. suae Vitae, post med. omnem illis laudem despondet. Cuius non ita brevem sermonem, bis non repetendum Latine exhibemus. „ Unde admodum refert Directorem sagacem esse, bona scilicet ratione praeditum, & multiplici experientia edoctum: quibus litterarum cognitionem addens, magni erit emolumenti &c. Non tamen volo eos ab Eruditis retrahere; animam quippe vero non bene innixam potius a peculiari orationis exercitio seiunctam exopto, Litterarum cognitio magnum, ac nobile quiddam est: iis enim rudes nos

„ in-

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

„ instruimur, edocemur; earumque loce „ ad Scripturarum Sanctarum veritates „ deducti, certo pede quam debemus „ viam calcamus. A devotione satua, „ maloque digestam systemate, o eximat „ nos bonus Deus &c. Et quamquam lit- „ terarum subsidium videri possit perso- „ nis hisce minime necessarium: mea ta- „ men fuit semper, & erit constans opi- „ nio Christiano cuilibet expedire omni- „ no, si fieri possit, eas bene possiden- „ tium adloquiis uti; & tum maxime, „ quum in altioris Theologiae, bona „ optima sua sorte, possessores incidet. „ Illi vero, qui peculiaris orationis di- „ vitias ambiunt, & ad nobiliorum cae- „ lestium charismatum fontem potant, „ illis inquam potiori titulo litterarum „ lux adfulgeat oportet. Nec suspicen- „ tur ullo modo, doctos peculiaris ora- „ tionis sorte destitutos; illis qui eam „ vel obtinuere, vel ambiunt caecos es- „ se, ac inutiles; Ego quidem plurium „ quaesivi colloquia, nonnullis ab hinc „ annis maiori necessitate compulsa. Con- „ stanti sensu doctos veneratione suspexi, „ eorumque amicitiam prensavi &c. Sen- „ tio omnino animam, quae secreta, al- „ tiori pietate Deo famulatur, cum do- „ ctis agentem, nisi sponte velit, a dia- „ boli, se in Angelum lucis transforman- „ tis reticulis minime captum iri; comi- „ cio quippe vaferrimos eos hostes odio „ admodum habere, & exhorrescere „ litteras humilitate virtute sociatas; ut- „ pote qui optime norint, iis suas ipso- „ rum fraudes detectum protritum iri.

En igitur quam in tuto sit Monnica, quae non amplitudine tanta litteras extulit; quae tantum voluit, studia nedum nullo detrimento, sed *nonnullo adiumento* esse ad tractanda Divina. Cumque Filium cerneret ad ea mirum in modum dispositum, noluit tam subito praecipiti consilio nuptiis intricare.

Monnicae, Theresiaeque sensa ipsius Augustini exitus satis stabilivit. Cui Sanctorum magis ac Augustino debet Ecclesia? Quis (post Apostolos) Ecclesiam in terris undique calumniis, & insidiis impetitam ita vindicavit? quis in Caelis triumphantis splendorem sic aperuit? Quis Dei gloriam ut Augustinus promovit? Iam vero utrum non pietate doctrina sociata eximiis his se coronis ornaverit, dicant vel Christianae mulierculae.

Illud autem nimis. (*Quos ut nossem nimis volebat parens uterque.*) Forte hic non excessum significat, sed vehementiam, & amplitudinem; ac si dixisset, vehementer volebat. Sic enim apud elegantes profanos Scriptores: & elegantiae principes. Cicero Attic. lib. 7. ep. 24. *Philotimi litterae me quidem non nimis, sed eos admodum delectarunt.* Plaut. Rud. 4. 2. 15. *Nihil est qui piger est, nimisque id genus odi.* Quod in Augustino maxime suspicari possumus: qui in Psal. 108. ad v. 30. n. 32. & in Psal. 118. Serm. 4. n. 1. eam adverbii *nimis* significationem, quanquam non adeo libenter, agnoscit.

(*t*) *Relaxabantur etiam mihi &c.* = Non de omnino mala indulgentia, ut vides, sed de admodum miti regimine loquitur. Item & hic aliquid, iuxta superios dicta, exaggerationi dandum est. Ut ut autem serio loquatur, de Patritio, non de Monnica dicere censendum est. Haec enim, ut in praecedentibus ipse S. Doctor professus est, nedum, ut potuit, errantem coercuit, sed ne erraret in posterum, grandi animi sensu commonuit. Alias vero non ex ipsa integrum pendebat negotium, patris enim est primo filiorum iura aut relaxare, aut coercere. Ceterum Patre defuncto: quum Mater primo, & ex toto familiae moderaretur habenas, Filium consuetudine Veneri indulgentem, & obstinate ab Orthodoxa Fide aberrantem nedum acerrimis increpationibus quam frequenter excepit, sed a teneris mutuis colloquiis, & ab ipsa mensa separavit. Ut S. Doctor infra l. 3. c. 11. n. 1.

Quod autem sequitur: *Et in omnibus erat caligo &c.* simile est illi c. 2. n. 1. *Sed exhalabantur nebulae de limosa &c.* & alteri l. 1. c. 18. n. 2. *Lege infatigabili spargens poenales caecitates &c.*

(*u*) *Prodibat tanquam ex adipe iniquitas mea.* = Ex illis Augustinus se unum censet, de quibus Psal. 72. 7. *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.* Qui autem sint huiusmodi homines ipse S. Doctor edisserit ad eum locum n. 12. „ Sunt enim mali, sed macie mali, „ ideo mali, quia macri, idest exiles, „ exigui (1) tibe quadam necessitatis affe- „ cti, & ipsi mali, & damnandi. Ferenda „ est enim omnis necessitas, quam „ perpetranda aliqua iniquitas. Tamen „ aliud est de necessitate peccare, aliud „ in abundantia. Pauper mendicus furtum „ fe-

(1) Sic. Inquiunt B.B., aliquot probae notae MSS. At editi, *exiguitate quadam.*

„ facit, ex macie proceſſit iniquitas: „ dives abundans rebus tantis, quare diripit res alienas? Illius iniquitas ex ma„ cie, huius ex adipe proceſſit &c.

Ex his colligere licet, cur Auguſtinus iniquitatem ſuam tanquam ex adipe prodiiſſe dicat, quia nempe ab adoleſcente molli, deliciis, & otio diſtento venit. Item, ſe ad furti hiſtoriam diſponit: quod, ut videbimus, non macie, non egeſtate: ſed otii, & audaciae copia patravit.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

C A P U T IV.

A R G U M E N T U M.

Pirorum furtum, intempeſta nocte eiusdem anni cum nequiſſimis ſociis perpetratum omni & ſubtilis, & etiam ſophiſticae diſputationis genere amplificaturus: integram hiſtoriam, & aggravantes quaquaverſum circumſtantias quaslibet horrore Lectorum oculis ſiſtit. Duobus interim potiſſimum dolens; Eo non humanam, non eccleſiaſticam, non Divinam ad tempus latam; ſed aeternam, in noſtris cordibus ſcriptam legem violaſſe; Et id quidem non ad libandas pomorum delicias, ſed ad explendum inſoleſcendi pruritum.



Urtum certe punit Lex tua, Domine, & lex ſcripta in cordibus hominum, quam (*a*) ne ipſa quidem delet iniquitas. Quis enim fur, aequo animo furem patitur? nec copioſus adactum inopia (*b*). Et ego furtum facere volui, & feci, nulla compulſus egeſtate, nec penuria; ſed faſtidio iuſtitiae, & ſagina iniquitatis (*c*). Nam id furatus ſum, quod mihi abundabat, & multo melius. Nec ea re volebam frui, quam furto adpetebam: ſed ipſo furto, & peccato (*d*). Arbor erat pirus in vicinia vineae noſtrae pomis onuſta, nec forma, nec ſapore illecebroſis. Ad hanc excutiendam, atque adſportandam, nequiſſimi adoleſcentuli perreximus nocte intempeſta, quouſque ludum de peſtilentiae more in areis produxeramus: & abſtulimus inde onera ingentia, non ad noſtras epulas, ſed vel proiicienda porcis; etiamſi aliquid inde comedimus (*e*): dum tamen fieret a nobis, quod eo liberer, quo non liceret. Ecce cor meum, Deus meus, ecce cor meum, quod miſeratus es in imo abyſſi. Dicat tibi nunc ecce cor meum, quid ibi quaerebat, ut eſſem gratis malus, & malitiae meae cauſſa nulla eſſet, niſi malitia (*f*). Faeda erat, & amavi eam: amavi perire, amavi defectum meum; non illud, ad quod deficiebam, ſed defectum ipſum meum amavi; Turpis anima, & diſſiliens a firmamento tuo in exterminium, non dedecore aliquid, ſed dedecus adpetens (*g*).

(*a*) *Lex ſcripta in cordibus hominum, quam &c.* = Eadem lex, de qua l. 1. c. 18. recole ibi dicta litt. H. Hanc legem fuſiſſime ediſſerit Auguſtinus lib. de Spiritu, & Littera ad Marcellinum Tribunum fere per totum, maxime a cap. 21. cap. autem 28. n. 48. prorſus ad noſtrum propoſitum. „ Veruntamen quia non „ uſque adeo in anima humana imago „ Dei terrenorum affectuum labe detrita „ eſt, ut nulla in ea velut lineamenta „ extrema remanſerint, unde merito di„ ci poſſit eiam in ipſa impietate vitae „ ſuae facere aliqua legis, vel ſapere, „ ſi hoc eſt quod dictum eſt: (1) *Quia* „ *gentes, quae legem non habent*, hoc „ eſt

X

(1) Rom. 2. 14.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

„ est, legem Dei, *naturaliter &c.* id est, „ non omni modo deletum est quod ibi „ per imaginem Dei, cum crearentur „ impressum est; etiam sic illa differen„ tia non perturbabitur, qua distat a „ vetere testamentum novum, eo quod „ per novum scribitur lex Dei in corde „ fidelium, quae per vetus in tabulis „ scripta est. Hoc enim illic scribitur „ per renovationem, quod non omni „ modo deletum est per vetustatem.

Vide etiam, si placet, S. Basilium lib. Regularum fusius disputatarum ad Interrogationem 2. Hieronymum in 1. ad Galat. Ioannem Damascenum lib. 3. de Fide Orthod. c. 14.

(*b*) *Nec copiosae adactum inopia.* = Ne tibi (cavillationes praeoccupans fere subsumit Augustinus) contra sententiam meam blandiaris, quasi, peccatis adsuetus, stimulum nullum patiaris in furtis: & sic aliquando aeterna lex in corde scripta deleatur; adtende quo modo alium furem toleres; Annonne tu qui in adipe, in bonorum copia furtis indulsisti, pauperculum hominem egestate aliena bona rapientem exhorres, & damnas? Nisi ergo velles teipsum fallere, posses & malitiam tuam ampliori argumento deprehendere. Adeoque verissimum illud est, aeternam Divinam legem adeo bene in nostris insculptam cordibus, ut ne magnis quidem peccatis deleatur. Haec autem, & quae sequuntur, cum eo, ut vides, quod in capitis praeced. calce dixerat connectuntur.

(*c*) *Nulla compulsus egestate, aut penuria: sed fastidio iustitiae, & sagina iniquitatis.* = Ita Am. Er. Lov. Som. Wangn. cum aliis fere omnibus editis & novissime B. B. nec non MSS. duo Med. 3. S. Cr. At MSS. 3. S. Mar. todidem Med. Fes. Ricard. Car. editio vetusta Bunetl, MSS. 3. a Lov. visi; denique MSS. frequentiores ex illis quos consuluere Benedictini: *nisi penuria, & fastidio iustitiae*. Duo MSS. S. Cr. inferioris notae pro *sed*, habent, *&*; *& fastidio &c.*

Neutra lectio contemnenda est; Et nostra vix nonnihil praeferenda, tum quod planior sit; tum quod *penuria* negatione recta optime sensus compleatur. *Egestas* enim latius patet: penuria vero eius rei caritas est, de qua sermo procedit; unde inferius habet: *Id furatus sum quod mihi abundabat, & multo melius.* Ne igitur eum dixisset se furtum patrasse nulla egestate, posses censere pirorum penuria, quam supplere vellet, adactum: addidit indefinite, *aut penuria*. Duplici enim ratione (ut rudibus magis rem explicemus) vestem puta quis furari potest: aut quia nudus aeris iniurias velit propulsare; aut quia vestem suam tineis corrosam fastidiens, meliorem expetat; priori modo furtum ab egestate: altero a penuria est. Penuria autem non ita ut egestas furti malitiam minuit. At Augustinus nec egestate, nec penuria peccavit.

(*d*) *Sed ipso furto, & peccato.* = Concors est Philosophorum, atque Theologorum omnium sententia, malum, ut tale minime expeti posse. Augustinus autem cum alibi centies id firmet; hic, & in sequentibus, suo exemplo variis sophismatibus fere videtur evertere, sui ipsius, ut semper, confusionem ambiens. At exaggerat, nec admodum serio loquitur, ut satis ex frequenter dicendis constabit. Verum quum bonum non prout in se est: sed iuxta quod ab imaginatione, vel Intellectu dirigitur, ab appetitu, seu voluntate, caeca potentia ambiatur: fit non raro verum malum expeti boni umbra larvatum. Quod tamen ut vides, doctum inconcussum principium, nonnisi bonum a nobis ambiri, sagaciter exceptum minime infringit.

Ea autem ratione verum malum boni coloribus tinctum in pirorum furto Augustinum quaesiisse libenter concedimus. At quaenam, inquies, illi boni colores? Insolentis puta animi, & magnae, quanquam perversae libertatis exercitium; Insuper & malum gaudium ex unione plurium, in eamdem rem conspirantium sociorum emergens. Quae ipsemet S. Doctor infra aenigmati solutionis impatiens cursim, ac dextere innuit: *Quid ergo in illo furto ego dilexi, & in quo Dominum meum vel vitiose, atque perverse imitatus sum? An libuit facere contra legem, saltem &c.* c. 6. n. 3. *Ergo amavi ibi etiam consortium eorum &c.* c. 8. Quae & saepe innuit, puta cap. seq. ut diligenter adtendenti constabit.

(*e*) *Etiamsi aliquid inde comedimus.* = Ne his verbis rem partiri censeas, quasi & pirorum amore furtum patraverit; comedit enim eorumdem nonnulla; Sed quare? *dum tamen*, addit, *fieret, a nobis quod eo liberet, quo non liceret.* Et apertius c. 6. n. 1. *Erat enim mihi meliorum copia &c. Nam & siquid illorum pomorum intravit in os meum, condimentum ibi facinus erat.*

Eo autem, quod sequitur: *Ecce cor meum Deus, ecce cor meum*, illud respicit Psal. 56. v. 8. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo, &*

psal-

psallam : ubi ipse S. D. „ Quid fecit mi„ hi ? paravit foveam , cor meom pa„ ratum est . Ille paravit foveam ad „ decipiendum , ego cor non parabo ad „ perpetiendum ? Ille paravit foveam ad „ opprimendum , ego cor non parabo ad „ tolerandum ? Propterea ille incidet in „ eam, ego autem cantabo, & psallam. „ n. 15.] Quae ad rei nostrae propositum sic venire possunt : ut cor suum paratum dicat Augustinus ad subeundas pro peccatis suis poenis : ad pristinas iofirmitates propria confusione, & Dei gloria ingenue mundo aperiendas.

Haud vero ita semper Italicae versiones demissis palpebris praetereundae sunt : ut nunquam prorsus earum pingues caespitationes vel ad Lectoris solatiom retegantur. 1. Ubi Augustinos inquit : *& sagina iniquitatis*. Dicunt ipsae : *e per il diletto, che in festivo dell' iniquità*. Opponit Augustinus *saginam penariae* : asserens . non penuria pirorum, sed iniqoitatis sagina se peccasse ; Fuit ergo sagina, hoc est, abundantia iniquitatis mala radix, a qua furtum venit : non amabilis voluptas, quae in furto prensaretur. 2. Illud : *Nec forma, nec sapore illecebrosis* (piris nempe) sic exponunt : *Le quali per altro non erano nè di qualità, nè di sapor molto raro*. An forma qualitatem significat? Dicendum ; *Nè nella forma : aspetto, sembiante : nè nel sapore molto dilettevoli*. Hoc autem dixit quia poma sunt, maxime ex piris, non quidem forma, sed sapore illecebrosa: ut illa, quae vulgo, *pere brutte buone* : vel, *bugiarde*. Quaedam e contra, non admodum grato sapore praestant : at venustissima forma pelliciunt. 3. Dicit Aug. *Ad hanc excutiendam &c.* Reddunt versiones : *Andai per ispiantarlo, e trasportarlo*. Vah factom Herculis! Non ergo, ot P. M. Angelus Formentini somniavit pygmaeo corpore praeditus erat Augustinus : sed giganteo, qui pirorum plantas eradicabat, & deferebat ad sua! At non dixit Augustinus, Ad hanc eradicandam, vel, convellendam: sed, *excutiendam* ; Andai a scuoterla.

(*f*) *Et malitiae meae caussa nulla esset, nisi malitia*. = Nullum verum bonum aut utile, aot delectabile : sed sola malitia : qose tamen aliquod bonum sibi ngebat. In sequentibos autem cap. omnibus huius libri constanter illud prae oculis habeas, quod litt. D. admonuimus.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

Quod sequitur : *Dissiliens a firmamento tuo in exterminium* sic exponit Henricus Wangnereck : *Idest lege divina, quae firmat hominem in Deo, cui* (t) adhaerere bonum est. Qui vero *elongantur* (a) *exterminabuntur*.

Per firmameotum legem intelligi & ipse S. D. aperit in Psal. 93. longe post initium ; seo n. 6. initio. Censemus tamen legem Divinam ab Augustino firmamentum vocari, non tam qoia hominem in Deo firmat : quam quia variationi minime subest. De ea enim loquitur lege, quam supra in nostris cordibus scriptam, nullo casu, nollo delendam tempore asseruit : perennemque, & invariabilem in sequentibus frequenter variis expressionibus vocat. Ipse autem *in exterminium* ivit : quia (per antithesim) a lege insatigabili cadens, exterminatus est, ac fere evanoit.

Nisi quid subtilius lateat ; ponatque Augustinus *firmamentum* pro Divinae legis cardinibus, seu fundamento. Deus enim bonum honestum, maxime supernaturale nostrae voluntati praefixit : Augustinus autem, nullum verum bonom in eo furto ambivit : quo Divinae legis placitum fere a cardinibus, & fundamento concussit.

(*g*) *Non dedecore aliquid, sed dedecus appetens*. = Ita Benedictini (qoi silent) com pluribus editis, Car. 3. MSS. Med. totidem S. Marci : 2. S. Cr. Fes. Ric. nisi quod horum duo in a. parte manifeste labuntur, praeferentes; *sed decus appetens*. At Vet. Am. Lov. Som. Wangn. MS. Parcensis, unus S. Cr. & unus Med. *non de decore aliquid*. Male. Augustinus enim heic non dolet, se non decus appetiisse ; sed nedom dedecore, turpiter scilicet : sed dedecus ipsum, & turpitudinem. Si pira ad famem explendam puta furatus esset, dedecore ; sed non dedecus ipsum amavisset. Significatur : nedum medium, & modum : sed obiectum ipsum, ac finem turpes foisse. MS. Tornacensis non adeo male, etsi nec prorsus bene : non decus aliqood.

X 2 CA-

(t) Psal. 72. 28.

(a) Psal. 36. 9.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

C A P U T V.

A R G U M E N T U M.

Furti horrore cum iniquis circumſtantiis compendio expoſito: ediſſerit illud nunc, & amplificat; variis exemplis oſtendens, hominem ut in plurimum labi, quod creatis bonis, & congruentiis nimis illectus, a pulcro, bonoque aeterno deſciſcat.

I. Tenim ſpecies eſt pulcris corporibus, & auro, & argento, & omnibus; & in contactu carnis congruentia valet plurimum, caeteriſque ſenſibus eſt ſua cuique accomodata modificatio corporum; Habet etiam honor temporalis, & imperitandi atque ſuperandi potentia ſuum decus: unde etiam vindictae aviditas oritur (*a*); Et tamen in cuncta haec adipiſcenda, non eſt egrediendum abs te, Domine, neque deviandum a lege tua. Et vita, qua hic vivimus, habet illecebram ſuam, propter quendam modum decoris ſui, & convenientiam cum his omnibus infimis pulcris. Amicitia quoque hominum caro nodo dulcis eſt, propter unitatem de multis animis (*b*). Propter univerſa haec atque huiuſmodi, peccatum admittitur: dum immoderata in iſta inclinatione, cum extrema bona ſint, meliora & ſumma deſeruntur, tu Domine Deus noſter, & veritas tua, & lex tua. Habent enim & haec ima delectationes, ſed non ſicut Deus meus, qui fecit omnia, quia in ipſo delectatur iuſtus, & ipſe eſt delitiae rectorum corde.

II. Cum itaque de facinore quaeritur, qua cauſſa factum ſit, credi non ſolet, niſi cum adpetitus adipiſcendi alicuius illorum bonorum, quae infima diximus, eſſe potuiſſe adparuerit, aut metus amittendi. Pulcra ſunt enim & decora: quanquam prae bonis ſuperioribus & opibus beatificis, abiecta, & iacentia. Homicidium fecit. Cur fecit? Adamavit eius coniugem, aut praedium; aut voluit depraedari, unde viveret, aut timuit ab illo tale aliquid amittere, aut laeſus ulciſci ſe exarſit. Num homicidium ſine cauſſa faceret, ipſo homicidlo delectatus quis crediderit? Nam & de quo dictum eſt vecordi, & nimis crudeli homine, quod gratuito (*c*) potius malus atque crudelis erat, praedicta eſt tamen cauſa, ne per otium, inquit, torpeſceret manus aut animus. Quare id quoque? cur ita? Ut ſcilicet illa exercitatione ſcelerum, capta urbe, honores, imperia, divitias adſequeretur: & careret metu legum, & difficultate rerum, propter inopiam rei familiaris, & conſcientiam ſcelerum. Nec ipſe igitur Catilina amavit facinora ſua, ſed utique aliud, cuius cauſſa illa faciebat.

(*a*) *Unde etiam vindictae aviditas oritur.* = Ita profecto: ab ambitione, & ſuperbia vindictae aviditas. Unde ipſe Auguſtinus Serm. 123. de verbis Evangel. Ioan. 2. *Vocatus eſt autem & Ieſus &c.* (Alias de Verb. Dom. 41.) initio „ *Nam quando dicitur homini, ut humiliet ſe, dedignatur: & ne velint homines vin-*

di-

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

ditari quando laeduntur, ſuperbia fa-ttt. (1) *Cum humiliari dedignantur, vindicari volunt: quaſi poenam ſuique prodeſſe poſſit aliena &c.*

Unde Salvator offenſarum a Iudaeis acceptarum poenas minime repetens, humilitatem expreſſit. Dupliciter autem a ſuperbia vindictae pruritum venire dicitur; Et quod ea laeſo tumori noſtro mederi; & quod adverſarium, qui nos aut vicit, aut vincere voluit obſcurare, conculcare geſtiamus. Unde S. Thomas 2. 2. q. 32. ar. 6. ad 3. „ Vincere eſt „ delectabile naturaliter, in quantum „ per hoc fit aeſtimatio propriae excel- „ lentiae; & propter hoc omnes ludi, „ in quibus eſt concertatio, & in quibus „ poteſt eſſe victoria, ſunt maxime dele- „ ctabiles.

(*b*) *Amicitia quoque &c. propter unitatem de multis animis.* = De boneſta amicitia loquitur, non de brutali, quae ab animis ad corpora adcedit, quam e. 2. n. 2. in ſeipſo adoleſcente deploravit; dicens: *Sed non tenebatur modus ab animo uſque ad animum, quatenus eſt luminoſus limes amicitiae.* Quam honeſtam amicitiam lib. 3. contra Academicos, cap. 6. in fine exponit & definit his verbis „ Hoc ergo tertium bonum mi- „ hi accidit, quod non invenio quanti „ aeſtimem. Mecum enim familiariſſi- „ mus amicus meus non ſolum de pro- „ babilitate humanae vitae, verum e- „ tiam de ipſa religione concordat: quod „ eſt veri amici manifeſtiſſimum indi- „ tium. Siquidem amicitia rectiſſime, at- „ que ſanctiſſime definita eſt: Rerum „ humanarum, & divinarum cum bene- „ volentia, & caritate conſenſio.

Talis fuit, ſcilicet ex animis emergens, & illis haerens Davidis, ac Ionatae honeſta amicitia: *Anima Ionatae colligata eſt animae David: & dilexit eum Ionatas quaſi animam ſuam.* 1. Reg. 12.

Huiuſmodi amicitiam & ſacrae Litterae celebrant. Prov. 3. 28. *Ne dicas amico, vade, & revertere, cras tibi dabo: cum ſtatim poſſis dare. Ne moliaris amico tuo malum &c.* Cap. 11. v. 12. *Qui deſpicit amicum ſuum, indigens corde eſt.* Cap. 25. v. 9. *Cauſam tuam tracta cum amico tuo.* Eccleſiaſtici 6. a v. 14. *Amicus fidelis protectio fortis: qui autem invenit illum, invenit theſaurum. Amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vitae, & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, invenient illum.* Et c. 25. 12. *Beatus vir qui invenit amicum verum.*

De' Ethnicis non eſt cur quidquam dicamus; omnes ſententiis, & verbis exquiſitiſſimis amicitiam honeſtam exornant.

Socrates Ethnicorum omnium fortean prudentiſſimus gemmas, & aurum amico poſthabuit. (2)

Cyrus ſuis togis, & gemmis exornabat amicos; & in iis quaſi ſibimet plaudebat (3).

Darius rex requirenti, quid aeque ac punici mali grana ſplendidum arbitraretur? Amicos repoſuit (4).

Alexander Macedo a' Darii matre Syſigambi errore Epheſtioni amico exhibita obſequia non exſecratus eſt, ſed ceu ſibi data laudavit (5).

Idem Regum ſtrenuiſſimus, ubinam ſuos haberet theſauros requiſitus: amicos innuens; in his inquit (6). Quae omnia fere ediſſerit Seneca lib. de Tranquillitate animi, paulo ante med.

Quanquam vero tam honeſta, ac etiam bona res ſit amicitia; adhuc ei inordinate inſiſtens, & a Deo primo bono ſecedens, peccat. Quam turpiter igitur, diſputat Auguſtinus, ego lapſus ſum, qui nullo vero bono inlectus, Dei legem contemſi? &c.

(*c*) *Nam & de quo dictum eſt vecordi &c. quod gratuito &c.* = Reſpicit teſtimonium C. Criſpi Salluſtii, qui de Coniuratione Catilinae hiſtoria prima, ſeu, 1. p. hiſtoriae longe ante med. poſtquam de iniquo homine varia fere per compendium, de thematum, ſive propoſitorum inſtar dixiſſet: ſubſumit. „ Si cauſſa peccandi in praeſens minus „ ſuppetebat, nihilominus inſontes, ſi- „ cuti ſontes circumvenire, iugulare: „ ſcilicet ne per otium torpeſcerent „ manus, aut animus, gratuito potius „ malus, atque crudelis erat.] Vult autem S. Doctor, immerito nonnihil, & fere contraditione, gratis maluum, atque crudelem Catilinam a Salluſtio appellatum quandoquidem in verbis proximis dictum fuerat, *ne per otium torpeſcerent &c.* Eu igitur non omnino gratuito,

(1) MSS. *ſuperbia facit, quia humiliari dedignantur*, & nonnulli, *dedignatur*.
(2) Eraſm. lib. 3. Apophteg.
(3) Maximus Serm. de amic.
(4) Plutarch. Apophteg.
(5) Plutarch. In Alex.
(6) Maxim. Serm. de amic.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mun. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

to, sed alicuius boni spe Catilina malus erat. Cuius, subsumit Augustinus, minimi boni spem, ampliorum alia consequebatur: *Quare id quoque? cur ita? ut scilicet &c.*

Et haec quidem humilitatis portentum, ut paradoxum longe maximum statuat: se in pirorum furto, in quo nullum bonum prensavit, gravius peccasse, ac Catilina in impia tragica, funestissima, contra cives, amicos, cognatos, contra patriam, contra Urbem, adeoque contra universum orbem coniuratione peccaverit.

Verum longe turpiori obiecto morum Catilinam statim patet. Cumque Augustinus adolescentiae levitate uni furto indulserit: gravem ille agens aetatem mille sceleribus, atque flagitiis; cum Augustinus unam excusserit arborem: Catilina dolo, fraudibus, impiis machinationibus, ferro, & igne orbem delere rentaverit; praestat malitia, & peccato Augustino Catilina, quantum, & etiam magis formicae elephas magnitudine corporis.

In verbis transcriptam sententiam insequentibus: Ut illa exercitatione scelerum capta urbe, respicit S. D. testimonium eiusdem Sallustii, eius Orationis, vel historiae paulo post initium positum „ Hunc (*Catilinam*) post dominationem „ L. Syllae, libido maxima invaserat „ Reipubl. capiundae: neque id quibus „ modis adsequeretur dum sibi regnum „ pararet quidquam pensi habebat. A„ gitabatur magis, magisque in dies a„ nimus ferox inopia rei familiaris, & „ conscientia scelerum.

De Catilina, in quem mirum in modum Tullius patriae vindex stilum acuit, utpote ignominiae macula notissimo quidquam non dicimus. Sat superque erit quaedam exscribere, quae Sallustius habet eiusdem Orationis initio.

„ Lucius Catilina nobili genere natus, „ fuit magna vi & animi, & corporis; „ sed ingenio malo, pravoque. Huic ab „ adolescentia bella intestina, caedes, „ rapinae, discordia civilis grata fuere: „ ibique iuventutem suam exercuit. „ Corpus patiens inediae, vigiliae al„ goris supra quam cuiquam credibile „ est. Animus audax, subdolus, varius, „ cuiuslibet rei simulator, ac dissimula„ tor, alieni appetens, sui profusus, ar„ dens in cupiditatibus: satis eloquen„ tiae, sapientiae parum. „

Sallustii civis Romani, C. Sallustio patre geniti: qui Latinae historiae princeps habetur meminit laude Augustinus lib. 1. de Civit. Dei, c. 5. initio: & lib. 2. c. 18. n. 2.

Verum praeter eruditionem, & elegantiam, historiae digerendae aptissimam, in Sallustio (qui tamen omnibus propemodum Liberalibus disciplinis addiscendis floridam aetatem dicavit) peculiare nil habes quod admireris.

Habes tamen in moribus plura quae carpas. Eos enim Lenaeus Pompeii libertus graphice pictutus, dixit Sallustium: *Nebulonem*, *Lurconem*, *Popinonem*, *Lastaurum*. Unde Quaesturae, Tribunatus, & Praeturae munia nullo plausu, immo altis subiectorum quaerelis, dolose, & fraudulenter obivit. Veneris stimulos, quibus aestuabat, nunquam sedavit: & adulterii crimine, quo vexabatur, ut se redimeret, paternam domum alienavit. Terentiam a Tullio post exilium repudiatam (quaeve inde tertio Messalae Corvino nupsit: nonnisi post aetatis annum 117, e vivis erepta) sibi in uxorem adscivit, a qua posset sui aemuli secretiora arcana rescire.

Eo, quod supra habet S. D. *Et ipse est delitiae rectorum corde*: respicere videtur illud Cantic. 1. 3. *Recti diligunt te*. Vel aliud simile ex Psalmis.



CA-

A. Ch. 370, Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

Eamdem rem latius agit; doctioribus, copiosissimis exemplis edisserens, nonnisi aut sancti, aut honesti: aut spiritalis, aut sensibilis: aut utilis, aut delectabilis boni specie: seu vera, seu conficta inordinate hominem pellici, & labi; se vero nonnisi horrore, & turpitudine captum. Quanquam in fine, quasi aliud agens, cursim, & dextere arcanum aperiat: se in furto innuens cuiusdam potentatus, & libertatis umbram sequutum.

I. QUid ego miser in te amavi, o furtum meum, o facinus illud meum nocturnum, sextidecimi anni aetatis meae? Non enim pulcrum eras, cum furtum esses; aut vero aliquid es, ut loquar ad te? Pulcra erant poma illa, quae furati sumus quoniam creatura tua erant: pulcherrime omnium, creator omnium, Deus bone, Deus summum bonum, & bonum verum meum. Pulcra erant illa poma, sed non ipsa concupivit anima mea miserabilis. Erat enim mihi meliorum copia: illa autem (*a*) decerpsi, tantum ut furarer. Nam decerpta proieci, epulatus inde solam iniquitatem (*b*), qua laetabar fruens (*c*). Nam & si quid illorum pomorum intravit in os meum, condimentum ibi facinus erat (*d*). Et nunc Domine Deus meus quaero, quid me in furto delectaverit? Et ecce species nulla est; non dico sicut in aequitate atque prudentia; sed neque sicut in mente hominis atque memoria, & sensibus, & vegetante vita (*e*); neque sicut speciosa sunt sidera, & decora locis suis, & terra & mare plena foetibus, qui succedunt nascendo decedentibus; non saltem, ut est quaedam defectiva species, & umbarica vitiis fallentibus.

II. Nam & superbia celsitudinem imitatur (*f*): cum tu sis unus super omnia Deus excelsus. Et ambitio quid nisi honores quaerit & gloriam: cum tu sis prae cunctis honorandus, unus & gloriosus in aeternum? Et saevitia potestatum timeri vult: quis autem timendus, nisi unus Deus: cuius potestati eripi, aut subtrahi quid, quando, aut ubi, aut quo, vel a quo potest? Et blanditiae lascivientium amari volunt; sed neque blandius est aliquid tua caritate: nec amatur quidquam salubrius, quam illa prae cunctis formosa & luminosa veritas tua. Et curiositas adfectare videtur studium scientiae: cum tu omnia summe noveris. Ignorantia quoque ipsa atque stultitia, simplicitatis & innocentiae nomine tegitur: quia te simplicius quidquam non reperitur; quid autem te innocentius, quandoquidem opera sua malis inimica sunt (*g*). Et ignavia, quasi quietem adpetit (*h*): quae vero quies certa praeter Dominum? Luxuria satietatem atque abundantiam se cupit vocari: tu tamen es plenitudo, & indeficiens copia incorruptibilis suavitatis. Effusio liberalitatis obstendit umbram (*i*): sed bonorum omnium largitor adfluentissimus tu es. Avaritia, multa possidere vult (*k*); & tu possides omnia. Invidentia de excellentia litigat (*l*): quid te excellentius? Ira vindictam quaerit (*m*); te iustius quis vin-

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

vindicat? Timor inſolita & repentina exhorreſcit, rebus quae amantur adverſantia, dum praecavet ſecuritati (n): tibi enim quid inſolitum, quid repentinum? aut quis a te ſeparat, quod diligis? aut ubi, niſi apud te, firma ſecuritas (o)? Triſtitia rebus amiſſis contabeſcit, quibus ſe oblectabat cupiditas (p); quia ita ſibi nollet, ſicut tibi auferri nihil poteſt.

III. Ita fornicatur anima, cum avertitur abs te, & quaerit extra te ea, quae pura & liquida non invenit, niſi cum redit ad te. Perverſe te imitantur omnes, qui longe ſe a te faciunt, & extollunt ſe adverſum te. (q). Sed etiam ſic te imitando indicant creatorem te eſſe omnis naturae (r): & ideo non eſſe, quo a te omnino recedatur. Quid ergo in illo furto ego dilexi; & in quo Dominum meum vel vitioſe atque perverſe imitatus ſum? An libuit facere contra legem, ſaltem fallacia, quia potentatu non poteram: ut maneam libertatem captivus imitarer (ſ), faciendo impune quod non liceret, tenebroſa omnipotentiae ſimilitudine?

(a) *Erat enim mihi &c. illa autem &c.* = Nunc vero quid Lector cenſeas de molli, delicatiſſimo *Eraſmi* ſtomacho? Iam ad primum redis Auguſtine, & eandem rem nimis frequenter inculcas. Et tu quidem totius orbis eoris diſtentus citra faſtidium vales haec refricare. At *Eraſmus* humanis, diviniſqoe carpendis totus traditus, qua torturs, quo temporis diſpendio, & quidem culpabili adtendet?

At tibi parco: Eloquentia rudis, qood animo obvolvis, nonniſi repetitionibos potens es aperire. Et to parcere debes *Eraſmo*, qui Grammaticus politiſſimos, non potuit barbariem tuam non ſtomachari..

Verum qoom longe frequentius eadem in ſuis Threnis Ieremiam repetere eruditus doctor Petrus Roſſi Sacerdos Senenſis parrochiae S. Stephani in ſua patria Rector, Grammaticus *Eraſmo* longe politior obſervaret, non eſt ſtomachatus: ſed exiliit: & hiſce verbis plauſit. „ Che dirò di tante repetizioni „ delle medeſime coſe, non già fatte a „ caſo, ma per isfogo d' una paſſione „ veramente eceeſſiva, che torna ſovente a ridire lo ſteſſo ſotto diverſe im„ magini, ed eſpreſſioni, quaſi parendo„ le di non aver mai ſpiegato abbaſtan„ za l' atrocità del motivo, che ne tor„ menta, e che a lei ſembra molto più „ grande di quello, che da altri poſſa „ eſſere inteſo?] Circa med. Praefat. ad eorumdem Threnorum traductionem elegiaco carmine, Latino, ac Etruſco.

Quaſi omnino lata eſſeot ad rem Auguſtini! qui ad ſalutaris podoris, doloriſqoe seſtum pacandum, iam dicta novis phraſibus, ac expreſſionibus repetit, ac velut a principio exorditur; fere credens peccati turpitudinem leviter ſe tetigiſſe, ad eamque ot in re eſt nullum poſſe pertingere.

Immo reconditae divinae eloquentiae ius illud ipſemet Auguſtinus obſervaverat, laudaveratque non ſemel. In Pſal. 74. n. 3. initio: *Ipſa repetitio, confirmatio eſt, ne te confeſſum eſſe poeniteat &c. Firmamentum autem eſſe ſententiae in repetitione multis Scripturarum locis docemur &c.* Et pluribus in exemplum, ac probationem adductis, concludit: *Haec dixi, ut non putetis repetitionem in verbis ſanctae linguae, quaſi loquacitatis eſſe appetitum. Saepe ibi repetitio firmamenti vim habet &c. Innumerabilia talia ſunt per omnes Scripturas &c.* Quod fuſius, & ſubtilius obſervat in Pſal. 71. ad illud: *Deus iudicium tuum regi da &c.* n. 2.

Quae dictis c. 3. litt. E. addenda ſunt.

(b) *Epulatus inde ſolum iniquitatem.* = Ita Benedictini, qui ſilentes hic, in ſyllabo codicum, ad quos de novo &c. adduxit. „ Lov. *epulatus inde ſo„ la iniquitate*. At alii codices melius: „ *ſolam iniquitatem*.] Communi lectioni addimus 3. MSS. S. Mar. 2. S. Cr. Car. Feſ. unum Med. Ricar. Henricus Wangn. monet. „ Aliqoi legunt: *ſola iniquitate*, aliqoi *epu„ latus* iungunt cum *proieci*, minus com„ mode, ot ſentio.] Lov. & Sommalium a Wangnereck inſpectos hic cenſemus. Certe in editiooe Som. conſtanter ita ſcribitur: *Nam decepta proieci, epulatus: inde ſola iniquitate, qua &c.* Quae lectionis forma omnem ſignificatum evertit. Menduſeae lectioni favent 3. MSS. Med. MS. recens. S. Cr.

Si-

Significat autem S. D. quod ſaepe dixerat, ſola iniquitate in furto ſe oblectatum.

(c) *Qua laetabar furens.* = Duobus MSS. Anglicanis ducibus tantum, quos in *ſyllabo toditum, ad quos de novo &c.* Benedictini laudant, hanc lectionem ſelegimus. Ceteri omnes, ut ingenue loquamur, tum editi, tum MSS. quos viderimus, habent, *fruens*. MS. S. Cr. omnium, ut nobis videtur, qui Florentiae adſervantur praeſtantiſſimus, nec *fruens* habet, nec *furens*, ſed poſt *laetabar* ſtatim, *Nam &c.*

Qui non plurium codicum, ortentis admodum rationis ſuffragiis nitimur. Quippe verbum illud *fruens* hic mutum eſt, nec liquet ut ipſum, vel eius tempus conſiſtat: Item, Auguſtinus ſolicitus admodum eſt, voluptatem qua caperetur, a furto ſeiungere. Iam vero tria ad voluptatem ſpectantia poſuiſſet: *epulatus: laetabar: fruens.* Et tandem, quod inconcuſtum nobis videtur; Fortum, maxime hoc, male omnino in voluptatis, ſive delectationis: aptiſſime vero in furoris ſpecie conſtituitur; Ad iniquitatis igitur epulas, & gaudia furorem ſequi omnino cenſendum eſt. *Nam ſi mihi proponatur, utrum malim fureat., aut in omnibus rebus errans &c.* Infra l. 10. c. 37. n. 2. L. *Catilinam* (cui ſe Auguſtinus comparaverat in hoc furto) *furentem audatia &c.* Cicero 2. Catil.

(d) *Condimentum ibi facinus erat.* = Ita BB. & ante ipſos Vet. Am. Er. Som. Wangu. & communiter editi: nec non MSS. 3. Med. 2. S. Mar. Feſ. Ricard. Car. At MS. unus S. Mar. 4. a Benedictinis laudati cum Am. MS. Med. *condimentum mihi*. Noſtra, & communis lectio videtur exactior.

Haec ſententia ſimillima eſt alteri c. 4. *Etiamſi aliquid inde comedimus: dum tamen fieret a nobis quod ea liberet, quo non liceret.*

Scholaſticus ſic utramque ſententiam exponeret; Eius epulationis obiectum *quod*, vel, *ratio quae*, erant pira; obiectum *qua*, vel, ratio *ſub qua*, falſae libertatis exercitium.

(e) *Non dico ſicut in aequitate, atque prudentia; ſed neque ſicut in mente hominis, atque memoria, & ſenſibus, & vegetante vita.* = Quam ſpeciem, quae me adliceret, furtum habebat? Nullam; nedum ſanctam, honeſtam, ſpiritalem, quam habent aequitas, prudentia, ceteraeque virtutes: ſed nec quam habent hominis mens, ſeu ratio, memoria, ſenſus, vita vegetans. Potes enim quidquam amore virtutis: ut, puta, aequitati, & prudentiae conformeris; ut profundius intelligas, ut felicius reminiſcaris; ut videas, olfacias: ut ſanam longam vitam trahas. Et ita quidem ſi generaliter ea bona, vel eorum bonorum potentiae ſumantur. Si autem de particularibus potentiarum bonis Auguſtini dictum excipias, hunc ſignificatum habebis; Agis quilibet aliqua ſpecie inlectus: v. gr. ut aequum, iuſtumque vindicet: ut arcanum detegat: ut rei olim cognitae reminiſcatur: ut ſuperbum aedificium inſpiciat: ut odorum florem olſaciat: ut feſtivum concentum audiat: ut ſuavem ambroſiam delibet: ut bibat, manducet, refrigeretur, calefiat.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 30. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

Omnes hi bonum expetunt. Quid ego expetii? In omnibus illis aliqua ſpecies. Nulla autem in meo furto.

Species, quas addit ſiderum, terrae, ac maris, formae, ſeu, ut inquiunt, adſpectus ſunt, ordinis, & congruentiae.

Speciem autem, quam vocant defectivam, ipſemet, ut vides, variis exemplis exponit.

(f) *Nam & ſuperbia celſitudinem imitatur.* = Incipit boni defectivas ſpecies exponere. Mala eſt ſuperbia, ſpecies defectiva: quia aut mediam celſitudinem malo ordine: aut quia ſupremam, expreſſo, vel implicito Dei contemtu imitatur. *Sic ſuperbia perverſe imitatur Deum; odit namque cum ſociis aequalitatem ſub illo; odit ergo iuſtam pacem Dei, & amat iniquam pacem ſuam.* Lib. 19. de Civit. Dei, c. 12. n. 2.

Tres ſunt ſuperbiae ſpecies, vel potius, ut Theologi paſſim loquuntur, filiae; hoc eſt vitia quae ab ipſa ceu a matre gignuntur.

Praeſumtio: quae eſt ſtulta cupiditas id agendi quod proprias vires excedit.

Ambitio: & eſt inordinatum deſiderium honoris, dignitatis, potentiae.

Vanagloria: & haec humanam exiſtimationem, & laudem captat.

Haec ſuperbiae filia a quibusdam doctiſſimis viris nonnunquam mater appellatur, quod & ipſa nonnullis malis foetibus ſcateat (t).

Eſt enim a vanagloria *inobedientia* illa formalis, atque ſpecialiſſima, quae non ex fragilitate, non bono aliquo illecta;

Y cta;

(t) S. Gregor. 31. Moral. c. 31.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

ċta : ſed petolautia, & contemtu praeceptum infringit (1).

Eſt & *iactantia*, qua ſuperbus quaedam verbis profert, quibus laudem, & gloriam aucupetur, vel aucupari ſe poſſe confidat : unde datur & flagitiorum iactantia.

Tertia filia *bypocriſis* eſt, fatuorum vitiom, omnibos notum, quod virtutem, quam non habet ementitur ; ſeu & in idem redit, opus ſe ſanctum in ſpeciem praeſefert, ut placeat, nou Deo, ſed hominibus.

Quarta eſt *pertinacia*, vitiom Deo, & hominibus, maxime ingenuis odioſiſſimom ; mordicus enim, ac obſtinate propril cerebelli ſenſibus inſiſtit, contra veritatem aut cognitam, aur beue, ſufficienterque propoſitam.

Quinta vanaegloriae filia eſt *novitatum inventio*, vel *praeſumtia* ; & eſt non quum graviſſima ad antiqua caſſanda, vel corrigenda momenta ſuppetunt ; ſed quum hac novitatum merce orbis ſtupor, plauſuſque popolorum pren'antur. Si unquam, noſtro ſaeculo maxime haac peſtis iovaluit, defaecstae eruditionis, & exactiſſimae criticae ſucis contecta. Vix ſunr in tuto quae apertiſſimis Scripturarum, & traditionum Apoſtolicarum teſtimoniis innituntur. Unde & libelli multiplicati ſunt in immenſum, quibus vetuſta quaelibet, nou manifeſta Eccleſiae definitione ſtabilita, quibusdam conicctararum umbris, ac ſomniis, aut exibilantor, aut in ſuſpicionem trahuntur. Et veteres omnes, quanquam illuminatiſſimi ceu noctuae conteumuntur, qui ad tenebras in meridiana loce palpaverint.

His (2) addunt communiter *diſcordiam*, voluntatc : & *contentionem* verbis opinionum diverſitatem inordinate inducentem. Qoae quidem ſi typho, ac petulantia ſociatae ſint : ut in plurimum contingere adſolet, (volunt enim vincere) non immerito ſuperbiac filiae appellantur. Alias potius caritatem, quam humilitatem laedunt ; adeoque non tam a ſuperbia, quam ab odio, vel ira genitae dicontur.

Ut autem ad Auguſtini propoſitum haec colligamus ; Vide an ſuperbia, aut aliqua cx eius vel filiabos, vel neptibus non boni ſpeciem, etſi defectivam intueatur.

(g) *Quandaquidem opera ſoa malis inimica ſunt.* = Adſtipulamur Benedictinis, iu imo margine acute commonentibus. „ Ita in MSS. & antiquioribus edi„ tis, cum in Lov. & Am. legatur, „ *opera tua malis inimica ſunt*, contra „ meutem Auguſtini, qoi, niſi fallimur, „ probare intendit nihil Dei innocentiae „ derogari poena malis irrogata ; quia ſi „ quid patiuntur nocumenti, totum in „ ipſa eorum opera refuudi debet.] Nobiſcum ſunt etiam Vet. Am. Er. & MSS. 7. At Lov. ſuffragantur Som. & MSS. 2. S. D. in Pſal. 17. ad v. 26. *Quia tu nulli noces, ſed* vinculis peccatorum ſuorum unuſquiſque conſtringitur. Simile in Pſ. 34. Serm. 1. ad v. 7.

Niſi *innocens* preſſe hic poneretur, pro eo videlicet, qui non nocet : reiectae lectioni ſuffragari videri poſſet quod habet S. D. lib. 19. de Civit. Dei, c. 16. poſt med. „ Sicut enim non bene„ ficentiae adiuvando efficere, ut bo„ num quod maius eſt, amittatur ; ita „ non eſt innocentiae parcendo ſinere, „ ut in malum gravius incidatur. Perti„ net ergo ad innocentis officium nou „ ſolum nemini malum inferre : verom, „ etiam cohibere a peccato, vel punire „ peccatum : ut aut ipſe qui plectitor „ corrigatur experimento, aut alii ter„ reantur exemplo. „

(h) *Et ignavia quaſi quietem adpetit*. = Ignavia fortitudini oppoſitum vitium eſt, ex timido, ſeu molli animo exſurgens. Quies Theologica, quam hic reſpicit Auguſtinus, definiri poteſt primo : Exteriorum ſilentium ad ſecretam mentis meditationem (3), Deique converſationem intimam vel habendam, vel conſervandam 2. Voluntatis nullo turbamento Dei onionem quaerentis iocunditas. 3. Animae (4) tranquillitas orationis frequentia concepta, & ſuperinfuſa.

Hanc divinam quietem ignavia ſimulat. Sunt qui bonae ſolitudinis, & piae meditationis ſpecie ignaviae indulgent, commodo, & genio (5). Vide ipſum Auguſtinum Epiſt. ad Eudoxium Abbatem 48. (Alias, 81.) a n. 2.

In quam rem Lodov. Anton. Muratorius lib. de Philoſophia Morali, cap. 8. poſt initium puerile exemplum adfert ex fabella de mure, qui lactis metam ingreſſus, ſocios foris interpellantes, & egreſſum poſcentes propulſavit, atque dimiſit, ſolitudini, & quieti litandi praetextu.

At, *ignavia quietem adpetit*, dixit Au-

(1) S. Thom. 22. q. 112. ar. 4.
(2) S. Thom. 22. q. 37. ar. 2. & q. 38. ar. 2.
(3) Vide Bloſ. in Paradiſo animae, c. 3.
(4) Vide Iacob. Alvarez t. 3. lib. 5. p. 3. c. 4.
(5) Vide b. Bonav. tract. de 7. grad. Contempl.

Aogostinos, non, *simulat*. Ergo inquiet aliquis, potios haec qoies physica, & naturalis erit: quae nempe laborem, strepitum, fastidium cavet.

(*i*) *Effusio liberalitatis obtendit umbram*. = Liberalitas, pars, ut Schola loquitur, *potentialis* iustitiae, duo vitia opposita habet; *Avaritiam*, quae deficit: & *Prodigalitatem*, quae excedit. Avaritia mordicus divitiis inhaeret. Prodigalitas, vel effusio stulte eas proiicit, etiam quando, & cui non debet. Liberalitas medium tenet: divitiarum amorem temperat: nosque faciles reddit ad illas aequa mensura, quando, quomodo, & cui convenit impendendas.

Effusio igitur quum divitias contemnat, easque ampla manu largiatur, liberalitatis umbram obtendit.

Verom est tamen avaritiam prodigalitate turpiorem esse, haec enim, etsi inordinate populum iovat; & ad virtutem magis accedit; seu, ut aptios loquamur, a virtute minus recedit.

(*k*) *Avaritia multa possidere vult*. = *Inordinate*, vel simile quid subintellige; quod Augustinus reticuit ut ad rem suam inutile. Vult enim ostendere vitia quaelibet aliquam vel defectivam boni speciem intueri. Ceterum apertius dicens in Psal. 118. Serm. 11. n. 6. haec habet. *Tali verbo Graeco hic appellat, a quo possit intelligi generalis avaritia, qua plus appetit quisque, quam sat est*. Et lib. 12. de Civit. Dei, cap. 8. circa med. *Neque enim avari vitium est avaritia: sed hominis perverse amantis aurum, iustitia derelicta, quae incomparabiliter auro debuit anteponi*.

De avaritiae filiabus nil dicimus: quia non adeo celebres sunt; & quia si avaritia paulo latius sumatur, non quorumdam, sed omnium vitiorum origo est. Unde Paulus 1, ad Tim. 6. *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociva &c. radix enim omnium malorum est cupiditas*. Vide Augustinum in Psal. 118. loco paulo ante laudato.

Sese quidem avaritia grave peccatum est; at revera quamsaepe leve: quod optime, plenissimeque edisserit S. Thomas 22. q. 118. ar. 4. in corp.

(*l*) *Invidentia de excellentia litigat*. = Egregie! Et ita ex Ioan. Damasceno lib. 2. de Fide Orthod. c. 10. & S. Thoma 22. q. 36. ar. 1. & 2. *invidiam* Schola concipit: inqoiens, esse tristitiam de bono alterius quatenos propriam excellentiam obscurat, vel obscurare potest.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

De *excellentia* dixit: quia non de quocumque proximi bono, sed, vel ut in plurimum, de excellentia invidus litigat. Unde S. Thomas q. 36. ar. 1. in corp. „ Alio modo bonum alterius aestimatur ut malum proprium, in qoantum est diminutivum propriae gloriae, „ vel excellentiae: & hoc modo de bono alterius tristatur invidia; & ideo „ praecipue de illis bonis homines invident, in quibus est gloriae, & in qoibus homines amant honorari, & in opinione esse, ut Philosophus dicit in 2. „ Rhet.

Quae omnia dextere, & brevissime complexus est Augustinus. In Ioan. tract. 32. n. 8. sive post med. *Tolle invidiam: & tuum est quod habeo; tollam invidiam: & meum est quod habes*. Et Tract. 67. n. 2. vel circa med. *Non erit itaque aliqua invidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas caritatis*. Similia habet in Ioan. Epist. Tract. 8. n. 8. sive circa med.

Ne autem reconditis doctrinis implicatus, aemulationem qoamlibet invidiae nomine infami traducas: damus aurea doctissima verba S. Doctoris in Epist. ad Galat. c. 5. n. 52. „ Ne quis sane arbitretur, hoc esse invidiam, quod est „ aemolatio: vicina enim sunt, & pro„ pter ipsam vicinitatem plerumque u„ trumlibet horum pro altero, vel ae„ mulatio pro invidia, vel invidia pro „ aemulatione ponitur. Sed quia utrum„ qoe hic locis suis dictum est, utiqoe „ distinctionem de nobis flagitant. Nam „ aemulatio est dolor animi, cum alius „ pervenit ad rem, quam duo, pluresve appetebant, & nisi ab uno haberi „ non potest. Istam sanat pax, qua id „ appetimus, quod omnes, qui appetunt, si adsequantur, unum in eo „ fiunt. Invidia vero dolor animi est, „ com indignus videtur aliquis adsequi, „ etiam quod tu non appetebas. Hanc „ sanat mansuetudo, cum quisqoe ad „ iudicium Dei revocans (1), non re„ sistit voluntati eius, & magis ei credit „ recte factom esse, quam sibi quod pu„ tabat indignum.

Est autem invidia filia superbiae; qoanqoam supra litt. F. id reticuerimos; nec citra mysterium; qood videlicet noo sint Theologi io huiusmodi di-

Y 2

(1) Tres MSS. *se revocans*.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 30. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

divisionibos admodum exacti, & constanstantes; & quia non est pura filia, sed & mater, nempe capitale vitium; qood implexum haud est: ut enim S. Thom. 22. q. 36. ar. 4. ad 1. optime observat: contra vitiom capitale est, nullam babere sobolem, minime autem habere pareotem: potest quippe eadem persona dici parens unioa, & filius alterius.

Ceterum invidiam a superbia genitam esse tradit saepe saepius Augostinus. Serm. 142. de verbis Ioan. 14. *Ego sum via &c.* (Alias, 52. de Verb. Dom, & 34. ex Homil. 50.) n. 8. *Qoando potest babere sincerissimam caritatem soperbos, & inflatus? Necesse est, ot invideat &c.* Serm. 353. In die octavarum Infantium (Alias, 20. inter 50. Homil.) n. 1. *Porro superbia continuo parit iovidiam.* Quae luculentius etiam tradit Serm. 354. ad Continentes (Alias, 53. de Verbis Dom.) n. 5. Lib. de Catehizandis Rodibus c. 4. n. 8. lib. de Sancta Virginiaate, cap. 31. n. 31. lib. de Disciplina Christiana, vel Christianorum, cap. 7. n. 7. lib. 11. de Gen. ad litt. cap. 14. n. 18. & alibi centies.

Qui invidiam inanis gloriae filiam dicunt, ot S. Thom. 22. q. 36. ar. 4. ad 1. & alii, Augustino, si bene adtendis, adstipulamur.

Invidiae, qoae ex genere suo est grave (1) peccatum, filiae ex S. Graegorio lib. 31. Moral. c. 31. sunt: *Odiom, Susurratio, Detractio, Exsoltatio* in adversis proximi. *Afflictio* in prosperis. In quibus tamen ut tuto procedas, consule S. Thom. 22. q. 36. ar. 4. ad 3.

Et haec de invidia, sagitta fatali, qua plerumque ima tristia convallia in altissimorom montium lucida cacumina iacolantur.

(n) *Ira vindictam quaerit.* = Ita super Psal. 6. n. 3. *Motus est animi provatans ad poenam inferendam.* Et Serm. 58. in 6. Matth. (Alias, 42. inter 50. Homil.) cap. 7. n. 8. *Quid est ira? libido vindictae.* Lib. autem 14. de Civit. Dei, cap. 15. sub finem hanc definitionem confirmat, & feliciter, atqoe expeditissime ab obiectionibus vindicat. „Nam & „ipsam Iram nihil allod esse, quam ul„ciscendi libidinem veteres definieront; „quamvis nonnunquam homo (2) ubi „vindictae nullus est sensus, etiam re„bus inanimis irascatur, (3) ut male scri„bentem stilom collidat, vel calamum „frangat iratus. Verum & ista licet ir„rationabilior, tameo quaedam ulciscen„di libido est, & nescio quae, ut ita „dixerim, quasi ombra retributionis, „ut qui male faciunt, mala patiantur. „Est igitur libido ulciscendi qoae ira „dicitur.„

Ira non certa ratiooe semper (4) lethalis, sex filias habet: *Rixam, Tumorem* mentis, *contumeliam, clamorem, indignationem, blasphemiam.* Qoae omoia egregie, & doctissime digerit ex S. Gregor. lib. 31. Moral. c. 31. S. Thomas 22. q. 158. art. 7. in corp.

(o) *Timor insolita, & repentina exhorrescit, rebus qoae amantur, adversantia, dom praecavet securitati.* = Egregia, adaequata, exactissima timoris definitio! Timor rebus amatis adversantia qoaecomque exhorrescit: at praecipue, & quam maxime insolita, & repentina; exactae vero desitionis est potissima exprimere. Unde qoum S. Thomas 22. q. 123. ar. 3. ex Aristot. 2., & 4. Ethic. c. 6. & 9. statuisset fortitudinem esse circa timores, & audacias, hoc est, timoris imbecillitatem regere, audaciae excessum temperare; eadem quaest. ar. 9. item ex Arist. l. 3. Ethic. c. 8. addit maxime id contingere in repentinis.

Timoris, ut S. Thom. 1. 2. q. 41. ar. 4. ex S. Gregorio Nyss. l. 4. c. 14. & Ioanne Damasc. l. 2. de Fide Orthod. c. 16. observat, sex species sunt; *Segnities, Erubescentia, Verecundia, Admiratio, Stopor, Agonia.*

(o) *Tibi quid insolitum, qoid &c. apod te firma securitas.* = *Insolitum* quid novum est, aot praeter communem ordinem datum. Quid insolitum Deo, qui omnia praeterita, omnia futora praesentissima habet: quive ab aeterno voluit quaecomque sunt. Quid *repentinum*, si ea, quae nonc contingont, ab aeterno meditabatur?

Quis ab eo dilectum separat, si qoicomque movetur, & agit: ab eo movetur, & eius virtute agit? Ipso auteoi retrahente manu, & Angeli, creaturarum nobilissimae in fumom, & nibil abirent? *Quis ergo nos separabit a caritate Christi: tribulatio, an angustia, an fames &c.* Rom. 8. 35.

Ex quibus etiam sequitur, apud ipsum, & non apud alium omnem securitatem

(1) S. Thom. 22. q. 36. ar. 3.
(2) Cic. 4. Tuscul.
(3) Nonnulli codices, & male, suffragante etiam Veronen. MS.
(4) S. Thom. 22. q. 158. ar. 3.

tatem haberi : *Si Deus pro nobis , quis contra nos ?* ibidem v. 31.

(*p*) *Triſtitia rebus amiſſis contabeſcit, quibus ſe obleƈtabat cupiditas.* = Et haec triſtitiae definitio exaƈtiſſima eſt : quam lib. 14. de Civit. Dei , c. 6. confirmat , & dilucidat hiſce verbis . „ Quid eſt cu„ piditas , & laetitia , niſi voluntas in „ eorum (1) conſenſionem , quae volu„ mus ? Et quid eſt metus , atque triſti„ tia , niſi voluntas in diſſenſionem ab „ his , quae nolumus ? Sed cum con„ ſentimus appetendo ea quae volumus, „ cupiditas ; cum autem conſentimus „ fruendo his , quae volumus , laetitia „ vocatur. Itemque cum diſſentimus ab „ eo , quod accidere nolumus , talis vo„ luntas metus eſt (2) ; cum autem diſ„ ſentimus ab eo , quod nolentibus acci„ dit , talis voluntas triſtitia eſt .

Cur vero triſtitia contabeſcit ? quia animi contraƈtio eſt : *Laetitia animi diffuſio , triſtitia animi contraƈtio ; cupiditas animi progreſſio . timor animi fuga eſt .* Aug. in Ioan. Traƈt. 46. n. 8.

Quatuor autem triſtitiae ſpecies a S. Th. 12. q. 35. ar. 8. ex Ioan. Damaſc. l. 2. c. 14. ponuntur : *Acidia , Achos* , vel *Anxietas* (ſecundum Gregor. Nyſſ. l. 4. c. 12.) *Miſericordia* , *&* *Invidia* .

Subſumit autem S. D. *Ita fornicatur anima , cum avertitur abs te , & quaerit extra te ea , quae &c.* Videlicet ; Ita communiter homines peccant , quaerentes bona : quae tamen vera , & liquida nonniſi in Deo occurrunt .

Et haec , ut praemonuimus , ad ſui furti horrorem Auguſtinus : In quo nullum bonum , iuxta ſaepe diƈta , quaeſivit .

Quae hucuſque vel a nobis , vel ab aliis de peccatorum , ſive humanarum adfeƈtionum partibus , gradibuſque diƈta ſunt , non metaphyſicis certis momentis : ſed aequis rationibus , & ſoavi iudicio nituntur.

(*q*) *Perverſe te imitantur omnes , qui longe ſe a te faciunt , & extollunt ſe adverſum te .* = Henricus Wangnereck ita exponit hunc locum . „ Quaerendo glo„ riam , vindiƈtam , poteſtatem iudicandi , „ ſoli Deo debitam , iuxta illud , (3) „ *Gloriam meam alteri non dabo* . (4) *Mi„ hi vindiƈta , ego retribuam* . (5) *Nolite „ iudicare* , cum Deus ſit imitandus in „ iis ſolum , quae nobis conveniunt , & „ eo modo , quo conveniunt .

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

Item Ianſenius Yprenſis Antiſtes , qui t. 3. de Gratia Chriſti Salvatoris lib. 7. cap. 12. pag. mihi 332. hanc Auguſtini ſententiam recolens , inquit „ Nam „ & ſuperbia veram virtutem , ac ipſius „ Dei celſitudinem imitatur ; Et ſtultitia „ innocentiam , & ſimplicitatem ; & igna„ via quietem ; & effuſio liberalitatem „ eius .

Vide Auguſt. lib. contra Secundinum Manichaeum , cap. 10. poſt med. ſeu n. 1. in fine .

(*r*) *Sed etiam ſic te imitando , indicant creatorem te eſſe omnis naturae .* = Et hunc locum conatur exponere Henricus Wangnereck hiſce verbis . „ Quia „ aƈtus peccati eſt , *entitas quaedam vi„ talis valde mirabilis* (6), participans , „ adeoque repraeſentans perfeƈtiones di„ vinas , & ſecundum eſſe phyſicum „ pendens a generali concurſu divino ; „ etſi ſecundum eſſe morale , ut ab ho„ mine libere , & contra legem ſit , a „ Deo non ſit volitus , ſed ſolum per„ miſſus .

Male omnino . Quid haec ad ſeriem ſermonis ? quid ad Auguſtini ſcopum ? qua cohaerentia ad praecedentem notam ?

Ut compendio dicamus ; ex integro capite etiam leviter expenſo , manifeſtum fit , hanc imitationem obieƈtivam eſſe , ut loquuntur , non ſubieƈtivam ; non ex eo quod peccatores agant , Auguſtinus ipſos Dei imitatores vocavit ; ſed quia , ut ipſe Wangn. praecedenti nota dixit , gloriam , vindiƈtam , & alia , quae ſoli Deo iuſte competunt , ambiunt cum peccant ; vel , ut melius Ianſenius , quia virtutem , & creatoris celſitudinem , quanquam perverſe affeƈtant . Ex hac ergo defeƈtiva boni ſpecie , vel uno , vel altero modo expoſita , quam peccatores ſequuntur , non ipſa mala aƈtione phyſice accepta , ſe Dei creaturas illos prodere Auguſtinus adſeruit .

Et quidem tum ex iis , quae dixerat : tum ex eo quod mox ſubneƈtit : *Quid ergo in illo furto ego dilexi &c.* conſtat de ea ſe imitatione loqui ; quae in recenſitis peccatis inſpiciatur , non in ſuo furto ; peccati vero aƈtio phyſice , ſeu ut loquitur Leſſius , ſecundum *entitatem* conſiderata , fuit aeque , ut viri de Schola loquuntur , *tranſcendentaliter* bona in furto , ac in ſuperbia , invidia &c. ſeu , & redit in idem , obieƈta comparantur ab Auguſtino , non *entitate*

(1) MSS. *conſenſiones* & infra , *in diſſenſione* . Codex Veron. quoque retinet hanc utramque leƈtionem.
(2) Vide Ioan. Damaſc. l. 2. c. 7. & 9.
(3) Iſ. 42. 8.
(4) Rom. 12. 19.
(5) Matt. 7. 1.
(6) Leſſius l. 14. de perfect. div. c. 3. n. 59.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 30. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

tes actionum, quae ubique, & femper bonitatem illam involvunt.

Sed & offendunt nonnihil Leffii verba, *valde mirabilis*. Quafi peccato phyfice accepto nedum communis illa, quae omni actioni convenit: fed peculiaris etiam bonitas conveniret. At fatis liquet, Leffium pium Iefuitam fanam certamque ibi doctrinam tradere, quanquam forte minus exacto fermone.

(*t*) *An libuit facere contra legem &c. ut mancam libertatem captivus imitarer.* = Aperit tandem & fe in furto boni defectivam fpeciem quamdam fequutum. Fuit vero libertas non potentatu exercita, fed fallacia affectata. Hanc libertatem *mancam* appellat, quia poffe legem infringere, & peccare, libertatis infirmitas eft, non perfectio. Unde S D. lib. 4. de Civit. Dei, cap. 3. in fine. „ Bonus etiamfi ferviat, liber eft: malus „ autem etiamfi regnet, fervus eft, nec „ unius hominis, fed quod eft gravius, „ tot dominorum, quot vitiorum. De „ quibus vitiis cum ageret Scriptura di„ vina, (1) *A quo enim quis*, inquit, „ *devictus eft, huic & fervus addictus* „ *eft*.

Adeo quod Deus, & beati, quorum ille natura, & effentia, ifti magna gratia ad malum flecti non poffunt, nobiliori libertate fruantur, omnibus Theologis teftibus; quibus praecinens ipfe Auguftinus, lib. 1. Operis imperf. contra Iulian. cap. feu n. feu argum. 100. haec habet. „ Si liberum non eft, nifi quod „ duo poteft velle, id eft, bonum, & „ malum: liber Deus non eft, qui ma„ lum non poteft velle, de quo etiam „ ipfe dixifti, verumque dixifti, Deus „ effe nifi *juftus non poteft*. Siccine Deum „ laudas, ut ei auferas libertatem? an „ potius intelligere debes effe quamdam „ beatam neceffitatem, qua Deus iniu„ ftus non poteft effe?] Quod plenius etiam repetit lib. 5. eiusdem Operis, argum. 38. & lib. 6. & ultimo, argum. 19. in fine.

Fere autem eodem iure, quo libertatem *mancam*; affectatam omnipotentiae fimilitudinem *tenebrofam* paulo poft appellavit; peccare enim non potentiam, fed impotentiam adftruit; immo nec efficere eft, fed deficere. Itaut Deus ex eo quod peccare non poffit, omnipotens agnofcatur. *Sicut nec poteftas eius minuitur, cum dicitur mori, fallique non poffe: fic enim hoc non poteft, ut potius fi poffet, minoris effet utique poteftatis*. Lib. 5. de Civit. Dei, c. 10. n. 1. Quod docet etiam lib. 22. & ultimo eiusdem Operis, c. 25. poft med. & lib. de Natura, & Gratia contra Pelagium c. 49.

C A P U T VII.

A R G U M E N T U M.

Religiofo a dolore nonnihil paufat; De cunctis five carnis, five furoris peccatis, mirum in modum folutis: deque iis, a quibus omnino exemtus eft interim Deo gratias rependens. Fortiori inde gratitudinis penfo eos teneri innuens, qui magno Dei munere infantiae candorem nullo gravi peccato laefere.



Cce ille fervus fugiens dominum fuum, & confequutus umbram (*a*)! O putredo, o monftrum vitae, & mortis profunditas! Potuit ne libere, quod non licebat: non ob aliud, nifi quia non licebat (*b*)? Quid retribuam Domino (*c*), quod recolit haec memoria mea: & anima mea, non metuit inde? Diligam te, Domine, & gratias agam, & confitear nomini tuo: quoniam tanta dimififti mihi mala, & nefaria opera mea. Gratiae tuae deputo, & mifericordiae tuae, quod peccata mea tanquam glaciem folvifti. Gratiae tuae deputo, & quaecunque non fe-

(1) 2 Petr. 2. 19.

feci mala. Quid enim non facere potui, qui etiam gratuitum facinus amavi? Et omnia mihi dimissa esse fateor (*d*): & quae mea sponte feci mala, & quae te duce non feci. Quis est hominum, qui suam cogitans infirmitatem, audet viribus suis tribuere castitatem atque innocentiam suam: ut minus amet te, quasi minus ei necessario fuerit misericordia tua, qua donas peccata conversis ad te? Qui enim vocatus a te, sequutus est vocem tuam: & vitavit ea, quae me de meipso recordantem, & fatentem legit, non me derideat ab eo medico aegrum sanari, a quo sibi praestitum est, ut non aegrotaret, vel potius ut minus aegrotaret; Et ideo te tantundem, immo vero amplius diligat: quia per quem me videt tantis peccatorum meorum languoribus exui, per eum se videt tantis peccatorum languoribus non implicari.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 30. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

(*a*) *Ecce ille servus fugiens Dominum suum, & consequutus umbram.* = Ab his verbis praesens caput editi passim exordiuntur, Benedictini tamen cum MS. Med. infimae notae a sequentibus, *Quid retribuam Domino &c.* Ideo vero, ut coniicimus, quia hic S. D. ad novos conceptus progreditur. Quibus tamen adstipulari non placuit: tum codicum auctoritate spectata; tum, & maxime, quia pulcrius visum est in exordio capitis priori sermoni ultimam manum imponi, & inde ad nova transiri.

In hac lectione magna codicum discrepantia est, quam Benedictini non advertevunt. Ipsi cum Vet. MS. S. Mar. MS. Med. & Ricard. *Ecce est ille servus.* MS. Fes. unus Med. duo S. Mar. unus S. Cr. Car. *Ecce ille est servus.* MSS. duo Med. *Ecce enim ille &c.* Am. Er. *Ecce est iste servus.* Som. *Ecce si est ille servus.*

Verum praeferendam esse lectionem nostram, quam habent Lov. & Wangn. & sequuntur Itali, manifestum est. Quandoquidem ad Scripturas, quae peccatorem servum fatuum, a Domino avulsum, & umbras, seu vanitates sequentem nunc phrasi hac, nunc illa dicunt, Augustinus alludit. Id vero nonnisi lectione a nobis adoptata bene insinuari liquidum est. Sic enim passim dicimus: *Ecce verus ille Israëlita, in quo dolus non est* (1). *Ecce ille scriba doctus, qui profert de thesauro suo nova, & vetera* (2). *Ecce vidua ille pauper, quae in gazophylacium duo minuta, quod est quadrans misit* (3). *Ecce ille servus nequam &c.* (4)

Scripturarum autem phrases, quas Augustinus inspexit, sunt puta: *Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquae vivae: & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas &c.* Ierem. 2. 13. *Haec dicit Dominus .... elongeverunt a me, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt.* Ibidem v. 5.

Quasi qui adprehenderit umbram, & persequitur ventum, sic & qui &c. Ecclesci. 32. 2. *Qui ambulatis, ut descendatis in Aegyptum habentes fiduciam in umbra Aegypti.* Isaiae 30. 2.

(*b*) *Potuit ne libere, quod non licebat, non ob aliud, nisi quia non licebat?* = Ita legunt omnes, ponentes *libere* pro verbo, quod est, *placere* in infinito. Nec Benedictini quidquam admonent. *Erasmus* verbum illud adverbium credidit, unde ultimam litteram in superiori parte accentu gravi, aut inflexo compressit, *liberè*. Ratus, ut videtur, libertatis motivum, quod furtum induxit, hic denuo resumi, ac si diceretur: *potuit ne fieri libere &c.* At praeter omnium codicum auctoritatem, quis non statim videat lectionis huius barbariem?

Huncce autem locum ita exornare nititur *Ioan. Pherepunas. Ovidius nequitiae magister affirmat, nec falso, Amor. Lib. 11. El. 19.*

„ Quod licet ingratum est, quod non
„ licet acrius urit.
„ Quod sequitur fugo, quod fugit
„ usque sequor.

Et Lib. 3. El. 3.

„ Nitimur in vetitum semper, cupi-
„ musque negata,
„ Sic interdictis imminet aeger aquis.

Nem-

(1) Ioan. 1. 47.
(2) Matth. 13. 52.
(3) Mar. 12. 41. & Luc. 21.
(4) Matth. 18. 32.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 30. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

Nempe nullam rationem legum habere, sed ita nos gerere, quasi iis soluti essemus, nescio quid amplum, et magnificum videtur humanae superbiae.

Ovidii dictum adeo tritum est: ut iam in ore etiam surorum versetur. Quod ex suo addit *Pherepouus: Nempe nullam rationem &c.* subsuratus est ex ultimis verbis capitis praecedentis: nisi quod frigide, & inepte cantavit, quod acuta, eleganti, gravissimaque phrsi Augustinus ibi observaverat. A *Pherepono* homine supercilioso, & admodum raro adnotante graviora desideramus.

Ceterum praeter Ovidium omnibus notum, Cicero, & longe ante, Oratione pro Quintio, sub finem. *Sin & poterit Nevius id quod libet, & ei libebit quod non licet: quid agendum est? qui Deus appellandus est &c.*

Ipsemet Augustinus lib. 13. de Civit. Dei, c. 5. initio. „ Apostolus cum vellet ostendere, quantum peccatum, gratia non subveniente, ad nocendum valeret, etiam ipsam legem, qua prohibetur peccatum, non dubitavit dicere virtutem esse peccati; (1) *Aculeus*, inquit, *mortis est peccatum, virtus autem peccati lex*. Verissime omnino: auget enim prohibitio desiderium operis illiciti, quando &c. Quia scilicet sicut lex non est malum, quando auget peccantium concupiscentiam &c.] Nedum tamen in opere de Civ. D. quod incepit circa an. D. 413. absolvit autem circa an. 426. aut 427. sed & lib. Q. Q. 83. quem scripsit non adhuc praesbyter, scilicet sub finem an. 388. vel ineunte an. 389. consequenter longe ante has Confessiones, quibus damus annum 400. phrenesim illam humanam detexit, & palam fecit: inquit enim, q. 66. n. 5. ante med. *Quod autem ait* (2), Fefellit me peccatum, occasione accepta per mandatum: *sive quia suasio delectationis ad peccatum vehementior est, cum adest prohibitio &c.* Quod observat, & lib. Expositionis quarumdam propositionum ex epist. ad Rom. idest propos. 15. 30. & 37.

Rem longe graviorem fecisset Lectoribus, & nobis *Pherepouus*: si huius tam mali genii radices, secretasque caussas detexisset. At detexerat iam longe ante *Pherepoui* dies Benedictus Pererius Societatis Iesu Theologus gravis in cap. 5. Epist. ad Rom. disp. 18. ad v. 20. *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum &c.* ubi post varia n. 78. „ Huius autem rei triplex ratio afferri potest. Primo sic est natura ipsa comparatum, ut non magni faciant, neque multum curent homines id, quod est in potestate ipsorum, & quo ipsi arbitratu suo quandocumque libet frui, & potiri possunt; quae autem sunt extra potestatem hominis, ea tanquam eximia, & rara pluris aestimantur & expetuntur avidius. Ea porro, quae vetantur, & interdicuntur homini, quasi extra potestatem eius ponuntur, & idcirco ad eorum cupiditatem magis incenditur. Altera ratio ducitur ex interiori hominis affectu, quo magis intra hominem animo coercetur, & cohibetur ne foras erumpat, eo magis interius accenditur, & invalescit: quod cernere licet in affectu doloris, & irae, quae cum interius animo clausae, & compressae tenentur, magis, ac magis augentur, atque roborantur. Si autem eis aliquis exitus foras detur, maiorem in modum eorum vis defervescit, & minuitur. Prohibitio autem legis cogit metu poenae hominem cupiditates suas interius compressas continere; quo fit, ut vehementius inflammentur. Tertia ratio est huiusmodi: quod non est nobis vetitum, id ducimus tanquam facile nobis paratu, & possibile quandocumque habere nobis placuerit: quo fit, ut etiam cum eius comparandi opportunitas, & commoditas nobis datur, eam praeterfluere sinamus. At vero quae nobis vetita sunt, habentur tanquam quibus non cum libuerit nobis, uti possimus: quamobrem cum eorum nobis praebetur opportunitas, discusso poenae metu, ad ea promptiores sumus.

(c) *Quid retribuam Domino &c.* Alludit hic S. D. ad illud Psal. 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi?* Inferius autem inquiens, *Quod peccata mea tanquam glaciem solvisti:* ad illud Eccles. 3. 17. *Et sicut in sereno glacies, solventur peccata tua.*

Validum est autem contra se argumentum, quod statim adnectit: *Quid enim non &c. qui etiam gratuitum &c.* Ac si in humanis diceres. Quid boni a te amice attendere potero in summo rerum discrimine, cumque tuo etiam periculo persaeviet in me persequutionum procella, qui nulla necessitate adactus, & vix pauce illectus, a me sta-

(1) 1. Cor. 15. 56.

(2) Rom. 7. saepe a v. 7.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

ſtatim longe ſemotus, ſacra amicitiae iura calcaſti?

(*d*) *Et omnia mihi dimiſſa eſſe fateor*. = Noli tam magnam animi quietem mirari: de peccatis enim loquitur ante Baptiſma patratis; hoc autem ſacramentum, ut Theologis, & Chriſtianis omnibus notum eſt, felicius longe, atque certius agit, quam poenitentia, vel virtus illa ſit, vel ſacramentum. Delet quippe omnem prorſus culpae, & poenae reatum; & minima quaedam poſtulat tum ex recipientis parte, tum etiam miniſtri.

Pulcre autem inquit inferius: *Ut non aegrotaret: vel potius, ut minus aegrotaret*. = Virgine quippe excepta, nemo eſt mortalium, qui nunquam, & nullo modo toto vitae curſu labatur. Adeoque ſanus dicitur, non qui nullo, ſed qui levi tantummodo morbo tenetur.

Quod & in rebus aliis a religione verum eſt; prudentem enim vocamus illum, in quo exactiſſimum, & conſtantiſſimum utique, at non commune, & frequenter conſilium deſideratur. Quo intueri videtur illud Eccleſiaſtes 1. 15. *Stultorum* (& hic Virginem excipe) *infinitus eſt numerus*. Et ne vel Salomonem ab hac nota cenſeres immunem, praedicavit ipſemet Prov. 30. 2. *Stultiſſimus ſum virorum, & ſapientia hominum non eſt mecum*.

C A P U T VIII.

A R G U M E N T U M.

Tragicum argumentum, quietis impotiens, & piae in ſe excitatae querelae evidiſſimus, iterum advocat, & novo examine diſcutit: latentem alium peccandi ſtimulum retegens: ſe videlicet ab ipſo pomorum bona alienum, nequiſſimorum adoleſcentium ſocietate pellectum.



Quem fructum habui miſer aliquando in iis, quae nunc recolens erubeſco; maxime illo furto, in quo ipſum furtum amavi; Nihil aliud: cum & ipſum eſſet nihil (*a*), & eo ipſo ego miſerior? Et tamen ſolus id non feciſſem, ſic recordor animum tunc meum, ſolus omnino id non feciſſem. Ergo ibi amavi etiam conſortium eorum, cum quibus id feci (*b*). Non ergo nihil aliud quam furtum amavi: immo vero nihil aliud, quia & illud nihil eſt. Quid eſt revera? Quis eſt, qui doceat me, niſi qui illuminat cor meum, & diſcernit umbras eius, quid eſt, quod mihi venit in mentem quaerere, & diſcutere, & conſiderare? Quia ſi tunc amarem poma illa, quae furatus ſum, & eis frui cuperem: poſſem etiam ſolus, ſi ſatis eſſet, committere illam iniquitatem, qua pervenirem ad voluptatem meam: nec confricatione conſciorum animorum, accenderem pruritum cupiditatis meae (*c*). Sed quoniam in illis pomis voluptas mihi non erat, ea erat in ipſo facinore, quam faciebat conſortium ſimul peccantium.

(*a*) *Cum & ipſum eſſet nihil*; = Et furtum hic, & malorum conſortium inferius *nihil* appellat. Tum quia utraque illa vera bonitate vacua erant. Tum quia peccatum quodlibet iuxta Patrum, maxime Auguſtini principia nihil eſt. Tract. 1. in Ioan. n. 13. initio. „ Sane Fratres, quod ſequitur, (1) *Omnia* „ *per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo fa-* „ *ctum eſt nihil*, videte ne ſic cogitetis, „ quia nihil aliquid eſt. Solent enim „ multi male intelligentes, *ſine ipſo fa-* „ *ctum eſt nihil*, putare aliquid eſſe ni- „ hil. Peccatum quidem non per ipſum „ fa-

(1) Ioan. 1. 3.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

„ factum est : & manifestum est, quia „ peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cum peccant. Et idolum non „ per Verbum factum est : habet quidem formam quamdam humanam, sed „ ipse homo per Verbum factus est; nam „ forma hominis in idolo non per Verbum facta est : & scriptum est, (t) „ *Scimus quia nihil est idolum*. Ergo ista „ non sunt facta per Verbum &c.

Equidem novimus nostros Salmanticenses, & alios quosdam Scholasticos, ut minus probabilem opinionem *peccatum commissionis quid positivi habere*, tuentur, haec & similia vel Augustini, vel aliorum amplificationis suspicione excipere, aliisque portentosis interpretationibus temperare. Contra quos tamen nulla Augustini gloria (cuius auctoritatem non excutiunt, sed obsequio extorquent) & magno Lectoris fastidio hic disputationem texeremus.

(*b*) *Ergo amavi ibi etiam consortium eorum, cum quibus id feci*. = Secessimus a Benedictinis, qui inquiunt. „ Codices plerique, *consortium eorum*. Maluimus uti pauciores habent, *consortium reorem*. Hoc enim verbo S. Augustinus peccati illius sui gravitatem amplificat, sicuti deinceps facit, se & „ *consotiorum animarum confricatione* ac„ censum, & *consortio simul peccantium* „ delectatum fuisse accusans.] Immo si diligentius Augustini sermo, eiusque scopus inspiciatur, potius, dicendum est, non forti amplificationem potissimum, sed motiva; seu boni defectivi speciem hic quaeri. In calce 6. cap. mancam quamdam libertatem, & omnipotentiae tenebrosam similitudinem Augustinus detexerat. Cap. praeced. ab his curis paususavit, in Dei laudes effusus. Nunc argumentum resumens: quaerit, an & aliqua alia boni defectiva species ipsum ad furtum traxerit? retegitque hanc, nempe: quasi iacto foedere, cum aliis simul agendi. Unde mox pro consequutione subsumit: *Non ergo nihil aliud, quam furtum amavi*; Ae si diceret: Non ergo ruit inconcussum omnium Doctorum principium, hominem scilicet nunquam, malum intendere, ut tale, sed semper bonum, vel eius defectivam speciem.

Maxime quoniam dederat iam quaedam, & alia daturus erat in mali eius foederis detestationem; & actionis turpe obiectum fecerat, & facturus erat reos foedere iunctos; ratio igitur non erat, cur minori etiam elegantia, & suavitate diceret, *amavi consortium reorum &c.*

Nobiscum autem sunt Vet. Am. Er. Som. Wangn. 2. MSS. Med. 2. S. Cr. 3. S. Mar. Car. Fes. Ricar. suffragantur vero Benedictinis 2. MSS. Med. 1. S. Cr.

(*c*) *Nec confricatione consciorum animorum adtenderem pruritum cupiditatis meae*. = Prosequitur argumentum: volens omnino palam facere, & multorum in eamdem actionem conspirantium societate, velut defectiva boni specie se tractum ad furtum. Hoc vero eleganti metaphora exprimit; Quemadmodum enim educi porrigine oppressi, confricatione delectantur; ita ipse multorum unione &c. Vel aptius: Sicut pudenda essi frigida, ae temperata confricatione incalescunt, & copulam ambiunt; sic ipse pira alias non curans, stimulis sociorum incensus, furtum patravit.

Et en malae amicitiae fructus! *Adulteri nescitis, quia amicitia huius mundi inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse saeculi huius, inimicus Dei constituetur*, Iacobi 4. 4. Et en quo malis sociis trahimur! *Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum perversa perverteris*. Psal. 17. v. 26. & 27.



CA-

(t) 1. Cor. 8. 4.

A. Ch. 370.
Aug. 16. Mon.
39. Dam. IV.
Valentin. &
Valer. VII.

C A P U T IX.

A R G U M E N T U M.

Plurium, in eumdem sensum euntium societate ad furtum se deductum confirmat, contemnit, detestatur. Perstringit inde malae amicitiae genium, quod iocorum, & nugarum voluptatibus inhians, proximi damna ceu media adsumat, censeatque impudentia consultum iri pudori.



Uid erat ille adfectus animi? certe enim plane turpis erat nimis: & vae mihi erat, qui habebam illum. Sed tamen quid erat (*a*)? Delicta quis intelligit? Risus erat, quasi titillato corde, quod fallebamus eos, qui haec a nobis fieri non putabant, & vehementer nolebant: Cur ergo eo me delectabat, quo id non faciebam solus? An quia etiam nemo facile solus ridet (*b*)? Nemo quidem facile; Sed tamen etiam solos, & singulos homines, cum alius nemo praesens est, vincit risus aliquando: si aliquid nimis ridiculum, vel sensibus occurrerit vel animo. At ego illud solus non facerem, non facerem omnino solus. Ecce est coram te, Deus meus, viva recordatio animae meae. Solus non facerem furtum illud, in quo me non libebat id, quod furabar, sed quia furabar: quod me solum facere prorsus non liberet, nec facerem. O nimis inimica amicitia, seductio mentis investigabilis! ex ludo & ioco nocendi aviditas, & alieni damni adpetitus (*c*), nulla lucri mei, nulla ulciscendi libidine; sed cum dicitur: eamus, faciamus; & pudet non esse impudentem.

(*a*) *Sed tamen quid erat?* = Quaerit quid esset adfectus animi, qui malam societatem amans, furtu cooperatus est. At videns quaestionis difficultatem, mox addit: *Delicta quis intelligit?* innuens larvatum esse vitium, nec facile eius fruntem detegi posse. Manifestum est enim Psal. 18. 13. verba fecisse sua, quae ipsemet sic interpretatur Enarr. 1. n. 13. „In delictis autem qualis suavitas po„test esse, ubi nun est intellectus? Quo„niam delicta quis intelligit, quae ipsum „oculum claudunt, cui suavis est veri„tas, cui desiderabilia, & dulcia sunt „iudicia Dei, & sicut tenebrae uculos, „ita delicta mentem claudunt, nec lu„cem sinunt videre, nec se.„

Praesenti capiti hucce argumentum praefixit Henricus Wangnereck, qui omnium quoad rem hanc diligentissimus fuit: *Se prava societatis titillatione impulsum fecisse furtum, quod non fecisset solus.* Idem prupemudum quoad significatum quod adfixerat capiti praeced. erat enim: *In furto amasse se quoque eam voluptatem, quam faciebat consortium simul peccantium.* In quo praeced. capite ipse Augustinus dixerat quod pru argumento capitis huius Henricus adsumit: Erant enim S. Doctoris verba: *Et tamen solus id non fecissem &c. solus omni modo id non fecissem. Ergo ibi amavi etiam consortium eorum &c.*

(*b*) *An quia nemo facile solus ridet?* = Lucum huncce sic exponit Henricus Wangnereck. „Risus enim ex ad„miration. nascitur, ut docent Philuso„phi; (1) *admiratio autem est deside„rium sciendi aliquod novum, aut insu„litum, cuius causam, vel conditionem, „vel circumstantiam ignoramus*; ut sentit „S. Thomas (2). Nuva vero, & inso„lita frequentius coram aliis, & ab aliis „fiunt, aut narrantur, aut cugitantur, „quam cum suli sumus. Unde saepius, „ac facilius coram aliis, praesertim fa„miliaribus, ridemus, quam suli.

Ex tot conceptibus ad unum indu- cen-

(1) Fracast. de Sym. c. 20. Vales. l. 5. contr. c. 9.

(2) 1. 2. q. 32. a 5.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

cendum iunctis, praeter eos, qui ſunt D. Thomae, nec unus eſt, quem plene probemus.

Aut nulla, aut non omnis admiratio riſum excitat; eſt enim admiratio, quae terrorem gignit, & nonnunquam ioci nos ad riſum provocant, quos non admiramur, agnoſcimus enim cauſſas, circumſtantias &c.

Nova vero, & inſolita aeque ac coram aliis ſoli cogitamus, ſi non videmus. Et longe frequentius, ac cum in hominum ſocietate ſumus, nova, & inſolita in ſtudiis maxime hiſtoriarum deprehendimus.

Adde: nova, & inſolita potius ab exteris, quam a familiaribus, cum quibus ut in plurimum ſumus ad nos deportari; ſi igitur ipſo Wangnereck teſte, potius cum familiaribus ridemus &c.

I. Ut ergo circa rem illam opinionem noſtram prodamus; ſciendum eſt, ex doctis in re Philoſophica, & Medica, quos in his iudices ſummos agnoſcimus, ſic riſum definiri poſſe: (1) *Concitatior quidam animi ex re iocunda motus, ad conceptum intus gaudium explicandum, quo thoracis, & oris muſculi impetu quodam moventur.* Ex quibus argumentemur; Cum, ut omnis Philoſophia & ethnica, & Chriſtiana, & experientia ipſa teſtatur, homo ſit animal ſocietati inhians, aegre ſolus, libenter cum aliis iocundatur. Conceptum enim intus gaudium ex re iocunda, ſeu iocoſa eſt riſus velut principium; eiusdem autem gaudii explicatio riſus exercitium eſt; Cui vero hanc explicationem facies, ſi ab omnibus ſeiunctus, in cubiculo, aut ſilva deliteſcas?

Ex quibus ſequitur riſum ſolitarium frequentiſſimum hominis eſſe laeſi cerebri; rariſſimum autem, conceptum ex re nimis iocoſa, & ridicula, quam obiecit aut praeteritorum meditatio, aut lectio hiſtoriae: huiuſmodi inquam ſolitarium riſum nec graviſſimos quidem homines dedecere. Quod ipſe Auguſtinus in verbis ſequentibus manifeſte inſinuat.

Ceterum quod de admiratione docet S. Thomas iam S. Auguſtinus obſervaverat. Lib. 13. huius operis, c. 21. n. 2. *Ubi intento ſit ignorantia mater admirationis*, Lib. 1. de Ordine, cap. 3. n. 8. (2). *Unde enim ſolet, inquam, oboriri admiratio, aut quae huius vitii mater eſt, niſi res inſolita praeter manifeſtum cauſſarum ordinem?* Vide etiam, ſi placet, l. 1. de Gen. contra Manich. c. 8. n. 14. & lib. 3. de Trinit. c. 2. n. 7. In Pſal. autem 105. ad v. 22. n. 20. in admiratione & formidinem quamdam agnoſcit. Quam doctrinam ad Scholae formam proponit S. Thomas 1. 2. q. 41. a 4. in corp. Doctrina autem a Wangnereek laudata, non proponitur a S. Th. ar. 5. ut ipſe innuit, ſed 8. in corp. Vide infra l. 7. c. 17. A.

(c) *Ex ludo, & ioco nocendi aviditas, & alieni damni adpetitus.* = Ludus factis: iocus verbis gaudium, & voluptatem aucupantur.

Quomodo ergo ex iis nocendi aviditas, & alieni damni adpetitus? Sed nonnunquam mali adoleſcentes nocumentum, ac damnum alienum veluti ludi, & ioci materiam ſibi praefigunt. Item ex nocumentis, ac damnis quae in adoleſcentia ludo vel ioco inferuntur, ſubinde ad illationem veri damni &c. Prior tamen expoſitio, utpote materiae praeſenti, de furto inſtar ioci patrato, optime congruens praeferenda eſt.

Quod ſequitur, *pudet non eſſe impudentem*, ex dictis liquidum eſt. Impudentia enim tunc velut ſocietatis concordia, generoſitas, & lepidum condimentum adprehenditur.



CA-

(1) Vide Erycium Puteanum in differt. Saturnal. Ciceron. l. 2. de Orat. & favet ipſe Fracaſtorius l. de Sympat. c. 20.

(2) L. 1. Retract. c. 3. n. 2. Diſplicet mihi &c. & quod *admirationem vitium* nuncupavi.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 30. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

C A P U T X.

A R G U M E N T U M.

Olim patrati furti malitia ad summitatem amplificatione deducta : ab ea velut a nimis horrida, ac turpi mentis intuitus S. Doctor avertit ; & magna anxietate ad Deum conversus, eius amicitiae, gratiae, & blanditiis finum offert. Iterum inde impudentem annum sextumdecimum indefinitis, compendiosis conceptibus detestatus, caput, & librum absolvit.



Uis aperit (*a*), tortuosissimam istam & implicatissimam nodositatem? Foeda est, nolo in eam intendere, nolo eam videre. Te volo iustitia & innocentia, pulcra & decora honestis luminibus, & insatiabili satietate. Quies est apud te valde, & vita imperturbabilis. Qui intrat in te, intrat in gaudium Domini sui, & non timebit, & habebit se optime in optimo. Defluxi abs te ego, & erravi Deus meus (*b*), nimis devius a stabilitate tua in adolescentia : & factus sum mihi regio egestatis (*c*).

(*a*) *Quis exaperit &c.* Ita Benedictini (nihil adomonentes) quibus suffragantur Vet. Am. Som. & 8. e nostris MSS. At Er. Lov. Wangn. & MS. recens S. Cr. in margine, *aperis*. MS. S. Mar. *exaspexit*. MS. Med. *aspexeris*. Quam discrepantiam ex eo natam crediderim, quod verbum, *exaperis*, minus usitatum videretur.

Tortuosissimam autem nodositatem vocat Augustinus phrenesim illam, qua peccator nulla lucri spe, nulla ulciscendi libidine proximo molitur insidias: pascitorque, gestit, exultat alieno damno, planctu, ac dolore.

(*b*) *Defluxi abs te ego, & erravi Deus meus,* = In priori huius propositionis parte ad has, vel similes Scripturarum phrases alludit : *Filii alieni defluxerunt, & contrahentur in angustiis suis*. 2. Reg. 22. 46. *Impii autem... defluxerunt*. Sap. 1. 16. In posteriori autem parte ad illud puta Psal. 118. 176. *Erravi sicut ovis, quae periit.*

Defluxit autem a Deo, quem offendit, cuius specialem societatem, vel unionem amisit : nimis devius ab illius stabilitate, hoc est aeterna nunquam mutanda lege, quam furto, & obscenis amoribus violavit.

(*c*) *Et factus sum mihi regio egestatis*. = Manifestum est, historiam, vel similitudinem respicere Lucae 15. propositam. Fatuus ille adolescens a teneri patris sinu avulsus, & ad longinqua profectus, in regionem impegit caritate oppressam: *Facta est fames valida in regione illa : & ipse coepit egere*. Luc. 15. 14. Augustinus malo genio indulgens, factus est sibi regio egestatis : hoc est divinis muneribus se denudavit.

Et haec Augustinus ad furtum illud exaggerandum. Nunc patiatur humillimus Pater, ut aliter nos, & quidem longe brevius disputemus. Res plurimorum propria hominem non secernit a ceteris; atqui vix est puer, vel adolescens liberioris indolis, qui furtum, aut simile quidpiam cum adiacentibus circumstantiis, nedum semel, sed etiam terque quaterque non patret ; Non habet igitur Augustinus quod tantopere exaggeret : quove inter adolescentes non adeo sobrios, ac morigeros speciali insolentiae, & malitiae nota emineat.

Quanquam vero ea fuerit in his Confessionibus Augustini modestia : quanquam tam divino animi sensu bona sua contexerit: mala omni amplificationis genere auxerit ; adhuc stomachum dolet *Erasmus*, & acutissimis Zoili oculis adsectum in eo videt hominis, non se amplificatione accusantis, sed sibi, & quidem non paululum, sed ad excessum placentis : (1) *Dicas alicubi quiddam esse subinane : & affectum hominis sibi plus aequo placentis*. Ex

(1) In Censura ante finem.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

Ex his, quae viſa ſunt, & quae videbuntur manifeſtum eſt, atque erit: an Auguſtiuus ſibi plus aequo placuerit. Nec eſt cur quidquam addamus.

At has Confeſſiones ſcripſit Auguſtinus circa quintum ſui Epiſcopatus annum: cum jam in ſanctitatis culmine eſſet. In iis, quae adhuc catechumenus exaravit, adhuc in ſchola Chriſti tiro, vero ipſum genio indulſiſſe, & humanam aoram nonnihil captaſſe ipſummet ingenue fateri compertum habet *Eraſmus* in eadem Cenſura poſt ſupra recitata verba, paulo ante finem, ubi. „ Quanquam „ in iis libris, quos ſcripſit catechume„ nus, deprehendas nonnihil humanae „ gloriae, quem affectum minime malum „ generoſiſſimis quibuſque ingeniis potiſ„ mum videmus inſitum eſſe. Non enim „ excuſare conabor, quod ipſe putavit „ accuſandum, dicens eos libros, quos „ ſcripſit rudis adhuc, ac velut infans „ in philoſophia Chriſtiana, ita ſerviſſe „ Chriſto, ut adhuc reſiperent ſcholam „ ſuperbiae, magiſque ſpirarent Platonis „ dogmata, quam divinarum ſcriptora„ rum myſteria. Habet Africa ſuum „ quoddam ingenium, & habebat omni„ no quiddam ſuae gentis Auguſtinus, „ ni Chriſtus illum in alium virum tran„ sformaſſet.] Quae cantaverat iam anno 1518. Epiſt. iuxta ordinem editionis Lugdun. Batavorum an. 1703. 376. ad Ioan. Eckium, circa med. *Praeſertim tum in libris, quos Catechumenus ſcripſit, iuveniliter etiam iactet ſi quid deguſtaverat Philoſophiae, quos ipſe fatetur adhuc ſuperbiae ſcholam ſapere.*

Ubi nam haec iſta Auguſtinus fateatur videamus. In Prologo ad Retractaxiones ſub finem haec ait. „ Nec illa ſa„ ne praetereo, quae Catechumenus „ iam, licet relicta ſpe, qoam terre„ nam gerebam, ſed adhuc ſaecularium „ litterarum inflatus conſuetudine ſcrip„ ſi: quia & ipſa exierunt in notitiam de„ ſcribentium, atque legentium, & le„ guntur utiliter &c.] Haec ex integro. Infra vero eadem ſcripta corrigens, hoc tantum ad propoſitum, & quidem non ſemel dixit: quaedam nempe ſe protuliſſe Scripturis divinis, quae nondum bene callebat, parum conſona.

Qua Dialectica, niſi Zoili, qui & ex libris Homeri barbara, ac dura excerpſit, ex illis Auguſtini verbis eiusdem Catechumeni ſuperbia colligatur non videmus.

Non quidem Scripturarum phraſi exacte adhaeſit, ſed quas ignoravit, non quas contemſit: *Nos tamen iſte nomine nos uteremur, ſi iam ſatis eſſemus litteris Eccleſiaſticis eruditi.* Sub finem c. 3. circa l. 2. de Ordine. *Profecto non dixiſſem ſi iam tunc eſſem litteris ſacris ita eruditus, ut &c.* Cap. 5. circa lib. de Immortalit. animae n. 2. Et iam baptizatus cap. 7. circa lib. de Mor. Eccleſ. Cathol. n. 2. *Mendoſitas noſtri codicis me fefellit, minus memorem Scripturarum, in quibus nondum aſſuetus eram.*

Inflatio autem non erat intentionis, cui aut modeſtiae, aut inanis gloriae vitium ineſt: ſed rei factae, quae ſaecularium litterarum conſuetudine inflata vel erat, vel videbatur.

At quid illud eſt? Cur ea, quae Auguſtinus Catechumenus ſcripſit, aut erant, aut videri poterant ſaecularium litterarum conſuetudine inflata?

℞. Leviſſimis nonnullis rationibus, quae vix Auguſtino eorum librorum parenti, prorſus a terrenis rapto, & cuncta ſua examine nedum ſevero, ſed etiam ſophiſtico ad iudicium deducenti nonnihil diſplicere potuerunt.

Quarum prima eſt, quod iidem libri ſaecularis eloqoentiae phraſibus quibusdam exornati eſſent. Lib. 1. Retract. cap. 1. de 3. lib. contra Academ. n. 2. *Sed in eiſdem tribus libris meis non mihi placet, toties me appellaſſe fortunam: quamvis non aliquam deam voluerim hoc nomine intelligi, ſed fortuitum rerum eventum.* Cap. 2. circa lib. de Vita Beata, circa med. *Diſplicet &c. & quod fortunam etiam illic ſaepe nominavi.* Cap. 3. de libris duobus de Ordine, n. 2. *Et in his libris diſplicet mihi ſaepe interpoſitum fortunae vocabulum &c. Et quod Muſas quaſi aliquas deas, quamvis iocando commemoravi.* Cap. 1. n. 2. in fine. „ Hoc licet non ſerio, ſed ioco dictum „ ſit nollem tamen eo verbo uti: *Omen* „ quippe me legiſſe non recolo ſive in „ in ſacris litteris noſtris, ſive in ſer„ mone cuiusquam eccleſiaſtici diſputa„ toris: quamvis abominatio inde ſit di„ cta, quae in divinis libris aſſidue re„ peritur.] Ad huius tamen ſcrupuli dilucidationem haec admonent in imo margine Benedictini. „ Omen tamen le„ gimus 3. Reg. 20. 33. At S. Auguſti„ nus vel non legerat in verſione, qua „ utebatur, vel quia ſermo de paganis „ viris, profani, vocabuli uſum inde „ approbandum eſſe non exiſtimavit.] Poſteriorem Patrum coniecturam amplectimor; Dicit enim ſacer textus, ſervos Benadad regis Syriae reſponſum Achab regis Iſrael habuiſſe pro *Omine*, quod aut nihil, aut parum ad rem Auguſtini.

Al-

Altera ratio est quod multum liberalibus disciplinis dederit; & nonnullos Catholicos, & etiam Ethnicos eximiis laudibus exornaverit, Cap. 3. circa duos libros de Ordine, n. 2. *Displicet &c. & quod multum tribui liberalibus disciplinis, quas multi sancti multum nesciunt; quidam etiam, qui sciunt eas, sancti non sunt.* Cap. 2. circa l. de Vita B. Displicet autem illic quod Manlio Theodoro, ad quem librum ipsum scripsi, quamvis docto, & Christiano viro plus tribui, quam deberem. Cap. 1. de tribus libris contra Academ. n. 4. „ Lausque „ que ipsa, qua Platonem, vel Platonicos, „ seu Academicos philosophus tantum extuli „ quantum impios homines non oportuit, „ non immerito mihi displicuit: praeser- „ tim quorum contra errores magnos de- „ fendenda est Christiana doctrina.] Cap. 3. in fine. „ Nec illud mihi placet, „ quod Pythagorae philosopho tantum „ laudis dedi, ut qui hanc audit, vel „ legit, possit putare me credidisse nul- „ los errores in Pythagorica esse doctri- „ na, cum sint plures, iidemque capi- „ tales.

Haec sunt quae Augustini Catechumeni scripta ipsimet saecularium litterarum consuetudine velut inflata obiecere. Quae quidem si Augustinum vel pro ea aetate superbum ostendunt, sim ego qui Dialecticae, vel etiam illius, quam natura nobis indidit nomen nunquam audierim; simque *Erasmo*, ac *Pherepono* stultior.

Ut autem impios tenebriones hos Christianae scholae stilum doceamus, facta hypothesi, unum addimus. Etsi Augustinus se in humanae captatae gloriae suspicionem deduxisset: non inde tamen certa consequutione inferri poterat, vere eo crimine infectum; si enim quaecumque Sancti contra se iaculati sunt, prout iacent, vel adparent excipimus, vix erit sanctissimus ullus, quem non perditis quibuscumque hominibus comparemus.

Quo autem respicit livida petulantissima illa calumnia: *Habet frita suum quoddam ingenium, & habebat omnina quiddam suae gentis Augustinus*? Africanam gentem fervida natura (a qua eximium ingenium, & nobilis indoles ut in plurimum oritur) praeditam in historiis vidimus, & naturali philosophia suademur. At humanae gloriae non pruritum, sed phrenesim in *Erasmo*, ac *Pherepono* Eruditi quique deprehendunt, quorum neuter Africam vidit. Ut ut autem sit de Afris indefinite acceptis; Augustino velut nedum modesto, sed Doctorum modestissimo plaudit orbis: maxime dum eius Confessiones, & Retractationes intuetur; quarum apud graves, & religiosos viros adhuc problema est, quaenam pulerius, & amplius modestiam exserat.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mun. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

Desiderabamus etiam ut *Erasmus* proderet argumentum, quo fulciri posse credebat impia illa verba ad Ioan. Eckium, *Praesertim cum in libris, quos Catechumenus scripsit, iuveniliter etiam iactet &c.* Videamus quae sit iactantia ex summia Ecclesiae Theologia. S. Thomas 2. 2. q. 112. ar. 1. „ Sed contra est, „ quod Philos. dicit in L. 2. c. 7. & „ L. 4. c. 7. Ethic, iactantiam op- „ poni veritati. Resp. dicendum, quod „ iactantia proprie importare videtur quod „ homo verbis se extollat. Illa enim, „ quae vult homo longe iactare, in al- „ tum elevat. Tunc autem proprie ali- „ quis se extollit quando de se supra se „ aliquid dicit &c.] vide integrum textum non ita brevem. Concludit autem: *Et ideo iactantia proprie dicta opponitur veritati per modum excessus.* Cui brevissimis phrasibus ipse Augustinus praeluserat. Lib. enim de Civit. Dei 12. c. 8. sub finem *Nec iactantia vitium est laudis humanae, sed animae perverse amantis laudari ab hominibus, spreto testimonio conscientiae.* Et lib. 14. c. 15. sub finem: *Est libido gloriandi, quae iactantia nuncupatur.* Vide, si placet & l. 5. c. 17. n. 2. Nunc meditare ingenue Lector, an Augustinus in his Confessionibus, vel in libris, quos Catechumenus scripsit, de se supra se aliquid praedicaverit? Num perverse amaverit laudari ab hominibus, spreto testimonio conscientiae? Quin immo lib. 1. de Ordine; quem circa an. 386. utique adhuc Catechumenus scripsit, cap. 10. n. 30. a iactantiae vitio, a quo maxime se abhorrere fatetur, insigni zelo, & diligentia socios suos conatur avertere: vide integrum sermonem, quem utpote paulo longiorem, & stabiliendae rei nimis manifestae non necessarium haud exscribendum duximus.

Stolidius autem adlatraret *Erasmus* si de Augustino Catechumeno dicens, eius pueritiam potius, vel adolescentiam, aut etiam iuventutem intueretur; cum a saeculo prorsus ille captus, litterariis in concertationibus in victorias gestiebat, & palmas. Ex illis enim gloriae stimulis cantilla, non Dialectica, sed naturali ratione praedictus inferre debet Augustinum non Africanae genti (quaecumque illa sit, aut fuerit) similem fuisse: sed ab Adae, & Evae ductum sanguine.

Quo-

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 39. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.

Quoniam vero ad haec nos tulit digressio; Videamus quid *Erasmus* habeat ad Soliloquiorum libros, quos item Augustinus Catechumenus scripsit; alios enim velut generali illa in Retract. & Confess. censura comprehensos silentio praetermisit; nisi quod ad libros de Ordine dixit; *Hoc opus accuratiore stylo elaboravit.*

Soliloquiorum ergo libros audacissima censura hac lacessivit, „ Opus mire resipiens optimi viri infantiam in „ Christo. Nam rationem ita loquentem „ facit cum Augustino, quasi ratio non „ sit potior Augustini pars. Tolerabilius Seneca fingit rationis, & sensus „ Dialogum. Ad haec, quasi vero „ duo loquantur homines, in disputatio- „ nes, & libros dissecatur sermo, ne de- „ fatigentur; nonnunquam & in sophisti- „ ca, leviculaque argutatione implora- „ tur auxilium divinum. Lectorem re- „ quirit patientem, & candidum.

Quot verba, tot caespitationes, & somnia!

Quaerimus primo ab isto semi-Christiano; cur opus. iudicio suo omni ex parte contemnendum, & etiam plenis buccis exsibilandum, eo compendio aut commendet, aut pingat: *Opus mire resipiens optimi viri infantiam in Christo?* Anne iure quodam statutum est, optimos viros in Christo infantes phaleras vendere? Aut, & redit in idem; optimorum virorum, in Christo infantium is caracter est, phaleras, & quidem stulta digestas methodo dare, quae a sanioribus derideantur?

Quaerimus inde, an opus hocce legerit, nec ne? Si non legit, cur tanto supercilio iudicat? Si legit, cur tacet quod os suum quanquam ferreum obstruere poterat, & omnem aut censuram, aut quaestionem praecludere? Quandoquidem lib. 2. cap. 7. n. 14. haec habet S. Doctor vir sagacitatis, & quasi futurorum praescius. „ Quae quoniam cum „ solis nobis loquimur, Soliloquia voca- „ ri, & inscribi volo, novo quidem, „ & fortasse duro nomine, sed ad rem „ demonstrandam satis idoneo. Cum e- „ nim neque melius quaeri veritas possit; „ quam interrogando, & respondendo, „ & vix quisquam inveniatur, quem non „ pudeat convinci disputantem, eoque „ pene semper eveniat, ut rem bene in- „ ductam ad discutiendum inconditus „ pervicaciae clamor explodat, etiam „ cum laceratione animorum &c.] Hinc gravissimi Benedectini Patres, qui & attente, & animo ingenuo Augustinum legere, lib. 2. Vitae S. D. cap. 9. n. 6. *In his autem fetum ipse loquitur. Hinc Soliloquiis inscribi voluit, novo quidem, & duriusculo nomine, sed ad rem designandam apposito &c.*

Et haec sat, superque esse possent ad Augustini caussam bonam vindicandam: & ad *Erasmi* petulantiam retundendam. Verum non adhuc quiescimus: suspicamur enim nedum *Erasmum*, sed & plures viros ingenuos, atque in re Augustiniana eroditos, eorum librorum inscriptionem omnino non comprehendisse. Attentum exoptamos Lectorem. Quis ignorat, nedum in toto homine, qo-tenus ratione, ac sensu constat: sed in ipsa quoque ratione, a Theologis non solum, sed etiam a Paganis in Ethica geminas agnosci partes, *superiorem*, & *inferiorem*? Haec humana vel bona, vel mala: illa Divina seu aeterna intuetur. Quod in moralibus, vel theologicis: hoc in naturalibus, vel philosophicis; Aut ratio levia, & obvia: vel etiam graviora, sed velut in superficie, & cortice discotit: & dici potest ratio inferior; Aut altiora, & quidem satis acute, & admodom serio meditator: & non perperam superiorem rationem appellabimus. Iam vero extricatum habes aenigma; Iuxta conditiones expensas, in Soliloquiorum dialogo, *Augustinus* est pars inferior, *ratio* superior. Unde cernere est in Soliloquiis Augustinum quasi tenellum discipulum: Rationem vero gravem magistrom, & consummatum doctorem. Attende vel lib. 1. c. 8. n. 15. & c. 14. n. 26. & lib. 2. c. & n. 1.

Est igitur dialogus non prorsus inter Augustinum, & Augustinum, sed inter duas eius rationis partes, quarum una media, altera superiora meditatur. Cumque duo colloqoutores hi ad disputandum aptissimi quoad munia vere fecerantur; immo revera, & ut loquuntur, de facto in homine non raro disputent, colloquantur, dissentiant; fit iure, meritoque pulcram nobis videri, nedum tolerabilem eius Dialogi formam; quandoquidem *Erasmo* tolerabilis, & aliis pulcher visus est Senecae Dialogus, in quo ratio, & sensus colloquuntur, qui licet a ratione bene divisi, immo quia nimis divisi, disputationis incapaces sunt: nec aliquando colloquuti sunt cum ratione, nec colloquentur.

At reliquum Censurae inspiciamus: *Ad haec*, inquit, *quasi vero duo loquantur homines, in disputationes, & libros dissecatur sermo, ne defatigentur.*

℞. Haec pro Dialogis methodus. At inquis, non sunt vere duo. Bene qui-

quidem: sed duorum colloquium fingitur. Inducta vel merito, vel immerito Dialogi forma, debuit Augustinus Dialogi methodum observare. Alter tu insultavisses; Cur coepto non insistit? Cur quasi duo loquuntur, & non quasi duo separantur? Insuper; Quid effutis, quid somnias? Anne ubi non duo loquuntur, sermo dividi non potest in disputationes, & libros? Immo qua decentia poterat varii generis sermonem, & quidem fusissimum uno libro, unaque disputatione complecti? Tandem, pausam interiicere necessarium est duobus, ne defatigentur: non tamen uni, qui debet sciscitari, & resolvere?


Cur autem religiosissime *Erasme* tibi stomachum movet quod Augustinus & in levibus dubiis, vel argutiis Dei auxilium postulet? Nos Christiani ab omnibus Scripturis, Patribusque edocemur, in levibus etiam, ac minimis Dei auxilium implorandum. Maxime quoniam *leviculas argutationes* illas, quales tu censes, in gravissima Augustinus dirigebat.

Iam vero quod ultimo loco addis, requirere haec Soliloquia Lectorem *patientem*, & *candidum* tibi frontem elidit; obstenditque te, qui stomachi tanto motu legisti, nec patientem, nec candidum. Et ne modicae laudis te fecisse iacturam tibi blandiaris: scias, *candidum* translate, ut tu usurpas, nonnisi aut sincerum, aut felicem significare. *Iure tibi grates candide lector ago*. Ovid. 4. Trist. Eleg. ultima. *Tam felix utinam, quam pectore candidus essem*. Idem l. 4. de Ponto. Eleg. 14. v. 43. *Sis felix, & fiat candida fata tua*. Tibul. l. 3. Eleg. 6. v. 30.

Cum autem Lector Scriptoris indolem sequi debeat, sequitur, Augustinum & patientem, & candidum fuisse: adeoque maxime sapientem; Est quippe Dei oraculum Sapientiae 7. 26. *Candor est enim lucis aeternae*. Ubi Cornelius Cornelii a Lapide Iesuita, Sacrarum Scripturarum expositor egregius, pag. mihi 165. *Tropologice candor notat sapientiam, & sapientes esse candidos, sinceros, securos, veraces, fidos: non suspicaces, fictos, dubios, fallaces. Nam ut ait Seneca epist. 3. &c.* Vides inquam, ex his quid pro Augustino, quidve contra *Erasmum*, & eius adoratorem *Pherepo-num* deducatur.

Erasmo igitur, atque *Pherepono* candidiorem animam, adeoque & saniorem mentem precati ad Confessionum, a quibus decentissime eramus digressi, librum tertium expediti, atque gestientes transeamus.

A. Ch. 370. Aug. 16. Mon. 30. Dam. IV. Valentin. & Valer. VII.





CONFESSIONUM
LIBER III.



ARGUMENTUM.



AD aetatis suae, malique genii adultiora progreditur; annos decimumseptimum, decimumoctavum, & decimumnonum, varia sorte, ut in plurimum turpi, Carthagine exactos Lectorum oculis sistens. In quibus videre est Augustinum gravioribus lapsibus praecipitem obscena euntem in vitia; Ciceronis Hortensii lectione ab illis, cunctisque terrenis nonnihil avulsum; at inde, quum Divinas Scripturas parvipenderet Manichaeorum tendiculis captum. Matrem tandem tot Filii tragicis casibus pias, & acerbas profusam in lacrymas, & quidem ardenti zelo sociatas; Quam inde tamen Divinum somnium, & pii, eruditique Antistis responsum, quasi Propheticum in eiusdem Augustini resipiscentiae spem magnam erexit.

A. Ch. 371. Aug. 17. Mon. 40. Dam. V. Valentin. & Valer. VIII.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Amoris, maxime reciproci, quem etiam obscenus condiret congressus, se Carthagine positum avidissimum profitetur. Quem tandem misere felix expertus est; carnali etiam unione, etsi anxietatibus, amarisque poenis, potitus.



VEni Carthaginem (*a*), & circumstrepebat me undique sartago flagitiosorum amorum. Nondum amabam, & amare amabam (*b*): & secretiore indigentia, oderam me minus indigentem (*c*). Quaerebam, quod amarem: amans amare, & oderam securitatem, & viam sine muscipulis. Quoniam fames mihi erat intus ab interiori cibo, te ipso, Deus meus, & ea fame non esuriebam; sed eram sine desiderio alimentorum incorruptibilium, non quia plenus eis eram, sed quo inanior, eo fastidiosior. Et ideo non bene valebat anima mea;

A. Ch. 371. Aug. 17. Mon. 40. Dam. V. Valentin. & Valer. VIII.

& ulceroſa proiiciebat ſe foras (*d*), miſerabiliter, ſcalpi avida contactu ſenſibilium. Sed ſi non haberent animam, non utique amarentur. Amare & amari dulce mihi erat, magis ſi etiam amantis corpore fruerer (*e*). Venam igitur amicitiae coinquinabam ſordibus concupiſcentiae, candoremque eius obnubilabam tartarea libidine; & tamen foedus atque inhoneſtus, elegans, & urbanus eſſe geſtiebam (*f*), abundanti vanitate. Rui etiam in amorem, quo cupiebam capi. Deus meus, miſericordia mea, quanto felle mihi ſuavitatem illam, & quam bonus adſperſiſti! Quia & amatus ſum, & perveni occulte ad vinculum fruendi (*g*), & colligabar laetus aerumnoſis nexibus: ut caederer virgis ferreis ardentibus, zeli, & ſuſpicionum, & timorum, & irarum, atque rixarum.

(*a*) *Veni Carthaginem*. = Contigit id anno aetatis ſuae decimoſeptimo vix incepto: Domini tercenteſimo ſeptuageſimo exeunte: Monnicae autem circiter quadrageſimo. Quandoquidem ex dictis praeced. libro conſtat, ipſum aetatis ſuae ſextumdecimum in paterna domo a ſcholis feriatum exegiſſe; cumque infra cap. 4. teſtetur, biennio ante aetatis ſuae annum decimumnonum, cum in Tullii Hortenſium incidit, Patrem defunctum, quem tamen vivum reliquerat; fit nec ante, nec poſt anni aetatis decimiſeptimi exordium Carthaginem verſus profectum.

Carthagine autem commorantem, ab eaque redeuntem tot Romaniani, concivis, amici, & nonnihil ſanguine iuncti beneficia excepere, ut lib. 2. contra Academicos, cap. 2. n. 3. in haec grati animi ſenſa effundatur. „ Ergo ne tibi gratiam non repenſabo? An fortaſſe paululum debeo? Tu me adoleſcentulum pauperem ad peregrina (1) ſtudia pergentem, & domo, & ſumtu, &, quod plus eſt, animo excepiſti. Tu patre orbatum amicitia conſolatus es, hortatione animaſti, ope adiuviſti. Tu in noſtro ipſo, favore, familiaritate, communicatione domus tuae pene tecum clarum, primatemque me feciſti. Tu Carthaginem illuſtrioris profeſſionis gratia remeantem, cum tibi, & meorum nolli conſilium meum, ſpemque aperuiſſem &c.] Et proſequitur. Vide infra cap. 12. C. & l. 6. 14. A.

De Carthagine civitate celeberrima, & orbi notiſſima freqoenter alibi S. Doctor, In Pſal. 47. n. 6. ad illud: *In ſpiritu violento* (vel ut habet noſtra, *vehementi*) *conteres naves Tharſis*, fuſe; a Didone enim fratrem fugiente, & ad Africae terras delapſa condita videtur; mercatura, & navigatione mox plurimom, & pluſquam dici queat effloroit. Lib. aotem 1. de Civit. Dei, cap. 30. 31., & 33. & Lib. 3. cap. 21. expendit ut eadem Civitas ſtrenoiſſima Romae aemula facta ſit: quae contra Scipiones ſenſa protrita, novo certamine Romam foedavit: Huius enim ioventus ex tunc depoſitis armis, otio contabuit, & mille obſcenitatibus ſe ſe immerſit. His non obſtantibus tamen, Auguſtini adhuc aetate Carthago (72. annis ante Romam extructa) Africae Athenae dicebatur; eamque exterae quoque ex celeberrimis orbis Academiis unam cenſebant. Vide Epiſt. ad Dioſcor. 118. (Alias, 56.) c. 2. n. 9.

(*b*) *Nondum amabam, & amare amabam &c. amans amare*. = Adſtipulamor Benedictinis, qnos audiamos. „ Lov. *& amari amabam*, moxque, *amans amari*. At Bad. Am. Er. & Arn. cum MSS. pro *amari* habent *amare* utroque loco, & melios.] Nobiſcum ſunt etiam 4. MSS. Med. 3. S. Mar. Ricar. Car. 2. MSS. S. Cr. Feſ., necnon Vet. ſi de priori parte: alter autem S. Cr. & 2. MSS. a Lov. viſi, ſi de poſteriori parte loqnaris. At ſuffragantur Lovanienſibus Som. Wang. & Itali.

Selecta lectio nedum codicum auctoritate, ſed & ratione ſtabilitur, qoandoqoidem admodum ſapit metaphyſicam preſſam Auguſtini phraſim; & conformis eſt verbis ſeqnentibos, *ſecretiore indigentia &c.* nec non aliis: *Quaerebam quod amarem &c.*

Inſinuat aotem mox anxium iviſſe, aliquam puellam ſibi adſciſcere qoam amaret. Ita vero paſſim Adae filii ad foede, vel honeſte amandom proclives. Solent tales fere aperto ſino vagari, idoneam perſonam qoaerentes, cui amoris copiam, qoam continere nequeunt, libe-

(1) In MSS. pervetuſtis deeſt, *peregrina*.

herales, & prodigi, totam profundant.

Dixerat autem elegantissime: *circumstrepebat me undique sartago &c.* Quemadmodum enim in sartagine caro non sicut in olla, caldario, cacabo &c. molliter, & pisciде, sed stridore ebullit, ac fervet; sic impudico amore inquietus, & turbatus aestuat homo. Qui tamen (licet plerumque etiam fortius) omni quiete, & pace honesta amore, puta parentes, matrem potissimum prosequi adsolet.

(c) *Et secretiore indigentia oderam me minus indigentem.* = Et indigentia virtutis, pudicitiae, honestatis, quibus vacuus eram, oderam me minus indigentem: amore indigentem, quo puellas prosequerer. Si enim quas amaret nondum habebat, minus amore indigebat. Quemadmodum prodigus odit se minus indigentem, cum quemquam non habet, cui thesauros suos profundat.

Huc facit illud omnium Philosophorum, atque Theologorum; Amantem non rapere, sed rapi: non possidere, sed possideri; Nam igitur amans exhauritur, proindeve indigus est.

Ita se gerens Augustinus, *oderat securitatem, & viam sine muscipulis*; Amor enim, maxime impudicus, quum vehementer strideat, hominemque faciat fanatico aestu vagari, quietem turbat, inque varios, periculosissimos laqueos impellit. Creaturae enim bonae sunt; adhuc hominum malitia adtenta, *In tentationem factae sunt animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.* Sap. 14. 11.

Pauci quidam codices editi a Lov. visi pro *muscipulis* habent, *decipulis*; sed iidem Lov. cum omnibus suis MSS. Benedictini, Er. Som. Wangn. & omnes codices, quos vidimus praeferunt, *muscipulis*.

Muscipula est alia timoris, alia cupiditatis: posteriori hac comprehensus est Augustinus. Vide ipsum S. D. in Psal. 30. Enar. 2, n. 20. ad illud, *Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi.* Quod ipse legit: *Educes me de muscipula ista, quam occultaverunt mihi.*

(d) *Ulcerosa proiiciebat se foras &c.* = Proiiciebat se ad sensibilia, ad humana, ad carnalia; Haec enim Scripturarum phrasi exteriora dicuntur; spiritalia vero, honesta, divina, aeterna appellantur interiora. *Non est ergo Regnum Dei esca, & potus.* Rom. 14. 17. *Regnum Dei intra vos est.* Lucae 17. 21. *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis.* Rom. 7. *Virtute roborari per spiritum eius in interiorem hominem.* Ehpes. 3. 16. Et exacte ad rem nostram 2. Cor. 4. 16. *Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est, renovatur.* Unde liber scriptus intus, & foris, de quo Ezechiel. 2. 9. & Apocal. 5. 1. divina Scriptura est, intus spiritalem, foris litteralem, seu historicum sensum faciens.

A. Ch. 371. Aug. 17. Mun. 40. Dam. V. Valentin. & Valer. VIII.

Quemadmodum, autem earue ulcerosi dura materia libenter scalpuntur; Sic Augustinus ulcerosus anima, proiiciebat se foras; sensibilia, carnalia quaerebat, quibus, & quidem voluptate scalperetur. At sicut ulcerosi modica perfricationis voluptate rabidiorem dolorem redimunt; sic lascivus amoribus, & impudicis tactibus magis insanit, & fortiores cupiditatis aestus experitur.

His quae in hoc cap. circa amoris pruritum, & aliis; quae infra habentur de lectione Tullii &c. simillima occurrunt ipso statim initio lib. de Amicitia, eidem Augustino a nonnullis adscripti, quique t. 6. novissimae editionis operum S. D. continetur. Verum omni ratione, & quam maxime ab Augustiniana eius libri phrasis abhorret. Unde conveniunt Criticae artis periti, perperam omnino S. D. suppositum. Vide Benedictinorum Censuram, librum illum Aelredo Rhievallensi in Anglia Abbati certa sententia adiudicantium.

(e) *Magis si etiam amantis corpore fruerer.* = Utrumque profitetur, ut vides; & vere se amasse; & maiori voluptate si etiam amici corpore frueretur; se nempe ab illis secernens, qnos amantes appellare nolumus, quandoquidem illud unum intendunt, amici corpore frui.

Est autem integri sermonis sensus; Nondum aliquam puellam amabam, & iam anxius eram aliquam habere, quam amarem. Puellas amare, & ab illis amari dulce mihi erat; magis autem dulce, si ab animis transitu ad corpora facto, earum corpore fruerer.

Hoc autem, & quod sequitur simile est ei, quod dixerat lib. praeced. c. 2. initio: *Quid erat quod me delectabat, nisi amare, & amari? sed non tenebatur modus &c.* Vide l. 4. c. 9. B.

(f) *Et tamen foedus, atque inhonestus, elegans, & urbanus esse gestiebam.* = Iam Augustine ex ore tuo te iudico; quandoquidem dum non adtendis, pulcro, iustoque Dei consilio optimam indolem tuam nobis manifestas. Te inquam prodis hominem equidem carne victum, & fragilem: sed & candidum, ingenuum, urbanum, &, si humano modo loquamur, etiam iustum. Quod qui-

A. Ch. 371. Aug. 17. Mon. 40. Dam. V. Valentin. & Valer. VIII.

quidem iis, qui aut faele, aut fama te cognovere, optime innotuit: Volusianus enim Epist. 135. (Alias, 2.) initio: *Petis a me vir probitatis, institiaeque documentum ut &c.* Haec vir tunc infidelis. Vide etiam Longinianum Epist. 234. olim 21. Sed omnino, & exacte ad rem nostram Vincentius e schismate Rogatiano Episcopus Cartennensis; hunc siquidem refellens Augustinus Epist. 93. (Alias, 48.) vide quid habeat post initium: *Nunc me potius quietis esse avidum, & petentem, quam tunc tum me adolescentem, vivo adhuc Rogato, cui successisti apud Carthaginem noveras, Sed Donatistae nimium inquieti sunt &c.* omnino autem manifeste cap. 13. n. 51. „ Tu quippe in eius„ dem tuae epistolae principio, cui nunc „ respondeo, haec verba posuisti: *Cum „ optime* inquis, *noverim te longe ad„ hue a fide Christiana sepositum, & stu„ diis olim deditum litterarum, quietis, „ & honestatis fuisse cultorem; cumque „ postea conversus ad Christianam fidem „ (ut ex multorum relatione cognovi) „ disputationibus legalibus operam dares*, „ Certe si tu ad me illam epistolam mi„ sisti, haec verba tua sunt.] Unde *Erasmus* Epist. ad Alphonsum Archiep. Tolet. post initium: *Quid divus Augustinus? Tali erat quam ipse fecit esset, ut ab his, qui erant intus, vir bonus haberi posset, in suo quidem genere.*

Nec quemquam moveat quod mox addit S. D. *abundanti vanitate*. Hoc enim dicit minime honestatem illam, contemnens: sed docere volens: si res aeternis rationibus perpendatur, in easnm fudare illum, qui humanae honestatis splendorem conservans, interim divina iura perfringit. Vide l. 4. c. 2. C. D. E. & l. 6. c. 7. C.

Itali hanc sententiam sic reddunt: *E pure tutto che laido, ed inonesto, con soverchia vanità io affettava di comparire pieno d' urbanità, e gentilezza.* Male: nec enim inquit Augustinus, *videri gestiebam*; sed, esse gestiebam.

(*g*) *Quia & amatus sum, & perveni occulte ad vinculum fruendi.* = Feminam reperii, quam amarem, & a qua amarer: & perveni ad ipsum carnalem congressum, quem congressum etiam significat sequens metaphora, *colligabar laetus aerumnosis nexibus. Occulte* vero id initio: inde manifeste, cum eamdem feminam prorsus in concubinam sibi adscivit. Arbitramur enim puellam hanc Adeodati matrem fuisse: & primis hisce congressibus eumdem Adeodatum progenitum. Ut arbitrantur etiam Benedictini, qui lib. 1. Vitae, cap. 4. n. 3. *Quam primo anno sua apud Carthaginem peregrinationis assumtam &c.* & n. 4. *Anno suae in dicta urbe peregrinationis forte secundo sustulit ex ea filium, cui nomen fuit Adeodato*. Vide infra l. 4. c. 2. D. & l. 6. c. 15. B.

Quod vero inquit: *Quanto felle &c.* & inde addit: *ut caederer virgis &c.* ad illud spectat l. 1. c. 12. *Iussisti enim, & sic est &c.*

C A P U T II.

A R G U M E N T U M.

Theatrica exsecratur spectacula, quod iis pingerentur lutulenti motus sui, igniculi excitarentur. Quaerit inde observationibus acutissimis, atque doctissimis, qui fieri possit, hominem quietis, commodi, & felicis sortis amicum tragicis fabulis illis, atque imaginibus, quae in eisdem spectaculis inspiciuntur, tam vehementer pellici, & oblectari.

I. Apiebant me spectacula theatrica, plena (*a*) imaginibus miseriarum mearum, & fomitibus ignis mei. Quid est, quod homo ibi vult dolere, cum spectat luctuosa atque tragica, quae tamen pati ipse nollet? Et tamen pati vult ex eis dolorem spectator, & dolor ipse est voluptas eius (*b*). Quid est, nisi miserabilis insania (*c*)? nam eo magis eis movetur quisque, quo minus a talibus adfectibus sanus est; quanquam, cum ipse patitur, miseria; cum (*d*) aliis compatitur, miseri-

A. Ch. 371. Aug. 17. Mon. 40. Dam. V. Valentin. & Valer. VIII.

ricordia dici ſolet. Sed qualis randem miſericordia, in rebus fictis, & ſcenicis? Non enim ad ſubveniendum provocatur auditor, ſed tantum (e) ad dolendum invitatur: & actori earum imaginum amplius faver, cum (f) amplius dolet; & ſi calamitates illae hominum vel antiquae, vel falſae ſic agantur, ut qui ſpectat non doleat, abſcedit inde faſtidiens & reprehendens; ſi autem doleat, manet intentus, & gaudens lacrymatur.

II. Ergo amantur, & dolores (g)? Certe omnis homo gaudere vult. An cum miſerum neminem eſſe libeat, libet tamen eſſe miſericordem? quod quia non ſine dolore eſt, hac una cauſſa amantur dolores (h): & hoc de illa vena amicitiae eſt. Sed quo vadit? quo fluit? Ut quid decurrit in torrentem picis bullientis, aeſtus immanes tetrarum libidinum: in quos ipſa mutatur, & vertitur per nutum proprium, de caeleſti ſerenitate detorta atque dejecta (i)? Repudietur ergo miſericordia? Nequaquam. Ergo amentur dolores aliquando. Sed cave immunditiam anima mea, ſub tutore Deo meo, Deo patrum noſtrorum, & laudabili, & ſuperexaltato in omnia ſaecula: cave immunditiam. Neque enim nunc non miſereor: ſed tunc in theatris congaudebam amantibus, cum ſe ſe fruebantur per flagitia, quamvis haec imaginarie gererent in ludo ſpectaculi. Cum autem ſe ſe amittebant, quaſi miſericors contriſtabar: & utrumque me delectabat tamen. Nunc vero magis miſereor gaudentem in flagitio, quam velut dura perpeſſum detrimento pernicioſae voluptatis, & amiſſione miſerae felicitatis. Haec certe vereor miſericordia, ſed non in ea delectat dolor (k). Nam etſi adprobatur officio caritatis qui dolet miſerum: mallet tamen utique non eſſe, quod doleret, qui germanitus miſericors eſt. Si enim eſt malevola benevolentia, quod fieri non poteſt, poteſt & ille, qui veraciter ſinceriterque miſeretur, cupere eſſe miſeros, ut miſereatur. Nonnullus itaque dolor adprobandus, nullus amandus eſt (l). Hoc enim tu, Domine Deus, qui animas amas, longe, lateque purius quam nos, & incorruptibilius miſereris: quod nullo dolore ſauciaris. Et ad haec quis idoneus? At ego tunc miſer dolere amabam, & quaerebam, ut eſſet, quod dolerem, quando mihi in aerumna aliena, & falſa, & ſaltatoria, ea magis placebat actio hiſtrionis, meque adliciebat vehementius, qua mihi lacrymae excutiebantur. Quid autem mirum, cum infelix pecus aberrans a grege tuo (m), & impatiens cuſtodiae tuae, turpi ſcabie foedarer? Et inde erant dolorum amores, non quibus altius penetrarer: non enim amabam talia perpeti, qualia ſpectare, ſed quibus auditis & fictis, tanquam in ſuperficie raderer; quos tamen quaſi ungues ſcalpentium, fervidus tumor, & tabes, & ſanies horrida conſequabatur. Talis vita mea numquid vita erat, Deus meus?

(a) *Rapiebant me ſpectacula theatrica plena &c.* = Ab his verbis contra omnium codicum editorum placitum, cum Benedictinis caput hoc non perperam exordiri placuit. Quid enim, cur, quali ſaltu his verbis praecedens caput terminare: & his, *Quid eſt quod homo &c.* praeſenti initium dare? Cum in hoc cap. quam fuſe de theatricis agat ſpectaculis, cur prima huius ſermonis verba praeced. capiti danda ſunt?

Quanquam exploratum habeamus quod velut ſuſpicionem produnt nonnulli, Opellam hanc tantum in libros, non etiam in capita a S. Doctore diſtinctam fuiſſe; ſed audi Henricum Wangnereck ante med. praefat. ad has Confeſſiones ita ſuſpicionem ſuam prodentem. *Auguſtino ter-*

A. Ch. 371, Aug. 17. Mon. 40. Dam. V. Valentin. & Valer. VIII.

certe tribui non possunt. (capitum summaria) *a cuius genio longe abhorrent &c. Immo verisimile est, nullam capitum distinctionem in ullis S. D. libris ipsum auctorem habere &c.* Immo id de cuiuscumque auctoris libris certum est iis, qui in antiquis monumentis nonnihil eruditi sunt, vel MSS. codices aliquando evolverunt.

Et quidem potiori titulo libros de Civit. Dei in capita distributos censeri poterat, idque magna fiducia sibimetipsis spondebant in Praefatione Benedictini vetustissimorum MSS. auctoritate. „ Capitulorum cum argumentis suis distinctionem, quam improbare voluit non nemo habent codices ante nongentos „ annos scripti : & digna est profecto „ quae Augustini opera, aut iussu adiecta credatur ad iuvandos lectores, sed „ absoluto iam opere, quemadmodum „ in sacris libris olim factum erat.] Verum in eiusdem ad libros de Civit. Dei Praefationis calce produnt Veneti codicem in Veronensi capitulo adservatum longe antiquissimum, scriptum circa saeculum 6. a quo abest omnis capitulorum secretio. „ Nos porro Veneta hac edi„ tione damus collationes clarissimi viri „ Iosephi Blanchini Canonici Veronensis, „ qui libros octo diligenter contulit cum „ vetustissimo codice Capituli sui. Ni„ hil aeque antiquum monachi illi do„ doctissimi habuerunt, in quo exer„ cerent industriam suam ; Nam codex „ est uncialibus litteris luculente scriptus „ saeculo circiter sexto ; non solum sine „ argumentis, sed etiam sine ulla „ capitulorum distinctione. Collationes „ has, quae incipiunt a Lib. 11. & „ pergunt usque ad 18. numero notavi„ mus, ut facile inveniri, & indicari „ possint. „

Inquit vero Augustinus, *plena imaginibus &c.* quia in spectaculis illis impudici amores plures, variaeque obscenitates obiiciebantur.

(*b*) *Et dolor ipse est voluptas eius.* = Haec & similia vario modo agitat, & discutit S. D. unde nos tumultuario sermone minime agemus : sed vestigiis eius inhaerentes, saepe, licet ubique compendio dicemus. Illud autem constanter prae oculis habeas, vanitates hasce Augustinum ad suiipsius confusionem, qui iis captus est, nimis severe impetere, ac exaggerare.

Non prorsus, non omnino exacte, & presse dolor ipse voluptas est. Sed potius sunt ver. gr. ingeniosissimi casus: clementiam exercendi, fidem diligendi, fraudem, dolumque improbandi, dubium rei eventum expectandi naturalis pruritus.

(*c*) *Quid est nisi miserabilis insania?* = Sequimur Benedictinos, qui in margine commonent „ MSS. septem : *mirabilis insania.*] Quibus addimus unum MS. Med. unum S. Mar. & unum S. Cr. Nobiscum tamen sunt MSS. novem necnon Vet. Am. Er. Lov. Som. Wangn. quos sequuntur Itali. Et quidem insania illa hominis miseriam inducebat, vel involvebat. Quanquam & alia lectio admodum tolerabilis sit.

(*d*) *Quanquam cum ipse patitur miseria, tum &c.* = Et haec, ut vides, praecedentem lectionem confirmant. Ita vero : nam misericordia miseros respicit. *Quamvis enim generali nomine omnis misericordia dicatur, qua misero subvenitur &c.* In Psal. 118. ad v. 4. n. 4. *Saltem misericordiae nomen adtende, & unde sit dicta respice, Quid igitur opus est misericordia, ubi nulla est miseria? Miseriam porro in parvulis si nulla esse dicitis, eis misericordiam praebendam negatis &c.* Lib. 1. Oper. Imperf. contra Iul. argum. 39.

His autem te impetere posse non credas quod ante dixerat: *Eo magis eis movetur quisque, quo minus a talibus adfectibus sanus est.* Quod quidem ratione, & experientia inconcussum, & manifestum est. Cum enim adfectus proprius sit ceterorum mensura, de eo infortunio proximi doles, quod te pungeret: unde Sancti adfectu ad caelum rapti, proximis in divinae gratiae plurimum, in terrenorum bonorum iactura minimum miserentur.

Non inquam cavillari potes; Quomodo movetur magis qui a talibus adfectibus minus sanus est; si misericordia de aliena, non de propria miseria est? Vide enim quid addat.

(*e*) *Sed qualis tandem misericordia in rebus fictis, & scenicis? non enim ad subveniendum provocatur auditor, sed tantum &c.* = Utique vera misericordia fulgere tragica comoediarum somnia spectantes, deque iis dolentes concedere indecens est. At si de fatuo quodam misericordiam exercendi modo loquamur, cur non misericordiae tantillo colore eos tinctos censebimus, qui infortuniis, ac plagis, quanquam fictis commiserentur : & non quidem succurrunt, sed confusis quibusdam misericordiae stimulis quasi succurrere gestiunt?

Maxime quum misericordia (licet, ut censemus, non adeo iuxta metaphysicum eius conceptum accepta) a quadam cordis mollitie, vel miseria dicatur, & ve-

A. Ch. 371. Aug. 17. Mun. 40. Dam. V. Valentin. & Valer. VIII.

veniat: eamque reverberans, & refrangens, eiusdem cordis miseriam, aut molitiem augeat. Lib. 1. de Moribus Eccles. Cathol. c. 27. n. 53. lib. 2. Q. Q. ad Simplicianum, q. 2. n. 2. sub fine, & lib. contra Adimantum Manichaei discipulum, cap. 11. post med.

Adhuc vero misericordia non adeo indispensabili iure aut e miseria est, aut miseriam inducit, ut nequeat absque illa consistere. Deus enim infinite misericors est: qui tamen in miseriam nullam impingit, aut impingere potest. Lib. 2. Q. Q. ad Simplicianum, q. 2. n. 3. & lib. contra Adimantum Manichaei discipulum cap. 11. circa finem.

Insuper & in hominibus longe (vel speciali Dei gratia) sapientissimis, atque fortissimis misericordia absque miseria concipi, ac dari potest. Lib. 1. de Moribus Ecclesiae Cathol. cap. 27. n. 35. De quo consule lib. 1. Retract. cap. 7. n. 4.

Ut ut autem de miseria sit; ea hominem etiam gravissimum minime dedecet; nec misericordiam a virtutum choro deturbat: quidquid in oppositum effutiant Stoici urbanitatis hostes. Lib. 1. de Moribus Eccles. Cathol. cap. 27. n. 54. Epist. 104 ad Nectarium (Alias, 254.) n. 16. Lib. 9. de Civit. Dei, cap. 5.

(*f*) *Et auctori earum imaginum amplius favet, tum &c.* = Omnino ita legendum est cum Benedictinis, qui admonent, „ Am. Er & Lov. *auctori*] quibus addimus 7. MSS. At electam lectionem habent ultra B. B. & MSS. ab ipsis visos, Vet. Som. Wangn. MSS. 2. Med. totidem S. Mar. Car. & MS. Gemblacensis. Et merito: *actores* enim dicebantur qui scenas agebant. *Poetae boni, & actores industrii in extremo actu solent esse diligentissimi.* Cicero ad Q. Fr. Quod mirum est non advertisse *Erasmum*, qui in vocum proprietate discutienda tot annos consumsit: qui aurei saeculi elegantiam affectavit: qui ad eam tanta petulantia orbem provocavit; qui ipsum Ciceronem ad iudicium deduxit. Unde Augustinus Epist. 91. (Alias, 202.) ad Nectarium, n. 4. *Nullo modo potuisse scriptiones, & actiones recipi comoediarum, nisi &c.*

Haec autem Augustinus in argumenti confirmationem adfert. Tantum enim abest misericordes istos miseris subvenire: ut hoc sit misericordiae culmen, hoc sit maxime somniorum severe actoribus, mirum nempe in modum semetipsos torquere.

(*g*) *Gaudens lacrymatur. Ergo amantur & dolores?* = Sequimur Benedictinos, qui dicunt „ Lovanienses legunt, „ *lacrymae ergo amantur, & dolores*, „ Abest vox, *lacrymae*, a MSS. & e- „ ditis plerisque.] Abest etiam a MSS. undecim Am. & Er. Retinent tamen unus MS. Med., unus, & quidem recens, S. Cr. Som. & Wangn. Retinet etiam vetusta editio Boneti, sed ita, *gaudens. Lacrymae ergo amantur, & dolores.*

Ideo forte aliqui addiderant, *lacrymae*, quia ultimo loco dicitur, *lacrymatur*. Verum non intercedit hic talis relatio; sed novus sermo, *Ergo &c.* resumit dolorem, de quo tot dicta fuerant: & exinceps etiam dicuntur.

(*h*) *Hae una caussa amantur dolores.* = Videlicet non in seipsis: sed quatenus instrumenta sunt ad quamdam, licet fatuam misericordiam exercendam. Unde addit: *Et hoc de illa vena amicitiae est. Sed quo vadit? &c.* Nempe illa omnia a bona amicitiae vena: sed laesa, ac foedata oriuntur. *Illa vena* dixit, se se ad foedatam illam amicitiam revocans, qua se adolescentibus peccantibus addidisse: ac nedum animum, sed & corpus amici dilexisse supra professus fuerat. Vide Ciceronem lib. 1. de Finibus Bon. & Mal. circa med.

(*i*) *In quos ipsa mutatur, & vertitur per nutum proprium, de caelesti serenitate detorta, atque deiecta.* = Adeode quid velit elegantissimis istis metaphoris. Misericordiam exercere ambis? Amicitiae stimulis pungeris? Motus illi boni sunt, a Deo inditi, caelestisque serenitatis participes. At tu ita misericordiam exercens: at tu ita amicitiae stimulos pascens: per nutum proprium, tuo arbitrio, tua voluntate, tua dementia, tua malitia, bonos illos motus serenitate, luce, candore, sapientia, puritate exuis; & es ei similis, qui a regis throno margarita detorta, atque deiecta, sordidae eam laconae ioiectam contegeret.

Unde sequitur: *Repudietur ergo misericordia? Nequaquam &c.* Non debes enim, ut stulti quidam, bonos motus, qui malitia tua in exitium iere, prorsus repudiare, ac tollere: sed in bonum usum vertere. Non debes margaritam laconae sordibus inquinatam proiicere, sed eam abstergere, & in posterum a laconia arcere. Amentur dolores aliquando: sed quibus non fictis, sed veris infortuniis: non obscenitatis, sed honestatis lectorae compatiaris.

(*k*) *Sed non in ea delectat dolor.* = Ita B.B. & ante ipsos Am. Wangn. 3. MSS.

A. Ch. 371. Aug. 17. Mon. 40. Dam. V. Valentin. & Valer. VIII.

MSS. Med. totidem S. Cr. Ricar. in margine Car. & MS Parcensis. Sed Vet. Am. Bad. Er. Lov. Som. unus MS. Med. Ricar. in textu *delectatur cor*. Liquet praeferendam esse lectionem nostram; tum quia usque modo de voluptate a dolore inducta loquutus fuerat; tum quia addit: *Nam etsi approbatur officio caritatis*. Quis approbatur? dolor. Vel si mavis itelligere ipsum dolentem, adhuc dolores delectantes, & non delectantes hic relativi sunt. MS. Fef. *delectat dolor*.

Hanc misericordiam autem veriorem esse, quis inficiabitur? in qua tamen dolor non delectat, mallet enim misericors ille non habere quod doleret; cum tamen amatores theatrorum id ambiant quod doleant. Adeoque maxime differunt duo hi misericordes: unus siquidem voluptatem propriam: alter bonum alterius quaerit.

(l) Nonnullus itaque dolor adprabandus, nullus amandus est. = Henricus Wangnereck ita ad locum huncce disputat. „ Cum S. Doctor negat esse amandum dolorem miserentis, etsi sit approbandus; solum significat dolorem, „ ut est malum naturae dissentaneum, „ nihil habere intrinsece unde ametor. „ Non vero negat eum ut suscipitur „ intentione caritatis posse amari &c. „

At dolor omnino ut est malum naturae dissentaneum, & intrinsece spectatus nec amandus, nec adprobandus est. Ut vero caritatis intentione suscipitur, indirecte, ut Schola loquitur, amatur: amare indirecte idem est ac adprobare. Hominum in reipublicae exitium peccantium mortem adprobamus, non amamus. Si autem vis eam mortem, quatenus ad publicam quietem ducit, nonnihil amari; ita amorem hunc indirectum appellare debebis, ut tandem nil aliud absolute acturus sis, quam adprobare.

Dolor igitur nullus proprie, & absolute amandus est. Dolor verae misericordiae non amandus, sed adprobandus. Dolor spectantium somnia, maxime si obscena sint, nec amandus nec adprobandus.

In huius rei confirmationem addit, Deum, qui longe purius, ac nos, misceretur, nullo dolore sauciari. Quo quidem ostenditur, dolorem non ipsam misericordiae virtutem esse, sed potius misericordiae scoriam. Cumque infirmitate nostra vix misericordiam absque dolore exercere possimus, hunc adprobare, non tamen amare debemus.

Addit inde: *Et ad haec quis idoneus?* Quo significat aut nullum, aut vix quemquam, rarissime, & quam difficile misericordiae virtutem absque dolore exercere. Recole dicta signo E.

(m) Quid autem mirum, cum infelix pecus aberrans a grege tuo &c. = Homo peccans quam frequenter ovi a grege suo aberranti in Scripturis assimilatur. At Augustinus non cuicumque erranti ovi se confert, sed ei, quae pastoris curae impatiens, turpi scabie foedatur; ut sensim ad aliam rationem, quae dolorem ei faciebat amabilem, detegendam adcedat. Quemadmodum enim scabie foedeta ovis in superficie voluptate raditur &c. Qua metaphora in antecedentibus etiam, quanquam non tam exacte, & ample usus est.

Complet autem iis verbis caput: *Talis vita mea numquid &c.* quod iuxta moralem nedum, sed & physicum sensum pronuntiat. Flagitia enim vitam animae prorsus; dolores vero, & anxietates corporis nonnihil tollunt.

Et haec Augustinus de Comoediis, vel Theatris; Quae tamen admodum castigata, & acerrimis modestiae fraenis cohibita (quae reformatio equidem plurimis obnoxia difficultatibus, at non hypothesis *dulci somno similis*, ut quibusdam, nobis videtur,) permitti posse, quidquid iuniores nonnulli quanquam doctissimi scripserint, arbitramur. Vide saltem eruditum Opusculum a clarissimo quodam Francisci Filio scriptum, cuius titulus, *De i Vizi, e de i Difetti del Moderno Teatro, e del Modo di correggerli, e d' emendarli Ragionamenti VI. di Laurisa Tragiense Pastore Arcade*. Romae impressum anno 1753.



A. Ch. 371. Aug. 17. Mon. 40. Dam. V. Valentin. & Valer. VIII

C A P U T III.

A R G U M E N T U M.

Gravissimum sacrilegum flagitium deponit ; quum Veneris aestibus usque ad phrenesim ductus : eorum extinguendorum in divinarum solemnitatum celebritate intra Ecclesiae parietes turpe negotium tractavit . Insinuat inde insignes in studiis progressus , quibus in elationem , ac typhum actus est . Quanquam ubique a Divina misericordia inspectus , salutaribus quibusdam flagellis a vitiorum sopore excitaretur ; & bonae indolis praeseferret inditia , Eversorum multitam , petulantiam non adoptans , sed damnans , exhorrens .

I. ET circumvolabat super me (*a*) fidelis a longe misericordia tua . In quantas iniquitates distabui , & sacrilegam curiositatem sequutus sum ut deserentem te , deduceret me ad ima (*b*) infida, & circumventoria obsequia daemoniorum , quibus immolabam facta mea mala : & in omnibus flagellabas me ! Ausus sum etiam in celebritate solemnitatum tuarum , intra parietes Ecclesiae tuae (*c*) concupiscere , & agere negotium procurandi fructus mortis ; Unde me verberasti gravibus poenis ; Sed nihil ad culpam meam , o tu praegrandis misericordia mea . Deus meus , refugium meum a terribilibus nocentibus , in quibus vagatus sum praefidenti collo , ad longe recedendum a te (*d*), amans vias meas , non tuas , amans fugitivam libertatem .

II. Habebant & illa studia , quae honesta vocabantur , ductum suum , intuentem fora litigiosa , ut excelletem in eis : eo laudabilior , quo fraudolentior (*e*). Tanta est caecitas hominum , de caecitate etiam gloriantium . Et maior iam eram in schola Rhetoris, & gaudebam superbe (*f*) , & tumebam typho ; quamquam longe sedatior , Domine tu scis : & remotus omnino ab eversionibus , quas faciebant Eversores (*g*) ; hoc enim nomen scaevum , & diabolicum , velut (*h*) , insigne urbanitatis est inter quos vivebam pudore impudenti , quia (*i*) talis non eram ; Et cum eis eram , & amicitiis eorum delectabar aliquando , a quorum semper factis abhorrebam: hoc est , ab eversionibus , quibus protetve insectabantur ignotorum verecundiam , quam perturbarent gratis illudendo , atque inde pascendo malevolas laetitias suas. Nihil est illo actu similius (*k*) actibus daemoniorum. Quid itaque verius , quam Eversores vocarentur ? Eversi plane prius ipsi atque perversi, deridentibus eos, & seducentibus fallacibus occulte spiritibus , in eo ipso , quo alios irridere amant & fallere .

(*a*) *Et circumvolabat super me &c.* = Egregius conceptus ad Divinum adiutorium exprimendum , quo nunquam ipse destitutus est ! Quemadmodum aquila pullorum suorem indocilitatem pertsesa , ab eis secedit : ita tamen ut nunquam factis filiis irata, super nidum a longe circumvolat , eos inspiciens , quos volens nolens a venatoribus tuetur &c. Sic mundissimus Deus Augustini vanitates exosus , ab eo divulsus est ; Interim tamen misericordia adhuc super eum circumvolabat , amarissimis , at salubribus stimulis a vitioso somno deturbans, ut aliquando tandem expergefactum apertis ulnis exciperet , & ad thronum suum, cui ab aeterno destinaverat , deportaret .

A. Ch. 371. Aug. 17. Mon. 40. Dam. V. Valentin. & Valer. VIII.

(*b*) *Ut deferentem te dedoceret me ad ima &c.* = Sic B. B. Vet. Lov. Er. Som. MSS. 3. S. Cr. Fef. Ricar. & alii communiter. Sed Wangn. Itali MS. Gemblac. Car., & pauci quidam alii, *deferente te*. Sacrilegam autem curioſitatem, quam ſequutus eſt, ſolitum pruritum cenſemus, quo liberi adoleſcentes non raro feminae ambiunt amplexus, non tam ut copulam exerceant, quam ut experiantur: ut ſecretiora inſpiciant &c. Bonum enim aut verum, aut creditum, ſi ſectetum, eiusdam curioſitatis ſtimulis vehementer expetitur. Hinc pudicae verecundae puellae fortius pelliciunt, ac inverecundae, & infames, quae libidini explendae ultro ſe offerunt. Hinc etiam remotarum regionum ſolis radios vehementiſſimos ſubſtinentium feminae, quae ſolis verendis obtectis, denudatae vagantur, longe minus ſtimulos provocant, immo ſtomachum movent, & vix ad copulam ipſam expetuntur. Nec levis Deiparae gloria eſt, quod etſi mulieres omnes, nulla prorſus excepta, pulcritudine vinceret: & Angelis ipſis corpore expertibus, modeſtiae, pudicitiae candoris palmas praeriperet: Veneris ſtimulos ne quidem in perditis, pluſquam dici queat carnalibus Iudaeis excitaret, ſed refrangeret, deterreret, opprimeret.

De quo ultra inconcuſſum commune Catholicorum iudicium, ipſorum Iudaeorum teſtimonium omni exceptione maius habemus, apud quos ceu ſtupendum axioma, illud ab immemorabili invaluit: Hoc ſpeciale, & maxima admiratione dignum fuiſſe in Maria, quod cum pulcritudine tanta fulgeret, a nullo unquam viro ſit expetita.

Ea curioſitate, non impudico genio coniugium aliquando expetiit Alypius Auguſtini cariſſimus, ut ipſe S. D. teſtatur infra l. 6. c. 12. n. 2.

(*c*) *Auſus ſum etiam in celebritate ſolemnitatum tuarum, intra parietes eccleſiae tuae &c.* = Magnum utique flagitium, quod quia exterioribus detectum motibus, a loci circumſtantia factum eſt gravius, & ad ſacrilegii ſpeciem deductum. Temporis autem circumſtantia, hoc eſt diei feſtivi (qualem ab Auguſtino innui ſuſpicamur) iuxta graviorem, probabilioremque Doctorum ſententiam, peccatum illud nova, gravi turpitudine minime induit, quae puta in ſacramento poenitentiae ab homine baptizato neceſſario exprimenda eſſet. Vide Salmantic. Morales t. 1. tract. 6. c. 8. puncto 4. n. 14.

Quibus autem atrociſſimis poenis (ut addit) a Deo vapulaverit, nobis incompertum eſt. Cenſemus tamen iis non fuiſſe diſſimiles, quas cap. 1. aperuit. *Ut cederer virgis ferreis ardentibus zeli, & ſuſpicionum &c.*

Quod ſequitur, *Sed nihil ad culpam meam*: ſic vertunt Itali: *Ma nulla giovava alla mia durezza*. Vah pinguem oſcitantiam! Dixit Auguſtinus ſe magnis peccatis immerſum, gravibus a Deo flagellis exceptum fuiſſe. Inde punientem manum adorans addit: *Sed nihil &c.* hoc eſt, ſed flagella etſi graviſſima, levia adparebant peccatis meis collata. *Ma bagattelle in confronto delle mie colpe, o di ciò meritavo.*

(*d*) *In quibus vagatus ſum praefidenti collo ad longe recedendum a te.* = Ita B. B. nihil admonentes, & ante ipſos Er. Lov. & ſex e noſtris MSS. At Vet. Som. Wangn. MSS. 2. S. Cr. recentiores, & unus Med. *a longe recedendo a te.* Barbare, ut liquet.

Adludit autem forte Auguſtinus ad illud Deuteron. 32. 15. *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitravit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſſit a Deo ſalutari ſuo.* Vel ad aliud ſimile, Quemadmodum enim indomitus equus, legis impatiens, ſeſſore excuſſo, fractiſque habenis, per apertum ſpatioſum campum ad recedendum longe ab excuſſo domino, praefidenti collo vagatur; ſic Auguſtinus, & quilibet peccator, Deo eiusque lege contemtis &c.

Unde addit metaphorae inſiſtens, *amans fugitivam libertatem*. Sicut enim equus ille domino diſiecto, quieta libertate non fruitur, ſed palpitans, & anhelans, huc, & illuc incerta lege, ubique pericula, & malam ſortem praeſentiens vagatur; ſic Auguſtinus &c.

(*e*) *Intuentem fora litigioſa, ut &c. eo laudabilior, quo fraudulentior.* = Non ex hoc uno loco deducimus, Auguſtinum a parentibus Curiae, ſeu foro litigioſo, quo honores, divitiaſque conſequeretur animo deſtinatum. Quanquam inde a Rhetoribus expetitus; & candoris, qui in Curiis quam ſaepe aut contemnitur, aut in malam ſortem vergit amantiſſimus: nunquam, ut conicimus, litigioſi fori aulas ut domeſtica perſona, & proprius miniſter frequentaverit.

Illud autem: *eo laudabilior, quo fraudulentior*, non honeſtum, ac iuſtum Curialium inſtitutum: ſed perverſae indolis Curiales plures perſtringit, qui mille verborum involucris, ancipitibuſque ſponſionibus populo imponunt, & Curias

A. Ch. 371. Aug. 17. Mon. 40. Dam. V. Valentin. & Valer. VIII.

rias ſeſe quidem honeſtiſſimas deturpant, & maculant.

(*f*) *Et maior iam eram in ſchola Rhetoris, & gaudebam ſuperbe &c.* = Et iam in arte bene, apte, ornateque dicendi omnibus prorſus palmam praeripiebam; quo quidem, ut adſolet, vano gaudio quodam tumeſiam. Verum *longe ſedatior* inquit, quo deprehendimus, nonniſi, eo typho ex tam eximio ingenio Auguſtinum intumuiſſe, quo homines alicuius dotis, & quidem honeſtiſſimi vix non intumeſcunt, Ex hoc, & iis, quae ſequuntur optima Auguſtini indoles ſatis eluceſcit.

(*g*) *Remotus omnino ab everſionibus, quas faciebant Everſores.* = Henricus Wangnereck ita locum hunc meditatur. „ Dubium eſt, quos S. Doctor everſo„ res intelligat; Caius Iuris conſultus „ everſores appellat prodigos, & diſſo„ lutos, *qui patrimonium profundunt, &* „ *toto vitae tempore ſub curatore ſunt,* „ *non minus quam inſani* (1). Mihi S. D. „ everſores diſciplinae ſcholaſticae, & ſa„ nniones paſſim quoſvis calumniis in„ ceſſentes, videtur intelligere, hoc enim „ verba ſatis inſinuant, dum ait eos in„ ſectatos ignotorum verecundiam.

Pheropsnus autem. Videntur ita di„ cti petulantiores iuvenes, qui ſcholas „ Rhetorum, a quibus non docebantur, „ irrumpentes, omnia illic evertebant, „ ludibrioque habebant Magiſtros. Eius „ nequitiae meminit iterum Auguſtinus „ Lib. de Vera Relig. cap. 40. n. 75. „ De petulantia vero iuventutis Cartha„ ginenſis vide quae habet infra Lib. v. „ c. 8. quae confer cum cap. 12.

Quam lucem nobis concilias *Pherepone*? Everſores hoſce eoſdem cenſes cum adoleſcentibus illis, de quibus infra l. 5. c. 8.? Non quidem. Cum enim lib. de Vera Relig. laudaviſſes, in quo, Auguſtinus *eius nequitiae iterum meminit*; addis velut de re diverſa: *De petulantia vero iuventutis Carthaginenſis vide &c.* Atqui commentarius tuus nihil aliud paucis habet, quam quod Auguſtinus eo l. 5. c. 8. fuſioribus verbis; extra chorum ergo canis, & nihil nos docuiſti.

Etſi autem voluiſſes, eoſdem eſſe Everſores iſtos, & petulantes illos adoleſcentes; non debebas quaſi oracula fundens, vel coniectorem agens, dicere: *Videntur ita dicti &c.* ſed ſat erat puta ſic monere Lectorem. Qui fuerint everſores hi Auguſtinus ipſe aperit l. 5. c. 8.

Te autem nonniſi ea, quae Auguſtinus citato loco habet, fuiſſe mutuatum manifeſtum eſt; Doces enim duo: quorum primum eſt; Petulantes hos iuvenes Rhetorum a quibus non docebantur, perturbaſſe ſcholas; Id prodit eo loco, nempe l. 5. c. 8. n. 1. Auguſtinus: *Ne in eius ſcholam, quo magiſtro non utuntur, paſſim, & proterve irruant &c.* Quod inſinuat & in praeſenti illis verbis: *Inſectabantur ignotorum verecundiam*: proprii magiſtri enim, & condiſcipuli non erant ignotae perſonae. Alterum quod doces, eos iuvenes omnia evertiſſe &c. apertius, elegantius, & melius dicere Auguſtinum in praeſenti, & laudato n. 1. c. 8. l. 5. adeo liquet, ut ſuperfluum ſit aliquod verbum exſcribere.

Nunc ad commentarium Wangnereck. Everſorum deſcriptio a Caio Iurisconſulto data nihil ad rem noſtram, ut patet, & ipſe Wangnereck fatetur. Quod addit ex ſuo prorſus improbabile eſt, nec propoſito confert. Talis enim ab Auguſtino petulantia deſcribitur, ut conviciis potius, imprecationibus, improperiis, quam *calumniis* egiſſe putandum ſit. Nec *ignoti* ſunt hic perſonae abſentes: ſed alienae ſcholae, ut diximus ex Auguſtino, magiſtri, atque diſcipuli, quibus inſultabant Everſores dum in eorum ſcholas irrumpebant, adeoque conviciis, non *calumniis*. Quod ipſe Wangnereck non adtendens inſinuavit; *ſanniones* enim non calumniis, ſed conviciis, cachinnis, ſimilibuſque laceſſunt: *Salis enim ſatis eſt, ſannionum parum.* Cicero lib. 9. Epiſt. famil. Ep. 16. *Atque hoc etiam animadvertendum non eſſe omnia ridicula faceta. Quid enim poteſt eſſe tam ridiculum, quam ſannio eſt? Sed ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipſo &c.* Idem lib. 2. de Orat. c. 61.

At iam ad ſenſum noſtrum veniamus. Cenſemus eoſdem petulantes iuvenes hic & l. 5. c. 8. ab Auguſtino inſpectos. Lib. de Vera. Relig. c. 40. n. 75. *His* (Angelis malis) *ſimiles ſunt homines, qui gaudent miſeriis alienis, & riſus ſibi, ac ludicra ſpectacula exhibent, vel exhiberi volunt everſionibus, & erroribus aliorum*, At ex his nihil lucis.

Quod nos torquet: quod nobis reman-

(1) Inſtit. 1.

A. Ch. 371. Aug. 17. Mon. 42. Dam. V. Valentin. & Valer. VIII.

in aenigmate ponit, illud est; Eos iuvenes talibus ab Augustino coloribus pingi, ut Eversores videantur dicti non inconstanter, & omnino ad libitum, puta ab acuto aliquo, & ad horrorem: sed quasi ex communi Carthaginensium, & & ipsorummet Eversorum placito. Suspicamor, inquam, eos iuvenes Eversores appellatos, non petulantia aliquando prodita, sed io quam gestirent quasi professione speciali, & instituto. In quam suspicionem impellimur non uno momento: quorum primum est; Augustinum nomen illud exsecrari, & quidem ita: velut insani iuvenes eo gloriarentur, & intumescerent: *Hoc enim nomen sinevum, & diabolicum velut insigne urbanitatis est*. 2. Malas eorum actiones Augustinus innuens, ad Eversoris nomen adludit: *ab eversionibus, quas faciebant Eversores*; adlusio autem de nomine iam indito est; ut si dicas: Augostum Augostini ingenium: Lotea scripta Lutheri. Honestate calvos Calvinus. 3. Plaudit iam indito nomini: *Quid itaque verius, quam Eversores vocarentur? Eversi plane prius ipsi, atque perversi*. 4. Velut de nomine, Africae noto loquitur, & hic, & lib. de Vera Relig. loco laudato: & Epist. 185. paulo post laodanda. 5. Et tandem, tales velot ex instituto fuisse id ostendit, quod ipsis, qoibus graves poenae debebantor, consuetudo patrocinaretur: *puniendu legibus, nisi consuetudo patrona fit* l. 5. c. 8. n. 1.

Fuerunt igitur iuvenes, qui fere ex instituto insolescerent: communi placito eversores, quo pacto alii quidam, circumcelliones, passim vocati. Unde S. Doctor ad Bonifacium Tribun. de Correct. Donatist. Lib. vel Epist. 185. (Alias, 50) cap. 4. n. 15. eosdem forte respiciens, nullo additamento Eversores appellavit: *Quis eversori minari* (Ante quosdam Imperatorum leges) *saltem audebat*?

Quid ergo? quale de Eversoribos nostrum iudicium? Malumus complicatis haerere brachiis, quam io nimis incertum iaculari. Qui fuerint Eversores, nobis incompertum est.

Si quis aotem a nobis importuoe quaerat, ot aliquam saltem suspicionem prodamus: dicimos. Forte res ita se habet, Carthagine magno Africae totius lyceo fervidis, acerrimisque ingeniis foecundissimo consuetudine invaluit, ut onius scholae candidati non raro alienas adcederent, ibique mutuis collationibus utriosqoe gregis discipuli professionis communia secretiora dubia proponerent, discuterent, magnisque victoriae stimulis uous alteri muscipulas tenderet, dispotaret acerrime, colluctareotor. Mos hic honestus ad litterarum exercitium, ioomque inductus, ab audacioribus adolescentibus in malom usum, bonique scholarum ordinis, atque regiminis damnum versus est; aemulationis enim in illis fervore plus satis aocto, dispotationibusqoe, noo tam acomine, & eruditione, quam invectivis, & mordacissimis conditis salibus visae sunt scholae non Palladis, sed Martis arenae. Ad haec: Liberiores qoidam, effrontes, petulantissimi eorum a modestioribus scholis repulsi: eo litterariae collationis fuco larvati, in scholas illas irrumpebant effrenes, ac velut disputantes, de reconditis di (icoltatibus litigantes, eorum resolotionem ambientes, illic tradita improbantes, deridentes: vertebant ima summis, discipulos, magistros adoriebantor, lacessebant mille probris, contomeliis, conviciis.

Quoniam vero nulla aut bonorum, aot malorum moltitudo illico exsurgit; Petulantium horum rarus nomerus, ioitioque velut contemtus, & oon coratos, sensim io magnam torbam coaluit: turba vero in legiones divisa est; quae quidem condictis diebos, opportonisque occasionibus modestas, ut diximus, irrumpentes in scholas, earum quietem turbarent, insectarentur verecundiam, alieno dolore gestirent, ac triumpharent.

Horom petolantiom multitudini ita dispositae, & aliorum damno, & incommodo fere pecoliari professione destinatae, noo expresso, sed confuso quodam populi sensu, placitoque, ipsisque nebulonibus postulantibus, & in id nomen velut generositatis insigne gestientibus, Eversorum nomen impositum est.

Indomitam hanc iuventutem loris, virgisqoe frenandam graves dixerant viri quam plures: sed frustra omnino, & in cassom; quod illi ductae collationis, belliqoe loci praetexenti exercitium fatua quaedam humana consoetudo patrocinaretur, vel patrocinari dolosis frateris res pendentibus, quibus velut potiori parte (quod saepe amarissime deploramus) homana respublica constat, videretur.

Res profecto eo minos portentosa, quo eius nostra etiam hac aetate vestigia quaedam, etsi imperfecta, ac remotissima adpareant. In publicis litterariis circulis, eruditioni bene gerendae non imprudenter institutis, quosdam aliquando videre est tanta audacia contrariae partis sensa conculcantes, tot cachinnis, in-

incompositisque sibilis aemulos lacessentes, ut nisi eruditionis amplioris, profundiorisque praetextus cuncta leniret, pedicis, remisque corrigendi essent.

Et en suspicio nostra. Dices tamen: Annonne ariolum agis? Ita forte. At si tu quicumque ita derides, absolutam, certamque expositionem dederis, mihi eris Propheta.

(*b*) *Hac enim nomen scaevam, & diabolicum velat &c.* = Adstipulamur Benedictinis, qui admonent. „ Sic iuxta „ vetustos codices scribendum hic *scae-* „ *vum*, idest sinistrum.] Immo favent etiam Vet. Am. & MSS. 8. Etr. Licet Er. Lov. Som. Wangn. unus Med. Car. & recens S. Cr. habeant, *saevum*. Quod, ut suspicamur, adiectivum hocce, *saevum*, sit notius.

Merito autem Augustinus id nomen perstringit; Urbanitas enim ingenuitate, & lenitate componitur; *Eversoris* autem nomen scaevum, & diabolicum est: nempe sinistrum, atque teterrimum.

Urbanitatem Eversores iactabant, quia, ut diximus, convicia litterariae concertationis specie velabant; condiebantque, etsi inverecundis, atque petulantissimis dicteriis, & iocis. Quo fiebat etiam ut populi magna pars scurrilitatis, etsi foedae, & insulsae amantissima, vellet illis consuetudinem patrocinari.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

(*i*) *Inter quos vivebam pudore impudenti, quia &c.* = Pudorem hunc satis improprie, & non levi exaggeratione positum manifestum est. Quomodo enim ea se petulantia destitutum Augustinum pudebat, quam tantopere exsecrabatur? Pudebat bonae indolis Adolescentem inter Eversores constitutum, non vere quod alius esset ab illis, sed quod adtenderet illorum derisionibus se expositum; pudebat ut pudet Catholicos, dum in barbaris terris, & solitarios, dum in media turba consistunt.

(*k*) *Nihil est illo actu similius &c.* = Liquet ex dictis, atque ex iis, quae sequuntur, unde ista similitudo depromatur: ex eo nempe quod Eversores alienae scholae discipulis, & magistris insultantes, eorum (ut daemonia damnatorum poenis) tristitia, & angustia pascerentur. Quod confirmat locus signo G. laudatus ex lib. de Vera Relig. maxime integer inspectus; quem tamen hic exscribere non est necessarium.

C A P U T IV.

A R G U M E N T U M.

Praescriptae studiorum methodo insistens, anno aetatis suae decimonono, biennio a Patris funere elapso: in Ciceronis librum Hortensius *inscriptum incidit, quo a terrenis avulsus, pene, iamiam ad aeterna volabat. Quanquam aestui, licet tam insigni minime prorsus adquieverit, quod tot, ac tanta inter eius Libri praeclara documenta Iesu Salvatoris nomen, cum lacte Matris ebibitum, & alte semper retentum non resonaret.*

I. INter hos ego imbecilla tunc aetate discebam libros Eloquentiae, in qua eminere cupiebam fine damnabili, & ventoso per gaudia vanitatis humanae. Et usitato iam discendi ordine perveneram in librum quendam cuiusdam Ciceronis, cuius linguam fere omnes mirantur, pectus non ita (*a*). Sed Liber ille, (*b*), ipsius exhortationem continet ad philosophiam, & vocatur, Hortensius. Ille vero liber mutavit adfectum meum, & ad te ipsum, Domine, mutavit preces meas, & vota ac desideria mea fecit alia. Viluit mihi repente omnis vana spes, & immortalitatem sapientiae concupiscebam aestu cordis incredibili, & surgere caeperam, ut ad te redirem. Non enim ad acuendam linguam, quod videbar emere maternis mercedibus, cum agerem annum aetatis undevigesimum, iam defuncto Patre ante biennium (*c*); non ergo ad acuendam linguam referebam illum li-

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

librum, neque mihi loquutionem, sed quod loquebatur, persuaferat.

II. Quomodo ardebam, Deus meus, quomodo ardebam avolare a terrenis ad te! & nesciebam, quid ageres mecum; apud te est enim sapientia. Amor autem Sapientiae, nomen Graecum habet φιλοσοφίαν, quo me accendebant illae litterae. Sunt, qui seducant per philosophiam, magno, & blando, & honesto nomine colorantes, & fucantes errores suos. Et prope omnes, qui ex illis, & supra, temporibus tales erant, notantur in eo libro & demonstrantur; & manifestatur ibi salutifera illa admonitio Spiritus tui, per servum tuum bonum, & pium: Videte (1), ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem seductionem, secundum traditionem hominum, secundum elementa huius mundi, & non secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter. Et ego illo tempore, scis tu lumen cordis mei, quoniam nondum mihi haec Apostolica nota erant: hoc tamen solo delectabar in illa exhortatione, quod non illam, aut illam sectam, sed ipsam quaecunque esset, Sapientiam ut diligerem, & quaererem, & adsequerer, & tenerem atque amplexarer fortiter, excitabar sermone illo, & accendebar, & ardebam: & hoc solum me in tanta flagrantia refrangebat, quod (*d*) nomen Christi non erat ibi. Quoniam hoc nomen, secundum misericordiam tuam Domine, hoc nomen Salvatoris mei filii tui, in ipso adhuc lacte matris, tenerum cor meum pie biberat, & alte retinebat: & quiquid sine hoc nomine fuisset, quamvis litteratum, & expolitum & veridicum, non me totum rapiebat.

(*a*) *Cuiusdam Ciceronis, cuius linguam fere omnes mirantur, pectus non ita.* = Inquit *cuiusdam* fere per contemtum; quando enim celeberrimum, notissimum auctorem *quemdam* dicimus, nisi ex textu aliud pateat, minoris nos eum habere prodimus.

Ciceronis pectus non omnes mirantur. Non mirantur Christiani, qui nullum Ethnicum, & quidem merito, plenissime laudant. Non mirantur omnes Ethnici, qui & maculas illas, quae Ethnicum deturpant, in Cicerone detexerunt, vel detexisse sibi visi sunt. Immo proxime omnino ad Augustini expressionem; nonnullis Ciceronis pectus linguae visum est satis difforme: quasi non omnia, quae aliis inculcabat, ipse exsequeretur: & privatum rancorem suis in declamationibus, & invectivis non raro publici boni zelo contegeret.

At nec in extollenda lingua communem plausum omni amplitudine Augustinus praedicavit: sed inquit, *fere omnes*: non ignorans suos habuisse Ciceronem aemulos, a quibus (2) & in Eloquentia non summus haberetur: immo quosdam datus etiam nullius partis praeiudiciis actus, quorum difficili genio, & superstitioso palato Tulliana quaedam non saperent. Audi ipsum S. Doctorem l. 2. de Ordine, c. 17. n. 45. „ Non de„ fuit qui mihi nonnulla huiusmodi vi„ tia (*soloecismos*) ipsum Ciceronem „ fecisse peritissime persuaserit. Barba„ rismorum autem genus nostris tempo„ ribus tale compertum est, ut & ipsa „ eius oratio barbara videatur, qua Ro„ ma servata est.] Unde ut aemulos omittamus, quorum iudicium apud omnes sanae mentis viros nullius est ponderis; Brutus Ciceronis spiraculum eumdem illum, cuius laudibus celebrabatur quantum vix alius, nimium prolixi, verbosique & imbellis, minima efficacia digesti sermonis accusavit. Quintilianus, cui Ciceronis fama plurimum debet, lib. 12. c. 1. abusive, improprie, & vulgari licentia abs se illum oratorem omnibus modis absolutum, perfectumque appellatum profitetur. Et cap. 10. eorum censuras refert, quibus eiusdem Oratoris

(1) Coloss. 2. 8.
(2) Largius Licinius apud Gellium l. 1. c. 17.

proposito impugnavit, & etiam derisit.

toris sermones turgidi, phalerati visi sunt, repetitionibus frequentissimis, disiunctionibus haud raris, languido aegro stilo vitiosi.

Marcum Fabium Quintilianum Eusebius cum aliis nonullis Hispanum ex urbe Calagure dicunt; alii vero Romanum. Sunt qui eumdem cum Quintiliano Declamatore, de quo Seneca Declam, 6. & Martialis lib. 2. Epigramm. 90. confundunt. Sunt qui diversum, alienumque ab illo: sunt & qui Declamatorem illum huius rhetoris avum dicunt. Certum tamen est, Romae floruisse circa Domitiani tempora, cuius nepotes mores & litteras docuit.

(b) *Sed Liber ille &c.* = Meminit huius Libri, atque aestus ex eius lectione concepti, & infra l. 6. c. 11. & l. 8. c. 7. & lib. de Vita beata in Praefat. ad Theodorum, n. 4. ubi. „ Ego ab
„ usque undevicesimo anno aetatis meae
„ postquam in schola Rhetoris librum il-
„ lum Ciceronis, qui Hortensius vocatur
„ accepi, tanto amore Philosophiae ac-
„ census sum, ut statim ad eam me
„ transferre meditarer. Sed neque mihi
„ nebulae defuerunt, quibus confunde-
„ retur cursus meus, & diu fateor,
„ quibus in errorem ducebar labentia
„ in oceanum astra suspexi. „

Sed aureus liber ille nonnullo litterariae reipublicae damno disparuit. Unde vel hac ratione congruentissimum est, ea omnia huc transferre, quae ex eodem S. Doctor alibi exscripsit. Habes enim ex ipso quale fuerit Hortensii exordium. „ Unde nec ipse (cum Aca-
„ demicis omnia dubia sint) Academicus
„ ille Cicero dubitavit, qui cum vellet
„ in Hortensio dialogo ab aliqua re cer-
„ ta, de qua nullus ambigeret, sume-
„ re suae disputationis exordium: *Beati*
„ *certe*, inquit, *omnes esse volumus? ab-*
„ *sit ut hoc falsum* esse dicamus. Quid
„ igitur? &c.] lib. 13. de Trinit. c. 4. n. 7.

Habes quibus ad libri finem accedat, lib. enim 4 contra Iulianum Pelag. c. 15. n. 78. „ Quanto ergo te
„ melius, veritatique vicinius de homi-
„ num generatione senserunt, quos Ci-
„ cero in extremis partibus Hortensii
„ dialogi velut ipsa rerum evidentia du-
„ ctus, compulsusque commemorat?
„ Nam cum multa, quae videmus, &
„ gemimus de hominum vanitate, atque
„ infelicitate dixisset: *Ex quibus huma-*
„ *nae*, inquit, *vitae erroribus, & aerum-*
„ *nis fit, ut interdum veteres illi sive va-*
„ *tes, sive in sacris, initiisque tradendis*
„ *divinae mentis interpretes, qui nos ob*
„ *aliqua scelera suscepta in vita superiore,*
„ *poenarum luendarum caussa natos esse dixe-*
„ *runt, aliquid vidisse videantur: verumque*
„ *sit illud, quod est apud Aristotelem, simili*
„ *nos affectos esse supplicio, atque eos, qui*
„ *quondam cum in praedonum Hetruscorum*
„ *manus incidissent, crudelitate excogitata*
„ *necabantur, quorum corpora viva cum*
„ *mortuis, adversa adversis accommodata*
„ *quam aptissime colligabantur: sic nostros*
„ *animos cum corporibus copulatos, ut vi-*
„ *vos cum mortuis esse coniunctos.* Nonne
„ qui ista senserunt, multo quam tu me-
„ lius grave iugum super filios Adam, &
„ Dei potentiam, iustitiamque viderunt,
„ etiamsi gratiam &c. „

Habes etiam ex lib. 15. de Trinit. c. 19. n. 26. quibus Cicero Librum concludat.
„ Hanc contemplativam sapientiam, quam
„ proprie puto in litteris sanctis a scien-
„ tia distinctam sapientiam nuncupari &c.
„ Cicero commendans in fine dialogi Hor-
„ tensii: *Quae nobis*, inquit, *dies, no-*
„ *ctesque considerantibus, acuentibusque*
„ *intelligentiam, quae est mentis acies,*
„ *caventibusque ne quando illa hebescat,*
„ *idest in Philosophia viventibus magna*
„ *spes est: aut si hoc, quod sentimus, &*
„ *sapimus, mortale, & caducum est,*
„ *iucundum nobis perfunctis muneribus*
„ *humanis occasum, neque molestam e-*
„ *xtinctionem, & quasi quietem vitae fo-*
„ *re: aut si, ut antiquis Philosophis,*
„ *hisque maximis, longeque clarissimis*
„ *placuit, aeternos animos, ac divinos*
„ *habemus, sic existimandum est, quo*
„ *magis hi fuerint semper in suo cursu,*
„ *id est in ratione, & investigandi cupi-*
„ *ditate, & quo minus se admiscuerint,*
„ *atque implicaverint hominum vitiis, &*
„ *erroribus, hoc his faciliorem adscen-*
„ *sum, & reditum in caelum fore.* De-
„ inde addens hanc ipsam clausulam, re-
„ petendoque (1) sermonem finiens: *Qua-*
„ *propter*, inquit, *ut aliquando termine-*
„ *tur oratio, si aut extingui tranquille*
„ *volumus, cum in his artibus vixerimus,*
„ *aut si ex hac in aliam haud paulo me-*
„ *liorem domum sine mora demigrare, in*
„ *his studiis nobis omnis opera, & cura*
„ *ponenda est.* Hic miror hominem tanti
„ ingenii &c. „

Recitat etiam alibi quaedam ex interioribus Libri. Lib. 14. de Trinit.

Cc c. 9.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

(1) MSS. *repetendo, sermonemque finiens.*

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

c. 9. n. 12. proposita controversia: Utrum quatuor virtutes, vulgo, *Cardinales*, sint, quum ad aeternam vitam pervenerimus, desiturae. „ De omnibus tamen quatuor magnus auctor eloquentiae Tullius in Hortensio dialogo disputans: *Si nobis* inquit, *cum ex hac vita emigraverimus, in beatorum insulis immortale aevum, ut fabulae ferunt, degere liceret, quid opus esset eloquentia, cum iudicia nulla fierent: aut etiam ipsis virtutibus? Nec enim fortitudine egeremus, nullo proposito aut labore, aut periculo; nec iustitia, cum esset nihil, quod appeteretur alieni; nec temperantia, quae regeret eas, quae nullae essent libidines, nec prudentia quidem egeremus, nullo delectu proposito bonorum, & malorum. Una igitur essemus beati cognitione naturae, & scientiae, qua sola etiam deorum est vita laudanda. Ex quo intelligi potest, cetera necessitatis esse, unum hoc voluntatis.* Ita ille tantus orator cum Philosophiam praedicaret, recolens ea, quae a Philosophis acceperat, & praeclare, ac suaviter explicans &c.] Lib. 4. contra Iulianum c. 14. n. 72. „ Vide enim quid in Hortensii dialogo dicat Tullius &c. Vide quid iste pro vivacitate mentis contra voluptatem corporis dicat: *An vero*, inquit, *voluptates corporis expetendae, quae vere, & graviter a Platone dictae sunt illecebrae esse, atque escae malorum? Quae enim confectio est*, inquit, *valetudinis, quae deformatio coloris, & corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non evocetur, atque eliciatur voluptate? Cuius motus ut quisque est maximus, ita est inimicissimus Philosophiae. Congruere enim cum cogitatione magna voluptas corporis non potest. Quis enim cum utatur voluptate ea, qua nulla possit maior esse, attendere animo, inire rationem, cogitare omnino quidquam potest? Cuius* (1) *autem tantus est gurges, qui dies, & noctes sine ullo minimi temporis intermissione velit ita moveri suos sensus, ut moventur in summis voluptatibus? Quis autem bona mente praeditus non mallet nullas omnino nobis a natura voluptates datas?* Haec ille dixit, qui nihil de primorum hominum vita, nihil de Paradisi felicitate, nihil de corporum resurrectione crediderat, Erubescamus &c.] Vide etiam Lib. 5. contra eumdem, c. 7. n. 29. & 30., & lib. 3. de Civit. Dei, cap. 15.

En libasti aliquid celeberrimi Libri, non amplius exstantis, dialogi forma digesti. Librum illum ab Hortensio carissimo suo, quem in Bruto, lib. 3. de Oratore, & Orat. pro Milone ceu magnum Reipublicae lumen, & ornamentum miris laudibus celebrat, in singularis obsequii monimentum Tullius appellavit, ut innuit lib. de Finibus, Tuscul. 2. & 3. & lib. 2. de Divinat. Quanquam ille, hominum more, inde contra amicum, & benefactorem inique, & furiose recalcitraverit, ut ipsemet Cicero queritur lib. 1. Ep. 3. ad Q. fratrem, & Ep. 9. lib. 3. ad Atticum.

Vivere desiit Cicero violenta manu (de quo ultra alios, Titus Livius lib. 120. Historiarum, & Augustinus lib. 3. de Civit. Dei c. 30.) Olymp. 184. ab Urbe condita an. 711. ante adventum Dom. 43. aetatis suae 63. Natus autem fuerat Arpini in Campania, Equestri loco, patre Marco, matre Helvia, die 3. Ianuarii.

(c) *Cum agerem annum aetatis undevigesimum, iam defuncto Patre ante biennium.* = Contigit ergo lectio Hortensii an. Augustini decimo nono, Domini tercentesimo septuagesimo tertio, Monnicae quadragesimo secundo, Adeodati primo. Si autem Augustinus Carthaginem petiit anno aetatis suae 17. & agens 19. a biennio Pater obierat, vix igitur posito Augustino Carthagine, Patritius denatus est.

A Patris obitu maternis se mercedibus Charthagine Eloquentiam emisse ait; quo intelligimus, Monnicae copiosa bona dotalia, vel etiam (ut Iuristae loquuntur) parapherna, aut paraphernalia tenui paterno censui, quo alii filii substentabantur, in nobili dispendiosa Augustini educatione supplevisse, Cum quo tamen & aliquod Romaniani subsidium bene compatitur. Recole dicta c. 1. A.

Sed quid attendebas? quid futurum sperabas? Monnicae supervicturum Patritium? Frequentissimis Ecclesiasticae historiae exemplis edocemur, viros feminis desponsatos sanctissimis ut in plurimum a coniugio, & a terra celeri tolli funere, ut (quantum coniicimus) illae aeternis destinatae amplexibus divino Sponso fortius & exactius, omni quamtumvis minimo sublato repagulo, & diverticulo, copulentur.

(d) *Et hoc solum me in tanta flagran-*

(1) Sic Am. MSS. & B. B. At. Ar. & Lov. *Quis autem*.

gratia refrangebat, quod &c. = Sequimur Benedictinos ita legentes cum suis propemodum omnibus MSS. Quibus suffragantur Vet. Som. Duo MSS. S. Cr. totidem Med. Ricar. Sed Am. Er. & MSS. quinque *refringebat*: quae lectio non est contemnenda, tum codicum auctoritate, tum, & maxime ratione spectata; *Refringo* enim verbum magis, saltem apud vetustos elegantes Scriptores, usitatum est, ac, *refrango*; Nec *refractum*, quod prorsus eleganter scribitur, a *refrango* est: sed a *refringo*. Significat autem *refringo*, idem ac *retundo*, vel *repercutio*. *Refringere vim fortunae*, Liv. lib. 5. c. 37. *Radius solis immissus cavae nubi, repulsa acie, in solem refringitur*, Plinius lib. 2. c. 59. Quae ratio ex Latina elegantia depromta vix nos a Benedictinorum Patrum lectione non semovit.

Lov. Arn. & Wangn. *& hoc solo in me tanta flagrantia refrigebat*. MS. recens S. Cr. *restringebat*, vel *restinguebat*.

Ut autem nominis Salvatoris absentia in Tulliano Hortensio observata aestum fregerit, vel retuderit, explicat de omni Philosophorum secta dicens infra lib. 5. c. 14. sub finem.

Dulcissimi eius nominis amor (sicut & immortalitatis animae, meritorumque aut bonorum, aut malorum reddendae rationis fides, de quo lib. 6. c. 16.) a tot Paganorum muscipulis Augustinum servavit, ut Francisci Petrarchae (1) verba profana occasione prolata, possit ad rem suam trahere:

„ Credo dalle fasce, e dalla culla
„ Al mio imperfetto, alla fortuna
„ avversa
„ Questo rimedio provedesse il Cielo.

Si bene autem quae sequuntur attenderis, videbis Augustinum etiam a Manichaeis captum dulcissimo Redemtoris nomine mirifice oblectatum. Quo quidem desperato pudore subsundatur oportet nequam perditus nothus Martinus Lutherus, qui Augustiniana sacra cucolla reiecta, & conculcata, Augustini nedum sancti, nedum peccatoris, sed & Manichaei gloria impiis, sceleratissimis illis verbis se exsuit: *Ego Martinus Lutherus vix ullam consolationem ex morte, & resurrectione Christi capere possum, ex bonis autem corporalibus a Deo acceptis, ut edere panem, & bibere cervisiam, optime possum*. T. 3. c. de Christianis.

Utrum vero aestus illi ex Tulliani libri lectione concepti Augustini damno, vel bono refracti sint? Aenigma, vel problema nobis videtur. Profundi, & sagacis ingenii Lector rem diligenter meditetur.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

C A P U T V.

A R G U M E N T U M.

Lectione Hortensii, honestis gravibus monitis foecundissimi, rasi autem a quocunque vestigio nominis Christi a terrenarum rerum glutino excussus: non autem prorsus ad invisibilia sublatus, positusque velut caelum, ac terram inter suspensus: in Scripturas sanctas, ut quales essent videret, animum intendere statuit. Verum cum humana litteratura tumidus, earum vulgaribus, abiectisve coloribus non raperetur, secretiora autem non penetraret e easdem Scripturas haud plurimi fecit, censuitque non uno calculo Tullianae maiestati posthabendas.



Taque institui animum intendere in Scripturas sanctas, ut viderem quales essent (*a*). Et ecce, video rem non compertam superbis, neque nudatam pueris; sed incessu humilem (*b*), successu excelsam, & velatam mysteriis; & non eram ego talis, ut intrare in eam possem, aut inclinare cervicem ad eius gressus. Non enim, sicut modo loquor, ita sensi, cum adtendi ad illam Scripturam: sed visa mihi est indigna, quam Tullianae dignitati compararem. Tumor enim meus refugiebat modum eius;

(1) De ocolis Laurae Cant. 2. 4. Natus est in Tuscia die 20. Iulii an. 1304. Apoplexia sublatus est 19. Iul. 1374.

A. Ch. 373. Aug. 20. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

eius; & acies mea non penetrabat interiora eius. Verumtamen illa erat, quae cresceret cum parvulis; sed ego dedignabar esse parvulus (c); & turgidus fastu, mihi grandis videbar.

(a) *Ut viderem quales essent.* = Haec cum praeced. capite maxime nectuntur, suntque, ut patet, illius sequelae. Cum non prorsus raptus fuisset a Ciceronis Hortensio, quod Christi nomen haud haberet, animum in Scripturas sanctas intendit, ut videret, an iis prorsus raperetur, quae ubique Christi nomen habent, benedicunt, exsultant. Verum eam, ut diximus in summario capitum, demisso stilo non pelliceretur &c. Quod tamen non ita cruditer excipiendum est, quasi serio, mente, & decretorio calculo Tulliana scripta Divinis praetulerit; commode id enim, iusteque excipitur de imaginatione, quae exterioribus focis illecta, mente etsi reluctante, mox praecipiti motu iudicat.

In quem quidem non rationis, & mentis; sed imaginationis & voluptatis errorem homines purioris linguae elegantis ornatique sermonis facile impingunt. Audi Hieronymum, qui item elegantiam summopere amavit, Epist. ad Eustochium S. Paulae filiam, quae est ordine antiquo 22. de Custodia virginitatis, post med. factum stupendum de seipso narrantem.
„ Nec tibi diserta multum velis videri,
„ aut lyrici festivo carminis metro ludere. Non delumbem matronarum salivam delicata secteris, quae nunc strictis dentibus, nunc labiis dissolutis, balbutientem linguam in dimidiata verba moderantur, rusticum putantes omne quod nascitur; adeo illis adulterium etiam linguae placet. Quae enim communicatio luci ad tenebras? Qui consensus Christi cum Belial (1)? quid facit cum Psalterio Horatius? cum Evangeliis Maro, cum Apostolo Cicero? Nonne scandalizatur frater, si te viderit in Idolio recumbentem (2)? Et licet omnia munda mundis (3), & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, tamen simul bibere non debemus calicem Christi, & calicem daemoniorum (4). Referam tibi meae infelicitatis historiam. Cum ante annos plurimos, domo, parentibus, sorore, cognatis, & quod his difficilius est, consuetudine lautioris cibi propter caelorum regna castrassem, & Hierosolymam militaturus pergerem, bibliotheca, quam mihi Romae summo studio, ac labore confeceram, carere omnino non poteram. Itaque miser ego lecturus Tullium, ieiunabam. Post noctium crebras vigilias, post lacrymas, quas mihi praeteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus. Si quando in memetipsum reversus, Prophetas legere coepissem, sermo horrebat incultus, & quia lumen caecis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam esse, sed solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet, in media ferme quadragesima medullis infusa febris corpus invasit exhaustum, & sine ulla requie; quod dictu quoque incredibile sit, sic infelicia membra depasta est, ut ossibus vix haererem. Interim parantur exequiae, & vitalis animae calor, toto frigescente iam corpore, in solo tantum tepente pectusculo palpitabat. Cum subito raptus in spiritu, ad tribunal Iudicis pertrahor: ubi tantum luminis, & tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris, ut proiectus in terram, sursum adspicere non auderem. Interrogatus de conditione, Christianum me esse respondi: & ille qui praesidebat, *Mentiris*, ait, *Ciceronianus es, non Christianus: Ubi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum* (5). Illic obmutui, & inter verbera (nam caedi me iusserat) conscientiae magis igne torquebar, illum mecum versiculum reputans: *in inferno autem quis confitebitur tibi* (6)? Clamare autem coepi, & eiulans dicere, *Miserere mei Domine, Miserere mei*. Haec vox inter flagella resonabat. Tandem ad Praesidentis genua provoluti qui adstabant, precantur ut veniam tribueret adulescentiae, & errori locum poenitentiae commodaret: exacturus deinde cruciatum, si gentilium litterarum libros legissem. Ego, qui in tanto constrictus articulo, vellem etiam maiora promittere, deierare coepi, & nomen eius obtestans dicere;
„ Do-

(1) 2. Cor. 6.
(2) 1. Cor. 8. 10.
(3) Tit. 1. 15.
(4) 1. Cor. 10, 20.
(5) Matt. 6.
(6) Psal. 6.

„ Domine si unquam habuero codices „ saeculares, si legero, te negavi. In „ haec sacramenti verba dimissus, re- „ vertor ad superos, & mirantibus cun- „ ctis oculos aperio, tanto lacrymarum „ imbre perfusos, ut etiam increduli „ fidem facerent ex dolore. Nec ve- „ ro sopor ille fuerat, aut vana so- „ mnia, quibus saepe deludimur. Te- „ stis est tribunal illud, ante quod ia- „ cui: testis iudicium triste, quod ti- „ mui. Ita mihi nunquam contingat in „ talem incidere quaestionem. Liventes „ fateor habuisse me scapulas, plagas „ sensisse post somnum, & tanto dehinc „ studio divina legisse, quanto non an- „ te mortalia legeram.

(*b*) *Sed incessu humilem* =. De Scripturae incessu, & successu in his confessionibus, in libris de Doctrina Christiana, & alibi frequentissime tot, & tam praeclara Augustinus disseruit, ut nihil fere aut novum, aut noviter Theologis agendum reliquerit. Humilem esse Scripturae incessum nimis compertum est, & cuiuscunque non prorsus rudis in eam intendentis oculos testimonio comprobatur. Utrum vero eousque humilis incedat, ut sit non quidem doctrina, sed stilo barbara? Negant Theologi graviores, si, ut debet, de prima institutione, seu primis exemplaribus sermo sit. Augustinus autem Scripturis addictissimus, eas nedum minime barbaras sed egregio stilo digestas, & eloquentiae splendoribus exornatas adseruit: demonstravitque rationibus, & exemplis longe aptissimis, atque ingeniosissimis, lib. 4. de Doctrina Christ. cap. 6. & 7.

(*c*) *Sed ego dedignabar esse parvulus* =. Scripturarum secretiora non gustasti quod profana litteratura turgidus, parvulus esse dedignareris. At supra dixeras: *Et ecce video rem non &c. neque nudatam pueris*: destruis quod dixisti, & opposita doces: Pueros fugiunt scripturarum bona: & fugerunt te quod parvulus esse dedignareris? At facile haec conciliantur: Humilitate parvulos amant divina eloquia: a mundi autem sapientibus fugiunt, qui Dei oculis pueri sunt, & etiam fatui ut enuntiatur Rom. 1. a v. 21. & 1. Cor. c. 1. v. 19. & 20.; Maxime vero Matth. 11. 25. ubi, *Confiteor tibi Pater, domine caeli, & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis*. Vide Serm. 51. de Concordia Matt. & Lucae, c. 5. n. 6.

Adeo ut vero piae innocentes puellae doctissimorum mundanorum conatus, qui insuperabiles videbantur, retuderint, cum divinae Sapientiae placuit, ac prorsus fregerint. Cuius generis portenta plurima Ecclesiasticae historiae exhibent. Consule vel celeberrimum factum scriptum a D. Eduardo Brigantia germano Duci die 3. Martii an. 1639. & relatum ab Illustrissimo Ioanne Palafox Episcopo Oxim. Epist. ad Didacum a Praesent. Carmelit. Excalceatorum summum Praepositum an. 1656. die 15. Febr. quae habetur in fronte voluminis Epistolarum S. Theresiae, quas idem piissimus, & eruditissimus Antistes egregiis commentariis illustravit; Et videbis ut haereticorum magistrum, vel rectorem quemdam longe doctissimum, simul & petulantissimum, quem Catholici adeo exhorrebant, eiusdem S. Theresiae scripta, quae saepe, at semper in cassum impugnare tentaverat, hoc mense improbans delens, quod praecedenti scripserat, refraenaverint, atque Ecclesiae magisterio subiecerint.

Quae tamen non ideo dicta rudis aliquis censeat, quasi humanae litterae divinis officiant; Quin immo humilitate sociatae eas maxime adiuvant. Unde nil mirum si Augustinus tandem aliquando humanae vastissimae eruditioni pietate addita, ita bene Scripturarum sanctarum dogmata viderit, sicut nullus prorsus ab Apostolorum aetate.



CA.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

CAPUT VI.

ARGUMENTUM.

Obscenis immersus, honores ambiens, & plausus: profana eruditione tumidus, Scripturas sanctas non magni faciens, in Manichaeos impegit, homines fatuos nimis, carnales, atque loquaces: in quorum ore, neutiquam in corde Domini Iesu Christi, & Spiritus-Sancti sacra nomina: perperam, doloque veritatem spondentes: nedum in sacris dogmatibus, sed & in naturalibus, ac philosophicis prorsus somniantes; quisquilias vendentes, fabulis ipsis, imaginationibusque insubsistentia, & falsitate superiores. Rediens inde ad priora tempora, vanam mulierem, cuius blanditiis foede captus est, cursim perstringit.

I. ITaque incidi in homines (*a*) superbe delirantes (*b*), & carnales nimis (*c*), & loquaces (*d*); in quorum ore laquei diaboli, & viscum confectum commixtione syllabarum nominis tui, & Domini Iesu Christi, & Paracleti consolatoris Spiritus-Sancti. Haec enim nomina non (*e*) recedebant de ore eorum, sed tenus sono (*f*), & strepitu linguae; ceterum cor inane veri. Et dicebant: Veritas & veritas; & multum eam dicebant mihi (*g*), & nusquam erat in eis; sed falsa loquebantur; non de te tantum, qui veritas es, sed etiam de istis elementis huius mundi creatura tua: de quibus etiam vera dicentes Philosophos (*h*), transgredi debui pro amore tuo, mi Pater summe bone, pulcritudo pulcrorum omnium. O veritas, veritas, quam intime etiam tunc, medullae animi mei suspirabant tibi! cum te illi sonarent mihi frequenter, & multipliciter voce sola, & libris multis, & ingentibus. Et illa erant fercula, in quibus mihi esurienti te, inferebantur pro te Sol & Luna (*i*), pulcra opera tua: sed tamen opera tua, non tu, nec ipsa prima. Priora enim spiritalia opera tua (*k*), quam ista corporea, quamvis lucida, & caelestia. At ego nec priora illa sed te ipsam, te Veritas, in qua non est commutatio, nec momenti obumbratio (1), esuriebam, & sitiebam; Et adponebantur adhuc mihi in illis ferculis phantasmata splendida: quibus iam melius erat amare istum Solem, saltem istis oculis verum, quam illa falsa animo decepto per oculos. Et tamen, quia te putabam, manducabam; non avide quidem, quia nec sapiebas in ore meo, sicuti es: neque enim tu eras illa figmenta inania; nec nutriebar ex eis, sed exhauriebar magis. Cibus in somnis simillimus est cibis vigilantium, quo tamen dormientes non aluntur, dormiunt enim; at illa nec similia erant ullo modo tibi, sicut nunc mihi loquuta es; quia illa erant corporalia phantasmata, falsa corpora, quibus certiora sunt vera corpora ista, quae videmus visu carneo, sive caelestia, sive terrestria; cum pecudibus, & volatilibus videmus haec: & certiora sunt, quam cum imaginamur ea. Et rursus certius imaginamur ea, quam ex eis suspicamur alia grandiora, & infinita, quae omnino nulla sunt, qualibus ego tunc pasce-

(1) Iacob. 1. 17.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. 1. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

scebar. At tu amor meus, in quem deficio, ut fortis sim, nec ista corpora es, quae videmus, quanquam in Caelo; nec ea es, quae non videmus ibi: quia tu ista condidisti, nec in summis tuis conditionibus habes (*l*). Quanto ergo longe es a phantasmatibus illis meis, phantasmatibus corporum, quae omnino non sunt! quibus certiores sunt phantasiae corporum eorum, quae sunt; & eis certiora corpora, quae tamen non es; Sed nec anima es, quae vita est corporum; ideo melior vita corporum certiorque, quam corpora. Sed tu vita es animarum, vita vitarum, vivens teipsa, & non mutaris vita animae meae.

II. Ubi ergo mihi tunc eras, & quam longe? Et longe peregrinabar abs te, exclusus & a siliquis porcorum, quos de siliquis pascebam (*m*). Quanto enim meliores Grammaticorum, & Poetarum fabellae, quam illa decipula! Nam versus, & carmen, & Medea volans (*n*), utiliores sunt certe, quam quinque elementa varie (*o*) fucata, propter quinque antra tenebrarum, quae omnino nulla sunt, & occidunt credentem. Nam versum, & carmen etiam ad vera pulmenta transfero (*p*); volantem autem Medeam etsi cantabam, non adserebam: & si cantari audiebam, non credebam; illa autem credidi. Vae, vae, quibus gradibus deductus sum in profunda inferni! quippe laborans & aestuans inopia veri, cum te Deus meus (tibi enim confiteor, qui me miseratus es & nondum confitentem) cum te non secundum intellectum mentis, quo me praestare voluisti belluis, sed secundum sensum carnis quaererem; tu autem eras interior intimo meo, & superior summo meo. Offendi in illam mulierem audacem (*q*), inopem prudentiae aenigma Salomonis, sedentem super sellam in foribus, & dicentem: Panes occultos libenter edite, & aquam dulcem furtivam bibite. Quae me seduxit, quia invenit foris, habitantem in oculo carnis meae: & talia ruminantem apud me, qualia per illum vorassem.

(*a*) *Itaque incidi in homines &c.* = *Itaque* dicit, ut ostendat praecedentium peccatorum lapsum hunc fuisse sequelam. Scilicet peccata illa, maxime fortasis Scripturarum contemtus Augustinum excaecavere. Quanquam si de alterius generis caussa loquamur, aliter disserendum sit, ut inferius signo G. In hoc capite tot dilucidanda se obtulerunt, ut si cuncta vellemus fuse prodere, iam ex iis integrum volumen coalesceret.

Homines hosce in quos Augustinus impegit, quosque propter nimium horrorem haud nominat, pingit autem graphice, Manichaeos fuisse certum, & manifestum est. De iis autem, Epiphanio, Cyrillo, Leone, aliisque depositis, possemus ex uno Augustino longam historiam texere: at erit satis, expositorisque muneri conforme: quanquam difficilius, ea seligere, & dare, ad quae Augustinus aut manifestis, aut latentibus metaphoris provocat.

De Manichaeorum infelici parente, eiusque nomine Lib. de Haeresibus ad Quodvult-Deum, haer. 46. „ Manichaei a quodam Persa exstiterunt, qui „ vocabatur Manes: quamvis & ipsum, „ cum eius insana doctrina coepisset in „ Graecia praedicari, Manichaeum di„ scipuli eius appellare maluerunt, de„ vitantes nomen insaniae. Unde quidam „ eorum quasi doctiores, & eo ipso men„ daciores geminata *n.* littera, Manni„ chaeum vocarit, quasi manna funden„ tem. „

Hanc lectionem exhibent Benedictini, qui admonent in imo margine. „ Sic om„ nino ferunt MSS. at editi: *coepisset no„ men praedicari. Nam ante hac Urbi„ cus* (immo Cubricus ex Epiphan. hae„ ref. 66.) *vocabatur. Sed in Graecia „ discipuli eius vitantes nomen insaniae, „ quasi doctiores, & eo ipso mendaciores „ geminata n.* littera, Mannichaeum „ quasi manna fundentem, pro Mani„ chaeo, idest insano appellaverunt. „

Quam nominis constantiam adfert & lib. de Agone Christiano cap. 28. & lib. 19. contra Faustum Manichaeum, cap. 22.

Tur-

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 41. Adeodat. 1. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

Turpem mortem Manes oppetiit, violenta manu peremtus, eamque adparatu magno Manichaei celebrabant. „ Cum „ saepe a vobis quaererem illo tempo„ re, quo vos audiebam, quae caussa „ esset, quod Pascha Domini plerumque „ nulla, interdum a paucis tepidissima ce„ lebritate frequentaretur, nullis vigiliis, „ nullo prolixiore ieiunio indicto Audito„ ribus, nullo denique festiviore appa„ ratu; Cum vestrum Bema, idest diem, „ quo Manichaeus occisus est, quinque „ gradibus instructo tribunali, & pretio„ sis linteis adornato, ac in promtu po„ sito, & obiecto adorantibus magnis „ honoribus prosequamini.] Contra Epistol. Manichaei, quam *Fundamenti* vocant, cap. 8. circa med.

Ut autem quidquam pressius habeas de morte Manetis ex ipso Augustino, adtende quid scribat lib. de Haeresibus 46. circa med. *Cum alias einsdem Manichaei sectae in Mattarios* (1), *& specialiter Manichaeos distribui perhiberet* (Viator) *omnes tamen has tres formas ab uno auctore propagatas, & omnes generaliter Manichaeos esse*, negare non potuit. Et certe illi libri *Manichaei sunt omnibus sine dubitatione communes*. Et lib. 5. contra Faustum, cap. 5. sub finem. „ Adhoc in rebus humanis est ille „ Constantius, modo iam frater noster „ Catholicus Christianus, qui multos ve„ strum Romae in domum suam con„ gregaverat, propter implenda prae„ cepta Manichaei, satis quidem vana, „ & inepta, sed tamen quae magna e„ xistimatis quibus cum vestra infirmi„ tas cederet, dispersi estis quisque in „ viam suam. Unde illi, qui in eis per„ durare voluerunt, a vestra societate „ schisma fecerunt & quia in mattis „ dormiunt, Mattarii appellantur; a „ quorum stratis longe dissimiles fuerunt „ plumae Fausti, & caprinae lodices, „ qua deliciarum affluentia non solum „ Mattarios fastidiebat, sed etiam domum „ patris sui hominis pauperis Milevi„ tani. „

Scilicet quum Manes Persarum Regis filium, quem miraculo se sanaturum spoponderat, nec magicis artibus, quibus praestabat, sanare potuisset: immo quum, ut videtur, necasset; eiusdem Regis iussu arundine deglubitur, corpore bestiis dato, pelle quasi utrina ad palatii valvas adpensa. Unde infelices eius posteri quasi devotione, & pietate arundinibus incubuere. Nonnulli autem mattas arundinibus etiam contexebant, quo a Manichaeorum potissima turba seiuncti, Mattarii appellati sunt.

Quo vero tempore coeperit somnia sua vendere Manes? Exacte, ac tuto, ut nobis videtur, definiri non potest. Prodit Augustinus tantummodo, longe ab Apostolorum aetate, tertio a nativitate Christi saeculo, post Tertullianum (2), immo & Cyprianum (3), nebulonem illum adparuisse, vel potius eius nebulam orbi subfusam. Vide lib. 13. contra Faustum, cap. 4. initio. & lib. 28. cap. 2. & 4. Benedictini Praef. 5. in tom. 8. circa med. libros Augustini contra Faustum recolentes, haec habent „ Hoc in opere cum Apostoli Ie„ su Christi nomen, quod Manichaeus i„ nitio Epistolarum suarum sibi tribue„ bat, ab indigno homine removeret, „ tempus exortae huius haeresis nobis „ indicat vir sanctus, aitque constare „ *non solum post Tertullianum, verum* „ *etiam post Cyprianum &c.* Huic sen„ tentiae concordat Epiphanius (4), qui „ eiusdem haeresis ortum revocat ad „ nonum Gallieni annum qui cum an„ no Christi 263. coincidit, Eusebius (5) „ vero ad tempus Felicis Papae, & „ Diocletiani Imperatoris, qui tamen ad „ imperium non pervenit, nisi fere post „ decennium a morte Felicis Papae, con„ tigit anno 275. Leo (6) magnus lon„ gius eamdem originem submovet, ad „ annum scilicet a Christi resurrectione „ 260. Probo Imperatore, & Paulino „ consule. „

Manichaeorum secta in duos veluti populos *Auditores*, & *Electos* dividebatur. Auditores erant quasi Manichaei ex vulgo, rudes in dogmatibus, inscii prorsus eorum, quae mores spectarent, minus cauti, & sancti. Electi ex opposito &c. Audi ipsum Augustinum: lib. de Haeresibus 46. post initium „ Ex cis „ quippe alimentis, sicut universo mun„ do, Dei substantiam perhibent esse

„ com-

(1) Edit. *in Macarios*. Quod erratum secutus est Sirmondus in suo Praedestinato; quanquam Augiensis eiusdem Praedestinati exemplar praefert, *Mattarios*. Sic vero habent hic etiam Aug. MSS. omnes: nempe, *quia in mattis dormiunt, Mattarii appellantur*, ex l. 5. contra Fau. c. 5.

(2) Qui floruit initio saeculi 3.

(3) Qui passus est circa an. 258.

(4) Epiphan. lib. de Pondere, & Mens.

(5) Euseb. lib. 7. c. 30. 31. & 32.

(6) Leo Serm. 2. de Pentec.

„ commixtam, quam purgari putant in Electis suis eo genere vitae, quo vivunt Electi Manichaeorum, velut sanctius, & excellentius Auditoribus suis. Nam his duabus professionibus, hoc est Electorum, & Auditorum Ecclesiam suam constare voluerunt. In ceteris autem hominibus, etiam in ipsis Auditoribus suis hanc partem bonae, divinaeque substantiae, quae mixta, & colligata in escis, & potibus detinetur, maximeque in eis, qui generant filios artius, & inquinatius colligari putant.] Lib. 5. contra Faustum, cap. 10. initio. „ Quid autem falsitis Auditores vestros, qui cum suis uxoribus, & filiis, & familiis, & domibus, & agris vobis serviunt, si quisquis ista omnia non dimiserit non accipit Evangelium? Sed quia eis non resurrectionem, sed revolutionem ad istam mortalitatem promittitis, ut rursus nascantur, & vita Electorum vestrorum vivant, tam vana, & inepta, & sacrilega, quam (1) vos vivitis, quando valde laudamini, aut si meliores meriti sunt, in melones, & cucumeres, vel in alios aliquos cibos veniant, quos vos manducaturi estis, ut vestris ructatibus cito purgentur &c.] In Psal. 140. n. 10. ad illud: *Non cammunicaba*, vel *combinaba cum electis eorum*. „ Nostis Fratres quod non est praetermittendum, quasi iustos eminentiores in se tenentes, velut primum gradum iustitiae Electos vocari apud Manichaeos &c.

Augustinus a turpioribus divina manu retractus, Manichaeorum Auditor fuit, nunquam Electus: lib. de Utilitate credendi ad Honoratum, n. 2. in operis argomento. *Sed quae rursum ratia revacabat, ne apud eas penitus haererem, ut me in illa gradu, quem vocant Auditarum tenerem &c.* In Actis, sive disput. contra Fortunatum Manichaeum, disput. 1. diei, n. 2. & 3. „ Interfui, (*Manichaeorum orationi*) sed alia quaestio est de fide, alia de moribus; ego de fide proposui &c. Ad aliud vocas, cum ego de fide proposuerim. De moribus autem vestris plane scire possunt qui Electi vestri sunt; nostis autem me non Electum vestrum, sed Auditorem fuisse. Itaque quamvis & orationi vestrae interfuerim, ut interrogasti; utrum separatim vobiscum habeatis aliquam orationem Deus solus potest nosse, & vos &c.] Quod tradit etiam Lib. 3. contra litteras Petiliani Donatistae Cirtensis Episcopi, cap. 17. & observat Erasmus Epist. ad Alfonsum Fonsecam Archiepiscopum Tolet. post initium.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 41. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valor. X.

Huic luto, ut fusius opportuniori loco dicetur, novem annis Augustinus adhaesit; in illud enim anno aetatis suae undevigesimo labente impegit: ab eo vero duodetrigesimo completo exemtus est.

(*b*) *Superbe delirantes*. = Quis superbe delirans? Manes? Infelix ille pannosus, qui vetulae (2) cuidam servus emtitius adhaerens, ab ea diaboli arte ad haereditatem adoptatus Terebinti libros adeptus est, quibus suas blasphemias addens, insulse contra Orthodoxum coetum blateravit? Manes certe nullo generis, nullo personae splendore conspicuus. Sed cur superbe delirans? Audi mo quem se iactaverit, qualisque iactatus sit a discipulis Lib. de haeresibus 46. ante finem. „ Promissionem Domini Iesu Christi de paraclito Spiritu Sancto in suo haeresiarca Manichaeo dicunt esse completam unde se in suis litteris Iesu Christi Apostolum dicit, eo quod Iesus Christus se missurum esse promiserit, atque in illo miserit Spiritum-Sanctum. Propter quod etiam ipse Manichaeus duodecim discipulos habuit, ad instar Apostolici numeri, quem numerum, Manichaei hodieque custodiunt.] Contra Epist. Manichaei, quam *fundamenti* vocant, cap. 5. n. 6. initio. „ Certe sic incipit (*Epistola* fundamenti) Manichaeus Apostolus Iesu Christi providentia Dei Patris. Haec sunt salubria verba de perenni, ac vivo fonte. Iam cum bona patientia, si placet, attendite quid quaeram: non credo istum esse Apostolum Christi &c.] Epist. 237 ad Ceretium, (Alias, 253.) n. 2. „ Nam quidam Manichaei canonicum librum, cuius titulus est, Actus Apostolorum repudiant. Timent enim evidentissimam veritatem, ubi apparet Spiritus-Sanctus (3) missus, qui est a Domino Iesu Christo in evangelica veritate promissus. Sub eius quippe Spiritus nomine, a quo penitus alieni sunt, indocta hominum corda decipiunt, mira caecitate asserentes &c.] Nec censeas Manetem se Apostolum Christi appellasse, tantummodo ut duodecim illis sanctis electis viris haberetur aequalis; Apostolum se appellavit Christi, hoc est Spiritum-San-

(1) Plores MSS. qua vos vivitis, qua valde laudamini.

(2) S. Cyrillus Catheceh.
(3) Act. 2. 2.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 41. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

,, Sanctum a Christo missum. Nec abu- ,, sive Spiritum-Sanctum se iactavit, sed ,, proprie, serioque; Non quidem ho ,, minem Spiritu-Sancto sociatum, sed om- ,, nino ipsum Spiritum-Sanctum.] Infra Lib. 5. c. 5. n. 1. ,, Non enim parvi ,, existimari se voluit, sed Spiritum- ,, Sanctum consolatorem, & dictatorem ,, Fidelium tuorum, auctoritate plenaria ,, personaliter in se esse persuadere co- ,, natus est.] Contra Epist. Manichaei, cap. 6. n. 7. ,, Certe si nihil interesse ,, arbitratus est, cur non varie in aliis ,, epistolis Apostolum Christi se nominat, ,, in aliis Paracleti? sed Christi semper ,, audivi, quotiescumque audivi; Para- ,, cleti autem nec semel. Quid hoc esse ,, caussae arbitramur, nisi quia illa super- ,, bia, mater omnium haereticorum, im- ,, pulit hominem, ut non missum se a ,, Paracleto vellet videri, sed ita su- ,, sceptum, ut ipse Paracletus dicere- ,, tur.] Vide etiam si lubet lib. 13. contra Faustum, c. 17. & lib. 32. cap. 16., & 17. De Actis cum Felice Manich. lib. 2. c. 9. 10. 11. 12. & 13. & lib. de Utilit. credendi c. 3. n. 7.

En igitur cur Augustinus Manetem superbum appellet: aliis etiam argumentis silentio praeteritis; nota quod se e virgine exortum, in montibus altissimis, separatae instar substantiae educatum, Angelica munditia praeditum iactitaret.

Verum tamen est, Augustinum non singularem Manetem, sed Manichaeos omnes universim superbos appellare; Unde opus est superbiam detegere vel aliorum ab ipso Manete, vel etiam universae turbae. Primo gusta paululum humilitatem, modestiamque Fausti Manichaeorum Episcopi, summi praeceptoris, oraculi. Lib. 5. contra eumdem, c. 7. initio. ,, Inest tamen ille haereticus ty- ,, phus, intolerabilisque superbia; *Vi-* ,, *des*, inquit, *in me Christi beatitudi-* ,, *nes illas, quae Evangelium faciunt;* ,, *& interrogas, utrum illud accipiam?* ,, *Vides pauperem, vides mitem, vides* ,, *pacificum, puro corde lugentem, esu-* ,, *rientem, sitientem, persecutiones, &* ,, *odia sustinentem propter iustitiam; &* ,, *dubitas, utrum accipiam Evangelium?* ,, Si hoc esset iustum esse, iustificare ,, seipsum, verbis suis volasset in caelum ,, homo iste, cum haec loqueretur. Sed ,, ego in delicias Fausti non invehor, no- ,, tas omnibus Auditoribus Manichaeorum, ,, & eis maxime, qui sunt Romae &c.,,

Deinde universi conventiculi superbiam adtende. Lib. 5. contra Faustum, c. 7. *Et illum tamen quomodo video pauperem spiritu, qui tam superbus est, ut animam suam Deum credat, nec captivus* (1) *erubescat*? In Psal. 140. n. 12. ,, Panem ,, manducanti non porrigit. Videte si ,, potest esse maior iniquitas ista iustitia (2). ,, Panem manducanti non porrigit. Quae- ,, ris quare? Ne vitam, quae est in pane, ,, quam dicunt membrum Dei, substan- ,, tiam divinam, mendicus ille accipiat, & ,, liget eam in carne. Quid ergo vos? ,, quid, quare manducatis? carnem non ,, habetis? Sed nos, inquiunt, quia fide ,, Manichaei illuminati sumus, orationi- ,, bus, & psalmis nostris, qui electi su- ,, mus, purgamus inde vitam, quae est ,, in illo pane, & mittimus illam ad ,, thesauros caelorum. Tales sunt Ele- ,, cti, ut non sint salvandi a Deo, sed ,, Salvatores Dei. Et ipse est, inquiunt, ,, Christus crucifixus in toto mundo. ,, Ego in Evangelio Salvatorem acce- ,, peram Christum: vos autem estis in ,, libris vestris Salvatores Christi. Estis ,, plane blasphematores Christi &c.] Similia occurrunt lib. 2. de Moribus Manichaeorum, cap. 15. fere per totum: cap 16. non semel: cap. 17. n. 55. in fine: & 57. fere per totum: lib. 5. contra Faustum, cap. 10. & lib. 13. cap. 6. De natura boni contra Manich. 44. 45. 46. & 47. Epist. 236. (Alias, 74.) ad Deuterium episcopum, n. 2. & lib. de haeresibus 46.

Superbi Manichaei, quod eorum nedum Episcopi, nedum Presbyteri, nedum Diaconi, sed quicunque Electi *Pharisaeorum* more turgidi, elati Auditores ceu populi excrementa inspicerent, contemnerent, vellentque sibi quasi numinibus inclinare cervicem, genua flectere. ,, Auditores autem qui appellantur apud ,, eos & carnibus vescuntur, & agros ,, colunt, etsi voluerint, uxores habent, ,, quorum nihil faciunt qui vocantur E- ,, lecti. Sed ipsi Auditores ante Electos ,, genua figunt, ut eis manus supplicibus ,, imponantur (3) non a solis Praesbyte- ,, ris, vel Episcopis, aut Diaconibus ,, eorum, sed a quibuslibet Electis.] Epist. 236. (Alias 74.) n. 2. initio.

Superbi etiam quia nedum doctrina, sed ratione vacui, veritatem, ut infra habet S. D. eruditionem, sapientiam magnis etiam voluminibus scriptis spondebant, iactabant.

Su-

(1) Benedictini cum pluribus *nec captivum*.
(2) Ita Benedictini cum MSS. plerisque. At edi- ti *iniustitia*.
(3) Bad. Am. Er. & plerique MSS. *imponantur*.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

Superbe tandem delirantes Manichaei, quia insignem vitae candorem praeseferentes, cum frequentissime turpiter laberentur, ut millies S. D. insinuat, scelera, delicta, flagitia in malum deum, in tenebrarum gentem refundebant.

(c) *Et carnales nimis.* = Carnales ample, hoc est materiales, rudis, hebetisque iudicii. Carnalia, materialia cudebant dogmata; carnaliter, materialiter excipiebant Catholicae Ecclesiae doctrinas, & Scripturarum divinarum oracula. *Vos ipsi quamvis carnali errore carnem detestemini &c.* Lib. 21. contra Faustum, c. 5. *Sed carnalis vestra cogitatio adeo a locis corporalibus non recedit &c.* lib. contra Secundinum Manichaeum, cap. 20. in fine.

Carnales proprie, & specialiter; Quanquam enim superstitiosam pudicitiam affectarent, nuptias etiam inhibentes, ut fortissima argumentatione S. D. evincit lib. 2. de Moribus Manichaeorum, cap. 18. ab initio, & contra Secundinum Manich. c. 22. feminas tamen phrenetice deperibant, violabant, opprimebant. Audi ipsum Augustinum lib. 2. de Moribus Manich. cap. 19. n. 68. 70., & 71. acriter eleganterque sic disserentem, & Manichaeorum turpitudines orbi enuntiantem. „ Novem annos totos magna cura, & diligentia vos audivi: nullus mihi Electorum innotescere potuit, qui secundum haec praecepta non aut deprehensus in peccato, aut certe suspicioni subditus fuerit. Multi in vino, & carnibus, multi lavantes in balneis inventi sunt. Sed haec audiebamus. Nonnulli alienas feminas seduxisse approbati sunt, ita ut hinc plane dubitare non possim. Sed sit & haec magis fama, quam verum. Vidi ipse non solus, sed cum iis, qui partim iam illa superstitione liberati sunt, partim adhuc opto ut liberentur; vidimus ergo in quadrivio Carthaginis, in platea celeberrima, non unum, sed plures quam tres Electos simul post transeuntes nescio quas feminas tam petulanti gestu adhinnire, ut omnium trivialium impudicitiam, impudentiamque superarent. Quod de magna venire consuetudine, atque illos inter se ita vivere satis eminebat, quandoquidem nullus socii praesentiam veritus, omnes, aut certe pene omnes eadem teneri peste indicabat; non enim erant hi ex una domo, sed diverse prorsus habitantes, ex eo loco, ubi conventus omnium factus erat pariter forte descenderant. Nos autem graviter commoti, graviter etiam questi sumus. Quis tandem hoc vindicandum, non dicam separatione ab ecclesia, sed pro magnitudine flagitii vehementi saltem obiurgatione arbitratus est? Id etiam nobis responsum est, cum ad ipsos primates detulissemus, conquestam nobis esse mulierem quod in conclavi, ubi cum aliis feminis ferat, de illorum scilicet sanctitate secura, ingressis Electis pluribus, & ab uno lucerna exstincta, incertum cuius eorum in tenebris appetita esset amplexu, & coacta in flagitium, nisi subsidio clamoris evasisset. Hoc nobis quoque notissimum nefas de quanta consuetudine venisse arbitrandum est? Et hoc factum est ea nocte, qua festae apud vos vigiliae celebrantur. Sed revera etiamsi nullus esset proditionis metus, qui posset damnandum offerre Episcopo, qui sic praecaverat, ne agnosceretur? quasi vero non omnes idem crimen involuros tenebat, qui simul ingressi erant. Nam omnibus petulanter iocantibus lucerna exstincta placuerat. Suspicionibus vero ianuae quantae aperiebantur, cum eos invidos inveniebamus, cum avaros, cum epularum exquisitarum avidissimos, cum in iurgiis frequentissimos, cum de rebus exiguis mobilissimos? Non utique arbitrabamur eos temperare posse, a quibus se temperare profitebantur, quando latibula, & tenebras invenirent. Duo quidem erant &c.] Et prosequitur alia facta carnis narrare. Videre etiam poteris lib. 1. de Moribus Ecclesiae Cathol. c. 18. in fine. Lib. de Natura contra Manich. cap. 46., & 47. & contra Secundinum Manich. c. 21., & 22.

(d) *Et loquaces.* = Non tam acri ratione, quam verbis, & phaleris, magnisque voluminibus turgida loquacitate scatentibus Manichaeos pugnasse, & sua vendidisse somnia, testatur Augustinus quam saepe. Lib. 13. contra Faustum, cap. 6. ab initio. „ Quid dicitis, quid profertis, quam rationem, quam veritatem? Fabula illa est longa, & vana, puerile ludibrium, & muliebre iocamentum (1), & aniculare deliramentum, continens initium truncum, & medium putridum, & finem ruino-

(1) *Aveamentum* MSS. plerique.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

„ sum &c. Haesitantibos vobis, & quid „ respondeatis non invenientibus, con- „ spuuntur (1) tam multi, & tam gran „ des (2), & tam pretiosi codices ve- „ stri, & multum dolentur (3) labores „ antiquariorum, & sacelli miserorum, „ & panis deceptorum &c.] Et cap. 18. eiusdem lib. 13. „ Aut proiicite iom „ libros Manichaei, quibus testibus cre- „ didistis lucem pugnasse cum tenebris, „ qoae lux ipse Deus erat, & ut posset „ ligare lux tenabras prius esse lucem a „ tenebris devoratsm, & ligatam, & in- „ quinatam, & dilaniatam: quam vos „ manducando recreatis, & solvitis, & „ purgatis, & sanatis, ut vobis merces „ retribuatur, ne cum illa, quae libe- „ rari non potuerit, in globo aeterno „ damnemini. Hanc fabellam quotidie „ & moribus, & vocibus cantatis: cur „ adhuc in ea quaeritis testimonia libro- „ rum, ut in rebus superfluis, & con- „ ficiendis codicibus vestris aliena sub- „ stantia consumatur &c. Incendite omnes „ illas membranas, elegantesque tecturas „ decoris pellibus exquisitas (4), ut nec „ rea superflua vos oneret, & Deus ve- „ ster inde solvatur, qui touquam poe- „ oa servili etiam in codice ligatus te- „ netur. Nam si possetis libros vestros „ vel elixatos comedere, quantum mem- „ bris Dei vestri beneficium praestaretis? „ &c.] Vide etiam infra lib. 5. c. 6. n. s. & c. 13. lib. de Utilitate credendi, c. 6. in fine, & contra Secundinum Manich. c. 24.

(e) *Haec enim namina non &c.* = Ita Benedictini cum suis MSS. ut credimus. Quibus suffragantur Som. Vvangn. duo MSS. Med. unus S. Mar. Ricar. duo ex quinque a Lov. visis, uec non codices quidam in margine Am. signati. At ipse Aoi. Vet. Er. Lov. MSS. 9. *haec enim omnia*. Lectio nostra ipso texto stabilitur. Quippe de nominibus Augustinus sermonem instituerat: *commixtione syllabarum nominis tui*. Indeque de nominibos sermonem resumit; ut ex commentario sequenti coustabit.

Nonnolli codices reticent particolam *enim*, optimi sermonis, ut oobis videtur, incommodo.

(f) *Sed tenus sana, & &c.* =. Ita Benedictini; A qoibus non admodum dissetiuntur Vet. Am. Er. Som. Vvangn. scribeutes, *sana tenus*. MSS. 4. a BB. io nova codicom revisione laudati, MSS. ondecim Etr. & quidam insinuati in margine Am. *tenui sono*: manifesto lapsu; Augustinus siquidem non eatenus Manichaeos perstringit, quod tenui sono Deum, Christum, Paracletum nominarent, sed qood cor oris sono, & linguae strepitui non responderet.

Est autem sensus; Si vocis sonum, si strepitum linguae spectemus, Manichaei Deum credebant, Filium eius redemptorem nostrum, & Spiritum-Sanctum consolatorem. At si animi sensa perscrutemor: nec Deom Patrem, nec Filium, nec Spiritum-Sanctum admisisse videbimus: tres enim personas illas mille fabulis alterabant.

(g) *Et multum enim dicebant mihi* =. Ita MSS. 2. a Lov. laudati, Ricar., & Benedictini, qui nihil admonent. At Er. Lov. Som. Vvangn. & Itali, *multi*. Immerito tamen; de Manichaeis quippe est sermo: quibus utroque loco verbum, *dicebant*, innititur.

Multum autem hic est, *acriter*, *anxie*, *vehementer*. *Ultroque affero res multum, & diu cagitatus*. Cic. de Sen. Anxie igitur, & mille coloribus Manichaei conabantur Augustino suadere apod eorum sentinas latitare dogmatum veritstem: At perperam, & in cassum ut S. D. addit: *Et nusquam erat in eis*; hoc est nunquam prorsus Augustino imponebant: quanquam ipse suspensus haereret, novas semper rationes, doctioresque magistros exspectans. Sic enim apertius testatur in Praefat. libri, de Vita Beata, post med. sive o. 4. *Non adsentiebar, sed putabam eos magnum aliquid tegere involucris, quod essent aliquando aperturi*.

Veritatem autem spondere, & quidem non secreta auctoritate divina, ut in Ecclesia Catholica, proponeodam, sed rationibus magnis patentibusque suadendam, familiare Manichaeis fuit, S. D. non uno loco teste. Lib. de Vita Beata, in praefat. n. 4. *Ubi factus erectior, illam caliginem dispuli, mihique persuasi docentibus potius, quam iubentibus esse credendum, incidi in homines, quibus lux ista, quae oculis cernitur, inter summa, & divina colenda videretur*. Lib. de Q. Q. 83. q. 68. *Nonnulli autem haeretici, quia non decipiunt, nisi cum scientiam, quam non exhibent, pollicentur, & adversantes Legi, & Prophetis &c.*

(1) Plerique MSS. *conspiciuntur*.
(2) In MSS. *& tam grandaevi*.
(3) Lov. *deluntur*. Melius Am. & non pauci MSS. *dolentur*, vel ut alii, *dolendi*. Edit. Er. habet *dolent*.
(4) Sic Am. Er. & MSS. At Lov. *exaequatas*.

&c. Lib. contra Epiſt. Manich. c. 14. n. 17. & 18. „ Non credere incognita „ ſed certa cognoſcere acceſſi, a vobis „ ipſis factus timidior; vos enim noſtis „ temere credentibus quam vehementer „ inſultare ſoleatis &c. & quoniam quaeſivi unde mihi probet, nunc quaero „ unde ipſe cognoverit. Si dicit ſibi „ eſſe revelatum a Spiritu Sancto, ſuamque mentem divinitus illuſtratam, ut „ ea, quae dicit, certa, & manifeſta „ cognoſceret; ipſe ſignificat quid inter- „ ſit inter cognoſcere, & credere. Ipſe enim cognoſcit, cui apertiſſima „ iſta monſtrantur &c. Debuit ergo non „ nobis pollicere ſcientiam, neque „ manifeſtam cognitionem &c.] Vide etiam, ſi placet, lib. de Utilitate credendi, c. 6. in fine, & lib. contra Epiſt. Manich. c. 5. poſt initium.

Et haec quidem non per otium, ſed myſterio recitavimus; quiddam ſiquidem in Auguſtiniani nominis aut gloriam, aut tutamen molimur.

Veritatis amor hominibus quibuslibet uteumque inſidens, Auguſtinum non pungebat, ſed pro aetate quacunque, etiam cum vitiorum lutulentis aquis pene ſubmergeretur, mirum in modum, & pluſquam dici queat rapiebat. Piget aliquem locum exſeribere, cum ferme omnia Auguſtini ſcripta detegendae veritatis aeſtibus flagrent. Sat eſt quae in hoc capite ſequuntur adtendere: *O veritas, o veritas quam intime etiam tunc &c.*

Quos quidem nobiles aeſtus expendens Ianſenius Yprenſis antiſtes, eos in divinum aeternae electionis omen revocavit. „ Non exiguum ſane ſecretioris „ illius electionis veſtigium eſt ardor ille „ veritatis, quae Deus noſter eſt, affe- „ quendae. Sic enim & S. Iuſtinianus „ Martyr paribus per omnes Philoſo- „ phorum ſectas gyris venando verita- „ tem, eam praelucentem in Catholica „ tandem Eccleſia, ut ipſe teſtatur in „ dialogo cum Tryphone conſecutus „ eſt, *Tom. 2. de ratione, & auctoritate, lib. proem. c.* 20. *pag.* 19. *col.* 1.] Martyro ſublatus eſt Iuſtinus (quem Iuſtinianum typographorum oſcitantia, ut cenſemus, laudato Ianſenii loco legimus) Neapoli Palaeſtinae Provinciae urbe ortus, Romae educatus, factuſque ſtudio, vita habituque philoſophus an. Chr. 150., vel ut alii 165. au. aetatis ſuae aut 30. aut certe non adeo ſenili. Quo quidem librum Chriſtianarum ad Graecos quaeſtionum, Graecarumque &c. in quo mentio de Manichaeis, perperam illi adiudicatum deducimus,] ut & Ioannes Langus Sileſius ad eum locum obſervavit. Quod vero Ianſenius laudat ex Dialogo cum Tryphone Iudaeorum principe Epheſi habito, & per biduum continuato, ſparſim habetur, maxime poſt initium.

Sed ut ad id, unde digreſſa erat, revertatur oratio: qualis in Auguſtino detegendae veritatis amor? Quo nempe ut ex libris, quos catechumenus ſcripſit, maxime ex Soliloquiis adparet, divitias, honores, corporis ſanitatem, & venereos amplexus aut nihil, aut minoris habuit? Amor nimis egregius, & nobilis; Cum praeſtantiſſimo ingenio polleret, veritatem venabatur, non lyppis inſpiciendam oculis, & populi rumore, pluriumque teſtimonio colendam; ſed in clariſſima fulgentem luce, & ratione fortiſſima, metaphyſicaque argumentatione vallatam, poſitamque extra omnem dubitationis aleam: *Volebam enim eorum, quae non viderem, ita me certum fieri, ut certus eſſem, quod ſeptem, & tria decem ſint.* Infra, l. 6. c. 4. n. 2. Nobilis huiuſmodi genius, dum humana ratione loquimur, appellandus eſt, praeſtantiſſimaeque mentis veſtigium.

Nunc quod olim plerique ſciſcitentur a nobis; Qui fieri potuerit, ut Auguſtinus totius orbis ſenſu elevatiſſimo ingenio praeditus; immo ut non perperam videtur pluribus, mortalium omnium ſapientiſſimus, & ſagaciſſimus Manichaeorum, phantaſmatum ſomniatorum ſynagogae nomen daret; capereturque tam male protenſis eorum muſcipulis?

Manifeſtiſſimam, omnino opportunam dubii ſolutionem in promtu habemus. Et quidem in tanta veritatum copia divinum ordinem, quo poſſemus omnem controverſiae filum mox abſcindere, praeterimus: ſcimus quippe in re ſuperioris ordinis quodcumque caput etiam ferreum, & adamantinum ſeminis pellectum, divinoque ſpeciali adiutorio deſtitutum, fieri ſtatim imbelle, ac delirare. Cogita Salomonis exitum Auguſtino etiam doctioris. Ad haec, quae primo voluntatem, ſequela autem intellectum laedunt, omittimus.

Rationem quaeſito aptiorem, quaeque directe ad intellectum ſpectat hanc damus. Cum Auguſtinus Catholicarum veritatum, revelatione, colendarum, & quae varie ab his, qui foris erant, potiſſimum Manichaeis impetebantur, ſcientiam, demonſtrationemque logicam poſtularet, nec obtineret: ad Manichaeos defecit, a quibus dogmata ampla ratione

de-

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

demonstranda iactabantur. Id porro ex iis, quae praenotavimus bene iunctis manifeste deducitur. At etiam ex integro Augustinos ipse non uno loco testator. Lib. *de Utilitate credendi ad Honoratum*, ab initio. „ Si mihi Honorate unum, atqoe idem videretur esse haereticus, & credens haereticis homo, tam lingua, quam stilo in hac caussa conquiescendum mihi esse arbitrarer. Nunc vero (1) cum inter haec duo plurimom intersit: quandoquidem haereticus est, ut mea fert opinio, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriae, principatusque sui gratia falsas, ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur; ille autem, qui huiusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quadam veritatis, ac pietatis, illusus. Cum haec ergo ita sint, non putavi apud te silendum esse, quid mibi de invenienda, ac retinenda veritate videatur: cuios, ut scis, ab ineunte adolescentia magno amore flagravimos &c. Est igitur mihi propositum, ut probem tibi, si possim, quod Manichaei sacrilege, ac temere invebantur in eos, qui catholicae fidei auctoritatem sequentes, antequam illud verum, qood pura mente conspicitur, intueri queant, credendo praemoniuntur, & illuminaturo praeparantur Deo. Nosti enim Honorate non aliam ob caussam nos in tales homioes incidisse, nisi quod se dicebant, terribili auctoritate separata, mera, & simplici ratione eos, qui se audire vellent, introducturos ad Deum, & errore omni liberaturos. Quid enim me aliud cogebat aenos fere novem spreta religione, quae mihi puerulo insita erat, homines illos sequi, ac diligenter audire, nisi quod nos superstitione terreri, & fidem nobis ante rationem imperari dicerent: se autem nullom premere ad fidem, nisi prius discussa, & enodata veritate? Quis non his pollicitationibus illiceretur, praesertim adolescentis animus cupidos veri, etiam nonnullorum in schola doctorum hominum disputationibus superbus, & garrulus, qualem me tunc illi inveneront, spernentem scilicet qoasi aniles fabulas, & ab eis promissom, apertum, & sincerum verum tenere atque haurire cupientem?] Lib. contra Epist. Manicbaei, cap. 14. n. 18. „ Ipse enim cognoscit, cui apertissime ista monstrantur: eis autem quibus haec narrat, non cognitionem insinuat, sed credulitatem suadet. Cui quisquis temere non consenserit, Manichaeus efficitor, non certa cognoscendo, sed incerta credendo; qoales nos imperitos adolescentulos aliquando decepit. Debuit non nobis polliceri scientiam, neque manifestam cogntionem &c.] Eadem prodit infra lib. 6. c. 5. initio.

Unde ipsemet *Erasmus* Epist. ad Alphonsum Fonsecam archiepiscopum Tolet. post initium „ Ab his histrionibus impositum est loveni nondum baptizato, nondom catechumeno, sed per omnes rerum species veritatem velue in somuis adamatam persequenti. Affectus erat pius, error simplex, & humanus.] Et Benedictini lib. 1. vitae S. D. c. 6. n. 1. „ Augustinum iam sapientiae vehementer copidum, otque eam adispiceretur, quo se verteret nescientem interceperunt Manichaei &c. sed quod ad susceptum negotium adtinet, qoibus illi artibus adulescentem excellenti ingenio praeditum pellexerint, implicuerintqoe sua haeresi, ac societate, iuvabit ipsumet narrante cognoscere. In primis vero lenocinabantur animis multa pollicitatione ducendae veritatis Catholicam Ecclesiam eo maxime nomine criminantes, quod fidem imperaret, non doceret. Ea vel sola spe delusum se testatur Augostinus, eo quod veri inveniendi cupidus esset, & quod insito animi tumore ceu aniles fabulas compotaret quaecumque ratione non constitissent. „

Obiicies tamen; Nulla ergo humana sui nominis nota Augustinus in Manicheos impegerit. At cur non bene subito solerti ingenio eorum fabellas detexit? Et si detexit, cur non contemsit? Neque enim adeo vere dicit *Erasmus* Epist. paullo ante laudata: *Nec diutius baesit impio dogmati*; Quandoqoidem anni novem non adeo brevem morulam faciunt. „

R. I. Non totum se eis dedit: & ancipiti mente, & corde eorum sermonibus aderat. Adeo ut in Auditorom, qui velut Cathecumeni, & tyrones experimentum facientes erant, ordine semper se continuerit. Lib. *de Utilitate credendi*, c. 1. n. 2. „ Sed qoae rursum „ ra-

(1) 24. q. 3. cap. *Haereticus* est 4. seu. dist. 13. cap. *ut autem*.

„ ratio revocabat, ne apud eos penitus haererem, ut me in illo gradu, „ quem vocant Auditorum tenerem, ut „ huius mundi spem, atque negotia non „ dimitterem; nisi quod ipsos quoque „ animadvertebam plus in refellendis aliis disertos, & copiosos esse, quam „ in suis probandis firmos, & certos „ manere?] Recole dicta comment. A. Unde Benedictini l. 1. vitae S. D. c. 6. n. 3. *Idipsum abstitit, qua minus eis penitus adhaereret, adeo at eos caute, ac timide sequeretur &c.*

II. Non adeo manifeste somnia sua vendebant Manichaei, sed ea aliorum dogmatum combinatione detegebantur. In actis, seu, disput. contra Fortunatum Manichaeum, disput. 1. vel primae diei, n. 1. „ In primis summum errorem pu„ to omnipotentem Deum, in quo una „ nobis spes est, ex aliqua parte vio„ labilem, aut coinquinabilem, aut cor„ ruptibilem credere. Hoc vestram „ haeresim affirmare scio, non quidem „ verbis, quibus nunc usus sum; „ nam & vos interrogati confitemini „ Deum esse incorruptibilem, & omni„ no inviolabilem, & incoinquinabilem; „ sed cum coeperitis cetera exponere, „ cogimini eum corruptibilem, penetra„ bilem, & coinquinabilem profiteri; Di„ citis enim &c. „

III. Nedum mores, sed & portentosa dogmata Auditores suos, maxime Augustinum, cuius solertem mentem deprehenderant Manichaei celabant: emergentibus potius ex catholica doctrina difficultatibus eos vexantes. Lib. de Agone Christiano, cap. 4. post med. „ Hoc „ illi dicunt, ut simplices animas fallant. „ Sed quis tam simplex est, ut ista non „ sentiat esse sacrilega, quibus affirmant „ &c. Quis ergo ista non exsecretur? „ quis non intelligat impia esse, & ne„ fanda? Sed illi quando capiunt ho„ mines, non ista prius dicunt, quae si „ dicerent, aut fugerentur (1) ab omni„ bus; sed eligunt capitula de scriptu„ ris, quae simplices homines non intel„ ligunt: & per illa decipiunt animas „ imperitas, quaerendo unde sit ma„ lum &c.„

IV. Coniicimus etiam Manichaeos cum Augustino Auditore dolo egisse: eiusque agitates quaestionibus, spopondisse ad earum complanationem expedito opportuno tempore, non ita facile dando eruditos congressus, susosque tractatus. Hac siquidem bona spe conatus est Secundinus Manichaeus Augustinum iam episcopum pellicere: *Sed si dubitas de principio, si ambigis de pugnae exordio, poterit diurno tractato, pacificoque colloquio reddi ratio.* Epistola ad Augustinum scripta circa annum 405.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adcodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

V. Cum vero Manichaei cuncti, qui cum Augustino in dogmaticam arenam venerant, victi prostrati essent, iamque ingenuus adolescens veritatis cupidus ex eorum manibus laberetur, suam ipsorum illi incusarunt inscitiam, quae impar esset tanti ingenii dubiis extricandis: interim vero Fausti eorum oraculi longe semoti praestolaretur adventum: cuius adcessu quasi fulgentissimi divini phoebi cunctae mentis suae tenebrae dispellerentur. Vide infra lib. 5. c. 3. n. 1. & c. 6. initio.

VI. Verum consummato desiderio, & Fausto ad Carthaginem reduce, post varias anxietates, tandem aliquando cum eo Augustinus acerrime congressus est; cum autem & hic ad aquas haereret, & ad Augustini pedes rueret: soluta lucta, fagax adolescens spe adeo decantata frustratus, non quidem mox ad Catholicae portum se recepit, sed a Manicheae lacunae fundo emersit. Sic Infra lib. 5. c. 7. n. 2.

VII. Quanquam ipse Augustinus duos alios laqueos retegat, quibus iam illuminatus in Manichaeorum castris detentus est. „ Haec & his similia vel il„ lis etiam dicerem, vel mecum repu„ tarem (2). Possem namque Deum om„ nibus, ut dicitur, visceribus depre„ cans, & Scripturis quantum licebat „ intentus, etiam tunc fortasse talia vel „ dicere, vel quod saluti sat erat, co„ gitare. Sed me duo quaedam maxi„ me, quae incautam illam aetatem fa„ cile capiunt, per admirabiles (3) ad„ trivere circuitus, quorum est unum „ familiaritas nescio quomodo repens „ quadam imagine bonitatis tanquam si„ nuosum aliquod vinculum multiplici„ ter collo involutum. Alterum quod „ quaedam noxia victoria pene mihi „ semper in disputationibus proveniebat „ disserenti cum Christianis imperitis, „ sed tamen fidem suam certatim ut „ quisque posset defendere molientibus, „ Quo

(1) Sic editio Ioannis Parvi, & plures MsS. & B. B. At editiones aliae *fugarentur*. Tres MSS. *fugarentur ab hominibus*.
(2) Ita B. B. cum MSS. At editi, *reputare possem. Namque &c. talia vel dicerem, vel quod salutis aderat, cogitarem.*
(3) Ita B. B. Editio Er. & Michaelinus MS. *per amicabiles*.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

„ Quo successu creberrimo gliscebat adolescentis animositas, & impetu (1) suo in pervicaciae magnum malum imprudentce vergebat. Quod altercandi genoa quia post eorum auditionem aggressus eram, quidquid meo vel qualicunque ingenio, vel aliis lectionibus poteram, solis illis libentissime tribuebam. Ita ex illorum sermonibus ardor in certamina, ex certaminum proventu amor in illos quotidie movebatur (2). Ex quo accedebant, ut quidquid dicerent miris quibusdam morbis, non quia sciebam, sed quia optabam verum esse, pro vero approbarem. Ita factum est, ut quamvis pedetentim, atque caute, tamen diu sequerer homines nitidam stipulam viventi animae praeferentes.] Lib. de Duabus animabus contra Manichaeos, cap. 8. in fine, & 9. Quas creberrimas victorias innuit etiam infra cap. 12. & Lib. contra Epist. Manichaei, cap. 3.

Habes igitor quo modo Augustinus Manichaeorum in synagogam venerit; & cur non adeo subito ab ea sese retrsaerit.

Si res humanis spectetur oculis, dictis bene expensis, lapsus ille, vel caespitatio in Augustini ingenii potius gloriam, & laudem vergit. Quemadmodum Aristotelis nomen in humana schola minime laesit, sed extulit historia illa, vel fabula, dicens, eumdem philosophum delatam ad se de mundi exordio Mosis historiam iis verbis reiecisse: *Bene diceret, si probaret.*

(*b*) *De quibus etiam vera dicentes Philosophos &c.* = Sensus est nec in Philosophorum docte, & bene de elementis scribentium religione fixisse pedes, quod de uno vero Deo non bene sentirent, & Redemtoris dulcissimum nomen haud resonarent. Recole quae dixerat cap. 4. n. 2. & vide quae dicturus est infra l. 5. c. 14. n. 2.

Arguit a minori ad maius. Si non debui doctissimorum Philosophorom in religionis negotio errantium me manibus dare: quanto minus Msuichaeorum, qui nedum in sacris, sed & in naturalibus, puta elementis somniabant?

(*i*) *Inferebantur pro te Sol, & Luna.* = Non est cur quidquam ex nostro ponamus; iis enim, quae alibi narrat S. D. haec apprime dilucidantur. Lib. de Haeres. 46. post initium. „ Quid quid vero undique purgatur luminis, per quasdam naves, quas esse Solem, & Lunam volunt, regno Dei tamquam propriis sedibus reddi. Quas itidem naves de substantia Dei pura perhibent fabricatas. Lucemque illam corpoream animantium mortalium oculis adiacensem, non solum in his navibus, ubi eam purissimam credunt, verum etiam in aliis quibusque lucidis rebus, ubi secundum ipsos tenetor admixta, creditur que purganda Dei dicunt esse naturam.] Lib. 9. contra Faustum in fine. „ Vos autem si spiritalis, atque intelligibilis boni caritate, ac non corporalium phaut smatum cupiditate arderetis, ut cito dicam quod de vobis notissimum est, solem istum corporeum, non pro divina substantia, & pro sapientiae luce coleretis] Contra Secundinum Manich. c. 16. circa med. „ Quid inquam potius eligam, quam id quod nos ut creaturam laudamus caelestem, vos autem ut portionem ipsius Creatoris adoratis? Quid enim inter cuncta visibilia isto sole praeclarius? At &c.] Denique ipse Faustus Manichaeorum oraculum, cuius verba referuntur ab Augustino lib. 20 contra ipsum c. 1. „ Sed Patrem quidem ipsum lucem incolere credimus summam, ac principalem, quam Paulus (3) alias inaccensibilem vocat. Filium vero in hac secunda, ac visibili luce consistere: qui quoniam sit & ipse geminus, ut eum Apostolus novit, Christum dicens (4) esse Dei virtutem, & Dei sapientiam, virtutem quidem eius in sole habitare credimus, sapientiam vero in luna; Nec non & Spiritu-Sancti, qui est maiestas tertia aeris hunc omnem habitum sedem fatemur, ac diversorium &c.] Qui plura desiderat, videre poterit lib. 9. contra Faustum, cap. 2. circa med. lib. 14. cap. 11. circa med. & cap. 12. cir. med. lib. 16. c. 10. post med. & & lib. 20. c. 6. Item contra Secundinum Manich. c. 20. in fine & lib. 2. de Actis cum Felice Manichaeo, c. 17. post med. In Ioann. Tract. 24. post init. Lib. 1. de Gen. contra Manichaeos, c. 3. in Psal. 25. enarr. 2. n. 3. & serm. 50. de eo, quod scriptum est in Aggaeo Propheta, c. 2. v. 9. (Alias 15. de Diversis; necnon 30. inter Homil. 50.) cap. 5.

(*k*) *Priora enim spiritualia opera tua*

(1) In MSS. & *impetus suus &c. urgebat.*
(2) MSS. plerique, *novabatur.*

(3) 1. Tim. 6. 16.
(4) 1. Cor. 1. 24.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentio. & Valer. X.

tea =. Ergo, inquies, Auguſtinus in eorum Patrum errorem lapſus eſt, qui ſpiritualia opera ante corporea conſummata dixere. Iam vero non adeo in Ortodoxa fide commode, ac tuto adſeritur Angelos ante corporeum mundum creatos.

Reſpondetur: Auguſtinum de dignitatis, ot ex contextu patet, non de temporis prioritate dicere. Quemadmodum Virginem Sanctis omnibus tum antiqui tum novi Foederis priorem praedicamus.

Et ſi mavis violenter ſententiam hanc ad temporis prioritatem trahere: tempus illud intellige indiviſibile, & in ſola mente noſtra conſpicuus, quo puta ſol ſuam praecedit lucem; Etſi enim Angeli ſimul cum viſibili orbe creati ſint, adhuc eo priores dici potuerunt, ſi Deus ab ipſis creationis opus incepit.

Ceterum de temporis, & quidem veri ratione diſputans Auguſtinus, vide quid habeat. 11. Lib. de Civit. Dei, c. „ 6. Cum igitur Deus &c. non video niſi „ dicatur ante mundum iam aliquam fuiſ„ ſe creaturam, cuius motibus tempora „ currerent. Porro ſi litterae ſacrae, „ maximeque veraces ita dicunt in prin„ cipio feciſſe caelum, & terram, ut „ nihil antea feciſſe intelligatur.] Eodem lib. c. 9. poſt initium „ Ubi de „ mundi conſtitutione, ſacrae litterae „ loquuntur, non evidenter dicitur, u„ trum, vel quo ordine creati ſint An„ geli; ſed ſi practermiſſi non ſont, vel „ caeli nomine ubi dictum eſt (1), *In* „ *principio fecit Deus caelum & terram*: „ vel potius lucis huius, de qua loquor „ ſignificati ſunt. Non autem praeter„ miſſos eſſe hinc exiſtimo, quod ſcriptum „ eſt, requieviſſe Deum in ſeptimo die „ ab omnibus operibus ſuis, quae ſe„ cit cum liber ipſe ita ſit exorſus, „ *In principio fecit Deus caelum, &* „ *terram*: ut ante caelum, & terram „ nihil aliud feciſſe videatur. Cum ergo „ a caelo, & terra coeperit &c.] Vide etiam c. 33. & in pſal. 89. ad illod, *Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra &c.* de Gen. lib. imperf. c. 3. de Gen. ad litt. lib. 2. c. 8. & contra Fauſtum lib. 22. c. 10.

Quoniam vero Auguſtini aetate nec minimae cenſurae periculo quaeſtio haec in utramque partem agitabatur: lib. 11. de Civit. Dei, c. 32. haec monuit „ Ne „ quis autem contendat, & dicat non „ ſanctos Angelos eſſe ſignificatos in eo „ quod ſcriptum eſt (2), *Fiat lux, &* „ *facta eſt lux*; ſed quamlibet lu„ cem tunc primum factam eſſe cor„ poream, aut opinetur, aut doceat; „ Angelos autem prius eſſe factos, non „ tantum ante firmamentum, quod inter „ aquas & aquas factum, appella„ tum eſt caelum, ſed ante illud quod „ dictum eſt, *In principio fecit Deus* „ *caelum, & terram*, ante illud, „ quod (3) dictum eſt, *In principio*, non „ ita dictum, tanquam primum hoc fa„ ctum ſit, cum ante fecerit Angelos; „ ſed quia omnia in ſapientia fecit, quod „ eſt verbum eius, & ipſum ſcriptura „ principium nominavit: ſicut ipſe Iu„ daeis in Evangelio quaerentibus, quis „ eſſet (4), reſpondit ſe eſſe principium; „ non e contrario reſeram contentionem „ &c. Proinde ut volet quiſque accipiat, „ quod ita profundum eſt, ut ad exer„ citationem legentium, a fidei regula „ non (5) aberrantes, plures poſſint ge„ nerare ſententias, dum tamen Ange„ los ſanctos in ſublimibus (6) ſedibus „ non quidem Deo coaeternos, ſed ta„ men de ſua ſempiterna, & vera feli„ citate ſecuros, certos eſſe nemo „ ambigat.„

Obiices tamen nonnullia: Auguſtinus lib. 1. de Incarnatione Verbi ad Ianuarium c. 6. haec babet „ Eſt „ etiam illod in eccleſiae praedicatio„ ne, eſſe Angelos Dei quoſdam, & „ virtutes bonas, quae ei miniſtrant ad „ ſalutem hominum conſummandam; ſed „ quando iſti creati ſint, vel quales, „ aut quomodo ſint, non ſatis in ma„ nifeſto diſtinguitur. „

R̸. Concors eſt Eruditorum ſententia, duos de Verbi Incarnatione libros perperam Aug ſtino adiudicatos. Et manifeſtum eſt ex Origenianis conceptibus in opere Peri archon, iuxta Ruffini verſionem collectos; laudatum quidem ex proaemio, & c. 2., & 3. libri primi, & c. 5. libri tertii; alterum vero ex c. 6. l. 3. Anacephaleoſ. l. 1. & c. 6. l. 2. Fatemur autem Origenem Homil. 4. in Iſaiam, & Tract. 9. in Matth. Angelos ante corporeum mundum creatos adſeruiſſe.

Adhuc vero recitata verba ncdum

Ee Au-

(1) Gen. 1. 1.
(2) Gen. . 3.
(3) Colebris codex Veron. *de quo dictum eſt*.

(4) Ioann. 8. 25.
(5) Codex Veron. non *abhorrentes*.
(6) Edit. *caeli ſedibus*: Abeſt *caeli* e MSS.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

Augustino, sed & Origeni nihil officiunt quoad praesentem quaestionem. Quandoquam enim succedentibus post Origenem, & Augustinum luminibus absoluta sententia prolatum sit, creatos Angelos simul cum visibili orbe; quia pro antiqua illa aetate inficiabitur, tempus creationis Angelorum non satis manifeste patuisse?

I. Immo nec pro sua aetate dogmatica id certitudine exploratum censuit S. Thomas, qui 1. p. q. 61. ar. 3. in cor. haec habet. „ Dicendum quod circa hoc invenitur duplex sanctorum „ Doctorum sententia: illa tamen probabilior videtur, quod Angeli simul „ cum creatura corporea sunt creati &c. „ non est igitur probabile, ut Deus, „ cuius perfecta sunt opera, ut dicitur „ Deuter. 32. creaturam Angelicam se„orsum ante alias creaturas creaverit. „ Quamvis contrarium non sit reputan„dum erroneum, praecipue propter „ sententiam Gregorii Nazianz. cuius tan„ta est in doctrina christiana auctori„tas, ut nullus unquam eius dictis ca„lumniam inferre praesumpserit: sicut „ nec Athanasii documentis, ut Hiero„nymus dicit. „

Quum autem nostrates ex iis Concilii Lateran. vel Innocentii (1) tertii, in eo loquentis verbis: *Qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem, & corporalem, angelicam videlicet, & mundanam, & deinde humanam &c.* quum inquam iis verbis potissimum communem sententiam muniant: & Concilium aetate S. Thomae fuerit consummatum, inferunt plures, nec quidem diebus nostris oppositam communi sententiam gravi aliqua theologica censura inurendam. Quasi nempe Concilium incidenter, & aliud intendens ea verba protulerit.

II. Non vacat nobis eam quaestionem ample discutere. Illud unum monemus: praecipiti iudicio Vasquezium Iesuitam 1. p. disp. 224. c. 3. & 4. loquutum, dum inquit, controversiam hanc, nec paululum ab Ecclesia discussam, stabilitam: immo nec unquam stabiliri posse; utpote quae nec ex Scripturis, nec ex traditionibus deducatur, aut deduci possit. Id inquam non placet: dato etiam quippe, incidenter a Concilio ea verba prolata sint, adhuc cum rem divinam spectent; non parum communem sententiam firmare censemus.

(l) *Quia tu ista condidisti, nec in summis tuis conditionibus habes.* = Nec Angeli sancti deitates, vel divinitates sunt: quandoquidem Deus Angelos condidit, & quidem ita, ut eos nec in summis suis conditionibus habeat; hoc est, possit alias, & alias usque in infinitum longe nobiliores creaturas producere.

Quod autem paullo post sequitur: *quibus certiores sunt phantasiae corporum verum, quae sunt*: verissimum est; phantasia enim, qua tibi veram civitatem praesentas, quanquam in seipsa sit ens rationis, exsistit tamen in vera civitate, quam praesentat. At Manichaeorum phantasmata nullo modo exsistebant; non quidem in seipsis, ut patet; non in Deo, qui est purissimus spiritus, concipiebant autem ipsi veluti magnum lucidum corpus. Tanta videlicet sagacitate Manichaeos perstringit! Subtilissimis rerum aut nobilium, aut ignobilium, vel omnino, vel utcunque exsistentium numeratione illud ostendens, quam fatue a veri Dei cognitione Manichaei exorbitarent, quam torpiter illum deprimerent.

(m) *Exclusus a siliquis porcorum, quos de siliquis pascebam.* = Iterum se filio prodigo comparat, de quo Lucae 15. v. 15., & 16. *Et abiit, & adhaesit uni civium regionis illius. Et misit illum in villam suam, ut pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.* Hic videtur temporis seriem omittere exactam: ut in antecedentibus, & sequentibus saepe; & ad tempus digredi, quo Tagastam reversus, ibidem Grammaticam, & Rhetoricam docuit; porcorum enim siliquae Grammaticorum, Poetarumque fabellas per metaphoram innuunt: ut ex contextu patet; & explicuit Hieronymus epist. 146. ad Damasum Papam de Filio prodigo, ante med. ubi. „ Possumus autem, & aliter siliquas in„terpretari. Daemonum cibus est car„mina Poetarum, saecularis sapientia, „ rhetoricorum pompa verborum. Haec „ sua omnes suavitate delectant: & dum „ aures versibus dulci modulatione cut„rentibus capiunt, animam quoque pe„netrant, & pectoris interna devin„ciunt; verum ubi cum summo studio „ fuerint, ac labore perlecta, nihil aliud „ nisi inanem sonum, & sermonum stre„pitum suis lectoribus tribuunt; nulla „ ibi saturitas veritatis, nulla refectio iu„stitiae reperitur; studiosi earum in fa„me

(1) In c. *Firmiter.*

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

„ me veri, & virtutum penuria perseve- „ rant.] Et in fine: *Itaque ignosce dolentibus oculis, idest ignosce dictanti: maxime cum in ecclesiasticis rebus non quaerantur verba, sed sensus, idest panibus sit vita substentanda, non siliquis.*

Sed quo modo exclusus Augustinus a siliquis porcorum, sive, ut ipsemet statim subsumit, a Grammaticorum, Poetarumque fabellis?

℞. Quia apud Manichaeos fabulis adsentiri coactus longe turpioribus iis, quae a Grammaticis, Poetisque venduntur. Et ulterius, quia ab his fabulae ut tales: a Manichaeis quasi vero divina dogmata praedicentur. Et ambae expositiones hae ex iis, quae sequuntur, manifestae sunt.

Ceterum respicere hic Augustinum tempus, quo Tagastam reversus Grammaticam, & Rhetoricam docuit sagacissimi etiam Benedictini arbitrantur, qui lib. 1. Vitae S. Doctoris, cap. 7. n. 1. haec habent „ Coepit itaque docere in „ patria; scribit Possidius (1) eum ibi do- „ cuisse Grammaticam. At cum ipse- „ met Augustinus se in illis annis „ rhetoricam (2) professum esse memo- „ rat, si hue dictum ex serie narra- „ tionis interpreteris, videbitur eam „ Thagaste docuisse. Non desunt tamen „ gravissimarum rationum momenta, „ quae id de Carthagine intelligendum „ persuadeant, ut inferius ostendemus. „ Tempus certe, quo grammaticam do- „ cebat non obscure indicat, dum scri- „ bit se instar adolescentis prodigi ex- „ clusum fuisse a siliquis porcorum, quos „ de siliquis pascebat. Ubi mox de „ grammaticorum, & poetarum fabulis „ loquitur, quas etiam Hieronymus por- „ corum, seu daemoniorum cibum nun- „ cupat. „

(a) *Nam versus, & carmen, & Medea volans &c.* = Antequam de ipsa prorsus sententia agamus, quae fuerit ista Medea videndum est. Habes ex Augustino anguibus alitibus iunctam volasse. Lib. 2. Soliloq. cap. 15. n. 29. *Non enim cum dicitur, iunctis alitibus anguibus Medeam volasse, alia ex parte res ista verum imitatur, quippe quae nulla sit.* Habes scelestissimam fuisse feminam, cui in re mala Ethnicorum vel historiae, vel fabulae non plures aequales prodant, Contra Secundinum Manichaeum cap. 26. paulo post initium. „ Denique etiam ipsae antiquorum vel fabu- „ lae, vel historiae, pauciores habent Me- „ deas & Phaedras, quam facinorum aliorum „ flagitiorumque mulieres; pauciores O- „ chos, & Busirides, quam impietatum „ aliarum, & scelerum viros.] Quibus addimus Ciceronis verba Orat. 13. ad populum pro lege Manilia longe ante med. „ Primum ex suo regno sic Mithri- „ dates profugit: ut ex eodem Ponto „ Medea illa quondam profugisse dici- „ tur: quam praedicant in fuga fratris „ sui membra in his locis, qua se pa- „ rens persequeretur, dissipavisse, ut „ eorum collectio dispersa, moerorque „ patrius celeritatem persequendi retar- „ daret. „

At facile desiderabit quisquam, ut ex iis, quae sparsim Scriptores habent, tota compendio detur Medeae historia, vel fabula: aut potius, ut coniicimus, ex historia, & fabula confusa quaedam mistura, ideo: Medea, alias Aetia ex patris nomine, & Colchis a patriae regione appellata, Aetae Colchorum regis ex Hypsea coniuge filia, scelestissima femina, & insignis fuit incantatrix. A Iasone ex Thessalia cum Argonautis profecta amore capta, facilem illi ad aureum vellus, pervigili dracone, qui noctibus, diebusque illud servabat, aut sopito, aut etiam peremto, aditum aperuit. Quo quidem patris iram suspicata, & Iasonem ideo clam in Graeciam sequuta, Absyrti, vel, ut alii, Aegyaschi tenelli fratris membris discerptis insequentem patrem retardavit. Pluribus decursis annis, a Iasone repudiata, filios ex eo susceptos necavit, Glaucam Creontis regis filiam, cum qua ille ad secundas nuptias transierat, patremque regia incensa consumsit: qua tragoedia tanta, aliisque barbaris machinationibus Iason in impatientiam, desperationemque, & vitae fastidium actus, sui ipsius manibus sibi mortem adscivit; sic patris sui longam vitam compensans, quem a canis ad floridos annos Medea olim dilecta herbis, carminibusque suis retraxerat. His tristibus, turpibusque Medea casibus, qui actorem etiam movent & quatiunt, nihilo despondens animo, sed victrix exsultans, & facta audacior, aliis inhiat nuptiis, & Aegei, inde Atheniensis regis defatigato, fractoque thoro, in Asiam refugit; ubi Medorum regi copulata, filium habet, a quo Mediam provinciam appellatam, aut Historici tradunt, aut Poetae fabulantur.

(1) Cap. 1.

(2) Confess. l. 4. c. 1. n. 2.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

De femina hac, quam alatis serpentibus per aerem deportatam nobis pingunt Poetae, loquitur Augustinus. Dicit autem, utiliora haec poetica esse, quam Manichaeorum documenta; nam quoad falsitatem ex aequo currunt: at poetica ad oblectamentum sunt: Manichaeorum autem somnia ceu sacra dogmata credenda, & vindicanda proponuntur. Ideoque *occiduat credentem*.

(a) *Quam quinque elementa varie &c.* = Posteriora huius propositionis verba, *quinque antra tenebrarum* hoc modo dilucidat *Ioannes Pherepon as: Deliramenta haec Manichaearum copiosius exponit, & confutat Augustinus in Lib. contra Epist. Manichaei, Cap. 15. qui liber est Tom. VIII.* Ex qua nota, sicut ex pluribus aliis deducitur leviter admodum, atque per saltus Augustini scripta libasse: cum enim, ut ex dictis patet, plura heic nominet Augustinus Manichaeorum deliramenta, quae fuse alibi edisserit, & expugnat: haud temere coniicimus *Pheraponum* ea praetereuntem, etiam ignorasse, qui hic quod novit haud tacuit.

Manichaei in *Epistola Fundamenti* quinque tenebrarum antra ponentis, haec verba sunt apud Augustinum cap. 15. Libri contra eamdem Epist. „ Iuxta unam
„ vero partem, ac latus illustris illius,
„ ac sanctae terrae erat tenebrarum ter-
„ ra profunda, & immensa magnitudi-
„ ne, in qua habitabant ignea corporea,
„ genera scilicet pestifera. Hic infinitae
„ tenebrae ex eadem manantes natura
„ inaestimabiles cum propriis fetibus,
„ ultra quas erant aquae coenosae, &
„ turbidae cum suis inhabitatoribus,
„ quarum interius venti horribiles, ac
„ vehementes cum suo principe, & ge-
„ nitoribus. Rursum regio ignea, &
„ corruptibilis cum suis ducibus, & na-
„ tionibus. Pari more introrsum gens
„ caliginis, ac fumi plena, in qua mo-
„ rabatur immanis princeps omnium, &
„ dux, habens circa se innumerabiles
„ principes, quorum omnium ipse erat
„ mens, & origo; haeque fuerunt na-
„ turae quinque terrae pestiferae. „

In huius somnii confutationem varia habet Augustinus: at nonnulla tantummodo damus, ad transcriptae sententiae elucidationem aptiora. Eodem libro, cap. 18. „ Quid iam de illa loquar po-
„ tentia, qua intelligitur veritas, qua
„ istis ipsis, quae de corporis sensu
„ haustae figurantur, imaginibus sese pro
„ veritate opponentibus magna vivacitate
„ resistitur? qua videtur aliam v. gr. ve-
„ ram esse Carthaginem, aliam quam
„ cogitans fingit, & pro suo arbitrio to-
„ ta facilitate commutat; ex eadem fa-
„ cilitate venire innumerabiles mundos,
„ in quibus Epicuri cogitatio innumera-
„ biliter peregrinata est; & ne multa
„ consecter, ex eadem venire facilitate,
„ istam terram lucis per spatia infinita
„ diffusam, & quinque antra gentis te-
„ nebrarum cum habitatoribus suis, in
„ quibus Manichaei phantasmata veritatis
„ sibi nomen ausa sunt usurpare. Quid
„ est ergo haec potentia, quae ista di-
„ scernit? Profecto quantacumque sit,
„ & his omnibus maior est, & sine ulla
„ tali rerum imaginatione cogitatur.
„ Huic inveni spatia, si potes, hanc
„ diffunde per locos, hanc infinitae mo-
„ lis tumore distende. Profecto si bene
„ cogitas, non potes. Quidquid enim
„ tale occurrerit, iudicas ipsa cogita-
„ tione secari posse per partes, facisque
„ ibi aliam partem minorem, aliam ma-
„ iorem quantum placet; illud autem
„ ipsum, quo ista iudicas, cernis esse
„ supra ista non loci altitudine, sed
„ potentiae dignitate. „

Sed non adhuc bene, ordinateque deprehendimus, quae, & quot fuerint elementa illa, & qua ratione propter tenebrarum antra fucata, involuta: nisi quidquam addamus. Unde adtende quid brevius manifestiusque habeat S. D. lib. de Haeresibus 46. ante med. „ Quinque
„ enim elementa, quae genuerunt prin-
„ cipes proprios, genti tribuunt tene-
„ brarum: eaque elementa his nomini-
„ bus nuncupant, fumum, tenebras,
„ ignem, aquam, ventum. In fumo
„ nata animalia bipedia: unde homines
„ ducere originem censent; in tenebris
„ serpentia; in igne quadrupedia; in
„ aquis natatilia; in vento volatilia. His
„ quinque elementis malis debellandis a-
„ lia quinque elementa de regno, &
„ substantia Dei missa esse, & in illa
„ pugna fuisse permixta, fumo aera,
„ tenebris lucem, igni malo ignem bo-
„ num, aquae malae aquam bonam,
„ vento malo ventum bonum. Naves
„ autem illas, idest duo caeli lumina-
„ ria ita distinguunt, ut lunam dicant
„ factam ex bona aqua, solem vero ex
„ igne bono. „

(p) *Nam versum, & carmen ad vera pulmenta transfera.* = Sequimur Benedictinos, qui admonent „ Sic MSS.
„ cum Bad. Am. Arn. ubi Er. & Lov.
„ *elementa*.] Nobiscum etiam sunt Vet. Som. 12. MSS. Err. Favent tamen Er. & Lov. Wangn. & MS. optimus S. Cr.

Sensus est, ex versu, & carmine ali-

aliquid fructus, utilitatis, & eruditionis progigni; Non sic autem ex Manichaeorum fabulis &c. Quem subtilem reconditum sensum amanuenses aliquot non penetrantes, voci *palmenta*, substituerunt, ut suspicamur, *elementa*: ut errori, quem lapsu calami inductum credebant, mederentur. Quasi nempe vellet Augustinus, id pretii saltem, & veritatis versum, & carmen habere, quod ad Grammaticae elementa versus, & carmen transferri possint. Verum est enim versum, & carmen sis litteris, syllabisque constare. Verum est, talem lectionem minime contemnendam esse ea ipsa interpretatione, quam nunc obtulimus. Maxime quoniam haud prorsus temere quisquam suspicari poterit, hic fere idipsum inculcare Augustinum quod lib. 1. c. 13. observaverat: *Nam utique meliores, quia certiores erant primae illae littera &c. quam illae, quibus &c. Si proponam eis, interrogans, utrum verum sit quod Aeneam aliquando &c. at si quaeram, quibus litteris scribitur Aeneae nomen, omnes &c.*

Anglicani 4. MSS. a BB. in nova operum recognitione laudati habent, *ad vera bulmenta*. Vox barbara nobis incognita. Nisi forte nihil aliud codices illi voluerint (a quo non abhorruisse antiquos in nonnullis MSS. deprehendimus) quam litterae *p.* substituere litteram *b.*


(q) *Offendi in illam mulierem audacem* &c. = De qua Salomon Prov. 9. a v. 13. Manifestum est ex hoc anno 19. aetatis suae relire Augustinum ad an. 17. Nam cum in sequentibus ingenue contestetur, acceptae semel concubinae thori se fidem servasse, eamque an. 17. acceperit: quaenam haec mulier, in quam an. 19. offendit? Insuper cum mulierem hanc tot specialibus coloribus pingat, quis non eam esse intelligat celeberrimam, primariamque, quam, post varios cum aliis venereos lusus, velut uxorem accepit anno aetatis suae 17. & ex qua Adeodatum habuit?

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

At Augustinus non raro ab exacta historiae serie in Confessionibus hisce digreditur! Erit qui miretur. Nobis mirum haud est: iam quippe novimus Augustinum non tam historiam texere, quam historiae colore divinos stimulos sequi, eaque ponere, non quae narrationem aut nectunt, aut complent, sed quae cum pungitur, aut opportune, aut importune, aut cohaerenter ad dicta, texrumque, aut iuxta alia, quasique novum sermonem incipiens, piam sitim expleant, & sacros effundant aestus.

Etsi non ubique, ac temere, sed opportunis occasionibus, cumque magna ratio suadet, interpunctiones hae, digressiones, mutationesque subitae vel historiae, vel sermonis adferendae sint.

Ea verba numeri 1. *Et certiora sunt, quam cum imaginamur ea*: silentio praeterivimus, quod ab Henrico Wangnerek adnotentur, & quidem non male: inquit enim. „ Quia nempe cognitio corporum praesentium, quae habetur per oculos, est intuitiva: adeoque ex suo genere certior quam abstractiva, quae obiecto absente habetur, & magis falsitati est obnoxia. „ Cum vero subiungit, *vitam corporum esse certiorem, quam corpora*, significat effectus vitae, sive animae esse tam manifestos, ut minus fallamur iudicando aliquid esse vivens, quam corpus. „



CA-

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

Ad Manichaeorum ſe caſtra defeciſſe conüicit, quod carnali genio carnaliter ubique iudicans, latentem in privatione mali originem, Deumque omnis prorſus expertem materiae haud poſſet deprehendere; nec temporum varias rationes, modoſque, Deique ſupremam auctoritatem, diverſas leges condentem caute, & ſerio adtendere. Quibus quidem ceſpitationibus bonam interim opponit lucem, opportunis, domeſticiſque exemplis confirmatam.

I. Eſciebam etenim aliud vere quod eſt; & quaſi acutule movebar, ut ſuffragarer ſtulris deceptoribus, cum (*a*) a me quaererent: unde malum? & utrum forma corporea Deus finiretur (*b*): & haberet capillos, & ungues, & utrum iuſti exiſtimandi eſſent, qui haberent multas uxores ſimul (*c*); & occiderenr homines (*d*), & ſacrificarent de animalibus (*e*)? Quibus rebus ignarus perturbabar: & recedens a veritate, ire in eam mihi videbar; quia non noveram malum non eſſe niſi (*f*) privationem boni, uſque ad quod omnino non eſt. Quod unde viderem, cuius videre uſque ad corpus erat oculis, & animo uſque ad phantaſma? Et non noveram (1) Deum eſſe ſpiritum, non cui membra eſſent per longum & latum, nec cui eſſe moles eſſet: quia moles in parte minor eſt, quam in toto ſuo; & ſi infinita ſit, minor eſt in aliqua patte certo ſpatio definita, quam per infinitum: & non eſt tota ubique, ſicut ſpiritus, ſicut Deus. Et quid in nobis eſſet, ſecundum quod eſſemus ſimiles Deo: & recte in Scripturis (2) diceremur (*g*), ad imaginem Dei, prorſus ignorabam.

II. Et non noveram iuſtitiam veram interiorem non ex conſuetudine iudicantem, ſed ex lege rectiſſima Dei omnipotentis, qua formarentur mores regionum & dierum pro regionibus & diebus; cum ipſa ubique ac ſemper eſſet, non alibi alia, nec alias aliter; Secundum quam iuſti eſſent Abraham, & Iſaac, & Iacob, & Moyſes, & David, & illi omnes laudati ore Dei: ſed eos ab imperitis iudicari iniquos (3) iudicantibus ex humano die, & univerſos mores humani generis, ex parte moris ſui metientibus; Tanquam ſi quis neſcius in armamentis, quid cuique membro adcomodatum ſit, ocrea velit caput contegi, & galea calceari, & murmuret quod non apte conveniat: aut in uno die indicto a pomeridianis horis inſtitio, quiſquam ſtomachetur non ſibi concedi, quid venale proponere, quia mane conceſſum eſt: aut in una domo videat aliquid tractari manibus a quoquam ſervo, quod facere non ſinatur qui pocula miniſtrat: aut aliquid poſt praeſepia fieri, quod ante menſam prohibeatur: & indignetur, cum ſit unum habitaculum & una familia, non ubique atque omnibus idem tribui. Sic ſunt iſti, qui indignantur, cum audierint illo ſaeculo licuiſſe iuſtis aliquid, quod iſto non licet iuſtis: & quia illis aliud praecepit Deus, iſtis

(1) Ioan. 4. 24.
(2) Gen. 1. 27.
(3) 1. Cor. 4. 3.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. 1. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

istis aliud pro temporalibus caussis, cum eidem iustitiae utrique servierint: cum in uno homine, & in uno die, & in unis aedibus videant aliud alii membro congruere, & aliud iamdudum licuisse, post horam non licere; quiddam in illo angulo permitti aut iuberi, quod in isto iuste vetetur & vindicetur. Numquid iustitia varia est & mutabilis? Sed tempora, quibus praesidet, non pariter eunt, tempora enim sunt. Homines autem, quorum vita super terram brevis est, quia sensu non valent caussas contexere saeculorum priorum, aliarumque gentium, quas experti non sunt, cum his quas experti sunt: in uno autem corpore, vel die, vel domo, facile possunt videre, quid cui membro, quibus momentis quibus partibus personisve congruat, in illis offenduntur, his serviunt.

III. Haec ego tunc nesciebam, & non advertebam, & feriebant undique ista oculos meos; & non videbam. Et cantabam carmina, & non mihi licebat ponere pedem quemlibet ubilibet, sed in alio atque alio metro aliter atque aliter; & in uno aliquo versu, non omnibus locis eumdem pedem: & ars ipsa, qua canebam, non habebat aliud alibi, sed omnia simul. Et non intuebar iustitiam, cui servirent boni & sancti homines, longe excellentius atque sublimius habere simul omnia, quae praecepit, & nulla ex parte variari (b): & tamen variis temporibus non omnia simul, sed propria distribuentem ac praecipientem. Et reprehendebam caecus pios Patres, non solum sicut Deus iuberet atque inspiraret utentes praesentibus, verum quoque sicut Deus revelaret, futura praenuntiantes.

(a) *Et quasi acutule movebar, ut suffragarer stultis deceptoribus, cum &c.* = Nonnulli codices: *quasi acutea*. Minus apte, ut liquet. Epist. nunc. 205. n. 4. *Acutule se garrire arbitratur &c.* En prima Manichaeorum muscipula, qua in Catholica doctrina non admodum eruditi capiebantur. Lib. 2. *de Moribus Manichaeorum*, cap. 2. initio. *Saepe atque adeo pene semper ab iis, quibus haeresim vestram persuadere molimini, requiritis, unde sit malum &c.* Lib. de Agone Christiano, cap. 4. post med. *Sed illi quando capiunt homines, non ista prius dicunt &c. sed eligunt capitula de Scripturis, quae simplices homines non intelligunt, & per illa decipiunt animas imperitas, quaerendo unde sit malum?* Quod fusius etiam habet lib. de Duabus animabus contra Manichaeos, cap. 8. initio.

Hoc quaesitu disputationem ordiebantur, hoc exaggerabant, & hoc complebant. Lib. contra Epist. Manich. c. 34. n. 38. initio: *Restat ut quaeratis (nam ipsa solet esse vox ultima) unde sint illa mala, quae mihi quoque displicere dicebam.*

Hanc autem impiam telam sic ordiebantur. Si in homine bona, & mala: ergo duplex item natura, vel anima; consequenter & numina duo: a quorum bono anima, vel natura bona: a malo item altera mala. Et hi erant cardines duo circa quos Manichaeorum deliramenta volvebantur. De quibus frequentissimus sermo in his Confessionibus. Vide infra litt. F.

(b) *Et utrum forma corporea Deus finiretur.* = Iuvat hic exscribere quae habet *de Gen. contra Manichaeos* lib. 1. cap. 17. „ Istam maxime quaestionem „ solent Manichaei loquaciter agitare, „ & insultare nobis quod hominem cre„ damus factum ad imaginem, & simili„ tudinem Dei: Attendunt enim figuram „ corporis nostri, & infeliciter quaerunt, „ utrum habeat Deus nares, & dentes, „ & barbam, & membra etiam interio„ ra, & cetera, quae in nobis sunt ne„ cessaria. In Deo autem talia ridiculum „ est, immo impium credere: & ideo „ negant hominem factum esse ad imagi„ nem, & similitudinem Dei Quibus re„ spondemus, membra quidem ista in „ Scripturis plerumque nominari, cum „ Deus insinuatur audientibus parvulis, „ & hoc non solum in veteris testamen„ ti libris, sed etiam in novi. Nam &c. „ Sed omnes qui spiritaliter intelligunt

„ Scri-

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

„ Scripturas, non membra corporea per „ ista nomina, sed spiritales potentias „ accipere didicerunt &c.

Hac interrogatione dupliciter impeditos agitabant. Reposita quippe negatione, replicabant: Ergo Vetus Testamentum, in quo Deus corporea forma finitus exhibetur, a deo malo est; Ergo item non est homo ad imaginem Dei. At de prima parte nimis frequenter Augustinus. Alteram infra ipsemet explicat dicens: *Et quid in nobis esset, secundum quod essemus similes Deo &c.* Nempe similitudo ex anima, non ex corpore petit r. Hanc autem similitudinem variis rationibus ceotica Augustinus detegit in suis scriptis, quo fit ut nullam adferendam censeamos. Vide, si rem hanc bene tenere ambis, in Psalm. 48. serm. 2. n. 11. & in Psal. 54. n. 3. circa med. nec non lib. *de Catechizandis Rudibus*, cap. 18. n. 29. lib. de Q. Q. 83. q. 51. n. 4. lib. 2. *Retract.* cap. 26. circa med. maxime vero lib. 7. de Trinit. cap. 6. & ultimo, circa finem.

(c) *Et utrum iusti existimandi essent, qui haberent multas uxores simul.* = Quum priorem legem Manichaei a malo datam numine blasphemarent, eius observatores etiam speciali pietate fulgentes variis querelis ad iudicium trahebant: quorum una erat haec, quod lascivi, & foedi plures sibi uxores adsciscerent. Lib. 20. contra *Faustum Manich.* cap. 47. ab initio „ nam vero filio eius Iacob quod pro ingenti crimine quatuor „ obiiciuntur uxores generali praelocu- „ tione purgator. Quando enim mos erat, crimen non erat: & nunc propterea crimen est, quia mos non est. Alia „ enim sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra praecepta. Quae cum ita sint, quid tandem criminis est quod de pluribus simul habit.s uxoribus obiicitur sancto „ viro Iacob? Si naturam consulas, non „ lascivienti, sed gignendi caussa illis „ mulieribus utebatur; si morem, illo „ tempore, atque in illis terris hoc factitabatur; si praeceptum, nulla lege „ prohibebatur. Nunc vero cur crimen „ est, si quis hoc faciat, nisi quia & „ moribus, & legibus hoc non licet? „ &c.] Serm. 51. de Concordia Matthaei, & Lucae (Alias, de Diversis 63.) cap. 15. in fine „ In illo ergo „ populo qola oportebat fieri abundantem propagationem usque ad Christum „ per numerositatem plebis, in qua „ praefigurarentur omnia quae praefi- „ guranda erant Ecclesiae documenta, „ habebant officium docendarum uxorom, per quas populus cresceret; in „ quo populo praesignaretur Ecclesia. „ At ubi natus est ipse Rex omnium „ gentium, coepit dignitas virginalis a „ Matre Domini, quae & filium habere meruit, & corrumpi non meruit.] Vide etiam, si placet, lib. *de Bono Coniugali*, cap. 25. & *de Nuptiis, & Concupiscentia* lib. 1. cap. 9. de *Doctrina Christiana* lib. 3. cap. 12. & lib. 16. de *Civit. Dei*, c. 38. n. 3.

(d) *Et occiderent homines.* = Et hoc antiquae Legis Patriarchis improperabant: quod nec in regiminis suprema auctoritate constituti, homines perderent. De Mose autem loquebantor. Lib. 22. contra Faustum Manich. cap. 69., & 70. „ Hunc itaque talem, ac tantum virum „ absit a nobis ut ex maledico Fausti ore pensemus: sed ex ore plane veridici Dei, qui veraciter hominem, quem „ fecerat, noverat: quandoquidem etiam „ peccata hominum, quae ipse non facit, & in diffitentibus ut iudex agnoscit, & in confitentibus ut pater ignoscit. Ex ore omnino eius Moysen servum eius & amamus, & admiramur, „ & quantum possumus imitamur, cum „ simus longe illius meritis inferiores, „ etiam nullo Aegyptio vel occiso, vel „ expoliato, nullo bello gesto, quorum „ ille aliud futuri indole defensoris, alia imposito imperio Dei fecit. Ut „ interim omittam quo cum percussisset Aegyptium, quamquam illi Deus „ non praeceperit, in persona tamen „ prophetica ad hoc divinitus fieri permissum est, ut futurum aliquid praesignaret: unde nunc non ago, sed „ omnino tamquam nihil significaverint „ facta illa discutio: consultaque illa „ aeterna lege, reperio non debuisse hominem ab illo, qui nullam ordinatam potestatem gerebat, quamvis in- „ iuriosum, & improbum occidi &c „

Pie suspicantur nonnulli, Mosem Spiritus-Sancti aut impulsu, aut illustratione Aegyptium peremisse: quo quidem dato, ab omni ille culpa eximitur. A qua opinione Augustinus senior non prorsus abhorruit: in Quaestionibus enim in Exodum, quas circa an. 419. agitavit (scripsit autem contra Faustum circa an. 400.) recolens idem dubium, confirmansque solutionem Fausto datam, addit quanquam dubie, atque subtimide: *Tamen sicut Stephanus dixit* (1) *in Actibus Apostolorum, putabat intelligere fra-*

(1) Act. 18. 25.

fratres suos, quod per eum Deus daret illis salutem: ut per hoc testimonium videatur Moyses iam divinitus admonitus (quod Scriptura ea loca tacet) hoc audere potuisse lib. 2. q. 2.

(*e*) *Et sacrificarent de animalibus.* = Sic hoc prioris Foederis populis obiiciebant Manichaei; indeque Catholicos eiusdem Foederis adoratores, sacrificiorum, superstitionis, idololatriae haeredes aut censebant, aut appellabant. Lib. 6. contra Faustum, cap. 5. „ Et audetis tamen
„ etiam sacrificia testamenti veteris exe-
„ crari, & idololatriam nominare: &
„ in huiusmodi sacrilegium nos quoque
„ sociare. Unde pro nobis prius respon-
„ demus, sic illa iam non esse in operi-
„ bus nostris, ut ea tamen in mysteriis
„ divinarum Scripturarum ad intelligen-
„ da quae his praenuntiata sunt ample-
„ ctamur, quia & ipsa figurae nostrae
„ fuerunt &c.] Lib. 1. contra Adversarium Legis, & Prophetarum, cap. 18. & 19. „ Isti autem vaniloqui reprehen-
„ sores veteris testamenti, etiamsi cete-
„ ra, quae commemoravi de hoc Psal-
„ mo minus intelligunt, sufficiat eis quan-
„ tum ad praesentem quaestionem adti-
„ net, quia Deus Prophetarum, qui
„ Deus est etiam Apostolorum, non man-
„ ducat taurorum carnes, nec sanguinem
„ potat hircorum. Talem quippe eum
„ noverant sancti, qui pleni eius spiritu
„ ista dicebant. Unde illud, quod Da-
„ vid obtulit ut populo parceretur,
„ umbra erat futuri &c.] Eamdem rem agit lib. 20. contra Faustum, cap. 18. & 21. lib. 22. cap 22. lib. 7. Quaestionum in Iudices, q. 49. In cap. 2. Ioan. Tract. 10. n. 4. lib. Q.Q. 83. q. 49. lib. 10. de Civit. Dei, cap. 5. & alibi frequenter.

(*f*) *Quia non noveram malum non esse, nisi &c.* = Huius rei ignorantia, ut diximus litt. A. maxime a Manichaeis capiebantur nonnulli. A Manichaeorum autem insomniis emersus Augustinus, malum nonnisi boni privationem esse subito vidit, & tam frequenter edocuit, ut vel in his Confessionibus aut manifeste, aut oblique centies habeatur. Recole interim cap. 8. lib. 2. quaeve diximus ibi litt. A. Lib. autem contra Epist. Manichaei, quam *Fundamenti* dicunt, cap. 35. tam ample, tam bene, tam opportunis, doctisque exemplis malum quodcumque boni privationem, vel corruptionem esse exponit, probatque, nun ut pigeat integrum, quanquam fusiorem sermonem transcribere: n. 39. „ Quis enim dubitet to-
„ tum illud, quod dicitur malum, nihil
„ esse aliud, quam corruptionem? Pos-
„ sunt quidem aliis, atque aliis vocabu-
„ lis alia atque alia mala nominari: sed
„ quod omnium rerum malum sit, in
„ quibus mali aliquid animadverti po-
„ test, corruptio est. Sed corruptio pe-
„ ritae animae imperitia vocatur: cor-
„ ruptio prudentis imprudentia: cor-
„ ruptio iustae iniustitia: corruptio for-
„ tis ignavia: corruptio quietae, atque
„ tranquillae, cupiditas, vel metus, vel
„ tristitia, vel iactantia. Deinde in cor-
„ pore animato corruptio sanitatis do-
„ lor, & morbus: corruptio virium las-
„ situdo corruptio: quietis labor. Deinde in
„ ipso solo corpore corruptio pulcritudinis
„ foeditas: corruptio rectitudinis pravi-
„ tas: corruptio ordinis perversitas: cor-
„ ruptio integritatis discissio, aut fra-
„ ctura, aut diminutio. Longum est,
„ & difficile & harum rerum, quas com-
„ memoravi, & aliarum innumerabilium
„ omnes corruptiones nominatim enun-
„ tiare, cum etiam multae, quae dicun-
„ tur in corpore, possint & in anima
„ dici, & innumerabilia sint, in quibus
„ propria vocabula corruptio teneat. Ve-
„ rumtamen videre iam facile est, nihil
„ nocere corruptionem, nisi quod labe-
„ facit naturalem statum: & ideo eam
„ non esse naturam, sed contra natu-
„ ram. Quod si non invenitur in rebus
„ malum, nisi corruptio, & corruptio
„ non est natura: nulla utique natura
„ malum est. „

(*g*) *Et recte in Scripturis diceremur &c.* = Ita Er. & B. B. qui in *Syllaba codicum, ad quas de novo &c.* admunent. „ Editi, *& si recte*. At MSS.
„ *& recte in &c.* praetermisso, *si*, nec
„ minus bene.] Quin immo non, *nec minus bene*: sed omnino melius; Utraque enim pars sententiae, *quid in nobis esset &c.* &, *recte crederemus &c.* vadit in idem, ut patet; quid ergo addere, *si*, quasi quidquam diversum diceretur? Est enim integer sensus: Prorsus ignorabam non corpore, sed anima nos similes esse Deo, & ad eius imaginem factos. At praetermittunt, *si*, etiam Ver. Am. 3. MSS. S. Cr. Ricar. & Car. Ubi B. B. Vet. Lov. Som. Ricar. MSS. 3. S. Cr. Car. *& nos, ex lege rectissima*: MSS. 4. (probe B. B. iudicio) *lectissima*. Am. vero, Er. & Ricar. in textu, *iustissima*.

Antiquae legis iustos iniquos Manichaeos ad iudicium deducentes, vocat infra, *iudicantes ex humano die*: ad illud Pauli adludens, 1. Cor. 4. 3. *Mihi pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut*

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

ab humana die : hoc est a iudicantibus humano; humanum autem iudicium falsitati maxime obnoxium est: *Omnis homo mendax*. Psal. 115. 5. *Mendaces filii hominum in stateris suis*. 61. 10. Hic autem, ut videtur, humanum diem Augustinus pro iudicio ponit, quod exteriora tantummodo, non secretiora arcana: non temporum non populorum diversas rationes attendit.

(*b*) *Quae praecepit, & nulla ex parte variari*. = Ita Benedictini, qui habent in margine. „ Apud Lov. additur, *Deus*; sed ea vox abest a MSS. „ & plerisque editis: quia quae hic laudatur Iustitia non est alia ab ipso „ Deo, qui praecepit. „

Optime: neque enim determinata iustitia, sed indefinita, & abstracta hic laudatur. Maxime quoniam super iustitiam, velut unicam basim totus hic sermo vertitur: non est ergo cur, *Deus*, addens divertat. Car. ex MSS. Med. duo nobis, duo Lov. favent.

Ad illud n. 2. *Numquid iustitia varia est, & mutabilis*? ita balbutit *Pherepontus*. „ Haec accuratius excussit Augustinus in Libris contra Manichaeos, „ qui adeundi ab iis, qui responsum hoc „ probe intelligere cupiunt. Collecti sunt „ ii Libri in unum corpus Tom. VIII. „

Pherepae Commentatorem vigilantissimum, nimis in Augustini immensis scriptis versatum! Iam vero te scribente, arcanum inspeximus, quod tuo suspenso calamo, vix longis studiis vidisse eius. Duo nempe a te didicimus; Augustinum contra Manichaeos scripsisse; Et in eis scriptis accuratius eorum quaestiones excutere. Primum nec textores, ac textrices latet; Alterum etiam bubo advertisset.

Scilicet quum Augustinus non unam, alteramve pagellam, sed ingentia volumina, & quidem disparata contra Manichaeos scripserit: cupiebamus ut *Pherepontus* determinatum caput, vel specialem paginam nobis insinuaret, ubi Augustinus difficultatem illam excutiat; neque enim pro concepta uno immensa excurrere volumina expedit.

Ceterum his, quae hic habet Augustinus iis, quae ex aliis eius scriptis protulimus, & observabimus in sequentibus iunctis, in bona luce positum arbitramur illud, iustitiam vertigini minime subesse, etsi pro variis temporum, populorumque rationibus diversae leges condantur.

C A P U T VIII.

A R G U M E N T U M.

Illa in tuto posita, quae naturae omnino conformia sunt, perenni, constantissima lege praecipi, quae difformia eadem constantia inhiberi; Docte ostendit, quae hominum placita, Civitatumque, & Regnorum statuta concernunt, valide, & honeste, maxime Divino adcedente oraculo, vicissitudinem pati. Inde a puncto nonnihil divertens, duo peccatorum genera ponit, eorumque fontes recludit.

I. 
Umquid aliquando, aut alicubi, iniustum est diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & diligere proximum tanquam seipsum (1)? Itaque flagitia, quae sunt contra naturam, ubique (*a*) ac semper detestanda atque punienda sunt, qualia Sodomitarum fuerunt (2). Quae si omnes gentes facerent, eodem criminis reatu divina Lege tenerentur: quae non sic fecit homines, ut se illo uterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quae cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ille auctor est, libidinis perversitate polluitur. Quae autem contra mores hominum sunt flagitia, pro-

(1) Deut. 6. 5. Matth. 22. 37. (2) Gen. 19. 24.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. 1. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

pro morum diverſitate vitanda ſunt, ut pactum inter ſe civitatis aut gentis, conſuetudine vel lege firmatum, nulla civis aut peregrini libidine violetur (*b*). Turpis enim omnis pars eſt ſuo univerſo non congruens. Cum autem Deus aliquid contra morem aut pactum quorumlibet iubet: & ſi numquam ibi factum eſt, faciendum eſt; & ſi omiſſum inſtaurandum; & ſi inſtitutum non erat, inſtituendum eſt. Si enim regi licet in civitate, cui regnat, iubere aliquid, quod neque ante illum quiſquam, nec ipſe unquam iuſſerat: & non contra ſocietatem civitatis ei obtemperatur; immo contra ſocietatem non obtemperatur: Generale quippe pactum eſt ſocietatis humanae obedire regibus ſuis: quanto magis Deo regnatori univerſae creaturae ſuae, ad ea quae iuſſerit, ſine dubitatione ſerviendum eſt? Sicut enim in poteſtatibus ſocietatis humanae (*c*) maior poteſtas minori ad obediendum praeponitur, ita Deus omnibus.

II. Item in facinoribus, ubi libido eſt nocendi, ſive per contumeliam, ſive per iniuriam, & utrumque vel ulciſcendi cauſſa, ſicut inimico inimicus: vel adipiſcendi alicuius extra commodi, ſicut latro viatori; vel evitandi mali, ſicut ei qui timetur; vel invidendo, ſicut feliciori miſerior; aut in aliquo proſperatus ei, quem ſibi aequari timet, aut aequalem dolet; vel ſola voluptate alieni mali, ſicut ſpectatores gladiatorum, aut irriſores, aut illuſores quorumlibet; Haec ſunt capita iniquitatis, quae pullulant principandi, & ſpectandi, & ſentiendi libidine (*d*): aut una, aut duabus earum, aut ſimul omnibus; Et vivitur male adverſus tria & ſeptem (*e*), pſalterium decem chordarum, decalogum tuum, Deus altiſſime & dulciſſime. Sed quae flagitia in te, qui non corrumperis (*f*)? Aut quae adverſus te facinora, cui noceri non poteſt? Sed hoc vindicas, quod in ſe homines perpetrant; quia etiam cum in te peccant, impie faciunt in animam ſuam, & mentitur iniquitas ſibi (1), ſive corrumpendo aut pervertendo naturam ſuam, quam tu feciſti & ordinaſti: vel immoderate utendo conceſſis rebus: vel in non conceſſa flagrando in eum uſum qui eſt contra naturam; aut rei tenentur, animo & verbis ſaevientes adverſus te, & (2) adverſus ſtimulum calcitrantes (*g*): aut cum diſruptis limitibus humanae ſocietatis, laetantur audaces privatis conciliationibus aut diremptionibus prout quidque delectaverit, aut offenderit. Et ea fiunt, cum tu derelinqueris fons vitae (*h*), qui es unus, & verus Creator, & Rector univerſitatis: & privata ſuperbia diligitur in parte unum falſum. Itaque pietate humili reditur in te, & purgas nos a conſuetudine mala, & propitius es peccatis confitentium, & exaudis gemitus compeditorum (3), & ſolvis a vinculis, quae nobis fecimus: ſi iam non erigamus adverſus te cornua falſae libertatis (*i*), avaritia plus habendi, & damno totum amittendi: amplius amando proprium noſtrum, quam te omnium bonum.

(*a*) *Itaque flagitia, quae ſunt contra naturam, ubique &c.* = Ita Doctores omnes, ac totus orbis. Inſtituta *de iure naturali gentium, & civil. §. ſed naturali*. Et Ius Canonicum *diſtinct.* 5. *cap. haec quae*.

Sed principium hoc vergi in Auguſtinum ipſum videtur; uxorum enim plu-

(1) Pſal. 26. 12.
(2) Rom. 2. 26.
(3) Pſal. 101. 21.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

pluralitas, quam in antiquis Patribus laudare, aut defendere heic vult, naturae opponitur: unde fidissimus eius discipulus S. Thomas Aquinas 3. p. q. 90. alias, 59. ar. 3. ad 4. „ Habere plures uxores est contra legem naturae, coi etiam infideles sunt astricti, & ideo non est verum matrimonium infidelis nisi cum illa, cum qua primo contraxit, unde si ipse eum omnibos suis convertatur, potest cum prima commanere, & alios debet abiicere. „

Dicimus tamen ex communi Theologorum doctrina; Alia omnino, primoque naturae opponi: alia non ita proprie, sed velut sequela, vel, ut Schola loquitur, secundorio. Prima in nulla prorsus hypothesi licita fieri possont: bene vero posteriora oraculo divino adcedente; De priori modo oppositis loqoitur hic Augustinus; uxorum pluralitas autem altera imperfecta ratione repugnat. Audi ipsum S. Thomam in additionibus ad 3. p. q. 65. art. 2. in corp. docte sic differentem „ Dicendum quod sicut ex dictis patet pluralitas uxorum esse dicitur contra legem naturae, non quantum ad prima praecepta eius, sed quantum ad secunda, quae quasi conclusiones a primis praeceptis derivantor. Sed qoia & actus humanos variari oportet secundum diversas conditiones personarum, & temporum, & aliarum circumstantiarum, ideo conditiones praedictae a primis legis naturae praeceptis non procedunt, ot semper efficaciam habentes, sed in maiori parte, talis est enim tota materia moralis, ut patet per Philosophom in (1) lib. Ethic. Et ideo ubi eorum efficacia deficit, licite ea praetermitti possont. Sed quia non est facile determinare huiosmodi varietates, ideo illi, ex euios auctoritate lex efficaciam habet, reservantor, ut licentiam praebeant legem praetermittendi in illis casibus, ad quos legis efficacia non extendere se debet, & talis licentia dispensatio dicitur. Lex autem de unitate uxoris non est humanitus, sed divinitus instituta; nec unqoam aut verbis, aot litteris tradita; sed cordi impressa, sicut & alia, quae ad legem naturae qualitercomqoe pertinent; & ideo in hoc a solo Deo dispensatio fieri potuit per ispirationem internam &c.]

Cumqoe idem Angelicus primo loco illud Philosophi Ethic. 5. c. 7. *Ius naturale semper, & ubique habet naturalem potentiam eamdem*, sibi obiecisset, respondet „ Ius naturale semper, & ubiqoe quantum est de se habet eamdem potentiam: sed per accidens propter aliqood impedimentum quandoque, & alicubi potest variari; sicut ibi Philosophus exemplum ponit de aliis rebos naturalibus. Semper enim, & ubique dextra est melior quam sinistra secundom naturam, sed per aliqood accidens contingit aliqoem esse ambidestrum, quia natura nostra variabilis est, & similiter etiam de naturali iusto, ut ibidem Philosophus dicit.] Si plura ex eodem desideras circa hoc argumentum, vide integrum laudatum articulom, & praecedentem.

(b) *Nulla civis, aut peregrini libidine violetur.* = Huncce integrum numerom primum a verbis illis: *quae autem contra* &c usquo ad alia: *ita Deus omnibus*, inclosive exscribit Gratianus 1. p. Decreti, distinct. 8. cap. vel paragr. cui titulus *Adversus naturale ius nulli quicquam agere licet.*

Qoanquam ibi mendose dicatur: *Et si non est contra societatem Civitatis eius, obtemperatur ei.* Perperam enim, & cootra omnium codicum fidem particula, *si*, & verbum, *est*, addita sunt. Tota quippe sententia particula *si* periodi initio posita regitur; Et vult S. D. humanam societatem haud laedi observatione Divinae legis, qoae hominum placitis minime consona sit: quo pacto nec observatione eius, quae a mundano principe lata est, violatur; onde mox addit: *immo contra societatem non obtemperatur*; adeoque male omnino ponitur verbum *est*, tenendaque omnium codicum lectio: *Et non contra societatem Civitatis eius obtemperatur ei.*

Quo quide genuina lectione restituta, otiosa est glossa in Decreti margine posita, & proxime sequentia verba respiciens, utpote qoae nonnisi id habeat, quod aperte textus ipse statuit; est enim ea glossa „ *Q. d. non est contra pactum humanae societatis ei obtemperare: immo secundum pactum, quia in omni pacto semper intelligitur excepta maioris auctoritas, et extra de iureiurando. venientes.*

Sed iam ad rem nostram veniamus. Ex transcripta Augustini sententia Theolo-

(1) Lib. 1. c. 3. in princip. & c. 7. circa finem.

A. Ch. 373. Aug. 29. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

logorom, & Canoniſtarum potiſſima porrio infert, vel potiua firmat, etiam peregrinos eius civitatis teneri legibua, ad quam adcedunt. Ita quidem indefinite. At iuxta varias hypotheſes, Auguſtini ſententia io multas partes detorcta, dividuntur etiam Scriptores. De qoa re compendio quidquam dicendum eſt.

I. Conveniunt omnes peregrinum civitatis, ad quam adcedit, teneri legibus, qoibos etiam ſuae patriae cives tenentur.

II. Item ſi communes ſint, quamqoam oppoſita ſuorum concivium conſuetudine abrogatae.

III. Pariter ſi leges ſint in materia contractuum.

IV. Si civitatis commodum, & quietem intueantur; quales ſunt, de non ferendis armis, de arcendis obſcenis fabulis, de mercium pretio &c.

V. De ſubeunda poena pro delicto ibi patrato.

VI. Conveniunt etiam teneri ad quamcunque legem eos, qui civitatem adcedunt animo ibi manſionem figendi.

VII. Eos etiam, qui inſigni anni parte manſuri ſunt, ot ſcholares, ſamuli &c.

VIII. Vagos etiam, quorum com nulla ſit certa ſedes, quilibet locus patria eſt.

IX. Et tandem fatentur omnes a oulla peregrinom excipi lege, coiua fractione populi rumor, vel ſcandalum immineret.

Hypoteſibos hiſce ſoblatis Theologi morales nonnulli, quos landant, &, quamvis nonnibil ſubtimide, ſequuntur Salmanticenſes noſtri morales tom. 3. tract. 11. de legibus cap. 3. poncto 5. docent odioſis civitatis, ad quam adcedunt, legibus peregrinos haud teneri; aiontque Auguſtinom in ultima hypotheſi loquunrum: quum ſcilicet legis fractio populi ſcandalum, vel rumorem parere poſſet.

Nos tamen oppoſitam ſententiam, quam magnus Doctorum chorus tuetur longe probabiliorem habemus.

Primo enim: Auguſtini ſententia adeo ampla eſt, & tam docto ſermone firmata, ot minus decenter, & commode verti queat, & hypotheſi una finiri.

II. Lex ſuae civitatis recti ordinis, ſalubriſque regiminis bonum iotuetur; male autem hospes civitatis, a qua non repellitur, bonum deturbat.

III. Secedens a patria, ab eius ſe legibus eximit; nullis ergo municipalibus ſubiicietur, ſi nec eis teneatur, ad quas adcedit.

IV. Iuris utriuſque, & naturalis rationis principium eſt, Commodum ſentientem, & incommodo ſubiiciendom; ſi igitur Galliam puta adcedens, Italico gravamine liberatur, Gallicanae legis incommodum ſubeat oportet.

V. Turpis eſt, ut Auguſtinus inquit, omnis pars ſuo univerſo non congruens, peregrinus autem eo tempore, quo in aliena civitate commoratur, eius pars eſt, quandoquidem bonis, privilegiiſque eius utitor, ergo &c.

Ceterum teneri indefinite peregrinos eius civitatis legibus, ad quam adcedunt, tradit S. Doctor luculenter etiam lib. 1. ſeu Epiſt. 54. (Alias, 118.) ad Inquiſitiones Ianuarii (1), ab initio cap. 2. ubi. „ Alia vero, quae per loca „ terrarum, regionesque variantur, ſicuti eſt quod alii ieiunant ſabbato, alii „ non, alii quotidie communicant corpori, & ſanguini Domini, alii certis diebus accipiunt; alibi nullus dies practermittitur, quo non offeratur, alibi ſabbato tantum, & Dominico, alibi tantum Dominico; & ſi quid aliud huiuſmodi animadverti poteſt, totum „ hoc genus rerum liberas habet obſervationes: nec diſciplina ulla eſt in „ his melior gravi prodentique chriſtiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit eccleſiam, ad quam forte „ devenerit. Qood enim neque contra „ fidem, neque contra bonos mores „ eſſe convincitur (2) indifferenter eſt „ habendum, & propter eorum, inter „ quos vivitur ſocietatem ſervandum eſt. „ Credo te aliquando a me audiſſe, ſed „ tamen etiam nunc commemoro. Mater mea Mediolanum me conſecuta „ invenit eccleſiam ſabbato non ieiunantem, ceperat perturbari, & fluctuare „ quid ageret: com ego talia non curabam, ſed propter ipſam conſului de „ hac re beatiſſimae memoriae virum „ Ambroſium; reſpondit mibi nihil ſe „ docere me poſſe, niſi quod ipſe faceret, qoia ſi melius noſſet, id potius „ obſervaret. Comque ego putaſſem, „ nulla reddita ratione, auctoritate ſola „ ſua nos voluiſſe admonere ne ſabbato „ ieiu-

(1) In MS. Floriacenſi inſcribitur, ad Ianuarium Notarium cui ſuffragatur unus Sorbon.

(2) Sic BB. cum MSS. pleriſque. At editi, contra bonos mores iniungitur.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dem. VII. Valentin. & Valer. X.

„ ieiunaremus, subsecutus est, & ait mi„ hi: *Cum Romam venio, ieiuno sabba„ to: cum hic sum, non ieiuno. Sic etiam „ tu, ad quam forte ecclesiam veneris, „ eius morem serva, si cuiquam non vis „ esse scandalo, nec quemquam tibi*. Hoc „ cum matri renuntiassem, libenter am„ plexa est. Ego vero de hac sententia „ etiam atque etiam cogitans, ita semper „ habui, tamquam eam caelesti oraculo „ acceperim. Sensi enim saepe do„ lens, & gemens &c.] Gravissima sententia huiusmodi refertur in cap. *illa*, distinct. 20. Ex eaque glossa versiculos illos ortos testatur,

Cum fueris Romae, romano vivito more.
Cum fueris alibi, vivito sicut ibi (1).

(c) *Sicut enim in potestatibus societatis humanae &c.* = Glossa laudati decreti Gratiani haec verba adtendens, sic obiicit *Ergo magis obedit Monachus Episcopo, quam Abbati: quod falsum est, ut 58. distin. c. 1. & 2. sed de hoc dic ut no. 11. q. 3. qui resistit.*

Minus graviter profecto, ne dicam ridicule. Quanquam enim Episcopus Abbate absolute longe dignior sit: non tamen maior potestas est per respectum ad Monachos in rebus domesticis, ordinariique regiminis. Non est autem potestas absolute, sed iuxta suum respectum pensanda.

Ceterum Augustini sententia formaliter, ut debet, excepta nec a delira unu in controversiam adduci potest. Priori Provincialem, huic Generalem, omnibus autem Romanum Pontificem praefero,

Perperam etiam glossa ea Augustini verba, a Gratiano adsumta: *Pro morum diversitate*, ad adversitatem inflectit: *Idest adversitate loci. Diversitate* enim habent codices omnes; quibus manifesta ratio suffragatur: Volunt enim Augustinus, & Gratianus qui fere totius iuris ore loquitur, in iis, quae nec naturae, nec Dei lege stabilita sunt, hominem docilem esse, flexilemque ad regionum, in quibus vivit, diversos mores.

(d) *Haec sunt capita iniquitatis, quae pullulant principandi, & spectandi, & sentiendi libidine.* = Idest *superbia, concupiscentia oculorum, & concupiscentia carnis*; ample edisserens quod Ioannes Apost. Epist. 1. c. 2. v. 16. compendio docuerat, dicens: *Quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae.*

Bernardus Indrizzoli *sentiendi libidinem* patientiae, vel mansuetudinis defectum, indolem quae facile pungatur, pronaque sit ad querelas intellexit: *Dall' avidità di dominare, di guardare, di risentirsi*. Quam oscitanter liquet ex dictis,

Qui etiam quod supra Augustinus dixerat: *Sicut enim in potestatibus societatis humanae maior potestas minori ad obediendum praeponitur &c.* Sic vertit: *Siccome ne gradi della società umana la superior podestà debbe ubbidirsi dalla inferiore &c.* Minorem potestatem maioris praeceptis obsequi debere verum est, At non id ibi Augustinus docet: sed maioris praecepta iis, quae minoris sunt praeferenda esse, ut ex dictis praeced. nota patet,

(e) *Et vivitur male adversus tria & septem &c.* = In tria, & septem, Decalogi praecepta decem dividit, quia tria Deum, septem proximum intuentur. Serm. 9. de Scripturis, *de decem Chordis* (Alias, 95. de Tempore) cap. 5. initio: *Decalogus enim Legis decem praecepta habet: quae decem praecepta sic sunt distributa, ut tria pertineant ad Deum, septem pertineant ad homines.* Quod docet etiam lib. 15. contra Faustum, cap. 4. sub finem, & cap. 7. post initium. Fuse autem de Decalogi, seu decem praeceptorum ordine, ac distributione agit Serm. 250. de tempore, in diebus Paschalibus 21. (Alias, 22. ex Vignerianis) n. 3. Fusius insuper per allegoriam ad decem plagas Aegypti Sermonis octavi fragmento eiusdem 1. classis de Scripturis. Sed pressius ad rem praesentem lib. 2. Q. Q. in Exodum, q. 71.

Decalogum autem chordarum decem Psalterio signari docet S. Doctor in Psal, 32. Enarr. 1. ad illud, *In psalterio* decachordo (Nostra Vulgata *decem chordarum*) *psallite ei*. In eumdem Psal. Enarr. 2. n. 6. initio. In Psal. 91. n. 5. In Psal. 143. n. 16. Serm. 9. de Decem chordis, c. 5. n. 6. lib. 2. de Doctrina Christiana, c. 16. n. 26.

(f) *Sed quae flagitia in te, qui non corrumperis? Aut quae &c.* = Quid flagitium, facinusque sint, & quomodo distinguantur ipse Augustinus alibi exponit. Lib. 3. de Doctrina Christiana, cap. 10. sub finem. „ Quod autem agit in„ domita cupiditas ad corrumpendum ani„ mum, & corpus suum, Flagitium vo„ ca-

(1) Vide infra l. 6. c. 2. H.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

„ catur. Quod autem agit, ut alteri no„ ceat, facinus dicitur. Et haec sunt „ duo genera omnium peccatorum; sed „ flagitia priora sunt. Quae cum exina„ niverint animum, & ad quamdam ege„ statem perduxerint, in facinora prosi„ litur, quo removeantur impedimenta „ flagitiorum, aut adiumenta quaerantur] Lib. Expositionis quarumdam propositionum, ex Epist. ad Rom c. 6. „ Quod „ autem demum dicit; *tradidit* (1) *il*„ *los Deus in reprobum mentem &c. re*„ *pletos*, ait, *omni iniquitate*, datur in„ telligi ad nocendum pertinere ista, „ quae nunc dicit, idest facinora. Su„ perius autem dicebat de corruptelis, „ quae flagitia nominantur, ex quibus „ ad facinura pervenitur: quoniam quis„ que perniciosam dulcedinem flagitio„ rum sequens, dum impedientes perso„ nas removere conatur, pergit in faci„ nus. Sic distinctus est etiam ille locus „ in Sapientia Salomonis, ubi cum enu„ merasset superiora flagitia, ait: *cir*„ *cumveniamus* (2) *pauperem iustum, quo*„ *niam inutilis est nobis &c.*] Vide etiam infra lib. 4. c. 15. & lib. de Fide, & Operibus c. 10. n. 16.

In Deo igitur nulla flagitia, quia nullo modo corrumpi potest. Nec in Deum facinora, quia ei noceri non potest vere. *Si peccaveris, quid ei nocebis? &c.* Iob. 35. 6. *Non accedet ad te malum &c.* Psal. 90. 10. licet quamsaepe noccatur adfectu.

Cum flagitium, & facinus sint duo peccatorum ordines, in deteriorem partem vulgo accipiuntur: quasi flagitium nonnisi de mala voluptate, quae lethalis sit, facinusque de simili gravi damno dicantur. Unde non immerito glossa Gratiani ad illa verba, *quae contra mores hominum sunt flagitia*, admonet: *Idest, quasi flagitia* 32. q. 7. *flagitia*. Quanquam nonnihil superflue pro illa voce, *mores*, addat, *bonos*; cum id sese pateat: monueritque Augustinus ante, contra naturam praescriptionem dari non posse; & addat inde, Dei praecepta humanis quibuscunque legibus praeferenda: cedereque humanas inter minorem potestatem maiori.

(g) *Animo, & verbis &c. & adversus stimulum calcitrantes.* = Sicut Paulus adversus Iesum saeviebat, cui dictum est Actor. 9. 5. *Durum est tibi contra stimulum calcitrare*. Metaphorica expressio a bobus desumta, qui dum stimulo punguntur, calcitrantes, non pungentem, sed semetipsos laedunt. Sic peccatores animo, aut verbis adversus Deum saevientes, calcitrant contra stimulum, hoc est, non Deo, sed semetipsis nocent. Sic vero Augustinus quod paulo ante dixerat, firmat exponitque: *quae adversus te facinora, cui noceri non potest? Sed &c.*

Quanquam ea metaphora Saulum alia ratione redargutum opinamur: quod scilicet quemadmodum frustra contra fortissimum stimulum boves recalcitrant, debentque omnino pungentis iussa sequi; sic ipsi durum esset, & maxime arduum tot gratiis, tot vocationibus, maxime ultimae omnium validissimae reluctari, & non Synagoga contenta, ad Ecclesiam confugere.

(h) *Et ea fiunt, cum tu derelinqueris fons vitae.* = Ad illud Ieremiae 2. 13. adludit: *Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquae vivae, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas.* Et merito quidem, non enim est lethale peccatum, quo non avertatur creatura a fonte vitae, incommutabili bono. Cum autem Deus *sit unus, & verus creator, & rector universitatis*: qui peccato ab eo avertitur, fatue proprio bono inhiat: & sic suiipsius idolum *privata superbia diligit in parte unum falsum*.

Eo autem, quod addit: *exaudis gemitus compeditorum, & solvis a vinculis &c.* ad illud Psal. 101. 21. adludit: *Ut audiret gemitus compeditorum, ut solveret filios interemtorum*. Quod habetur & Psal. 78. 11.

(i) *Si iam non erigamus adversus te cornua falsae libertatis.* = Pervicacem peccatorem divinis vocationibus resistentem indomito comparat tauro, qui cornibus hominem fugat, qui naturali quadam clementia motus, a laqueis, in quae sua culpa impegerat, soluturus advenit.

Falsae libertatis haec cornua appellat, tum generali ratione lib. 2. cap. 6. S. expensa, quod nempe peccare posse non tam libertas sit, quam libertatis defectus; tum ratione speciali, quia taurus ille (per similitudinem obstinatus peccator) cornibus non sibi libertatem parit, sed libertatis viam demit.

Tendunt autem falsae libertatis cornua peccatores *avaritia plus habendi, ac totum amittunt*: quomodo infelices Iudaei,

(1) Rom. 1. 28.

(2) Sap. 2. 12.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

daei, de quibus S. D. Tract. 49. in Ioan. sub finem, idest n. 26. ad v. 48. c. 11. *Temporalia perdere timuerunt, & vitam aeternam non cogitaverunt, & sic utramque amiserunt. Nam & Romani post Domini passionem, & glorificationem &c.*

Videlicet peccator quilibet totum, cum nimis ambit, perdit: idest animam, & corpus, utrumque aeterna gloria defraudans, & igni sempiterno destinans.

CAPUT IX.

ARGUMENTUM.

Gravis peccati latis designatis cardinibus: interpositos nunc minimos scopulos retegit, in quos etiam mediae pietatis, & religionis animae facile impingunt; nec non facta quaedam absolute quidem honesta, at flagitiis, facinoribusque simillima. Inde ad altum Dei, fallaxque hominis iudicium divertens, varias esse, diversas, & oppositas quam saepe eorum sententias infert. Eo concludens monito, nedum humanis quibuscunque, sed & Divinis antiquis posthabitis legibus, novis Dei praeceptis obtemperandum.



Sed inter flagitia & facinora, & tam multas iniquitates, sunt peccata proficientium (*a*), quae a bene iudicantibus & vituperantur ex regula perfectionis, & laudantur spe frugis, sicut herba segetis. Et sunt quaedam similia vel flagitio, vel facinori, & non sunt peccata (*b*): quia nec te offendunt Dominum Deum nostrum, nec sociale consortium; cum concilientur aliqua in usum vitae congrua tempori, & incertum est, an libidine habendi; aut puniuntur corrigendi studio potestate ordinata, & incertum est, an libidine nocendi. Multa itaque facta, quae hominibus improbanda viderentur (*c*), testimonio tuo adprobata sunt: & multa laudata ab hominibus, te teste damnantur: cum saepe se aliter habet species facti, & aliter facientis animus, atque articulus occulti temporis. Cum vero tu aliquid repente inusitatum & improvisum imperas, etiamsi hoc aliquando vetuisti, quamvis caussam imperii tui pro tempore occultes: & quamvis contra pactum sit aliquorum hominum societatis, quis dubitet esse faciendum; quando ea iusta est societas hominum, quae servit tibi? Sed beati, qui te imperasse sciunt (*d*). Fiunt enim omnia a servientibus tibi, vel ad exhibendum quod ad praesens opus est, vel ad futura praenuntianda.

(*a*) *Sunt peccata proficientium.* = Henricus Wangnereck ita hunc locum exponit „ Imperfectiones, & negligen„ tiae, quae inter ipsum virtutis co„ natum subrepunt, & sicut herba se„ getis, etsi inutiliter luxurians, pro„ mittunt frugem, ac messem. Erran„ do enim discimus non solum artes, „ verum & virtutes, ideoque quoti„ die dicimus, *dimitte nobis debita no„ stra.* „

Idonea equidem observatio, quam tamen importunum exemplum turbat. Negligentiae, & similia non sunt luxuriantis, sed tepescentis inditia; nec frugem, messemque, sed potius caritatem, sterilitatem, & vacuum negotium promittunt. Maxime quoniam de illis proficientium peccatis loquitur Augustinus, quae aliqua spe laudantur: negligentiae autem nunquam, nulloque pacto laudem, semper omnique modo vituperationem consequuntur.

Ea igitur proficientium peccata sunt puta, fervor nonnihil imprudens, zelus excedens &c. Haec in sanctitatem luxuriant, haec spe frugis laudantur: adiecta enim experientia prudentiae matre, temperato-

que

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 42. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

que nimis aestuante zelo, confectum erit negotium: quo modo si feraci campo, mala avulsa herba, bona semina immittas, optimam segetem metes: si mirum in modum vegetanti viti substentaculum addas, & in plures dispersam palmites putes, copiosum suave merum gustabis.

(*b*) *Et sunt quaedam similia &c. & non sunt peccata.* = Nos instruens Manichaeos vellicat, prioris Foederis Sanctos de quibusdam aut flagitiis similibus, aut facinoribus accusantes. Simile flagitio fuit accessus Osee (1) ad mulierem fornicariam: Abrahae (2) ad ancillam: & universim uxorum pluralitas. Simile faciuori actio Abrahae, qua (3) volebat Isaccum filium mactare: Samsonisque (4) item nisus, quo magnam domum concutiens, seipsum oppressit: Israelitarum (5) ab Aegypto egressus auri, argenti, meliorumque vestium, fraude sublatorum copia stipatus: violenta terrae Chanaan usurpatio, pacificis possessoribus ferro, igne aut fugatis, aut interemtis. Adulterio quippe, fornicatione, nimioque concubitu peccator ipse corrumpitur. Homicidio autem, fraude, furto, rapina alteri nocet.

Sed haec flagitiis, facinoribusque similia Dei aut generali, aut peculiari, aut lege, aut praecepto, aut consilio, vel permissione honesta fuere. De accessu Oseae agit Augustinus lib. 22. contra Faustum, cap. 89. De accessu Abrahae lib. 2. contra Adversarium Legis, & Prophetar. cap. 9. n. 31. De 8. Dulcitii Quaestionibus, q. 7. n. 4. & lib. 16. de Civit. Dei, cap. 25. De uxorum pluralitate suo loco dictum est satis. De Abrahamo iamiam filium suum necante lib. 1. de Civit. Dei, cap. 21. lib. 1. contra Gaudentium Donatistarum Thamugadensem episcopum, cap. 31. n. 39. in fine. Serm. 2. de tentatione Abrahae a Deo (Alias, de Tempore 72.) cap. 1. in fine. lib. 3. Q. Q. in Leviticum q. 56. lib. 7. Q. Q. in Iudices, q. 49. n. 4. De Samsone lib. 1. contra Gaudentium Donatist. episc. cap. 31. n. 39. sub finem. & lib. 1. de Civit. Dei, cap. 21. & 26. Agit Augustinus de Samsonis morte & Serm. de Tempore Barbarico, cap. 4. At sermo ille eadit nonnihil ab Augustini phrasi, meritoque dubius habetur. De Aegyptiorum expoliatione lib. 22. contra Faustum, cap. 71. lib. Q. Q. 83. q. 53. n. 2. & in Psal. 104. ad v. 36. n. 28. Et tandem de Chananeae terrae possessione agit Augustinus lib. de Correct. Donatist. ad Bonifac. seu epist. 185. (Alias, 50.) n. 41. lib. 16. de Civit. Dei, cap. 21. & lib. 17. cap. 2. At potissimum Serm. 34. (Alias de Tempore 105.) eorum, qui t. 5. ad Appendicem reiecti sunt, sive Augustini, sive Caesarii, sivo alterius cuiuscunque sit: in eo enim a principio res ista petitur, & luculenter elucidatur.

(*c*) *Multa itaque facta, quae hominibus improbanda videntur &c.* = Hoc gravissimo Augustini monito censores, & Aristarchi, qui de proximorum conscientiis tam petulanter pronuntiant, magno suffundantur pudore, & quod divinis, humanisque rationibus maxime optamus, tandem aliquando conticescant. Nos autem duas inter partes ancipiti suspensoque diu haereamus iudicio, ne forte quasi innocentem agnum infestum lupum latis ulnis excipiamus: aut vero quasi lupum turpiter a nobis agnum fugemus.

Verum enim vero tot stulta, portentosa, monstruosa hominum iudicia observamus: tam turpiter humana, divinaque omnia permixta diebus nostris, inversa, confusa: tam a thronis deturbatos heroes, tam ad excelsa subsellia bubones evectos: tam laudatos malos, tam contemptos derisosque bonos; ut nedum in altis, secretisve, quae arcanum sapiunt: sed & in vulgaribus, atque facilibus quotidie occurrentibus homines quam saepe hallucinari, palpare ad tenebras, delirare, minime proficeri, & clamare dubitemus. Vide infra c. 12. 13.

Ceterum Deum secretiores rerum medullas intueri: hominem facile decipi, & caespitare: alia hominum, alia Dei esse iudicia contestantur quam saepe divinitus inspiratae Scripturae. Psal. 7. 10. Paralipom. l. 1. c. 28. v. 9. Isaiae c. 11. v. 3. & 4. Ioan. 7. 24. Psal. 61. 10. Psal. 115. v. 2. lib. 1. Reg. c. 16. v. 7.

Unde impio Iuda perdito, statuerunt reliqui Apostoli duos, quorum unus divino oraculo amissimum a Iuda thronum occuparet: *Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Mathiam.* Actor. 1. 23. Quis non dixisset singularem divi-

(1) Os. 1. 2.
(2) Gen. 16. 2. v. 2.
(3) Gen. 22. 2. v. 10.
(4) Iudic. 16. v. 30.
(5) Exod. 11. 2. v. 2. & 12. 2. v. 35.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 41. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

divinam sortem super Ioseph Iustitiae copia per antonomasiam Iustum appellatum casuram? Et tamen ut v. 26. proditur, obscuri nominis Mathias ille electos est, celeberrimo Iusto posthabito. At similium aenigmatum tum divinae, tum ecclesiasticae, & profanae historiae innumera exempla produnt.

(*d*) *Sed beati qui te imperasse sciunt.* = Quasi diceret; Haec quae usque modo expendimus, Deo nempe omni tempore, & quacunque in hypothesi cernua fronte, demissisque palpebris obtemperandum, quis nedom Catholicus, sed etiam sanae mentis Ethnicus inficiabitur? At beati qui Deum imperasse sciunt; neque enim quaestio, & difficultas est, quando Deo obtemperandum sit, sed utrum imperaverit Deus; familiaritas enim ista revelationis divinae fuit quodammodo Hebraeorum rara sors, & privilegium speciale: *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestavit eis*, Psal. 147. in fine. Quod quidem ad animarum instructionem admonet, ne quisque facile divinas revelationes iactet. Scimus enim infelices quosdam, & plures proprio spiritui fidentes teterrimos in scopulos, impegisse. Tu religiose Lector illud semper prae oculis habeas, Satan (1) haud raro se in lucis Angelum transformare, revelationes non quidem contemnas, sed non admodum cures, teneasve quam Theologi, Patres, Ecclesia tibi sternunt regiam, ac tutam viam.

Et haec quidem de animae ductu peculiari. Si autem de re dogmatica, & totius Ecclesiae doctrina agatur, de his novas revelationes haud dari, vel dandas constantissima est omnium Theologorum doctrina. Unde Paolus Galat. 1. v. 8., & 9. *Sed licet nos, aut Angelus de caelo evangelizet vobis praeter quam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut praediximus, & nunc iterum dico, Si quis vobis evangelizaverit praeter id quod accepistis, anathema sit.*

Noli decipi. Etiam praesentis temporis revelationes amplas profitemur, nollo determinato fine coarctandas; & de rebus ad peculiarem animarum doctum, & de spectantibus prorsus ad theologiam revelationes dari possunt; sed duo certa sunt; 1. Nullam huius temporis revelationem Ecclesiae iudicio comparari posse. 2. Nullam revelationem adeo quoad nos firmam esse, ut novum dogma, etiam antiquis minime oppositum, theologica fide tenendum regere, ac substentare possit.

Sic licet felicissima illa Virginia exemtio ab originali labe Birgittae, Geltrudi, Teresiae & mille aut viris, aut feminia sanctis reveletur: nisi aliquando tandem Ecclesiae iudicium accedat, nunquam erit certum dogma theologica fide tenendum. Quamvis particulares etiam revelationes, maxime Birgittae ad catholicum intellectum in piam sententiam flectendum non minimi ponderis iure meritoque censeantur. Et piissimae Catholicorum voces iam fere uno sono tam aequo privilegio illi plaudentes, non solis revelationibus innitantur.

Sed ad rem nostram redeamus. Eo, quod Augustinus addit, compendio firmat quod fuse non semel observaverat: duplici nempe ratione quaedam nobis vetita antiquis Patribus aot iussa fuisse, aut permissa: Vel propter emergentes tunc circumstantias; Vel ad futura praesignanda; vel propter utrumque. Sic ad multiplicandum Electum populum permissa fuit uxorum pluralitas. Ad praesignandam Christi mortem, qua adtritae sunt potestates tenebrarum, qoseve facta est Patris voluntate, Samson seipsum cum Philistaeis oppressit, & Abraham Isaccum filium voluit sacrificare. Ad duplicem populum, Electum, & reprobum; Ad vocationem gentium; Ad infidae terrae desolationem; Ad aeternum regnum electis conferendum; ad haec inquam adumbranda, ut summo compendio dicamus, Abraham & Sarae, & famulae Iunctus est; Osea ad mulierem fornicationis accessit; Israelitae exspoliaverunt Aegyptios: ac tandem in terram Chanaan lacte, & melle manantem ingressi sunt. De his omnibus fuse suis locis Augustinus.



CA-

(1) 2. Cor 11. 14.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 41. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

CAPUT X.

ARGUMENTUM.

Alta haec divina iudicia, quibus vetusti Foederis Patres honeste, ac sancte in portentosa quaedam flagitiis, vel facinoribus similia veniebant, ignorans, risu eosdem Augustinus excipiebat; ad eas etiam nugas ductus, ut decerptam ficum, matremque lacteis lacrymis plorare crederet: qua quidem ficu Electorum dentibus adtrita, & ventre purgata latentes Angeli, Deique particulae a vinculis expedirentur, & avolarent.



Aec ego nesciens, irridebam illos Sanctos Servos, & Prophetas tuos. Et quid agebam, cum irridebam eos nisi ut irriderer a te: sensim atque paulatim perductus ad eas nugas, ut crederem ficum plorare, cum decerpitur, & (*a*) matrem eius arborem lacrymis lacteis? Quam tamen ficum si comedisset aliquis Sanctus, alieno sane non suo scelere decerptam, misceret visceribus: & anhelaret de illa Angelos, immo vero particulas Dei gemendo in oratione atque ructando; quae particulae summi, & veri Dei ligatae fuissent in illo pomo, nisi Electi sancti dente ac ventre solverentur. Et credidi miser, magis esse misericordiam praestandam fructibus terrae, quam hominibus, propter quos nascerentur. Si quis enim esuriens peteret, qui (*b*) Manichaeus non esset, quasi capitali supplicio damnanda buccella videretur, si ei daretur.

(*a*) *Ut crederem ficum plorare, cum decerpitur, & c.* = Somnium hoc adeo portentosum videtur, ut eo mirum sit captum Augustinum. Verum non immerito Angelus Paciucchellus Ordin. Praedicat. in Ionam Prophetam Lect. 4. observavit, variisque exemplis ostendit, peccatis immersum hominem in meridiana luce saepe caecutire, & delirare. Adae, Homeri, Aristotelis, aliorumque somnia quaedam expendit; De Augustino vero (t. 1. pag. 35. col. 1.) haec habet. „ Attendete alla cecità d' un al„ tro gran dotto, mentre si trova in„ volto nella caligine della colpa. L' in„ geno di S. Agostino si tiene che aves„ se quasi del miracoloso, tant' era ec„ cellente, ed elevato, ed egli nelle „ sue confessioni confessa i talenti mara„ vigliosi d' un intelletto raro, acuto „ e grandemente spiritoso &c. Con tutto „ ciò si maraviglia della sua cecità quan„ do era in peccato, che s' era lascia„ to dare ad intendere che quando il „ fico si spiccava dall' albero, quel lat„ te, che si vede, erano lagrime sparse, „ per il dolore sentito dal figliuolo, e „ dalla madre, dico dal fico, e dall' „ albero, e fermamente così credeva, „ come scrive, nel 3. Lib. delle Con„ fess. c. 10. &c. E chi non sa il dolore „ esser proprio di quelle cose, che han„ no l' anima sensitiva? E l' anima sen„ sitiva è negl' animali, non nelle pian„ te: & io con tutta la grandezza del „ mio ingegno, era sì cieco, e stulido, „ di non discernere queste cose sì tri„ te? „

Hoc autem Manichaeorum somnium plone ex ponit Augustinus in Haeresum catalogo ad Quod-vult Deum, n. 46. post med. ubi. „ Herbas enim, atque „ arborea sic putant vivere, ut vitam, „ quae illis inest, & sentire credant, & „ dolere, cum laeduntur (1), nec ali„ quid inde sine eruciatu eorum quem„ quam posse vellere, aut carpere. „ Propter quod agrum etiam spinis pur„ gare nefas habent. Unde agricultu„ ram, quae omnium artium est inno- cen-

(1) In MSS. cum laeditur.

A. Ch. 373. Aug. 19. Mon. 41. Adeodat. I. Dam. VII. Valentin. & Valer. X.

„ centissima, tanquam plurium homicidiorum ream dementer accusant: suisque Auditoribus ideo haec arbitrantur ignosci, quia praebent inde alimenta Electis suis: ot divina illa substantia in eorum ventre porgata, impetret eis veniam, qoorum traditor oblatione porganda.] Et lib. de Quantitate animae, cap. 33. n. 2. 71. „ Non enim audienda est nescio quae impietas rusticana plane, magisque lignea, quam sunt ipsae arbores, quibus patrocinium praebet, quae dolere vitem, quando uva decerpitur, & non solum sentire ista eum caedontur, sed etiam videre, atque audire credit &c.] Vide etiam, si placet, lib. 6. contra Faustom, cap. 4. 5. 6. & 7. & Lib. de Moribus Manich. cap. 15. 16. & 17.

Verum non probamus quod oratoria libertate, licet non adeo vitiosa, quasi ex suo addidit Paeiucchellus, inquiens, Augustinom non qualemcunque, sed inconcussam, firmamque ei somnio fidem dedisse: *e fermamente cosi credea, come scrive &c.* firmum illum adsensum Aogostinus minime tradit; Et si anxius, atque suspensus, ot soo loco ostendimus, generalibus Manichaeorum principiis adhaesit, a fortiori vix paululum, & repugnante altiori mentis parte, in stolidiora dogmata, quale est illud de arborum lacrymis, instexum aequus, prudensque iudex censere debet.

De porgatione autem ciborum in Electorum ventre decantata, late Augustinus locis in antecedentibus aot transcriptis, aut signatis.

(*b*) *Si quis enim esuriens peteret, qui &c.* = Magnam indecentiam hanc & Fausto obiecit, Sed & aliam non dissimilem excogitavit, improperavitque Manichaeis omnibus lib. 2. de eorum Moribus, cap. 17. n. 58. obi. „ Sed hoc ex vestra opinione falsa, & nogatoria; nam certa, & manifesta crudelitas in vobis esse convincitur, ex eodem ipso errore manans. Si quis enim per morbum corpore dissoluto, fessus ab itinere, ac peste semianimis in via iaceat, nihil valens amplius, qoam utcumque verba proferre, cui prosit ad stringendum pirom dari, teque transeuntem ot subvenias oret, atque obsecret, ut de arbore proxima, a qua nullo humano, nullo denique vero iure prohiberis, pomom afferas homini, post paululom nisi feceris morituro: tu vir christianus, & sanctus transibis potius, & hominem sic affectum, precantemque deleres, ne arbor ploret, dum fructus demitur, & to signaculi dissoluror ad poenas Manichaeus destineris. O mores, & innocentiam singularem!] Quod egregie, & aptius etiam ad vulgi captum edisserit in Psal. 140. ad v. 4. n. 12.

Tot se Carthagine peccatis inqoinatum, tot falsis delosum dogmatibus Serm. (1) in eadem civitate habito publice professus est, ac doloit. „ Fuimus enim aliquando, sicut dicit (2) Apostolus, stulti & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. In errore perverso desipientes, & insaniente fuimus, non negamus: & quantum praeteritum nostrum non negamus, tanto magis Deom, qui nobis ignovit, laudamos &c. Ista sunt mala praeterita, qoae noverunt, maxime in ista civitate. Hic enim male viximus, quod ego confiteor, & quantum gaudeo de gratia Dei &c. „

Ne autem haec, & seqoentia Augustini Manichaei stulta dogmata adtendes, ingeniom incuses: illud ubique alta mente tene, Vix Dei adiutorio voluntate in melius mutata, detexisse apprime Augustinum cunctas Manichaeorum muscipulas, improbasse dogmata, plenis buccis derisisse doctissimis libris confutasse. Qoi enim, si ingenium incoses dicam tibi, qui fieri potuit, ot temporis momento solo interposito, Augustinus cunctis innomeris Manichaeorum fabulis adsentiretur, & eas itidem cunctas exsibilaret, doctissimeque refelleret? Ut cuncta, vel plurima Scriptorarum Sanctarum, & Ecclesiae Catholicae oracula patentissimis contradictionibus, & nunqoam solvendis nodis contexta diceret; & mox omni argumentorum genere optime cohaerentia, rationi apprime congrua, solisque difficultatum umbris sociatas crederet, praedicaret, & magnis voluminibus tam pulcre convinceret? Nece[ssarium] ergo est, ut integra permissa summi ingenii laode, tragicam scenam omnem in voluntatem, in adsectiones malas, in culpas referas; Quibus quidem excussis singulare illud ingenium id vidit, qood & olim adventitiis tenebris non praepeditus vidisset. Unde lib. Soliloquiorum Animae ad Deum, cap. 33. „ *Sero te cognovi lumen verum, sero te cognovi. Erat autem nubes magna, & tenebrosa ante oculos*

(1) In Psal. 36. Serm. 3. n. 19.

(2) Tit. 3. 3.

los vanitatis meae, ita ut videre non possem solem iustitiae, & lumen veritatis. Involvebar in tenebris &c. Quanquam Benedictinis librum hunc Augustino abiudicantibus plenissime adsentiamur: adhuc ab eo non abhorremus, quod ut illi etiam observant, ex plurium quidem piorum doctorum, sed potissimum Augustini dictis compactus sit.

An. forte Ch. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Valer. XI.

CAPUT XI.

ARGUMENTUM.

Religiosae Matris suae pro conversione recenset laudatque pias copiosas lacrymas, quibus Deus indulgens, arcano somnio Filii conversionem, per annos novem dilatam, praenuntiante eam solatus est. Quam tamen visionem conatus Augustinus in oppositam deteriorem partem sophistice inflectere, a sagaci Femina acute repulsus est.

I. ET misisti manum tuam ex alto, & de hac profunda caligine eruisti animam meam, cum pro me fleret ad te Mater mea fidelis tua, amplius quam flent matres corporea funera. Videbat enim illa mortem meam (*a*) ex fide & Spiritu, quem ex te habebat, & exaudisti eam Domine. Exaudisti eam, nec despexisti lacrymas eius: cum profluentes rigarent terram sub oculis eius, in omni loco orationis eius, exaudisti eam. Nam unde illud somnium, quo eam consolatus es, ut vivere me secum crederet (*b*), & habere secum eamdem mensam in domo, quod nolle coeperat, aversans (*c*), & detestans blasphemias erroris mei? Vidit enim stantem se in quadam regula lignea (*d*), & advenientem ad se iuvenem splendidum, hilarem atque adridantem sibi, cum illa esset moerens, & moerore confecta; Qui cum caussas quaesisset ab ea moestitiae suae, quotidianarumque lacrymarum, docendi ut adsolet, non discendi gratia (*e*), atque illa respondisset, perditionem meam se plangere: iussisse illum, quo secura esset, atque admonuisse, ut attenderet & videret, ubi esset illa, ibi esse & me. Quod illa ubi adtendit, vidit me iuxta se in eadem regula stantem. Unde hoc, nisi quia erant aures tuae ad cor eius? O tu bone omnipotens, qui sic curas unumquemque nostrum, tanquam solum cures, & sic omnes, tanquam singulos?

II. Unde illud etiam, quod cum mihi narrasset ipsum visum, & ego ad id trahere conarer, ut illa se potius non desperaret futuram esse, quod eram: continuo sine aliqua haesitatione: Non inquit, non enim mihi dictum est: Ubi ille, ibi & tu; sed, Ubi tu, ibi & ille. Confiteor tibi Domine recordationem meam, quantum recolo quod saepe non tacui, amplius me isto per Matrem vigilantem responso tuo, quod tam vicina interpretationis falsitate turbata non est, & tam cito vidit (*f*), quod videndum fuit: quod ego certe antequam dixisset, non videram, etiam tum commotum fuisse, quam ipso somnio, quo Feminae piae gaudium tanto post futurum, ad consolationem tunc praesentis solicitudinis, tanto ante praedictum fuit. Nam novem ferme anni sequuti sunt quibus ego in illo limo profundi ac tenebris falsitatis, cum saepe surgere conarer, &

gra-

An. Ch. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Valer. XI.

forte gravius adliderer, volutatus sum (*g*); cum illa Vidua casta, pia & sobria, quales amas (*b*), iam quidem spe alacrior, sed fletu & gemitu non segnior non desineret horis omnibus orationum suarum, de me plangere ad te; Et intrabant in conspectum tuum preces eius, & me tamen dimittebas adhuc volvi, & involvi illa caligine,

(*e*) *Videbat enim illa mortem meam &c.* = Mortuus Augustinus Fidei Manichaeorum haeresi: peccato autem mortuus spiritui; Hanc duplicem mortem fide, ac spiritu maxime viva Mater adtendens, & plorans, conversionem obtinuit.

Iam vero ad aliud tempus Augustinum digressum arbitramur. Benedictini lib. 1. Vitae S. Doctoris, cap. 7. initio haec habent: *Tum Augustinus Thegastam forte redierat, cum somnium supra memoratum mater habuit*. Nobis autem id nedum probabile, sed certum videtur; Cum enim hic mensae divisio, & familiaria Matrem inter, ac Filium ponantur colloquia, utrumque iungere necessum est; nisi autem Augustinum Thagastam reversum credamus, non adparet unde cohabitatio ista sumatur.

Non ergo quo loco, sed quo anno ista contigerint, obscurum est. Et quidem novem annis post somnium illud se Manichaeis adhaesisse adserit; verum quum non satis pateat, utrum annorum numerus ille Fausti adventu, quo a Manichaeorum coeno concussus est, vel intermedio eo tempore, quo plenius a Manichaeis excussus, nulli religioni adsentiebatur, vel alio, quo ad Ecclesiae sinum reversus est, terminetur: fit pariter incertum, quo anno divinum somnium contigerit. Unde & B.B. lib. 1. Vitae, cap. 6. in fine. „ Haud scimus an hi novem anni, „ ut alii supra, adventu Fausti terminentur, ante cuius accessum illius ad „ emergendum conatus non legimus; „ an vero eo tempore, quo a Manichaeis „ discessit anno trecentesimo octogesimo- „ quinto, an denique illo, quo perfecte „ ad Deum conversus est, anno videli„ cet trecentesimo octogesimo sexto.

Adhuc tamen cum hic lacrymarum Monnicae, divisionisque mensae ponatur initium: non prorsus temere coniicimus contigisse haec non adeo post Augustini Tagastam regressum: consequenter anno Christi tercentesimo circiter septuagesimo quarto, Augustini vigesimo, Monnicae quadragesimo tertio, Adeodati secundo.

Ex quo eadem probabilitate dicendum, Fausti adventum, vel potius sequentem annum, quo amplius a Manichaeis divisus est, intueri.

Quem quidem in patriam regressum, Romaniani sumtibus adiutum Augustini verba lib. 2. contra Academ. cap. 2. n. 3. censemus inspicere: *Tu patre orbatum amicitia consolatus es, hortatione animasti, ope adiuvisti. Tu in nostro municipio favore, familiaritate, communicatione domus tuae pene tecum clarum, primatemque me fecisti*. Quod & B. B. lib. 1. Vitae, cap. 7. post initium opinari se profitentur his verbis: *Ad illa tempora revocandum videtur, quod ipse refert, se in patriam reversum, a Romaniano susceptum fuisse hospitio &c.*

Item hoc tempus intueri videtur Possidius, inquiens cap. 1. Vitae: *Nam & grammaticam prius in sua civitate docuit*. De quo iterum lib. seq.

(*b*) *Ut vivere me secum crederet.* = Ita Vet. Bad. Am. Er. Lov. Vvanga. Som. & MSS. undecim Err. Benedictini tamen, quibus MS. S. Mar. suffragatur censent, cum suis MSS. potioribus legendum, *ut vivere me concederet* vel cum Arn. *me secum concederet*. Car. *vivere mecum cederet*.

Non tam codicum abundantia, quam ratio nos, a doctissimis Patribus illis seiunxit; Quippe ad somnium exprimendum magis aptum, immo tritum, ac usitatum est verbum *credere*. Inde, quamvis, *concederet*, ei, quod proxime sequitur, *nolle coeperat*, aptius videatur, non tamen reliquis, ex quibus primo boni sermonis ratio pensatur. Monnicae siquidem non propositum est, quomodo Filius sociaretur, sed tantum Filium sociatum esse. Videlicet societas ipsa praedicitur: non, Monnicam societatem permisisse. Denique nisi societas ipsa, sed potius societatis permissio revelaretur, ineptum fuisset Augustini sophisma, quo voluit in Matris perversionem somnium intorquere, ut diligenter adtendenti constabit.

In margine editionis Am. & Er. verbo *vivere*, substituitur, *bibere*.

Quod sequitur, *& habere secum*, in 3. MSS. Med. & in margine editionis Am. *& habere mecum*. Ideo, ut putamus, ne bis *secum* repeteretur. At pressus, ut

hic

An. forte Ch. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Valer. XI.

hic eſt, ſermo ab eiusdem verbi repetitiune abhorrere non ſulet. Unde tenenda eſt cummunis codicom lectio, quam longe commodiorem ſagax quilibet lector deprehendet; Munnica enim ad ſuam menſam Auguſtino adceſſum concedere debebat: non e converſo.

(c) *Quod nalle caeperat, averſans &c.* = Dicens, *nolle coeperat*, innuit, non id ſubite factum, ſed aliquu tempore a regreſsu in maternam domom elapſu. Cum enim, ut coniicimus, religiuſa Femina gravibus monitis, acerrimiſque reprehenſionibus fruſtra adhibitis, neqoiviſſet Filium a concepta haereſi revocare: tandem aliquando, ono puta, vel altero decurſo menſe eum velut obſtinatum a ſe repolit.

Sed & ex illis verbis, *nalle caeperat* aeque iuſta, & patentiori etiam illatione deducitur, ea viſione data revocatum a Matre Filium in ſocietatem. Quod velut omnino exſploratum, & expreſſe ab ipſo Auguſtino traditum ponont B. B. lib. 1. Vitae, cap. 7. initio. „ Quam „ ſcribit hoe viſo adeo fuiſſe recreatam, „ ot ipſum ſub eodem tecto degere, & „ eidem menſae accumbere ſiverit, quod „ quidem Monnica nulle aliquauto ante coeperat, tantom illam haereſim „ exhurroſcebat.] Idem babent alii Auguſtinianae vitae ſcriptores.

Quaenam autem ſeuiotio illa? a menſa, vel a tota domo? R. A tota domo, ot in recitatis verbis innuonc Benedictini: Talis enim ſemotio fuit, qualis reiotegratio in ſomno viſa: haec autem & menſae, & domus oniionem praeſentabat.

Quod quidem iis ad Romanianum Auguſtini verbis confitmari videtur: *Tu in noſtro muoicipia &c. communicatione domus tuae pene tecum clarum, primatemque me feciſti*. Qua domus communicatione proprie accepta, concluditur ſtatim quod volumos. Neque enim adeo commode intelligitur ab aliena domo Auguſtinum exceptum eſſe, niſi a materna repulſum credamus.

Qua familiari converſatione, mille contra Eccleſiam, & pro Manichaeis ſophiſmatibus condita Romanianum ab Auguſtino in phantaſmatum ſomniatorum partes tractum coniicimos. De qoo opportuno loco.

Hic vero qoid vos Matres adeo veſtros in filios, ubſcenos qoamvis, & petolantes tenellae? Nec enim minos, immo longe amplius, fortiusqoe ac vos veſtros, Filium ſuom diligebat Monnica amantiſſima mater. Nec adeo parvulus, rudiſque ille Filius, quem citra generoſitatis vim, nullove incommodo Mater & a menſa, & a domo ablegaret; aetatis annum agebat ſaltem vigeſimum, primogenitus, talique ingenio, eruditione, rerumque omnium cognitione dives, qui poſset deſertae Viduae, non admodum cadenti, & rugoſae, annum ſcilicet aetatis quadrageſimom tertium agenti, virgini ſorori, tenello fratri, integrae familiae conſilio, preſentia, eura, lucris magno eſſe ſolatio. Vide l. 5. c. 8. K.

Has autem venerandae, ſollicitae, pruvidaeque Matris acres in ſe animadverſiones, & poenas tali, ut vides narrat obſequio, ut vix non ei altiori argumento dicat, quod profanus Scriptor ſtultae veneri (1):

Dolci durezze, e placide repulſe.

None vero ambobus ſeliciter in Caelo regnantibos, quis non ſibi ſuadeat, Monnicam tam bene, ſalubriterque olim in filium errantem ſaevam geſtientem, ac triumphantem hiſce, vel ſimilibos verbis eumdem Auguſtinum adloqui (2).

Ma pur per noſtra ben dura ti fui.

Haec vera parentom in filios pietas, haec menſa religione condita. Sicut autem Monnica Auguſtinum contra Eccleſiam olim blaſphemantem a menſa repulit; ſic inde Auguſtinus ad ſanam, immo ſanctiſſimam frugem redactus quemcunque, nedum Eccleſiam, vel Deum, ſed & proximom alicuios rei inſimulantem e ſoa menſa relegavit: Poſſidio teſte (3), qui cap. 22. Vitae „ Et in ipſa „ menſa magis lectionem, vel diſputationem, quam epulationem, potationemqoe diligebat, & contra peſtilentiam „ humanae conſoetudinis in ea ita ſcriptom habebat. „

„ *Quiſqois amat dictis abſentum rodere vitam,*
„ *Hanc menſam indignam noverit eſſe ſibi* (4).

„ Et ideo omnem convivam a ſuperfluis,

(1) Franciſcus Petrar. 298. Epigramm. Italiano.
(2) In fine eiusdem Epigram. Laura mortua Petrarchae adparens.
(3) In calce 1. 10.
(4) Tres MSS. *Hac menſa indignam noverit eſſe ſuam*. Ullmerius: *Hanc menſam vetitam noverit eſſe ſibi*.

An. forte Ch. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Valer. XI.

„ ſuis, & noxiis fabolis, & detractio„ nibos ſeſe abſtinere admonebat. „ Nam & quosdam ſuos familiariſſimus „ coepiſcopos illius ſcripturae ublitos, „ & contra eam luqoentes tam aſpere „ aliquando reprehendit commotus, ut „ diceret aut delendos eſſe illos de men„ ſa verſus, aut ſe de media refectio„ ne ad ſuum cubiculum ſurrecturum. „ Quod ego, & alii, qui illi menſae in„ terſuimus experti ſumus. „

Utrique ergo, Monnicae, & Auguſtino plaudant vetuſta illa carmina:

„ Felices homines in terris, atque „ beati
„ Qui magnum coluere Deum, laudantque priuſquam
„ Ad menſas adeant freti pietate pe„ renni.

Si enim tam rigidu iure commenſalium religionem poſtulabant, qua eos pietate fretus putas ad menſam adceſſiſſe?

(*d*) *Vidit enim ſtantem ſe in quadam regula lignea.* = P. Henricus Waugnereck hae nota ſententiam iſtam dilucidat. „ Regula a Platone in Philebo numera„ tur inter inſtrumenta Architecturae „ adhibetur ad lungitodinem parietum „ dirigendam, & aequandam. S. Iſidorus „ *canonem* appellat; dicitur Regula (1), „ *quod recta ſit, quaſi rectala, vel quod* „ *regat, & diſtortam, pravumque corri„ gat.* Crediderim ergo S. Monicam vi„ diſſe, ſe una cum filio eiuſmudi in„ ſtrumento inſiſtere, quo in Regula fi„ dei cum illa, filium aliquando conſpi„ raturum Deus ſignificare voluerit. „

Ita quidem; ſed non video cur rem, de qua dictionaria omnia, immo vulgari, tritoqoe ſermone notiſſimam, a peregrina eruditione advocet quaſi abſtruſum arcanum.

Er. pro *lignea*, habet, *linea*: male ut patet.

Ioſeph Renatus lib. 2. Vitae S. Monnicae, cap. 15. arbitratur gemina Monnicae divina ſomnia eadem nocte, primo illud de menſa, inde hocce de regula indulta foiſſe.

(*e*) *Docendi, ut adſolet, non diſcendi gratia.* = Curſim hic admonet velut rem admodum uſitatam, & notam, Deum, vel Angelom, eius miniſtrom percontari homines non ut diſcat, ſed ut doceat. Quod celebre monitom in Sacrarom Scripturarum lectione alta conſtanti mente tenendum alibi tradit, & luculenter oſtendit Auguſtinus, ut lib. 22. contra Fauſtum, cap. 16. & lib. 1. contra Adverſat. Legis, & Prophet. cap. 20. n. 43.

Ea ſententia, quam paulo poſt profert, *qui ſic curas unumquemque noſtrum, tanquam &c.* adeo vera, gravis, & profunda eſt, ut ubique, & a quocunque adoptata conſpiciatur: eique innitantur Myſticorum doctorum longi ſermones.

(*f*) *Et tam cito vidit &c.* = Monnicam Auguſtini carne, & ſpiritu matrem, noſtruoi autem ſpiritu tantum ſita nobili, ſagaci, nec non, maxime in re, ut luquontur aſcetica erudita, cultaque praeditam mente, quidquid *Phereponus* ex oreo blaſphemet, iam dia Auguſtini teſtimoniis, & naturalibus coniectutis didicimus.

Et quidem pie, & ſagax Lector, ut mecum venias, primo quae in hoc capite narrantur diligenter expende.

II. Exinde & pium, & eruditum colloquium ipſam morti proximam inter, & Filium, de quo lib. 9. huius operis, cap. 10.

III. Nedum Chriſtiani pectoris fortitodinem, ſed & acrem mentem praeſefert gravis illa reſponſio, qua imminentis apud Oſtiam mortis ſuae praeſcia, pios Filii ſocios dimiſit dicens: *Nihil longe eſt a Deo, neque timendum eſt, ne ille non agnoſcat in fine ſaeculi unde me reſuſcitet*, lib. 9. cap. 11. in fine.

IV. Quaerens Auguſtinus lib. de Vita Beata, diſput. 1. diei, n. 8. *Quid ergo anima, inquam, nulla ne habet alimenta propria? An eius eſca ſcientia vobis videtur?* Vide quid reſponderit Monnica „ Plane, inqoit Mater, nulla „ re alia credo ali animam, quam in„ tellectu rerum, atque ſcientia. De „ qua ſententia cum Trigetius dubium „ ſe oſtenderet: Hodie, inquit illi, tu „ ipſe non docuiſti, unde aut ubi a„ nima paſcatur? Nam poſt aliquantam „ prandii partem te dixiſti non adverti„ ſe quo vaſculo uteremur, quod a„ lia neſcio qoae cogitaſſes, nec ta„ men ab ipſa eiborum parte abſtinue„ ras manos, atqoe morſus. Ubi i„ gitur erat animos tuus, quo tem„ pore illud te veſcente non adtende„ bat, inde mihi crede, & talibus „ epulis animus paſcitur, ideſt theoriis, „ & cogitationibus ſuis, ſi per eas a„ liquid percipere poſſit. De qua re „ cum

(1) L. 6. Orig. cap. 16. & l. 19. c. 18.

An. forte Ch. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Valer. XI.

„ cum dubitanter streperent, nonne, „ inquam, conceditis &c.

V. Quaerens etiam Augustinus eodem loco de Vita Beata, n. 12. ab Interloquutoribus suis, quis hominum vere Deum habeat: vide quae retuletit „ Hic „ Licentius: Deum habet qui bene vi„ vit. Trygetius: Deum habet, in„ quit, qui facit quae Deus vult fie„ ri. In cuius sententiam Lastidianus „ concessit. Puer autem ille minimus „ omnium, (Adeodatus) Is habet Deum, „ ait, qui spiritum immundum non ha„ bet &c. Nec Rusticum percunctari „ visum est negligendum, quaenam es„ set de re tanta eius sententia, qui „ mihi videbatur non deliberatione ma„ gis quam pudore impeditus silere; „ Trygetio consensit. „

Hic ego omitto quae in disput. 2. diei in sententiae ab Adeodato latae vel explicationem, vel laudem dedit Augustinus. Et quaero ab erudito Lectore, an non & ex ipsa teologica ratione sententia illa praeferenda sit? Nullius quidem iudicium contemnendum: sed illud omnium optimum quod aptius pressiusque controversiam dirimat. Iam vero aliorum iudicia ea tetigere, quae vel Dei uni nem inducunt, vel ab ea dimanant. Adeodati vero quod, ut ita loquar, Dei amicitia, Dei similitudo est: est enim Deus mundissimus spiritus. Adeodati iudicio autem potissimum S. Monnica plausit: *Mater vero omnia, sed hoc maxime approbavit*. ibidem.

VI. Quis etiam aptiori metaphura ac Monnica ibidem, in fine scilicet disput. 2. diei Academicorum laesam, & misere obique cadentem phantasiam pinxisset, vellicasset? Damus integrum textum „ Arrisi Matri. Atque illa liber„ rime quod minus habebant, quasi de „ suo cellario promendum imperans: Iam „ dic nobis, inquit, & redde qui sint „ isti Academici, & quid sibi velint? „ Cui breviter cum exposuissem, aper„ teque, ita ut nemo illorum ignarus „ abscederet: Isti homines, inquit, ca„ ducarii sunt (quo nomine vulgo apud „ nos vocantur, quos comitialis morbus „ subvertit) & simul surrexit ut abi„ ret; atque hic omnes laeti ac riden„ tes interposito fine discessimus. „

VII. Dic etiam mihi annon gravissimae mentis duo quaedam Monnicae sint: quorum primo id addidit, quod nullus addendum videtat: altero Filium argumentum amplificantem ad suppositionem, vel hypothesim aliam deduxit? Eadem Disput. n. 15. „ Cui (Trygetio) „ ego: Qui timet, inquam, videtur „ ne tibi beatus esse? Non videtur, „ inquit. Ergo quod amat quisque si „ amittere potest, potest ne non time„ re? Non potest, inquit. Amitti au„ tem possunt ista fortuita. Non igitur „ haec qui amat & possidet, potest ul„ lo modo beatus esse. Nihil repugna„ vit. Hoc loco autem Mater: Etiamsi „ securus sit, inquit, ea se omnia non „ esse amissurum, tamen talibus satiari „ non poterit. Ergo & eo miser, quo „ semper est indigus. Cui ego: Quid „ inquam his omnibus abundans rebus, „ atque circumfluens, si cupiendi mo„ dum sibi statuat, eisque contentus, „ decenter, iocundeque perfruatur, „ nonne tibi videtur beatus? Non „ ergo, inquit, illis rebus, sed ani„ mi sui moderatione beatus est. Op„ time, inquam, nec huic interroga„ tioni aliud, nec abs te aliud debuit „ responderi.

VIII. Meditare quantum vis, & quantum vales; evolve paginas omnes aut moralis Ethicae, aut Christianae Theologiae, & cuncta subinde colligens: vide an his be titudinis, aut naturalis aut divinae principiis: Beatum eum esse, qui habet quidquid expetit, dummodo tamen id expetat, quod bonum, & honestum est; meliora, & breviora excogitare queas? Haec te Monnica docet Disput. 1. diei, n. 10. Vi„ detur ne vobis, inquam, beatus esse qui „ quod vult non habet? Negaverunt. Quid „ omnis, qui quod vult habet beatus est? „ Tum Mater: Si bona, inquit, velit, & „ habeat, beatus est: si autem mala velit, „ quamvis habeat, miser est. Cui ego „ arridens, atque gestiens: Ipsam, in„ quam, prursus mater arcem philoso„ phiae tenuisti. Nam tibi procul dubio „ verba defuerunt, ut non sicut Tullius „ te modo panderes, cuius de hac sen„ tentia verba ista sunt. Nam in Hor„ tensio, quem de laude, ac defensio„ ne philosophiae librum fecit: Ecce au„ tem, ait, non philosophi quidem, sed „ prompti tamen ad disputandum, omnes „ aiunt esse beatos, qui vivant ut ipsi „ velint: falsum id quidem: Velle enim „ quod non deceat, idem ipsum miserri„ mum. Nec tam miserum est non adi„ pisci quod velis, quam adipisci velle „ quod non oporteat. Plus enim mali „ pravitas voluntatis affert, quam fortu„ na cuiquam boni. In quibus verbis illa „ sic exclamabat, ut obliti penitus sexus „ eius, magnum aliquem virum confide„ re nobiscum crederemus, me interim „ quantum poteram intelligente ex quo „ illa,

An. forte Ch. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Valer. XI.

„ illa, & quam divino fonte manarent.] Nisi quod extemporaliter gravissimam sententiam illam in familiari collatione protulit Monnica, quam studio, & meditatione Tullius in Hortensio protulerat. Vide etiam Disput. 2. diei, n. 21.

IX. Non is erat Augustinus filius, qui aut vellet, aut posset nimis contra veritatem Matri palpum obtrudere. Vide autem quali eam lib. 1. de Ordine, cap. 11. obsequio sit adloquutus „ Atque interea Mater ingressa est, quaesivitque a nobis quid promovissemus, nam & ei quaestio nota erat. Cuius & ingressum, & rogationem cum scribi nostro more iussissem: Quid agitis, inquit? Numquidnam in illis, quos legitis libris etiam feminas umquam audivi in hoc genus disputationis inductas? Cui ego: Non valde curo, inquam, superborum imperitorumque iudicia, qui similiter in legendos libros atque in salutandos homines irruunt. Non enim cogitant quales ipsi, sed qualibus induti vestibus sint, & quanta pompa rerum, fortunaeque praefulgeant. Isti enim in litteris non multum attendunt, aut unde sit quaestio, aut quo pervenire differentes moliantur, quidve ab eis explicatum, atque confectum sit. In quibus tamen quia nonnulli reperiuntur quorum animi contemnendi non sunt, adspersi sunt enim quibusdam condimentis humanitatis, & facile per aureas, depictasque ianuas ad sacrosancta philosophiae penetralia perducuntur, satis eis fecerunt & maiores nostri, quorum libros tibi nobis legentibus notos esse video &c. Mei autem libri si quorum forte manus tetigerint, lectoque meo nomine non dixerint, Iste quis est? codicemque proiecerint: sed vel curiosi, vel nimium studiosi contemta vilitate liminis intrare perrexerint: me tecum philosophantem non moleste ferent, nec quemquam istorum, quorum meis litteris sermo miscetur, fortasse contemnent &c. Doctissimorum autem hominum litterae etiam sutores philosophatos, & multo viliora fortunarum genera continent. Qui tamen tanta ingenii, virtutisque luce fulserunt, ut bona sua cum qualibet huiuscemodi nobilitate nullo modo vellent, etiamsi possent ulla conditione mutare. Nec deerit, mihi crede, tale hominum genus, cui plus placeat hoc ipsum, quia mecum philosopharis, quam si quid hic aliud aut iocunditatis, aut gravitatis invenerit. Nam & feminae sunt apud veteres philosophatae, & philosophia tua mihi plurimum placet. Nam ne quid Mater ignores, hoc Graecum verbum quod philosophia nominatur, Latine amor sapientiae dicitur. Unde etiam divinae scripturae, quas vehementer amplecteris, non omnino philosophos, sed philosophos huius mundi evitandos atque irridendos esse praecipiunt &c. Nam quisquis omnem philosophiam fugiendam putat, nihil nos vult aliud quam non amare sapientiam. Contemnerem te igitur in his litteris meis, si sapientiam non amares; non autem contemnerem, si eam mediocriter amares; multo minus, si tantum quantum ego amares sapientiam. Nunc vero cum eam multo plus quam meipsum diligas, & noverim quantum me diligas, cumque in ea tantum profeceris, ut iam nec cuiusvis incommodi fortuiti, nec ipsius mortis, quod viris doctissimis difficillimum est horrore terrearis, quam summam philosophiae arcem omnes esse confitentur, ego ne me non libenter tibi etiam discipulum dabo? Hic illa cum blande ac religiose numquam me tantum mentitum esse dixisset &c. „

X. Sed & initio lib. 2. Interloquutores recensens, his laudibus Matrem nominat. „ Nobiscum erat etiam Mater nostra, cuius ingenium, atque in res divinas inflammatum animum, cum antea convictu diuturno, & diligenti consideratione perspexeram, tum vero in quadam disputatione non parvae rei, quam die natali meo cum convivis habui, atque in libellum contuli, tanta mihi mens eius apparuerat, ut nihil aptius verae philosophiae videretur. Itaque institueram cum abundaret otio, agere ut colloquio nostro non deesset. „

XI. Eodem lib. 2. de Ord. cap. 17. n. 45. „ Quod vero ex illis ad id quod quaerimus opus est, ne te quaeso, Mater, haec velut rerum immensa quaedam silva deterreat. Etenim quaedam de omnibus eligentur numero paucissima, vi potentissima (1), cognitione autem multis quidem ardua: tibi tamen, cuius ingenium quotidie mihi novum est, cuius animum vel aetate, vel admirabili temperantia re- „ mo-

(1) Lov. numero paucissima, idest potentissima.

„ motissimum ab omnibus nugis, & a „ magna labe corporis emergentem, in „ se multum surrexisse cognosco tam „ erunt facilia quam difficilia tardissimis, „ mi.errimeque viventibus. Si enim di„ cam te facile ad eum sermonem per„ venturam, qui locutionis, & linguae „ vitio careat, profecto mentiar &c. Sed „ tu contemtis istis vel puerilibus rebus, „ vel ad te non pertinentibus, ita gram„ maticae pene divinam vim naturamque „ cognoscis, ut eius animam tenuisse, „ corpus reliquisse disertis videaris.

Paullo fusiorem sermonem ex lib. 2. de Ord. c. 17. supra fere ex integro dedimus, tum quod in Monnicae Ingenii laudem vergat: tum etiam quod blandus admodum, concinnusque sit, prodatque congenitum Augustino candorem.

Vidimus autem Monnicae iudicia ab Augustino commendata, vere digna fuisse commendatione. Unde comprimat oportet lividos illos latratus *Pherepon*us: *Eum enim* (librum de vita beata) *si quis legat, facile intelliget, filium prae amore matris ingenium invenisse in verbis bonae anus, quod alii non facile animadvertant.*

Nos animadvertimus, & quidem facile. Sed quo verba illa Lamindi Pritanii, vel Ludovici Muratorii, Augustini defensoris clumbis lib. 3. de Ingeniorum moderatione, cap. 17. (1) „ Habemus „ Librum, seu Dialogum de *Vita Beata*, „ ibique suae sunt partes Monnicae ma„ tri. Certe videtur ignorare Pherepo„ nus, quei Dialogos contexere soleant „ eruditi viri. Interlocutores pro libito „ inducunt, iisque sine ulla culpa tri„ buunt, atque affingunt orationem mo„ ribus, ac ingenio illorum conformem. „ Quare ne ego quidem intelligo quel „ dicatur Augustinus *ingenium invenisse* „ *in verbis bonae anus*, quando haec „ eadem verba Augustino sunt tribuen„ da, & subtiliora, melioraque Augu„ stinus eidem suae matri potuisset ad„ scribere.

Quaerimus a Lamindo, a quo secreto oraculo resciverit laudata iudicia non vere a Monnica exorta, sed ei a Filio dialogi licentia adficta? Augustinus Monnicae iudicia vocat; nos ergo absque ratione, vel auctoritate gravissima Monnicae abiudicare non possumu.s. Cumque non levibus, paucisque sed seriis, pluribusque expressionibus, domesticisque phrasibus, veritati aptis omnino, & adcommodis Monnicam ea iudicia fudisse nobis contestetur, vide an ratione ulla, sive auctoritate eam dialogi licenitam imaginari possis?

An. forte Ch. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Valer. XI.

Ceterum Lamindi nullo pacto substinenda hypothesi data, Augustinus & Monnica validiori impetu confodiuntur. Quum enim *Pherep*onus eatenus latret, quod Augustinus ex levibus quibusdam, ut sibi videtur, Matrem commendet, ut ex transcripto loco patet, & etiam ex hoc: *Quae mulier nunc paullo liberalius educata talia, & meliora etiam aliud agens non effundat?* imperitus ergo, aut imprudens Augustinus, qui levia finxit, ut Matrem suam extolleret: & imperitissima, infelicissima Monnica quam levium fictione exornandam putavit Augustinus.

Eo *Pheréponi* praeciso proposito: hypothesis illa nunquam danda Augustinum minime laederet; adtende enim Aristidis gravem sententiam Orat. 2. Platonica pro quatuor viris: *Plato multa sub nomine Socratis tractat, de quibus eum nihil disputasse fatetur; ac recte quidem, & iuste facit, dum praeceptorem studet ornare.* Quod recte, iusteque pro magistro Socrate finxit Plato: non ita Augustinus pro Matre, & quidem sanctissima: cui humana divinaque lucra primo, post Deum, debebat?

Verum ut ad rem nostram redeamus a gravissima illa iudicia, quae sub Monnicae nomine laudantur, vere a Monnica data expendens Martinus V. Christi vicarius, atque totius Christiani gregis supremus pastor Orat. in eiusdem corporis Translatione habita haec protulit. „ Sunt omnino illius de „ Deo, de virtute, de paradiso, de no„ stra redemtione in nonnullis Augustini „ voluminibus gravissimae sententiae, & „ quae maximis quoque ingeniis satis „ sint; nempe divinitus edocta quae dis„ serebat, ea superno testimonio confir„ mata tuebatur. Habitabat, ut credo, „ in illius corde mulieris alius spiritus, „ quam qui solet per humanam linguam „ fari. Quamobrem fere inducitur ab „ Augustino in eiusmodi colloquiis velu„ ti quaedam rerum omnium magistra, „ & cui aeternus Deus rerum suarum „ cognitionem, & auctoritatem dederit; „ ut ferme liceret ei dicere, (1) *An ex*„ *perimentum quaeritis eius, qui in me* „ *loquitur Christus?*] Similia observant Monnicae vitae scriptores. Quanquam non admodum suffragemur Iosepho Re-

(1) Pag. 490.

(1) 2. Cor. 13. 3.

An. forte Ch. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Valer. XI.

nato Augustinensi Excalceato lib. 2. Vitae eiusdem Monnicae cap. 3. scribenti illam praeter Latinam (de qua non est dubium) etiam Graecam linguam calluisse.

Habemus igitur Augustini testimonio, qui etiam aliis colloquiis, domesticave adsidua conversatione Matris talenta optime perspecta habebat, Monnicam insigni ingenio, maxime pro divinis rebus praeditam fuisse. Quod tamen etiam Augustini testimonio sublato, & igne egregiis dialogis illis deletis, pluribus coniecturis, quae naturali bona philosophia innituntur, & constanti experientia confirmantur tuta argumentatione deduxissemus.

Novimus enim, ut compendio plura dicamus, bona mente eos praeditos qui naturali quodam instinctu & in domesticos, & in extraneos amice feruntur; Prudentes, aptosque ad res magnas ad pacem servandam, & discordias componendas; Animos fortes, ac nobiles; Non a quibuscunque, sed a doctissimis, graviss mis que tantum hominibus magnarum difficultatum explanationem postulantes; Pietatem, religionem colentes non pueri lem, & mollem, sed virilem, & gravem. Monnicae integram historiam excurre, & eam talibus exornatam dotibus non inficiaberis; & vide saltem iuxta praeiactam materiam, seu divisionem factam argumentorum lib. 5. huius operis, cap. 8. n. 2. sub finem Lib. 9. cap. 12. n. 5. lib. 9. cap. 9 in fine, & n. 1. & 3. lib. 6: cap. 1. post init. lib. 9. cap. 11. n. 1. & 2. lib. 6. cap. 2. ab illis verbis, *Itaque ubi &c.* & lib. 1. ad Inquisitiones Ianuarii, seu Epist. 54. (Alias, 118.) n. 3. ubi de ieiunio observando, nec nisi non cuiuscunque, sed magni Ambrosii iudicium postulat.

Et hac ad illud, *tam cito vidit quod videndum fuit*: quod perspicax Monnicae ingenium detegebat.

(*g*) *Cum saepe surgere conarer, & gravius adiderer, volutatus sum.* = Per similitudinem loquitur ad naturales lapsus; Saepe cum surgere conamur, gravius adlidimur; Cuius ea videtur ratio, quod spiritus ad surgendum arcessiti fortius propellunt. Aut vero quod spiritus in conatu surgendi exhausti, atque dispersi, nimis parum membra inde ruentia sustentent. Sed & gravius in limo, a quo conabamur surgere, volutamur, & quidem geminis rationibus; Quarum prima ex dictis petitur; Si enim maiori impetu ruimus, magis etiam corporis nostri, limique partes iunguntur; Altera haec est; Dum relabimur, eas corporis partes foedamus, quae in prima ruina coenum eluserant.

Iam vero cohaerenter ad hanc similitudinem, Augustinus surgere gestiens, gravius adlidebatur; Aut quia impetus illi, quibus volebat virtutem adprehendere, in vitii sequelam vertebantur; Aut quia virtutis stimuli in conatu frustrati, & fere consumti aut nullo, aut minimo repaculo a vitio iterum trahebantur. Quibus pariter fiebat, ut gravius volutaretur, aut quod nempe eisdem amplius: aut quod diversis vitiis, erroribusque foedaretur. A Venere quippe ad Manichaeos, a Manichaeis ad Genethliacos, a Genethliacis ad Academicos. Quanquam tandem aliquando insigni conatu divina virtute facto ab his, & ab aliis ita feliciter emerserit, ut nunquam inde aut gravius, aut aeque graviter adlisus sit.

(*h*) *Cum illa Vidua casta &c. quales amat.* = Tales se amare contestatus est Deus Paulo ministro suo, non quidem integra, sed ex duabus coalescente una sententia: *Vidua eligatur &c. in operibus bonis testimonium habens &c. prudentes, castas, sobrias.* 1. Tim. 5. 9. Tit. 2. 5.

Eo autem, quod addit: *Iam quidem spe alacrior &c. de me plangere ad te*, adludit ad illud eiusdem Pauli 1. Tit. 5. 5. *Quae autem vere vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte, ac die.*

Et tandem, inquiens inde: *Et intrabant in conspectum tuum preces eius*, illud respicit Psal. 87. 2. *Intret in conspectu tuo oratio mea.*



CA-

C A P U T XII.

A R G U M E N T U M.

Bonum alterum refponfum narrat, quo Matrem Deus ex anxiis curis adduxit. Cum enim pia mulier Epifcopum in Ecclefia nutritum, ac Theologia Chriftiana exercitatum enixe obteftaretur, ut dogmatico congreffu Filium ab erroribus folveret, & in veritatem reftitueret, & prudenti tergiverfatione petitionem eludentem fortius conftringeret, illud retulit: Talium lacrymarum filium perire non poffe: Quod ceu oraculum divinitus datum excipiens, magnos timoris fluctus compofuit.



ET dedifti alterum refponfum interim, quod recolo; nam & multa praetereo, propter quod propero ad ea, quae me magis urgent confiteri tibi, & multa non memini. Dedifti ergo alterum per facerdotem tuum, quemdam epifcopum nutritum (*a*) in Ecclefia, & exercitatum in Libris tuis. Quem cum illa Femina rogaffet, ut dignaretur mecum colloqui, & refellere errores meos, & dedocere me mala, ac docere bona (faciebat enim hoc, fi quos forte idoneos inveniffet) noluit ille, prudenter fane, quantum fenfi poftea. Refpondit enim me adhuc effe indocilem (*b*), eoquod inflatus effem novitate haerefis illius: & nonnullis quaeftiunculis jam (*c*) multos imperitos exagitaffem, ficut illa indicaverat ei. „ Sed fine, inquit, illum ibi, „ & tantum roga pro eo Dominum: ipfe legendo reperiet, quis „ ille fit error, & quanta impietas. „ Simul etiam narravit fe quoque parvulum a feducta matre fua datum fuiffe Manichaeis, & omnes pene non legiffe tantum, verum etiam fcriptitaffe Libros eorum; Sibique adparuiffe, nullo contra difputante, & convincente, quam effet illa fecta fugienda: itaque fugiffe. Quae cum ille dixiffet, atque illa nollet adquiefcere, fed inftaret magis deprecando, & ubertim flendo, ut me videret, & mecum differeret: ille iam fubftomachans taedio, Vade, inquit, a me, ita vivas: fieri enim non poteft, ut filius iftarum lacrymarum pereat. Quod illa ita fe accepiffe, inter colloquia fua mecum faepe recordabatur, ac fi de coelo fonuiffet (*d*).

(*a*) *Quemdam Epifcopum nutritum &c.* = Adnotant hunc locum Henricus Waugnareck, inquiens „ Quis ille fuerit, non liquet: vulgus fubinde S. „ Ambrofium huius oraculi autorem facit, fed imperite. S. Auguftinus enim, feipfo tefte, nonnifi poft novem „ demum annos aetatis anno XXIX. Mediolani S. Ambrofium convenit, ut „ refert cap. 12. lib. 5. quo libro fe „ *annum undetrigefimum aetatis protoeturum* cap. 3. praefatur.

At quid fi vagae imaginationis homo dicat forte Auguftinum magna digreffione ad ea nunc tranfire tempora, quae Mediolani tranfegit?

Gravioribus ergo rationibus vulgi opinio illa refutatur. Primo; Monnica Mediolanum veniens Auguftinum non quidem Catholicum, fed tamen Manichaeorum vinculis folutum invenit: *Sed tamen ei cum indicaffem, non me quidem iam effe Manichaeum, fed neque Catholicum Chriftianum*, lib. 6. c. 1. Preces autem illae id intuebantur, ut doctus epifcopus ab Auguftino Manichaeorum impia dogmata evelleret; ut ex praefenti cap. fatis patet.

II. Hic Monnica timorum culmine vexata pingitur: ibi placida fpe pacata, & de imminente converfione fere triumphans.

III.

III. Adiectivum *quemdam* antistitem designat orbi non adeo notum; quis autem Ambrosio notior, maxime in his Confessionibus?

IV. Episcopus ille, ut paulo post S. Doctor habet, fuerat olim iisdem Manichaeorum muscipulis captus: in quas tamen nunquam impegisse Ambrosium exploratum est.

V. Profitetur Augustinus infra quam saepe noluisse se longo colloquio Ambrosium de fidei controversiis percontari, ne vel pia eius otia, vel magnas curas turbaret; non ergo aliquando tam manifeste Ambrosius Augustini congressus dedignatus fuerat.

VI. Lib. tandem 6. huius operis cap. 2. in fine haec habet S. D. *Ita ut saepe erumperet, cum me videret, in eius praedicationem* (Ambrosius) *gratulans mihi quod talem matrem haberem, nesciens qualem illa me filium.* Quomodo qualem Monnica filium haberet nesciebat ille, quem eadem femina pro filii salute tot lacrymis deprecata fuerat?

Nulla igitur probabilitatis specie vulgus episcopum illum Ambrosium appellat

Ambrosius Staibanus in Templo Augustiniano: Ioseph Renatus in Vita S Monnicae lib. 1. cap. 15. & lib. 2. cap. 12. & alii censent oraculum illud ab Aurelio Carthaginensi episcopo datum: cum Monnica secunda vice Carthaginem petentem secuta, eum maiori vi a Manichaeis conaretur avertere.

Eius Aurelii frequentissimam mentionem habet Augustinus, lib. 2. de Peccato orig. contra Pelag. & Celestium, Epist. ad Marcellinum 128. & 129. in fine. Epist. 175. (Alias, 90.) ad Innocentium Rom. Pontif. Item ad eumdem Epist. 176. (Alias 92.) Epist. 197. (Alias, 104.) ad Sixtum inde Rom. Pontif. Quem Aurelium praedictus Innocentius Rom. Pontif. primo loco nominat Epist. 181. (Alias, 91.) Ad quem se scripsisse fatetur Paulinus Epist 24. (Alias, 35.) ad Alypium n. 3. Cuius Episcopi factum summis laudibus effert Augustinus Serm. 355. (Alias, de Diversis 49) de Vita, & Moribus suorum Clericorum 1. n. 5. Ad quem anno 417. scripsit librum de Gestis Pelagii. Et eius iussu librum de Opere Monachorum circa an. 400. scripsit, ut patet ex lib. 2. Retract. cap. 21. & ex ipsius operis initio. Et an. 416. libros de Trinit. 15. ut lib. 2. Retract. cap. 15. & integra Epist. 174. quae ipsius Augustini voluntate ad caput operis praemissa est.

Iam vero quasi non adtendentes primo impetu chimeram illam fugavimus. Qui enim fieri potuit, ut gravis esset antistes, & ceu oraculum reposceretur in adolescentia Augustini, qui in eiusdem canitie adhuc florebat?

At presse, expediteque agendum est. Quo omnino tempore factum illud contigerit, non adeo liquet; at quodcumque fingatur tempus, sumus in tuto. Cum in Africa morabatur Augustinus, nec episcopus, nec sacerdos erat Aurelius; ac forte vix adolescens, Augustino iunior. S. Doctor enim iam bene Catholicus, Monnica defuncta, Africam repetens, Aurelium diaconum invenit. Lib. enim 22. de Civit. Dei, cap. 8. n. 3. haec prodit „ Apud Carthaginem autem quis novit, praeter „ admodum paucissimos, salutem, quae „ facta est Innocentio Exadvocato vicariae praefecturae, ubi nos interfui„ mus, & oculis adspeximus nostris? „ Venientes enim de transmarinis me, „ & fratrem meum Alypium, nondum qui„ dem clericos, sed iam Deo servientes, at „ erat cum tota domo sua religiosissi„ mus, ipse susceperat, & apud eum „ tunc habitabamus. Curabatur a Medi„ cis &c. Visitabant eum quotidie san„ cti viri, Episcopus tunc Uzalensis, „ beatae memoriae Saturninus, & pres„ biter Gelosus (1), ac diaconi Car„ thaginenesis Ecclesiae: in quibus erat „ & ex quibus solus nunc est in rebus „ humanis iam episcopus cum honore a „ nobis debito nominandus Aurelius &c.] Haec autem scribebat Augustinus circa an. aetatis suae 72. Domini 426. aut 427 Cum incidisset regressus in Africam an. aetatis 34. Dom. 388.

Huc etiam illud facit Epist. 22. (Alias, 64.) n. 4. in fine; cum nempe ad tollendas commessationes in coemeteriis, & Memoriis Martyrum fieri solitas suadere cupiens eumdem Aurelium, hocce eum argumento premit: *Ad hanc autem rem quis alius episcopus esset aptandus, nisi qui eam diaconus exsecrabatur?*

Cum autem anno 390. Genethlius Aurelii antecessor synodo Carthaginensi 2. praefuerit; & anno 393. Hipponensis sub Aurelio celebrata sit; manifeste sequitur nec ante an. 391. nec post 392. eum-

(1) Plerique MSS. *Gelosus*.

eumdem Aurelium in Carthaginenſem e-piſcopum ordinatum. Quod ante me obſervaverunt Benedictini in imo margine Epiſtolae ultimo loco laudatae; & Henricus Norifius lib. 2. Hiſtor. Pelag. cap. 8. circa finem. Adeoque cum Auguſtinus ſacerdos ordinatus fit anno 391. Hypponenſis antiſtes 395. forte iam presbytero Auguſtino, non erat epiſcopus Aurelius, fuitque huius thiara Auguſtiniana ſolo triennio vetuſtior. Cumque veroſimile ſit Aurelium ſemper Catholicum, & religioſum citius ad epiſcopatum adſumtum pro ſua aetate, ac Auguſtinus, qui tot vitiis, & erroribus diu vagatus fuerat; vide an prorſus improbabile ſit quod ſupra fuimus ſuſpicati, forte nempe Aurelium Auguſtino natu minorem fuiſſe.

Quod quidem paululum etiam ex hoc annorum calculo confirmatur. Vivebat enim Aurelius, dum ſcriberet Auguſtinus Lib. 22. de Civit. Dei, qui etiam omnium poſtremus eſt; omnium autem litterarum vaſtiſſimo illi volumini non dedit Auguſtinus ultimam manum ante an. 426. ut Benedictinis, vel etiam 427. ut Henrico Noriſio lib. 2. Hiſtoriae Pelag. cap. 24. & lib. 2. cap 8. magnis momentis viſum eſt. Vivebat anno 429. quo Marius Mercator ad Theodoſium libellum ſcripſit; in eo enim Ambroſius, Innocentius, Zoſimus, Theodotus, Praylusque defuncti *beatae recordationis* laude deſignantur; Aurelius autem ita ſimpliciter ponitur. „ Ibique (*Carthagine*) „ de infraſcriptis capitulis apud Aurelium „ Epiſcopum memoratae urbis per libel„ lum a quodam Paulino diacono ſan„ ctae memoriae Ambroſii Mediolanenſis „ Epiſcopi eſt accuſatus. „

Iam vero, Capreolus, cuius litterae par. 2. c. 9. Epheſinae ſynodi laudantur, ante Paſcha an. 431. cathedram Carthaginenſem occupabat; ſequiturque proinde Aurelium circa annum 430., quo & Auguſtinus defunctum eſſe. Cumque Auguſtinus annum aetatis ſuae exegerit ſeptuageſimum ſextum, non adeo facile, niſi alia monumenta occurrant, credendus eſt Valerius Auguſtino natu maior, aut etiam aequalis. Quod tamen parum ad nos.

Prorſus igitur imperiti ſunt, & in re Auguſtiniana hoſpites, qui antiſtitem illum Monnicae oraculum Valerium opinantur Carthaginenſem Epiſcopum.

At inquiet aliquis; Forte ergo Genethlius, de quo Auguſtinus Epiſt. 44. (Alias, 163.) cap. 5. n. 12. vel alius Aurelii anteceſſor.

R. Nec Genethlius, nec alius Carthaginenſis Epiſcopus; Dicit enim Auguſtinus *quemdam*: quis autem Africanis Carthaginenſi Epiſcopo notior? Dicit paulo poſt, ſe multos exagitaſſe imperitos a Monnica indicatum Epiſcopo: *ſicut illa indicaverat ei*, Carthaginenſis antiſtes autem id tam bene noviſſe debuit, ut potius Monnica potuiſſet ab eo reſcire,

Quapropter Auguſtini phraſi bene penſata, dicendum videtur; Hoſpitem fuiſſe Epiſcopum illum; aut fortuito per Tagaſtam tranſeuntem; aut ſuis expediendis negotiis Carthaginem (1) Africae metropolim curſim adceſſum: cuius pietatis, & eruditionis fama uſque ad Monnicae aures reſonante &c.

Manifeſtius, ſpecia iisque quidquam aut adſerere, aut ſuſpicari nec poſſumus, nec volumus: utpote qui iamdiu ab Auguſtino lib. 8 de Gen. ad Litt. cap. 5. n. 9. circa med. illud didicerimus: *Melius dubitare de occultis, quam litigare de incertis*(2).

(*b*) *Reſpondit enim me adhuc eſſe indocilem*. = Docilitas heic pro ingenuitate, vel pia animi adfectione ponitur: qua controverſi dogmatis momenta bene, ingenue, candide, nullaque turbulenta paſſione adtendimus, meditamur. In quacunque controverſia, & diſputatione niſi praeiudicia, quae voluntatem, mentemque occupant exuas, fruſtra laboramus, in caſſum verba, & rationes, quanquam graviſſimas fundimus; meridianae etiam lucis veritatem inficiaberis, & ſi id parum ſit, deridebis. At potiſſimum in re ſacra, & dogmatica: quae ſi dicere fas ſit, non tam ingenii acumine, quam voluntatis pia adfectione deprehenditur; Unde ipſe Auguſtinus de Moribus Manichaeorum Lib. 2. cap. 2 n. 4. „ Scio „ rurſus eſſe quoſdam, qui quamquam „ bono ingenio utcumque iſta videant, „ mala tamen voluntate, qua ipſum quo„ que ingenium ſunt amiſſuri, pertina„ citer agant, & quaerant potius, quid „ adverſus iſta dicant, quod tardis, & „ imbecillis facile perſuadeatur, quam „ verum eſſe conſentiant.] Tract. 36. in Ioan. n. 7. *Ideo credis, quia non capis: ſed credendo fis idoneus ut capias. Nam ſi non credes, numquam capies, quia minus idoneus remanebis. Fides ergo mundet te, at intellectus impleat te*. Et n. 9. *Ne perdas perſonam, diſtingue perſonas, diſtingue intelligentia, noli ſeparare perfidia*. Et concilium Tridentinum Seſs.

(1) Vide l. 4. c. 7 lit. C. ſub fin.

(2) l. p. tit 3.

Seſſ. 6. cap. 4. *Libere moventur in Deum credendo vera eſſe quae &c.* Et pulcrius ad rem noſtram concilium Arauſicanum c. 5. *Affectus credendi eſt initium fidei.*

Immo Divinae Scripturae; Rom. 10. 10. *Corde enim creditur ad iuſtitiam*, Actor. 8. 37. *Si credis ex toto corde*. Actor. 16. 14. de bona muliere Lydia: *Cuius Dominus aperuit cor intendere his, quae dicebantur a Paulo*. Et Lucae 24. 25. Chriſtus duobus diſcipulis Emmaus Caſtellum petentibus: *O ſtulti, & tardi corde ad credendum.*

Quod ſi pia adfectione exſutus, turbulenta paſſione obruaris, nedum decipieris, ſed delirabis. Quod ut cito, & bene intelligas, ad impii regis Iſrael Achabbi ſcenam te verte; Ambiens Ramoth Galaad ſuae ditioni ſubiicere, armis meditatur Syriae regis potentiam frangere; anceps vero, pavidusque de certaminis exitu, nec pſeudoprophetarum, & aulicorum mollibus, doloſiſque blandimentis fidens, Ioſaphat regis Iuda importuno ſuaſu Micheae Prophetae repoſcit oraculum: *Michaea, ire debemus in Ramoth Galaad ad praeliandum, an ceſſare?* Cumque Propheta ioco ſpondens victoriam, renueret malo principi retegere arcanum; inſtat ille, interpoſito etiam nomine Domini: *Iterum, atque iterum adiuro te, ut non loquaris mihi, niſi quod verum eſt in nomine Domini.* Precibus hiſce Domini conditis nomine cedens Michaeas, pandit myſterium: non ſcilicet Syriae, ſed Iſraelis capiti imminere ruinam: *Vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus, quaſi oves non habentes paſtorem*. Iam crederes pro caeleſti reſerato myſterio ab Acabbo laureolis coronatum Michaeam. Non ita profecto, non ita, Ira, furore ſtultus agitur in Dei Miniſtrum: *Dixit ergo rex Iſrael ad Ioſaphat: Numquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum, ſed ſemper malum?* Ubi non dicam pietas, ſed mens tua infelix Achabbe? Annon ille tu, qui ad veritatem detegendam anxitudine tanta etiam ſub ſacramenti ſpecie Prophetam adigebas? Quid ſi Michaeas tuis ariolis, tuis aulicis ſimilis, victoriam ſpopondiſſet, quando imminebat exitium? Lib. 3. Reg. cap. 22.

Veni etiam mecum ad Evangelia: ſed admodum cito, & curſim: neque enim poſſumus in hac digreſſione commode tam amplum argumentum digerere. Nato Ieſu, Orientis Magi Ieroſolymam adcedunt, ſicque iam prophetiae conſummantur. Quis non crederet Iudaeos, quibus primo altiſſimae ſortis, ac pacis Infans ille adveniit, geſtire, ac ta gaudia prodere? Et tamen vide quid ibi cap. 2. n. 3. conteſtetur Matthaeus: *Audiens Herodes rex, turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo.*

Sabbatum olim Deus ſibi dicaverat, in quo Iſrael pio liberans otio, in ſui obſequium, & laudem integra mente, laxiſque fibris profunderetur. Tali die inſignia portenta, divina virtute facienda quae vel fatua anus ſomniaret inhibita? Et tamen ab utero matris caeco a Redemtore ſanato, in has ſtultas, & impias voces lividi mille praeiudiciis ... Iudaeorum Theologi prorupere: *Dicebant ex Phariſaeis quidam: Non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit.* Ioan. 9. 16.

Iure ergo, & prudenter quum Auguſtinus haereſis novitate inflatus, eſſet *indocilis*, hoc eſt aliquo praeiudicio occupatus, renuit eum eo congredi pius ac eruditus antiſtes.

Quanquam Auguſtini, natura candidi, & veritatis amantiſſimi indocilitas fuerit admodum tenuis, iis, de quibus diximus, & aliis plurimis nullo modo comparanda!

Cum autem reprobi lata ultima, teterrima irrevocabili tormentorum ſententia: omnem piam in divina adfectionem amittant, fiant ſupra modum indociles, & innumeris gravibus praeiudiciis occupentur, quid mirum ſi prorſus theologica Fide exuantur?

( ) *Et nonnullis quaeſtiunculis iam &c.* = Altera primariaque ratio cur noluerit ille cum Auguſtino diſputare: timens, non ſe incomparabilis ingenii Adoleſcentem capturum, ſed ab eo ſeſe captum iri. Indocilis quidem nonnihil erat Auguſtinus haereſis novitate inflatus, ſed cum reliquis collatus haereticis maxime docilis, ut ex integra eius hiſtoria ſatis liquet. Iam vero ſi quaecunque indocilitas nobis ſilentium debet imponere: quem haereticum aut ſcriptis, aut voce impugnabimus? Non ergo ſola indocilitas prudentem doctumve Epiſcopum ad tergiverſationem duxit, ſed tenuis indocilitas, quam nimis vivax, nimis ſolers, nimis acre, & ſubtile tutaretur ingenium, quo tot fere proſtrati erant, quot ad luctam venerant, & non ſtatim pedem retraxerant. Unde Ioſeph Renatus a Ieſu Maria Auguſtinenſis Excalceatus Lib. 1. Vitae S. Monnicae, cap 14. hunc locum reſpiciens, inquit. „ Ma per- „ che Agoſtino veniva ſtimato, come in „ effetto egli era, per uno de più ſot-

ſe tili,

„ tili; e cavillofi di quei tempi, ancorchè compaffionaffero quelli l' afflitione di Monica, e compiangeffero l' eterna fventura del di lei figlio, non s' arrifchiorono però di porfi al cimento, che quella defiderava, ful timore non folo di rimettervi di riputatione, ma di più d' apportare qualche notabbile pregiudizio a' cattolici &c. „

Unde & Auguftinus ipfe tergiverfationem illam prudentem ingenue appellat: *noluit ille, prudenter fane, quantum fenfi poftea*: Quibus Auguftini verbis ex integro exferiptis Vener. Nofter P. Thomas a Iefu t. 1. *de Converfione omnium Gentium procuranda*, lib. 4. cap. 7. ubi quaerit infigni haefitatione, *An oporteat cum Infidelibus collationibus, ac difputationibus publicis de rebus Fidei agere*, concludit. „ Magna igitur opus eft confideratione, ac, ut verius dicam, opus eft divinae prudentiae difcernere, quando cum infidelibus publicis colloquiis, & collationibus congrediendum fit, quando vero abftinendum: infpiciendaque funt perfonarum merita, ftudia, fapientia, ac praecipue morum integritas, ac vitae fanctitas, quibus viri fapientes divina ope nixi promerentur de inimicis palmam reportare. „

Non autem vel paululum ab Auguftini ingenii alta aeftimatione te illa duo deturbent, *quaeftiunculis, imperitos*: non alia enim Doctorum Modeftiffimum decebat phr-fis, non aliam pofcebat Orthodoxae Fidei dignitas. An controverfias, quibus Auguftinus Manichaeus Catholicos vexavit, quaeftiones graves, & eximias appellandas expectabas? An quos proftravit Catholicos, ab ipfo Auguftino facto Catholicorum achille graves, appellatum iri, atque doctiffimos?

Hos autem fuiipfius Manichaei in Catholicos fortes conatus & alibi innuit. Lib. contra Epift. Manichaei, cap. 3. n. 3. „ Qui denique omnia illa figmenta, quae vos diuturna confuetudine implicatos, & conftrictos tenent, & quaefivi curiofe, & attente audivi, & temere credidi, & inftanter quibus potui perfuafi, & adverfos alios pertinaciter, animofeque defendi &c.] Lib. de Duabus Animabus contra Manichaeos, cap. 8. & 9. „ Alterum (*quod ipfum, quia Manichaeos relinqueret, detinebat*) quod quaedam noxia victoria pene mihi femper in difputationibus proveniebat differenti cum Chriftianis imperitis, fed tamen fidem fuam certatim, ut quifque poffet defendere molientibus. Quo fucceffu creberrimo glifcebat adolefcentis animus &c.] Lib. de Dono perfeverantiae, cap. 20. n. 53. *Et in eisdem libris* (Confeffionum) *etiam quod de mea converfione narravi, Deo me convertente ad eam fidem, quam mifererrima, & furiofiffima loquacitate vaftabam*. Quibus addenda funt quae habentur cap. 8. libri feq.

Quot autem Catholicos Auguftinus Manichaeus deceperit? Nec ipfi Auguftino notum arbitramur. Deus fcit. Quot autem ex amicis? Deo, & Auguftino notum eft.

Nobis ufque modo nonnifi (1) quatuor occurrunt. *Honoratus, Romanianus, Amicus anonymus, Alypius*.

I. Lib. de Utilitate credendi ad Honoraium, in argum. operis, n. 2. *Tu* (Honorate) *nondum chriftianus, qui hortatu meo cum eos* (Manichaeos) *vehementer exfecrareris, vix adductus es, ut audiendi tibi, atque explorandi viderentur &c.*

II. Lib. 1. contra Academ. cap. 1. n. 3. *Ipf'n me nunc in otio, quod vehementer optavimus, nutrit, ac fovet; Ipfa* (fana philofophia) *me penitus ab illa fuperftitione, in qua te* (Romaniane) *mecum praecipitem dederam, liberavit*.

III. Lib. 4. huius Operis, cap. 4. n. 1. *Nam & a fide vera, quam non germanitus, & penitus adolefcens tenebat, deflexeram ego eum in fuperftitiofas fabellas, & perniciofas, propter quas plangebat me Mater. Mecum iam errabat in animo homo ille &c.*

IV. Lib. 6. huius Oper. c. 7. n. 2. *Et audire me rurfus incipiens*, (Alypius) *illa mecum fuperftitione involutus eft, amans in Manichaeis oftentationem continentiae, quam verum, & germanam putabat*.

De amici pofiti tertio loco falute ipfe Auguftinus loco laudato. De Alypii nedum felici, fed fanctiffimo exitu fufe Auguftinus, & nos in fequentibus: maxime l. 6. c. 7. E.

Et duos autem priores, Honoratum fcilicet, & Romaniauom ad Catholicae finum ab ipfo S. Doctore redu-

Ii ctos

(1) Vide l. 9. c. 3. E.

ctos exploratum habemos. Quod ante nos Benedictini obſervarunt, quorum ipſa verba tranſcribimus.

In Admonitione ad lib. de Utilitate credendi ,,Opus Honorati cauſſa ſcri-
„ pſit, ut a Manichaeorum errore a-
„ micum revocaret, quem olim in eo-
„ rum laqueos ipſe coniecerat, ſicut
„ ſub libri exordium confitetur &c. Au-
„ guſtini labori, ſtudioque optatus er-
„ ga Honoratum reſpondit eventus: ſi
„ tamen is eſt, ut Rivius arbitratur,
„ qui ab urbe Carthagine ſcribebat ad
„ Auguſtinum circa annum 412. & va-
„ rias illi quaeſtiones enodandas propo-
„ nebat. Quamvis enim Honoratus iſte
„ necdum baptiſmum percepiſſet, illae
„ tamen quae ab eo proponuntur quae-
„ ſtiones, minime redolent Manichaeum,
„ nec de Manichaeis, niſi ex occaſione
„ loquitur ipſi Auguſtinus, & tanquam
„ de iis, quos ipſe cenſeret haereti-
„ cos. Iſtum ipſum Honoratum, cui
„ Auguſtinus Epiſt. 140. ſcribit pre-
„ sbyterum Caſſiodorus nuncupat, qui
„ forte ad presbyteratum provectus po-
„ ſtea fuerit. Loquitur Auguſtinus in
„ epiſtola 83. de morte alterius eu-
„ iuſdem Honorati presbyteri. Sub fi-
„ nem quoque vitae ſuae ſcripſit epi-
„ ſtolam 228. ad Thabennenſem epiſco-
„ pum eiusdem nominis.

In imo margine n. 3. c. 1. lib 1. contra Academicos. „ Erat haud dubie
„ Romanianus ex eorum numero, quos in
„ Manichaeorum haereſim ſecum per-
„ traxiſſe deflet Auguſtinus l. 4. Conf.
„ c. 1. Verum is quoque ad ſanam fi-
„ dem aliquando ſe recepit, quippe qui
„ Auguſtinum ſemper coluit impenſe, &
„ nuncupatum (1) ſibi ab ipſo librum de
„ vera Religione, aliaque ipſius ſcripta
„ in magno pretio habuit; ac demum
„ per litteras a Paulino Nolenſi Epiſco-
„ po, qui panes eulogiarum nomine ei-
„ dem mittit, tractatur honorificentiſſi-
„ me, atque ut vir plane Chriſtianus
„ catholicus.] Recole dicta hoc lib. c. 1. A. & vide l. 6. c. 14. A.

His peculiaribus unam vel alteram ex generali ratione petitam coniecturam addimus, ſeu potius digito innuimus.

Niſi Romanianus reſipuiſſet, non tanto obſequio, non tanta pace in poſterioribus ſcriptis Auguſtinus eius mentionem haberet.

Auguſtinum, qui nullum non movit lapidem, ut occurrentem quemcunque infidelem ad Eccleſiae ſinum traheret: nulli, credere aequus homo omnia debet, pepercisse labori, nulli ſtudio, non voci, non calamo, non precibus, ieiunio, ut eos reduceret, quos ipſe diſtraxerat. Iam vero dic mihi, utrum veroſimile ſit, optimum Deum cariſſimi amici, ſervi fidiſſimi, Eccleſiae ſane doctoris maximi tot orationes, & lacrymas, non liberae caritatis, ſed indiſpenſabilis iuſtitiae debito fuſas, pro iis ſcilicet, quos ipſemet aliquando in errorem traxerat, ſurda omiſiſſe aure, non excepiſſe?

(d) *Ac ſi de Caelo ſonuiſſet.* = Nedum ego, qui nihil ſum, ſed & Martinus quintus Chriſti vicarius Serm. de Tranſlatione tuae Auguſtine Matri adſentitur, cenſens, immo indubium, & compertum habens caelitus datum reſponſum aliud: *Nec ceſſavit, donec caelitus admonita eſt, non poſſe tantarum lacrymarum filium perire.*

Et id quidem circumſtantiis omnibus undique ex enſis. Petebat Mater: & quidem ſanctiſſima; fervidis precibus, nunquam remittentibus. Gratiam petebat omnium puriſſimam, atque digniſſimam: Morum pietatem, fidei lucem, aeternam ſalutem. Filius, pro quo petebatur (ſi infirmitatem, naturae etiam dotes vaſtantem tollas) altiſſimi ingenii, candidae ingenuae indolis, naturalem honeſtatem colentis, in cognatos, in amicos, in omnes bene propenſae, veritatis pluſquam dici queat amantis. Reſponſi auctor ex nobilioribus Dei miniſtris, ſacris ſtudiis, & pietate cultus. Reſponſo dato, anxitudo omnis depulſa eſt, factaque in petentis animo pax, & tranquillitas.

Filius, inquit, *iſtarum lacrymarum*, hoc eſt, lacrymarum tam vigilantis tam ſanctae matris. Quod tamen modeſtiſſima Femina non ita excepit, ſed vulgariter, ac ſimpliciter: quaſi dixiſſet Epiſcopus, Fieri non poteſt, ut optimus Deus filii converſione tam afflictam, tanto moerore confectam matrem non ſoletur. immo prudens Femina haud ſibi fidens, non abſolute reſponſum illud Caeleſte appellavit, ſed (ex ſanctitate reſpondentis, concepta luce, & pace) *ac ſi de Caelo ſonuiſſet.*

Et en Monnicae piarum lacrymarum fructus: ad eaſque transferri poteſt quod univerſim infidelis Poeta cecinit (2): *Et lacrymae proſunt, lacrymiſque adamanta moventur.* Et in Monnicae lacrymis

(1) Circa an. 390.

(2) Ovidius.

mis nobilius quiddam invenimus, ac in feminae cuiuscunque S. Petrus Chrysologus Serm. 79. observavit inquiens. „ Feminae nascuntur lacrymis, mancipantur moeroribus, gemitibus addicuntur: & in lamentis tantum fortes sunt, quantum viribus inveniuntur infirmae, & quantum imparatae sunt ad labores, tantum ad lacrymas sunt paratae. Hinc est quod lacrymis arma vincunt, regna fletibus inclinant, lamentis totam virorum fortitudinem frangunt.] Sed generalis ille in feminis ad luctum stimulus aut nulla, aut vix minima laude dignus est: oriturque ex imbecillitate. Monnicae vero lacrymae virtutis, pietatis fuere filiae, & iure meritoque a Catholicis omnibus summis laudibus celebrantur:

Inquit Augustinus Serm. 382. (Alias, 4. de Sanctis) de S. Stephano, cap. 4. „ Dicam planius, dicam apertius: Elisus est filius perditionis: erectus est vas electionis: elisus est Saulus: erectus est Paulus. Nam si Martyr Stephanus non sic orasset, Ecclesia Paulum hodie non haberet.] Utique Viidingo, & Benedictinis non levibus coniecturis eius sermonis in suspicionem venientibus adsentimur; at sententia illa conformis est iis, quae in certis Augustini scriptis habentur. Serm. 317. de Staphano Martyre 4. (Alias, 91. de Diversis) cap. 3. *In ipsa candelabra lucebat etiam ille, qui prius laudantium vestimenta servabat, de Saulo Paulus &c. ecce lucet tamen Stephani, lucerna ista &c.* Vide etiam Serm. 168. (Alias, 17. ex Hom. 50.) de verbis Apost. Ephes. 6.

Paulo Augustinum, Monnicae Stephanum substitue. Quod ut libentius facias, adtende adhuc ipsum S. Doctorem Lib. de Dono persever. c. 20. n. 53. id praedicantem: *Et in eisdem etiam libris* (Confessionum) *quod de mea conversione narravi &c. nonne ita narratum esse meministis, ut ostenderem me fidelibus, & quotidianis matris meae lacrymis ne perirem fuisse concessum?*

I. Ad huius capitis, & totius libri calcem habent vigilantissimi Benedictini Patres. „ Visum est hic adscribere Augustini locum ex lib. 3. contra litteras Petiliani Donatistae, c. 17. *Me etiam presbyterum fuisse Manichaeorum vel falsus, vel fallens mirabili temeritate contendat. Verba tertii libri Confessionum mearum, quae per seipsa, & de multis ante, & postea dictis manifestissima sunt legentibus, sub quo ei videtur intellectu proponat atque arguat &c.* Quaenam vero sint verba illa, quae suo avulsa loco proterve interpretabatur Petilianus, nobis incompertum est; forte an ista capitis sexti: *Nam versum, & carmen etiam ad vera pulmenta transfero.* Quippe amatoria maleficia mulieri data exprobrabat Augustino, ut videre est in eiusdem libri contra Petiliani litteras capite 16. „


Acutissime! neque enim probabilius quidquam occurrit. Vel autem *pulmenta*, vel *elementa* legatur, suspicio fere eadem, si bene vides consistit.

Duo tantum nos pungunt, faciuntque ut non prorsus coniecturae huic adquiescamus.

Quorum primum est: quod Augustinus ceu diversas duas calumnias sibi a Petiliano impactas recenset: Et quod maleficia amatoria propinavisset mulieri; Et quod mala quaedam in tertio Confessionum libro fuisset complexus. Et quidem ita, ut multa interponantur verba, & maledicta. Scilicet calumniarum duae classes secernuntur diversis phrasibus, & expressionibus; quorum prima sic incipit: *Eat nunc, & anhelis pulmonibus, ac turgidis faucibus me tamquam &c.* Sic autem altera: *Pergat etiam sermone multiloquo, sed plane vaniloquo in ea, quae prorsus ignorat; vel in quibus potius abutitur ignorantia plurimorum &c.* Prima malefici suspicionem: Posterior Confessionum censuram complectitur.

Secundum quod nos pungit est, magna codicum MSS. ab editis discrepantia; Enduensis quippe a Lovaniensibus laudatus: & omnes ab ipsis Benedictinis visi, non *tertii*, sed *quarti* habent „ *In omnibus MSS. legitur*, quarti libri.] In bibliothecis Florentinis post diligentiam etiam non levem, librorum in Petilianum nullum nobis occurrit exemplar. Vide lib. seq. cap. 1. B.





CONFESSIONUM

LIBER IV.



ARGUMENTUM.



Udet se ab anno aetatis suae decimo-nono usque ad vigesimum-octavum Manichaeorum laqueis captum, in eosque amicos traxisse. Detectis inde bonae indolis nonnullis scintillis, quibus discipulos sine dolo docuit, concubinae fidem servavit, & aruspicum impietatem exsecratus est; doles se Mathematicorum superstitione pellectum, & amici morte velut in phrenesim actum. Cuius rei occasione quibusdam de honestae amicitiae iuribus: deque circa aetatis suae annum vigesimum-sextum, aut vigesimum-septimum de Apto, & Pulcro *scripto volumine, interpositis; iterum pie torquetur, illud expendens: Singulare incomparabile ingenium, quo abstrusissimas Aristotelis Categorias, & omnium Liberalium artium libros adhuc adolescens, nullo hominum tradente, mira facilitate per sese vidit, & intellexit, in vanum, in malum usum vertisse.*



CA-

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Adoleſcentiae ſuae, & iuventutis tetris pingendarum coloribus primores nunc, ampliorceſque lineas ducit; Novennio inquiens, mente, ac adfectione laeſis, variis modis alios decepiſſe, inſimul ipſo decepto; inanis gloriae ſtimulis actum contentioſa ambiiſſe carmina; curioſitate punctum ſpectaculorum nugas; libidine aeſtuantem Veneris gratiam amaſſe; hiſque omnibus cum amicis a ſe, & ſecum deceptis foedatum Manichaeorum Electorum ventribus ſe purgari exoptaſſe. Quorum omnium ingenuam confeſſionem in tuto ponens, ſuperborum cenſorum irriſiones nauci ſe habiturum praefatur.



Er idem tempus annorum novem, ab undeviceſimo anno aetatis meae, uſque ad (*a*) duodetriceſimum, ſeducebamur, & ſeducebamus: falſi atque fallentes in variis cupiditatibus; & palam per doctrinas, quas Liberales vocant, occulte autem falſo nomine Religionis. Hic ſuperbi, ibi ſuperſtitioſi (*b*), ubique vani. Hac popularis gloriae ſectantes inanitatem, uſque ad theatricos plauſus, & contentioſa carmina (*c*), & agonem coronarum fenearum (*d*), & ſpectaculorum nugas, & intemperantiam libidinum; illac autem purgari nos ab iſtis ſordibus expetentes cum eis, qui appellantur, Electi, & Sancti, adferremus eſcas, de quibus nobis in officina aqualiculi ſui fabricarent (*e*) Angelos & Deos, per quos liberaremur. Et ſectabar iſta, atque faciebam cum amicis meis, per me, ac mecum deceptis (*f*). Irrideant me arrogantes, & nondum ſalubriter proſtrati, & eliſi a te, Deus meus: ego tamen confiteor tibi dedecora mea in laude tua. Sine me obſecro, & da mihi circumire praeſenti memoria praeteritos circumitus erroris mei, & immolare tibi hoſtiam iubilationis (1). Quid enim ſum ego mihi ſine te, niſi dux in praeceps? Aut quid ſum, cum mihi bene eſt, niſi ſugens lac tuum: aut fruens te cibo, qui non corrumpitur? Et quis homo eſt quilibet homo, cum ſit homo? Sed irrideant nos fortes, & potentes: nos autem infirmi (2) & inopes, & confiteamur tibi.

(*a*) *Ab undevigeſimo anno aetatis meae, uſque ad &c.* = De anno aetatis ſuae decimo-nono iam dixerat: ſed nunc ſequentis temporis poſiturus lapſus, volenſque integrum eorum dare tempus, quaſi denuo ab illo anno hiſtoriam orditur.

Harum aberrationum terminum aetatis ſuae annum vigeſimum-octavum dicit: tempus inſpiciens, quo Fauſti Manichaeorum oraculi inſcitia deprehenſa, non quidem Chriſto, eiuſque Eccleſiae ſe dedit, ſed tamen eorumdem Manicheorum iugum excuſſit: *Proloquar in conſpectu Dei mei annum illum undetriceſimum. Iam venerat Carthaginem quidam Manichaeorum epiſcopus, Fauſtus nomine &c.* Infra l. 5. c. 3. Novennio autem ſe Manichaeis adhaeſiſſe & in his Confeſſionibus, & alibi confirmat frequenter.

Seductionibus annum aetatis ſuae vigeſimum-octavum terminum ponit: quia etſi a Manichaeis ſolutus, adhuc a veritatis puncto aberraverit, non tamen quemquam amplius ab eccleſia retraxit: nec ipſe ab aliquo haereticorum, vel infidelium conventiculo ſeductus eſt: ſed incertus, ac dubius quaſcumque religiones inter pendulus haeſit, maiorem lu-

(1) Pſal. 26. 6.

(2) Ex 1. Cor. 4. 10.

lucem, qua in tutum portum dirigeret animam suam adtendens.

Seducebamur, inquit, *& seducebamus*: quia a Manichaeis seductus, alios ipse seduxit, sibique & Manichaeis copulavit. Quanquam & obvio, proprioque hoc sensu sublato, alia ratione etiam seductus dici posset. Omnis enim, maxime in religione, alios seducens, & ipse seducitur; quum peccans quilibet animam suam circa gravissimum aeternitatis negotium seducat. *Errant qui operantur malum*. Prov. 14. 22. *Erraverunt ab utero*. Psal. 57. 4. *Semper hi errant corde*. Psal. 94. 10. Et aptius ad Augustini propositum: *Animae dolosae errant in peccatis* Prov. 13. 13. *Prudentia stultorum errans*, Prov. 14. 8.

(*b*) *Ibi superstitiosi*. = An haec verba a Petiliano in alienum sensum detorcta? quasi Augustinus ex instituto superstitioni adhaeserit, Magiam professus? Quandoquidem talia ille obiiciebat: Manichaeorum immunditiam in Augustinum exaggerans: *Manichaeorum immunditias libentissime exaggeret, easque in me laterando detorquere conetur*, Lib. 3. contra Litteras Petil. cap. 16. n. 19. circa med. Verum & suspicio haec plures exceptiones patitur; immo ei, quam supra Benedictini prodiderunt, longe posthabenda est.

Superstitiosus autem Augustinus, tum quia Genethliacis aliquando adhaesit: tum quia fatua Manichaeorum religio superstitiones plures involvebat. Quod tamen haud magnum pro haereticis est; non enim superstitiosus quilibet etiam haereticus est, sed omnis aut Iudaeorum, aut Paganorum, aut Haereticorum secta superstitionem involvit.

(*c*) *Et contentiosa carmina*. = Vat. Am. bad. Er. Lov. Wang. Som. MS. Med. *certamina*. At MSS. duodecim Etr. (nam in horum vetustissimo eadem manu deletur, *certamina*, & substituitur, *carmina*) 3. a Lov. visi, & novissime Benedictini nobiscum praeferunt, *carmina*.

Ita legendum esse nimis manifestum arbitramur; agi enim hic de contentiosis carminibus patet ex cap. seq. n. 2. ubi distinctius eadem res ita resumitur: *Recolo etiam cum mihi theatrici carminis certamen &c.* Maxime quoniam nec puer, qui prima tantum eloquentiae rudimenta delibavit certamini *contentiosum* velut epitheton adderet: contentio enim, & certamen synonyma sunt: ex contentione autem *contentiosum*.

Unde bona venia *Erasmi*, grammatici incomparabilis, qui ridiculam lectionem illam, *contentiosa certamina* adoptavit, Lectorem admonemus, eatenus *contentiosa carmina* Augustinum dicere, ut innuat, non texendorum carminum genium in se damnare, sed inanis gloriae stimulos, quibus reliquis cum Poetis carminum certamina inibat.

(*d*) *Et agonem coronarum fenearum*. = Duo MSS. Med. unus in textu, alter in marg. Ricar. Item in margine, & unus saltem MS. S. Cr. Vetusti Basil. ut innuitur in margine editionis Er. & Som. *feminearum*. Reliqui codices omnes tum editi, tum MSS. quos vidimus, genuinam lectionem retinent.

Sed quae e feneae illae coronae? Henricus Wangnereck. *Eas feneas appellat per contemptum, non quod e foeno essent: sed quia gramen, flores, folia, unde texebantur, in foenum mox abeant, & exarescant*.

Nobiliori divino conceptu coronas illas ab Augustino *feneas* appellatas arbitramur; homini quippe divinis inhianti etiam ex metallis, & gemmis intextae coronae feneae videbantur. Eas igitur coronas feneas dixit, qua ratione Sacrae Scripturae mundi honores, laudes, divitias, potentiam aut fenum dicunt, aut feni imbecillitati, & inconstantiae comparant. 4. Reg. 19. 26. Psal. 36. 2. 91. 8. & 102. 15. Isa. 37. 27. & 40. 6. Iacobi 1. 9. & 10. Petri ep. 1. c. 1. v. 24. L. 3. contra Academ. c. 18. *Foeneas ille Platonitas Antiochas &c.*

Fenea corona fuit convivium Baltassaris regis Chaldaei, violenta manu eadem nocte peremti. Daniel. 5. Feneae coronae Amani, filii Amathi in regis Assueri aulis regnoque plausus, honores, triumphi, Amani inquam mox eiusdem regis violento, impatientique imperio in eadem excelsa trabe, altitudinis quinquaginta cubitos habente, a se Mardochaeo parata suspensi. Esther. cap. 34. 5. 6. & 7. Feneae coronae agri, rura, horrea, divitiae, epulae, somni pacifici infelicissimi cuiusdam sequenti nocte ab earum quisquiliarum triumphis, & a mundo sublati. Lucae 12.

(*e*) *De quibus nobis in officina aqualiculi sui fabricarent &c.* = Acuta metaphora ad manichaeos irridendos, Electorum suorum ventribus excerptos ab Auditoribus fructus purgari delirantes. Aqualiculus enim proprie haud venter est, sed ventris pars illa ultima, & lutulenta, in quam sordes fluunt. *Cum tibi salve, pinguis aqualiculus propenso sesqui-*

quipede extet. Perſus Sat. 1. v. 36. & 37. Immo equaliculus diminutivum eſt *aqualici*, quod ſignificat alveum, quo ſordes defluunt: aut etiam vas, ubi porci bibere ſolent.

Qua eadem metaphora, vel potius quaſi metaphora eos iterum percellit lib. 6. contra Fauſtum Manich. cap. 4. „ Ac„ cipitis ergo viventes cucurbitas, quas „ ſi poſſetis, deglutire deberetis: ut „ poſt illud unum vulnus, in quo esa „ cum decerpſit veſter Auditor, reus „ factus eſt, veſtra indulgentia liberan„ dus; ſaltem deinceps ad officinam a„ qualiculi veſtri, ubi Deum veſtrum „ illo praelio confractum reformare poſ„ ſetis illaeſae, atque integrae perve„ nirent. „

Propoſitionis autem hic ſenſus eſt. Cum iuxta Manicheorum phantaſmata, Dei crebro cum tenebrarum gente certamine fracti particulae per inferiora iſta, & ciborum meatus diſperſae, Electorum dentibus, ventribuſque ſolverentur, liberarentur; ex quibus quidem particulis divinis animae conficerentur, & angeli; a fructibus autem exſcerpendis, qui velut fauciati lacrymas fundebant, Electi abhorrerent; cenſendi erant velut miſericordes, pii, & emeriti homines Auditores, qui fructibus exſcerptis, praeparatiſque cibis, id Electis offerrent, ex quo iſti divinas particulas ſolverent: qua clementi pia actione tetras malaſque compenſarent; & a quibus particulis in angelos, & quaſi deos tranſmigratis, vel intercedentibus apud ſupremum numen, vel etiam abſoluta auctoritate a contractis culpis abſolverentur.

Dixit, *fabricarent*, per aequam amplificationem. Quamquam enim, ut videtur, animarum, angelorum, deorumque non ſe prorſus fabricatores Electi iactarent; tamen quum, ut ipſi ſomniabant, divinas particulas in animas, angelos, & quaſi deos tranſituras ſolvarent a ciborum involucris, & eructarent; annon conſequenter, & aliqua ratione eos fabricabant?

(*f*) *Per me, ac mecum deceptis.* = Amicus a te, poſito in tuto in rete impulſus, per te, ſed non tecum deceptus dicitur. At ſi tu rete captus trahas etiam amicum, iam hinc per te, ac tecum deceptum adſerimus. Talis fuit Auguſtinus. Recole dicta lib. praeced. cap. ultimo C.

Per me, & mecum dixit: ut victoriarum, quibus alios ad Manichaeos traxit, mundanus ſplendor erroris ſocietate deturpetur.

Nondum ſalubriter a Deo proſtratos, & alios eos vocat inde, quorum laeſa ingenia, malaſque adfectiones divina gratia non plane ſubiecit, & caſtigavit. Et forte miram Pauli ſcenam intuetur, quem divina gratia illuminavit, & vicit dum Damaſcum ad rem impiam feſtino, rapidoque petentem itinere ab equo diſiecit. Actor. 9.

Se autem paulo poſt divino adiutorio deſtitutum euntem appellat ducem in praeceps; illud innuens, aepius ab ipſo alibi digeſtum, & a Scholaſticis omnibus adoptatum: Hominem, & creaturam quamlibet primam eſſe peccati cauſſam, primum ſcilicet *deficiens*, non primum *efficiens*.

Et tandem iis poſtremis verbis: *Irrideant nos fortes, & potentes*: ea Paulina 1. Cor. 4. intueri videtur: *Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto; nos infirmi, vos autem fortes; vos nobiles, nos autem ignobiles.*



CA-

C A P U T II.

A R G U M E N T U M.

Prodit se iam ab illis annis, quibus publicus praeceptor Rhetoricae instituta, legesque tradebat, quasdam emisisse indolis honestae optimaeque scintillas. Bonos enim discipulos optans, honeste eos, & ingenue erudiebat. Acceptae concubinae thori fidem servabat. Aruspicem superstitiosis sacrificiis in contentiosi carminis theatro victoriam exhibentem contemsit, repulit, exsecratus est.

I. Docebam illis in annis artem rhetoricam (*a*), & victoriosam loquacitatem victus (*b*) cupiditate vendebam. Malebam tamen, Domine, tu scis, bonos habere discipulos, sicut appellantur boni, & eos sine dolo docebam dolos (*c*): non quibus contra caput innocentis agerent, sed aliquando pro capite nocentis. Et tu Deus vidisti de longinquo lapsantem in lubrico, & in multo fumo scintillantem fidem meam, quam exhibebam in illo magisterio diligentibus vanitatem, & quaerentibus mendacium (1), socius eorum. In illis annis unam habebam, non eo, quod legitimum vocatur, coniugio cognitam: sed quam indagaverat vagus ardor inops prudentiae; sed unam tamen, ei quoque servans thori fidem (*d*): in qua sane experirer exemplo meo, quid distaret inter coniugalis placiti modum, quod foederatum esset generandi gratia, & pactum libidinosi amoris: ubi proles etiam contra votum nascitur, quamvis iam nata cogat se diligi.

II. Recolo etiam; cum mihi theatrici carminis certamen inire placuisset, mandasse mihi nescio quem Haruspicem, quid ei dare mercedis vellem, ut vincerem: me autem foeda illa sacramenta detestatum, & abominatum respondisse: Nec si corona illa esset immortaliter aurea (*e*) muscam pro victoria necari me sinere. Necaturus enim erat ille in sacrificiis suis animantia, & illis honoribus invitaturus mihi suffragatura daemonia videbatur. Sed hoc quoque malum non ex tua castitate repudiavi (*f*), Deus cordis mei. Non enim amare te noveram, qui nisi fulgores corporeos cogitare non noveram. Talibus enim figmentis suspirans anima, nonne fornicatur abs te (2); & fidit in falsis, & pascit ventos (3)? Sed videlicet sacrificari pro me nollem daemonibus, quibus me illa superstitione ipse sacrificabam. Quid est enim aliud ventos pascere, quam ipsos pascere: hoc est, errando, eis esse voluptati atque derisui.

(*a*) ***Docebam illis in annis artem rhetoricam.*** = Quos potissimum annos respiciat, non constat; nunquam enim in his Confessionibus: at minus certe cap. hoc, & sequentibus historiae exactum ordinem, & tempus observat. Quod & Benedictini lib. 1. Vitae S. D. c. 8. n. 1. observarunt his verbis. „ Ita videtur „ Augustinus prioribus hisce quarti libri „ Conf. capitibus ordine rerum, ac tem„ porum minime servato, passim, atque „ indiscriminatim narrare quae ipsi ac„ ci-

(1) Ps. 4. 3.
(2) Psal. 72. 27.
(3) Oseae 12. 1.

„ ciderunt ab anno aetatis undevigesimo ad duodetrigesimum usque, ut ipse „ innuit initio capitis primi: quorum pleraque haud dubie contigerunt post „ eius reditum Carthaginem; cuius tamen nulla extat mentio priusquam ca„ pite libri eiusdem septimo. „

Annos certe aut decimum-nonum, aut vigesimum aetatis suae intueri non potest; illum enim cum duobus prioribus Carthagine discipulus: hunc autem saltem Tagastae Grammaticae magister transegit. Grammaticam enim primo in patria docuisse testis est omni exceptione maior Possidius in eius Vita, cap. 1. *Nam & Grammaticam prius in sua civitate, & Rhetoricam in Africae capite Carthagine postea docuit*. In hac autem professione saltem annum unum insumsisse quis inficiabitur?

Cum autem nonnisi in fine cap. 7. se Augustinus Carthaginem profectum tradat: *Fugi de patria &c. atque a Tagastensi oppido veni Carthaginem*: Erit qui suspicetur, utique primo Grammaticam, sed inde & Rhetoricam in patria docuisse.

Verum id Possidii phrasis non patitur. Maxime quoniam ut ex sequentibus patet, de ea civitate Augustinus loquitur, in qua theatrici carminis solemnes luctae indicerentur; hae vero commodius Carthagini, ac Tagastae, non admodum celebri civitati tribuuntur. Et si quae indicebantur Tagastae, eae profecto non tot, tamve fortes athletas habere poterant, qui ad tam magnas anxietates, quas infra produntur, Augustinum deducerent.

Ad haec; sibi in certaminibus illis vincenti, ac triumphanti a Proconsule agonisticam coronam impositam cap. 3. narrat. Numidiam autem, in qua Tagasta sita erat, non Proconsul, ut Carthaginem, sed Consularis moderabatur, ut & Benedictini loco paulo ante laudato observaverunt.

De annis igitur, in quibus Carthagine Rethoricam docuit, loquitur; sed quis esset aetatis illius annus non habemus. Quanquam infra ex proconsulatu Vindiciani quibusdam cum Bollandistis annum 379. consignemus.

(*b*) *Victoriosam loquacitatem victus &c.* = Eloquentiam innuit, quae nonnihil a Rhetorica videtur diversa. Haec enim potissime ornatum quaerit: illa persuasionem; definitur enim, *Instrumentum ad persuadendum*. Quanquam saepe, & quidem non perperam duo haec confunduntur: definiturque a Tullio Oratoria, quatenus & Rhetoricam, & Eloquentiam complectitur: *Ars apte, ornateque dicendi*.

Loquacitatem dicit, & malae suae vitae studia contemnens: & innuens aut vano fine, aut superfluis verbis, & conceptibus eam artem saepe a mundanis deturpari: trahique ab eloquentiae splendore ad loquacitatis vitium.

Hanc artem victus cupiditate vendebat; hoc est non gratis, sed ad tenuem paternum censum augendum. Quod apertius lib. 2. de Ord. c. 17. n. 45. professus est: *Me enim ipsum, cui magna necessitas fuit ista* (Eloquentiae iura) *perdiscere &c.*

(*c*) *Et eos sine dolo docebam dolos*. = *Dolos* hic non adeo proprie excipias. Dolos appellat Eloquentiae aureos illos laqueos, quibus in adsumti plausus, adsensusque auditores, aut lectores suaviter trahimus. Item metaphoras, pulcrosque, & venustos illos conceptus, vel dicendi modos non litterales, & proprios, quos figuras appellamus: quales sunt, Sinecdoches, Hypotyposes, Amplificationes &c.

Sine dolo: nempe omni cura, diligenter, fideliter, honestoque fine innocentes hos dolos discipulos docebat. Unde addit; *non quibus contra caput innocentis &c.*

Quo in docendo candore bonam Augustini indolem detectam observavit etiam tom. 2. de Ratione, & Auctoritate lib. prooem. c. 10. pag. 19. col. 1. Iansenius his verbis: *Adde insignem illam fidem, qua licet Manichaeus in obeundo docendi munere sine dolo docendo dolos, erga discipulos excellebat*.

Quomodo autem excipiendum sit quod infra habet, *diligentibus vanitatem &c.* patet ex dictis; neque enim adeo speciales sunt expressiones illae, & dicuntur de quolibet, non adeo in studiis divinos fines respiciente.

(*d*) *Sed unam tamen, ei quoque servans thori fidem*. = Loquitur absdubio de Adeodati matre, de qua etiam praeced. lib. c. 1. *Quoque* dixit: fidei discipulis praestitae hanc uniens, ponensque velut alteram in loco bonae sciotillam. Vide l. 6. c. 15. B.

Quum quidem talem deprehendit, ac professus est *Erasmus* ipse, qui Epist. ad Alfonsum Fonsecam Archiepisc. Toletanum post initium haec habet. „ Quid „ divus Augustinus? Talis erat etiam „ quum ipse foris esset, ut ab his, qui „ erant intus, vir bonus haberi posset, „ in suo quidem genere. Adolescens ha„ buit concubinam, quod humanae per-

mit-

A. Ch. 379. Aug. 25. Mon. 48. Adeat. VII. Dam. XIII. Grat. & Val. IV.

„ mittunt leges, & hac non repudiata, „ sed erepta, ascivit alteram. Verum „ utrique servavit coniugii fidem, quam „ probitatem hodie non temere reperias „ in S. aut A. „

Ultimam, penultimamque vocem, utriusque prima littera reservata, omisimus: ut ubique latrantis, & mordentis canis aut impia, aut saltem scandalosa digressio perderetur.

Henricus Wangnereck in paragrapho *Usus*, seu moralis exhortationis, „ Elucet bona indoles in Augustino quantumvis impio; haec illum incitabat, ut „ discipulos bonos sibi, & aliis facere „ studeret; deinde, ut fidem thori servaret etiam concubinae. Unde apparet „ eum natura ad benefaciendum aliis, „ & fidem servandam propensum fuisse „ &c. „

Et tandem Benedictini lib. 3. Vitae, cap. 4. n. 3. „ Enim vero non ita pudorem exuerat adolescens, ut vago „ eum, ac promiscuo passim contaminari liberet; sed profecto in immoderata „ libidine quemdam modum tenuit, eo „ contentus, quod tum in homine nondum Christianam religionem professo „ haud indecorum videretur: uni siquidem concubinae adhaerens, tori fidem „ illi non imparem coniugali servabat. „

Unde nil mirum quod Augustinus adhuc Manichaeus ab illis, qui moralem tantum, non Christianam, & puriorem sanctitatem colebant, quietis, & honestatis cultor haberetur. Recole dicta l. 3. c. 1. F.

Quod sequitur: *In qua sane experirer exemplo meo, quid &c.* Carnalibus manifestum est proprio exemplo, alieno autem ceteris. Proles in legitimo coniugio tam iuste exoptata: in perverso anxiis curis praepeditur; Undique timores, & caecitates; Animo contemto, feminae corpori tributa offeruntur; Maiores libidinis aestus &c.

(*e*) *Nec si corona illa esset immortaliter aurea &c.* = Tertia indolis optimae non adeo modica, & levis scintilla. Unde Iansenius loco commentario C. laudato. „ Quantae porro, & quam praestantis animae characterem exprimit illud „ odium magorum, & illa adolescentis „ integritas sub vanitate ad fortunae „ splendores anhelantis, qua victoriam „ aruspici in agone poetico, pollicenti, „ respondit, *Nec si &c.* „

Ex quibus Augustini Iniuria, dum laude credebat, scripsisse Ludovicum ab Angelis lib. 1. Vitae S. Doctoris, cap. 4. *Magiae inimicus, Magis amicus &c.* Nec enim Magia, nec Magorum societate delectatus est. Quanquam ibi respiciat Ludovicus ea lib. 3. c. 3. n. 2. Augustini verba: *Et cum eis eram, & amicitiis earum delectabar aliquando &c.* Quae tamen, ut ex ibidem dictis constat, ad Eversores, hoc est petulantes adolescentes, non ad Magos referuntur.

Videtur autem nedum egregiam hoc facto naturae indolem prodidisse Augustinum, sed & Sanctorum clementiam adumbrasse; satis enim graviter dixit Chrysostomus in cap. 15. Epist. ad Rom, Homil. 29. ante finem. „ Et videtur „ quidem pro iustis orare, verum omnia „ pro reliquis iniustis facit. (*Abraham*) „ Sunt enim sanctorum animae vehementer mites, & hominum amantes „ non solum erga domesticos, sed & „ alienos; ita ut hanc suam mansuetudinem etiam ad animantia bruta extendant. Propterea & sapiens quispiam „ dixit (1): *Iustus miseretur animarum* „ *iumentorum suorum*, Si iumentorum, „ multo magis hominum.] Locus Prov, laudatus ita in vulgata nostra se habet: *Novit iustus iumentorum suorum animas.*

Quanquam, ut sequentia indicant, non tam misericordia erga animantia: quam imperfecto quodam divini honoris zelo Haruspicem Augustinus repulerit; Deo quippe, non daemonibus animantium vita sacrificanda est.

Haruspicium, aliasque superstitiosae Magiae species perstringit S. D. lib. 2. de Doctrina Christ. cap. 20. Est autem proprie Aruspicium, vel Haruspicium superstitio quaedam ex dissecti, sacrificatique animalis visceribus futura praenoscendi. Haruspicium, & Haruspicem Donatus ab *Haruga*; Alii aliunde derivant. Vide Alexandrum ab Alex,

(*f*) *Sed hoc quoque non ex tua castitate repudiavi.* = Vet. Bad. Am. Er. Lov. Wangn. 2. MSS. Med. *charitate*. At melius ut nos Som. 4. MSS. a Lov. laudati, undecim a nobis visi, & B. B. *castitate*. Qui scripsere, *charitate*, usitatum forte, & vulgarem sensum incipiebant, Augustinus enim peccator, & Manichaeus non potuit ex caritate, seu gratia sanctificante in generosum responsum illud erumpere. At *castitas* hic, quanquam subtilius, atque latentius, in

(1) Prov, 12. 10.

A. Ch. 379. Aug. 25. Mon. 48. Adcat. VII. Dam. XIII. Grat. & Val. IV.

Idem propemodum redit cum caritate. *Castitas* enim hic fidem cum Deo amicitiam in eumque exactum obsequium significat, Fornicatio enim vitium castitati oppositum Psal. 11. 7. & 1. Tim. c. 2. v. 2. & c. 3. v. 4. & alibi superstitionem, vel idololatriam significat.

Dicit ergo Augustinus, non ex Dei castitate a se repulsum Haruspicem, quia aliis culpis, & Manichaeorum superstitionibus castitatem, hoc est divinum foedus violaverat. Fidemve culpis, atque erroribus (quanquam non ita proprie, & manifeste) interim daemonibus sacrificabat.

Interponit *quoque*; innuens & alia duo bona, de quibus ante, eadem ratione a divina castitate minime genita.

C A P U T III.

A R G U M E N T U M.

Haruspicum impietate horrore depulsa; ad Mathematicorum, velut honestiores homines, nullo sacrificio, nullaque prece arcana detegentes accessit. Quibus obstinata curiositate adhaerens, Proconsulis, a quo agonisticam coronam acceperat, hominis in re medica longe doctissimi, & mathematicarum phalerarum apprime conscii: Nebridiique optimae indolis, & sagacis ingenii adolescentis irrisionibus, gravibusque momentis vix paululum concussus est: non autem exemtus, & liberatus.

I. 
Deoque illos planos, quos Mathematicos vocant (*a*), plane consulere non desistebam, quod quasi eis nullum esset sacrificium, & nullae preces ad aliquem spiritum, ob divinationem dirigerentur; quod tamen Christiana & vera pietas consequenter repellit & damnat. Bonum est enim confiteri tibi, Domine, (1) & dicere, Miserere mei, cura animam meam, quoniam peccavi tibi (2); neque ad licentiam peccandi abuti indulgentia tua, sed meminisse dominicae vocis: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius contingat (3). Quam totam illi salubritatem interficere conantur, cum dicunt: De caelo tibi est inevitabilis (*b*) caussa peccandi; &: Venus hoc fecit, aut Saturnus, aut Mars. Scilicet, ut homo sine culpa sit caro & sanguis, & superba putredo; culpandus sit autem caeli (*c*) ac siderum Creator & Ordinator. Et quis est hic, nisi Deus noster, suavitas & origo iustitiae, qui reddes unicuique secundum opera eius (4), & cor contritum, & humiliatum non spernis (5).

II. Erat eo tempore vir sagax medicae artis peritissimus (*d*), atque in ea nobilissimus; qui proconsule, manu sua coronam illam agonisticam (*e*) imposuerat non sano capiti meo, sed non ut medicus. Nam illius morbi tu sanator, qui resistis superbis, humilibus autem das gratiam (6). Numquid tamen etiam per illum senem defuisti mihi, aut destitisti mederi animae meae? Quia enim factus ei eram familiarior, & eius sermonibus (erant enim sine verborum cultu, & vivacitate sententiarum iocundi, & graves) adsi-

(1) Psal. 91. 2.
(2) Psal. 40. 5.
(3) Ioan. 5. 14.
(4) Matth. 16. 9.
(5) Psal. 50. 19.
(6) Iac. 4. 6. 1. Petr. 5. 5.

A. Ch. 379. Aug. 25. Mon. 48. Adeat. VII. Dam. XIII. Grat. & Val. IV.

adsiduus & fixus inhaerebam: ubi cognovit ex colloquio meo libris Genethliacorum esse me deditum (f), benigne & paterne monuit, ut eos abiicerem; neque curam & operam rebus utilibus necessariam, illi vanitati frustra impenderem: dicens ita se illam didicisse, ut eius professionem primis annis aetatis suae deferre voluisset, qua vitam degeret: & si Hyppocratem intellexisset, & illas utique literas potuisse intelligere (g): & tamen non ob aliam caussam postea illis relictis, Medicinam adsequutum, nisi quod eas falsissimas comperisset, & nollet vir gravis decipiendis hominibus victum quaerere. „ At tu, inquit, quo te in hominibus substen„ tas, Rhetoricam tenes: hanc autem fallaciam libero studio, non „ necessitate rei familiaris sectaris; quo magis mihi te oportet de „ illa credere: qui eam tam perfecte discere elaboravi, quam ex „ ea sola vivere volui. „ A quo ego cum quaesissem, quae ergo caussa faceret, ut multa inde vera pronunciarentur? Respondit ille, ut potuit, vim sortis hoc facere (h) in rerum natura usquequaque diffusam. Si enim de paginis Poetae cuiuspiam (i) longe aliud canentis, atque intendentis, cum forte quis consuluit, mirabiliter consonus negotio saepe versus exiret; mirandum non esse dicebat, si ex anima humana superiore aliquo instinctu, nesciente quid in se fieret, non arte, sed sorte sonaret aliquid quod interrogantis rebus factisque concineret.

III. Et hoc quidem ab illo, vel per illum procurasti mihi: & quid ipse postea per meipsum quaererem in memoria mea delineasti. Tunc autem nec ipse, nec carissimus meus Nebridius (k) adolescens valde bonus, & valde cautus, irridens totum illud divinationis genus, persuadere mihi potuerunt, ut haec abiicerem; quoniam me amplius ipsorum autorum movebat auctoritas: & nullum certum, quale quaerebam, documentum adhuc inveneram, quo mihi sine ambiguitate adpareret, quae ab eis consultis vera dicerentur, sorte, non arte inspectorum siderum dici.

(a) *Illos planos, quos Mathematicos vocant.* = Ita Lov. BB. & duodecim MSS. Ecr. At Vet. Am. Er. Wangner. Som. & MS. Med. *planetarios*.

Equidem Lov. vel typographi in eorum textu scripserant *planetarios*. At quid habeant in suis Castigationibus sudismus „ MSS. duo *Planos*. duo *Phanos*. Quorum illud πλάνος Graece ἀπὸ τοῦ πλανᾶν, seductorem, & im„ postorem significat: hoc vero φάνος „ eum interdum, qui aliquid nunciat. „ Rectius videtur legendum, *Ideuque* „ *planos illos*.] Porro Cicero pro Cluent. c. 26. *Hic ille planus improbissimus quaestu iudiciario pastus*.

Tribus rationibus, vel congruentiis lectio nostra praeferenda videtur. Primo enim, verosimile est Augustinum impostores eos vocasse, a quibus seductum haud levi dolore prodit. 2. Ita passim per contemtum Mathematici olim appellabantur. 3. Ita appellat ipse Augustinus lib. 3. contra Academ. cap. 15. n. 34. *Ille autem casu planus erat de iis, quos Samardacos* (1) *iam vulgus vocat*. Tenuit suum *morem homo pessimus etiam gratis*. Duas posteriores rationes & Benedictini observaverant.

In hac arte adeo profecit Augustinus, ut ceu oraculum inde a multis de latentibus requireretur, ut animadverterunt & BB qui lib. 1. Vitae, cap. 8. n. 3. ita loquuntur „ Atque ut e„ rant ingenio ad omnem, cui sese ap„ plicuisset disciplinam prompto, expedi„ ditoque, tantum in nugatoria illa di„ vinandi arte profecisse videbatur, ut „ veluti peritissimus illius ab curiosis fu„ turorum eventuum inquisitoribus in„ terdum consuleretur.] Vide l. 7. c. 6. B.

Un-

(1) Ita Bened. cum Bad. & pluribus MSS. Sed Am. & 3. MSS. *Samardeos*. Er. & Lov. *Sarmadocos*.

A. Ch. 379. Aug. 25. Mon. 48. Adeat. VII. Dam. XIII. Grat. & Val. IV.

Unde nos haud ostendit, quod Timannus Gesselius in sua Historia ad an. 388. pag. 515. scripsit: *Augustinus natus Carthagine patre gentili, matre Christiana, primo fuit Manichaeus, secundo Caldaeus, seu Genethliacus, tertio Platonicus*. Quamquam non Carthagine, sed Tagastae ortum compertum sit.

Verum Augustinus aliquando tandem & a Mathematicorum superstitione exemtus, tam valide contra illos calamum acuit, ut post divinam, eius potissimum auctoritatem Romani Pontifices impiis deceptoribus velut inexpugnabilem arietem obiecerint. De quo sat est quaedam ex Constitutione Syxti Quinti excribere, quae etiam eius artis, vel superstitionis varia deliramenta recludant. „ Quae „ cum ita sint, nonnulli haec fideliter, & „ religiose, ut debent, non attendentes, „ sed curiosa sectantes graviter Deum „ offendunt, errantes ipsi, & alios in errorem mittentes, tales in primis sunt „ Astrologi, olim Mathematici, Genethliaci, & Planetarii vocati, qui vanam, falsamque syderum, & astrorum „ scientiam profitentes, divinaeque di„spositionis ordinationem suo tempore „ revelandam praevenire audacissime satagentes, hominum nativitates, seu „ genituras ex motu syderum, & astro„rum cursu metiuntur, ac iudicant „ futura, sive etiam praesentia, & prae„terita occulta, atque ex puerorum „ ortu, & natali die, sive quavis alia „ temporum, & momentorum vanissima „ observatione, & notatione de uniu„scuiusque hominis statu, conditione, „ vitae cursu, honoribus, divitiis, so„bole, salute, morte, itineribus, cer„taminibus, inimicitiis, carceribus, cae„dibus, variis discriminibus, aliisque „ prosperis, & adversis casibus, & e„ventibus praecognoscere, iudicare, & „ affirmare temere, praesumunt, non si„ne magno periculo erroris, & infi„delitatis, cum sanctus Augustinus, „ PRAECIPUUM Ecclesiae lumen eum, „ qui haec observat, qui attendit, qui „ credit, qui in domum recipit, qui „ interrogat, Christianam fidem, & bap„tismum praevaricasse affirmet, ut „ illos merito Apostolus arguat, at„que increpet illis verbis (1), *Dies ob„servatis, & menses, & tempora, & „ annos, timeo vos &c.*] Admodum post initium. Data est constitutio illa an. D. 1585. nonis Ianuarii Syxti pontificatus I. Cum autem saepe Mathematicos Augustinus perstringat, nihil ex eo dabimus, nisi cum ipse peculiari sententia, vel expressione nos provocaverit.

(b) *De Caelo tibi est inevitabilis &c.* = Impiae artis iustae sequelae, quas & alibi perstringit. Post tract. de Psal. 61. cum Mathematicus in populo monstraretur &c. „ Seductus enim ab inimi„co cum esset fidelis, diu Mathemati„cus fuit seductus seducens: deceptus „ decipiens: illexit, fefellit: multa men„dacia loquutus est contra Deum, qui „ dedit hominibus potestatem faciendi „ quod bonum est, & non faciendi quod „ malum est. Iste dicebat, quia adul„terium non faciebat voluntas propria, „ sed Venus; homicidium non faciebat „ voluntas propria, sed Mars; & iustum „ non faciebat Deus, sed Iovis: & „ alia multa (2) sacrilega non par„va. Quam multis eum putatis Christia„nis nummos abstulisse? Quam multa „ ab illo emerunt mendacium, quibus „ dicebamus, Filii (3) hominum usque„quo gravi corde, ut quid diligitis va„nitatem, & quaeritis mendacium? &c.] In Psal. 140. ad v. 4. n. 9. „ Et quam „ facilis defensio earum (*mulierum a „ peccatis, non in confessione Magdalenae „ similium*) quam cita, sed quam praeceps, „ quam quotidiana, & quam sacrilega? O „ si Deus hoc nollet, non facerem! Hoc „ voluit Deus, fortuna hoc voluit, hoc „ voluit fatum &c. defensio qualium est? „ Non solum indoctorum, sed etiam do„ctorum. Sedent, & computant side„ra (4), intervalla, cursus, volubilita„tes, status, motus, intendunt, descri„bunt, coniiciunt. Docti, magni viden„tur. Totum hoc doctum, & magnum „ defensio peccati est. Eris adulter, quia „ sic habes Venerem. Eris homicida, „ quia sic habes Martem. Mars ergo „ homicida, non tu: & Venus adultera, „ non tu. Vide ne & pro Marte, „ & pro Venere tu damneris &c.] Vide etiam, si placet, in Psal. 40. ad v. 3. n. 3.

In Mathematicos hosce, Haruspicibus contemtis, Augustinus impegit, quod manifeste, & specialiter daemonibus sacrificia, vel preces haud offerant. Quanquam revera in eamdem superstitionem vadant. *Bonum est enim confiteri &c.*

Sci-

(1) Gal. 4. 10.
(2) Plerique MSS. *mala sacrilega*.
(3) Psal. 4. 3.
(4) Unus MSS. *siderum intervalla*.

A. Ch. 379. Aug. 25. Mon. 48. Adeat. VII. Dam. XIII. Grat. & Val. IV.

Scilicet, si bonum est de peccatis dolere: ergo nostra voluntate, non astrorum motione peccamus; neque enim de eo dolemus, Deoque resipiscentiam promittimus, quod non arbitrio nostro, sed alterius conatu patravimus. Item, si Christus nobis dixit, *Iam noli peccare*; a nobis ergo, non ab astris aut mala, aut bona actio pendet.

Nec ad licentiam peccandi abuti &c. dixit: innuens Deum ad peccata non impellere, sed ea permittere, liberam voluntatem reliquens: & ita quidem, ut cupiat te arbitrio non abuti, non delinquere.

(c) *Culpandus sit autem caeli &c.* = Adeo ut ipse Homerus exclamaverit:

„ O facinus! mortale genus nos nu-
„ mina ptimum
„ Incu'at, fontemque dicit, cau-
„ samq e malorum.
„ Cum practer fatum sibi sponte
damna etearit.

Mathematicos ergo Augustinus initio perstrinxit, quasi culpas in Deum, inde in astra refundant. Adparentes nunc contradictiones illas complanat; hunc argumenti verum sensum digerens; si astra te impellunt: non igitur tu, sed astra delinquunt, & si astra: ism Deus astrorum creator, & ordinator. *Creator*, inquit, *&* ordinator; Ex eo enim quod astra creaverit tantum; non bene sequitur, astrorum peccata in ipsum refundi. At si nedum creavit, sed etiam ordinat: eorum nempe motus, adspectusque moderatur; si tu ad peccandum ab astris cogeris: Ergo etiam a Deo.

Sequitur autem: *Qui reddes unicuique &c.* quod idem argumentum confirmat. Non enim ad iudicium vel bonum, vel malum trahuntur, quae coacte patrata sunt. Nec conteritur quiquam, abiicitque se propter eam actionem, in quam ivit conatu quodam, & collo obtorcto.

(d) *Erat eo tempore vir sagax, medicae artis peritissimus &c.* = De Vindiciano loquitur, de quo etiam infra lib. 7. c. 6. n. 1. Cuiusve in re medica peritiam ex facto quodam, seu gravi responso post duodecim circiter annos 412. ad Marcellinum scribens Epist. 138. (Alias, 5.) n. 3. celebravit his verbis „ Nam magnus ille nostrorum „ temporum medicus Vindicianus consul„ tus a quodam, dolori eius adhiberi „ iussit, quod in tempore congruere vi„ debatur, adhibitum sanitas consequuta „ est. Deinde post annos aliquot eadem „ rursus corporis caussa commota, hoc „ idem ille putavit adhibendum; adhi„ bitum vertit in peius. Miratus recur„ rit ad medicum, indicat factum: at „ ille, ut erat acerrimus, ita respon„ dit: *Ideo male acceptus es, quia ego* „ *non iussi*: ut omnes, qui audissent, „ parumque hominem nossent, non eum „ arte medicinali fidere, sed nescio qua „ illicita potentia. Unde cum esset a „ quibusdam postea stupentibus inter„ rogatus, aperuit quod non intelle„ xerant, videlicet: illi aetati iam non „ hoc se fuisse iussurum. Tantum igi„ tur valet ratione, atque artibus non „ mutatis, quid secundum eas sit pro „ temporum varietate mutandum.

Bollandistae cap. 6. *a* commonent. „ Tillemontius tom. 13. monumentorum „ a pag. 28. seu, in Augustino art. 22. „ Vindicianum fuisse existim t hunc me„ dicum, qui proconsul creatus sit cir„ ca an. 379. aut 380. ut habet tom. „ 5. Imperatorum in Gratiano art. 6. „ eundem laudat Augustinus epist. 5. „ vel 138. ad Marcellinum.

Si insignis hic Medicinae professor erat etiam Proconsul, inferre licet aut Proconsulatum non adeo praecelsum, magnificumque munus fuisse, solis Magnatibus concedi solitum; Aut, quod verosimilius, censemus, tunc (sicut etiam modo in pluribus locis) Medicinae, praestantissimae scientiae, quam etiam Divinae Scripturae (t) commendant studium, & exercitium homines quoscunque nominis amplitudine conspicuos, & familiae splendore claros minime dedecuisse. Ita ancipites loquimur, quod Augustinus hoc eodem cap. & n. talia habeat, quae nos suspicari haud sinant, Vindicianum non quaestus, sed honoris gratia, solisque clementiae, & pietatis stimulis ad Medicinae exercitium ivisse.

(e) *Manu sua coronam illam agonisticam &c.* = Et en citra Haruspicum subsidium corona. Benedictini l. 1. Vitae, c. 8. n. 1. „ Attamen hac contemta su„ perstitione, ingenii viribus coronam „ agonisticam reportavit, quam a Vindi„ ciano medico tum Proconsule capiti „ suo non sano impositam fuisse scribit.

Agonisticam eam coronam vocat, hoc

(t) Ecclesiastici c. 38. v. 2. & c. 38. v. 1. 2. 3. 4. & 12.

A. Ch. 379. Aug. 25. Mon. 48. Adeat. VII. Dam. XIII. Grat. & Val. IV.

hoc eſt pro victoria in poetica pugna parcta datam. Agoniſticum enim eſt ab *agone*: hoc autem a Graecis fontibus originem trahens, pugnam ſignificat. Unde librum a ſe ſcriptum, quo Fideles ad pugnandum contra diabolum erudiit, *de Agone Chriſtiano* Auguſtinus appellavit, hiſque verbis eius exordium fecit. „ *Corona victoriae non promittitur niſi certantibus. In divinis autem Scripturis aſſidue invenimus promitti nobis coronam, ſi vicerimus &c.* Hinc homines in vitae confinio poſitos ad agonem ductos dicimus: quod tunc natura vitam ambiens, & morbus diſſolutionem; ratio aeternam, ſenſus temporalia penſans: anima, & diabolus: gratia, & peccatum ſummis ultimis certent viribus.

Profitetur autem Auguſtinus eiuſdem doctiſſimi Medici ſermonibus ſe vehementer adhaeſiſſe, quod eſſent *ſine verborum cultu, vivacitate ſententiarum iocundi, & graves*; innuens, dedecere nobilis mentis, & altae ſapientiae hominem, maxime in familiari colloquio, verba culta, & terſa. Quo non modico ſubfundantur pudore oportet rabulae quidam, qui non tam ſententiis pendunt, quam verba, nihilque ſolidi, & gravis ſpecioſis declamationibus tradunt. Seneca Epiſt 40. poſt initium. „ Audiſſe te ſcribis Serapionem philoſo- „ phum, cum iſtuc applicuiſſet, ſolere „ magno curſu verba convolvere &c. „ Hoc non probo in philoſopho, cuius „ pronuntiatio quoque, ſicut vita debet „ eſſe compoſita &c. Sic itaque habe, „ iſtam vim dicendi rapidam, atque a- „ bundantem, aptiorem eſſe circulanti, „ quam agenti rem magnam, ac ſeriam.] Epiſt. 100. de Papirio Fabiano philoſopho, ante med. *Oratio ſolicita philoſophum non decet.*

(*f*) *Libris Genethliacorum eſſe me deditum.* = Ipſe Auguſtinus lib. 2. de Doctrina Chriſt. cap. 21. & 22. „ Neque „ illi ab hoc genere pernicioſae ſuperſti- „ tionis ſegregandi ſunt, qui Genethliaci „ propter natalium dierum conſideratio- „ nes, nunc autem vulgo mathematici „ vocantur. Nam & ipſi quamvis veram „ ſtellarum poſitionem cum quiſque na- „ ſcitur conſectentur, & aliquando etiam „ perveſtigent; tamen quod inde conan- „ tur vel actiones noſtras, vel actionum „ eventa praedicere, nimis errant, & „ vendunt imperitis hominibus miſerabi- „ lem ſervitutem. Nam quiſque liber „ ad huiuſmodi mathematicum cum in- „ greſſus fuerit, dat pecuniam, ut „ ſervus inde exeat aut Martis, aut „ Veneris, vel potius omnium ſiderum „ &c. Sed ex ea notatione velle na- „ ſcentium mores, actus, eventa prae- „ dicere, magnus error, & magna de- „ mentia eſt &c.] Vide etiam, ſi lubet, de diverſis Q. Q. ad Simplicianum lib. 1. q. 2. n. 3. Tract. 8. in Ioan. n. 10. 11. & 12. & lib. 21. de Civ. Dei, cap. 28.

(*g*) *Si Hippocratem intellexiſſet, & illas utique litteras potuiſſe intelligere.* = Ita MSS. Anglicani, Benedictinis teſtibus in *Syllabo codicum, ad quos de novo hos Libros recognovere.* Cumque novas lectiones, aſteriſco * ſignatas in textum referendas moneant, & hanc eodem ſigno adficiant, eos nobiſcum habemus. Quibus addimus MS. optimum S. C. 3. Med. 2. S. Mar. Feſ. Car. Sed Vet. Am. Er. Lov. Som. Vvangn. MSS. reliqui noſtri, ſcilicet quinque *potuiſſet.*

Deceptos opinamur eos, qui *potuiſſet* ſcripſere, dum nimis a proximo textu proportionem deſumſerunt: quia nempe immediate dictum erat, *intellexiſſet*; non advertentes infinitum, *potuiſſe* a primo verbo coniunctivi temporis, *dicens*, ſuſtentari. *Intellexiſſet* enim virtute particulae, *ſi*, non ineleganter extra ceterorum ordinem ponitur; inde autem reviviſcens verbum, *dicens*, cetera ad infinitum tempus impellit. Unde ſequitur, *adſequuton*, quod pariter coniunctivo, *dicens*, innititur.

Non eſt autem quod in Vindiciani verbis carpas; ſpecies enim illa iactantiae non inflationem propriam intuetur, ſed errantis adoleſcentis ſalutem; proprium ingenium extulit, ut eius Auguſtinus iudicio deferens, a Genethliacorum ſuperſtitione retraheretur. Quod nedum honeſtum, ſed & ſanctum fuit, Unde S. M. N. Tereſia dum etiam admodum religioſis perſonis monita ſalutis daret, inquit mon. 12, *Noli quidquam proferre, quod ingrati tui felicitatem, aut natalium ſplendorem, vel ſimile aliud laude inſinuet; niſi forte ex hac aliquid utilitatis poſſit emergere &c.*

Quoniam vero aut in ſacra, aut in profana hiſtoria vix quidquam dari poteſt, de quo prorſus Auguſtinus ſiluerit; habemus ex ipſo celebre Hippocratis factum, vel iudicium, quo viri cuiuſdam in maculati thori ſuſpicionem adducti anxietates compoſitae ſunt. Lib. 1. Q. Q. in Geneſ. q. 93. „ Mul- „ ta dicuntur ſimiliter (*ut factum Iacob Geneſ* 30. 37.) fieri in animalium „ fetibus; ſed & mulieri accidiſſe tradi- „ tur,

A. Ch. 379. Aug. 25. Mon. 48. Ad. VII. Dam. XIII. Grat. & Val. IV.

„ tur, & scriptum reperitur in libris „ antiquissimi, & peritissimi medici „ Hippocratis, quod suspicione adul„ terii fuerit punienda, cum puerum „ pulcherrimum peperisset, utrique pa„ renti: generque dissimilem: nisi me„ moratus medicus solvisset quaestionem, „ illis admonitis quaerere: ne forte ali„ qua talis pictura esset in cubiculo, „ qua inventa, mulier a suspicione li„ berata est. Sed ad hanc rem, quam „ fecit Iacob virgarum ex diversis ar„ boribus trium copulatio &c.] Habes etiam ex Augustino lib. 33. contra Faustum, cap. 6. non omnes, qui sub Hyppocratis nomine circumferuntur libros, iure, & bene illi adiudicatos.

Natus est Hyppocrates, citra controversiam Medicorum nobilissimus, in insula Cos, vel Coo, nunc *Langum*, vel, ut Turcae possessores, *Sturcara* ex Heraclide Aesculapii, & Prassithea Herculei generis, sub Hartaxerse Longimano, forte olymp. 8. an. 1. Romae 294. Primis Hippocrates studiorum suorum annis universae naturae: inde humanae potissimum arcana, genium, modosque meditatus est. In quo quidem adeo profecit, ut adhuc ti o ex Illiria imminentem pestem praecognoverit, palamque praenuntiaverit. Equidem plurima exhibere possem, quae incomparabile hominis huius ingenium proderent, quo quidem raptus, eximiorum eius voluminum, licet a meo instituto tam disparatorum haud ita modicam partem maxima voluptate olim perlegi; At vel plurima, vel plura dicere digressio non patitur. Porro humanorum ingeniorum tria potissimum suspicere soleo: Hippocratis, Archimedis, & Augustini. Tria inquam omnem prorsus mihi admirationem, stuporem, horrorem incutiunt. Hippocratis Medicina. Archimedis (si cuncta, quae de eo circumferuntur exacte vera sunt) Geometria. Augustini acumen, hoc est Dialectica, vel Metaphysica. Obiit autem Hippocrates aliis, sibique excellentissimus medicus anno aetatis suae 104. vel 105. Medicinae arcanis Draconi, & Thessalo filiis, Polibio genero, & Edesippo discipulo, nobili seu pro hereditate, distributis.

(*b*) *Respondit ille ut potuit: vim sortis hoc facere.* = Henrycus Wangnereck ita hunc locum exponit „ Si „ praeter casum aliud intellexit Vindi„ cianus, ipse quoque erravit. Est eo„ tem casus *eventus rarus, qui praeter* „ *intentionem naturae accidit*, ut col„ ligitur (1) ex Aristotele. Quod ergo „ Astrologi verum subinde dicunt, ex „ casu est, sive forte, dum aliquis e„ ventus coniungitur per accidens cum „ tali siderum positura, quae ad eum „ efficiendum vim nullam, aut certe „ non infallibilem habent. „

Censeo tamen omnino casum *fortis* nomine Vindicianum intellexisse. Augustinus enim non eo obsequio doctissimi senis sermonem induceret, ac fioiret, si superstitiosum quidquam a casu diversum intellexisset. Maxime quoniam infra lib. 7. c. 6. n. 1. circa initium iterum S. Doctor eius sententiae mentionem habet, commendatque velut a Nebridio magna probabilitate, a Vindiciano autem plena certitudine adfertam. Immo tam bene aliud agens, casui adcommodat, ut n c meditate expositor quispiam apertius digereret: *Habere saepe vim sortis, & multa dicendo, dici pleraque ventura, nescientibus eis, qui dicerent, sed in ea non tacenda incurrentibus.*

Nec te in suspicionem ullam deducant ea Augustini verba, *Respondit ut potuit*; minimo enim hoc plausu eam sententiam comitatus est: innuens eamdem non quidem fatuam, sed non admodum acutam, & specialem esse: sed inquam vulgarem, obviam, facilem, commonem: quaeve obstinatis Genethliacis, eorumque fautoribus, & petulantis ingenii hominibus, ubique nimis acres, & ad sensum patentes difficultatum solutiones poscentibus temere excogitata, & arbitrio adserta facile videri possit. Quin immo cum ea verba, *Respondit ut potuit*, indulgentis sint, & nonnihil, etsi modice probantis: sequitur Augustino Vindiciani sententiam adrisisse.

Vindiciani responso plures Philosophi praelusere; quos inter Cicero lib. 2. de Divinatione, *Quis tota iaculatus non aliquando collimet*? Videlicet innumera sunt, in quibus superstitiosi Mathematici aberrant; nihil igitur ex eo concluditur, eritque in fortem, vel casum refundendum, quod aliquando ea protulerint quae inde contingunt.

Immo ipse Augustinus non utcumque, sed omnino & prorse (2) factus Catholicus quam reposuerat sibi Vindicianus, reposuit ipse Fratribus contra

Ll

(1) 2. Physic. 6.

(2) Excunte an. 388.

A. Ch. 379. Aug. 25. Mon. 48. Ad. VII. Dam. XIII. Grat. & Val. IV.

tra Genethliacos sententiam, & solutionem. Lib. de Q.Q. 83. q 45. „ Cum „ autem multa vera eos praedixisse di„ catur, ideo fit quia non tenent ho„ miues memoria falsitates, erroresque „ eorum; sed non inteuti nisi In ea, „ quae illorum responsis provenerint, „ ea qoae non provenerint obliviscun„ tur: & ea commemorant, quae non „ arte illa, quae nolla est, sed qua„ dam obscura rerum forte cuutingunt.] Et iam episcopus (1), nempe lib. 2. de Gen. ad litt. cap. 17. n. 37. *Ideoque fatendum est quando ab istis vera dicuntur, instinctu quodam occultissimo dici, quem nescientes humanae mentes patiuntur.*

Non inficias tamen ierim, ot supra innuebam, Vindieiani, Tullii, & Augustini eam solutionem non adeo plenam, & adaequatam esse, ut prorsus, & ubique Mathematicorum iactantiam prosternat, eximatque ab omni anxitudine simplicium mentes tot illorum praeditionibus tortas; quo oiomento etiam Augustinus Vindiciani sententaiam recitaturus, praemonuit, *Respondit ille ut potuit.* Quid enim quod non una tantum, & altera vice Mathematicorum divinationes exitu firmatae sunt? Sors aotem casusqoe de rarioribus praedicantur? Hinc S. Doctor ea solutione acuta quidem, & gravi, verissimaque, sed non semper, & ubique adhibenda non prorsus pacatus, alias etiam obtulit. De Diversis Q.Q. ad Siuplicianom, lib. 2. q. 3. n. 3. „ Cum enim vult Deua etiam per in„ fimos, infernosqoe spiritus aliquem ve„ ra cognoscere, temporalia dumtaxat, „ atque ad istam mortalitatem perti„ nentia, facile est, & non incongruum „ ut omnipotens, & iustus ad eorum „ poenam, quibua Ista praedicuntur, „ ot malom quod eis impendet, an„ tequam veniat praenoscendo patian„ tur occultu apparatu ministeriorum (2) „ soorum etiam spiritibus talibus aliqoid „ divinationis impertiat, ot quod au„ diunt ab Angelis praenuntient homi„ nibua. Tantum autem audiunt quan„ tum omnium Dominus, atque mode„ rator vel iubet, vel siuit &c. Mi„ scent tamen isti fallacias, & verum, „ quod nosse potuerint, non docendi „ magis, quam decipiendi fine praenun„ tiant.] Lib. 2. de Doctrina Christiana, cap. 23. n. 35. „ Hinc enim „ fit, ut occulto quodam iudicio di„ vino cupidi malarum rerum homi„ nes tradantor illudendi, & decipien„ di pro meritis voluntatum suarum il„ ludentibus, eos, atque decipientibus „ praevaricatoribus angelis, quibus ista „ mundi pars iusima secundum pulcher„ rimum ordinem rerum divinae pro„ videntiae lege subiecta est. Quibus „ illusionibus, & deceptionibus evenit, „ ut istis superstitiosis, & perniciosis divi„ natiouum generibus multa praeterita „ & futura dicantur, nec aliter acci„ dant, quam dicuntur; multaque ob„ servantibas secondum observationes „ suas eveniant, quibus implicati (3) „ curiosiores fiant, & sese magis magi„ sque inserant multiplicibus laqueis „ perniciosissimi erroris. Hoc genus for„ nicationis animae &c.] Lib. 2. de Gen. ad litt. cap. 17. n. 37. „ Ideoque „ fatendum est, quando ab istis vera „ dicuntur, instinctu quodam occul„ tissimo dici, quem nescientes huma„ nae mentes patiuntur (4). Quod eum „ ad decipiendos homines fit, spiritoum „ seductorum operatio est: quibua quae„ dam vera de temporalibus rebus nos„ se permittitur, partim quia subtilio„ ris sensus acumine, partim quia cor„ poribus subtilioribus vigent, partim „ experientia callidiore propter tam ma„ gnam longitudiuem vitae; partim san„ ctis Angelis, quod ipsi ab omnipo„ tente Deo discunt etiam iussu eius „ sibi revelantibus, qoi merita huma„ na occultissima iustitiae sinceritate di„ striboit. Aliquando aotem iidem ne„ fandi spiritus etiam quae ipsi facturi „ sunt, velut divinando praedicunt. „ Quapropter bono Christiano sive ma„ thematici, sive quilibet impie divinan„ tium, maxime dicentes vera, caven„ di sunt, ue consortio daemoniorum „ animam deceptam pacto quodam so„ cietatis irretiant.] Lib. 5. de Civit. Dei, cap. 7. io fine „ His omnibus „ consideratis, non immerito creditur „ eum Astrologi mirabiliter multa ve„ ra respondent, occulto instinctu fie„ ri spirituum non bonorum, quorum „ cura est has falsas, & noxias opi„ niones de astralibus fatis inserere hu„ manis mentibus, atque firmare non

„ ho-

(1) Post. an. 401.
(2) Edit. *mysteriorum*. At potiores MSS. *ministeriorum*, quo nomine alias nonnunquam Angelos vocat Augustinus.
(3) 80. quaest. 2. q. *Illud*.
(4) 2. Sent. dist. 7. cap. *Et licet*.

A. Ch. 379. Aug. 25. Mon. 48. Ad. VII. Dam. XIII. Grat. & Val. IV.

„ horoscopi notati, & inspecti aliqua „ arte, quae nulla est.

De Albicerio flagitiosissimo homine, qui mira & certa quaedam responderat, vide l. 1. contra Academicos, c. 6.

(*t*) *Si enim de paginis Poetae cuiuspiam &c.* = Am. Er. Lov. & nonnulli MSS. a Benedictinis visi, *de paganis*, manifesto errore, ut patet. At *de paginis* praeferunt Vet. Som. Vvangn. BB. & MSS. duodecim Err. Nisi quod unus S. Mar. & 2. S. Cr. habent, *poetarum*. maiori ut vides elegantia: licet minus probabiliter codicum auctoritate spectata.

Idipsum expendit Augustinus lib. de Q. Q. 83. q. 45. in fine, ubi „ Quod „ si peritiae illorum volunt tribuere, „ dicant artificiose divinare etiam mortuas membranas scriptas quaslibet, „ de quibus plerumque pro voluntate „ sors exit. Quod si non arte de codicibus exit saepe versus futura praenuntians, quid mirum si etiam ex „ animo loquentis, non arte, sed sorte „ exit aliqua praedictio futurorum?] Vide si placet, integrum caput, quo peritiam suam ea in arte Augustinus prodit nonnihil.

Ioannes Pherepanus ita hunc locum dilucidat „ Consultari Deos de eventu consilii cuiuspiam, interdum in „ eorum templis, aut privatim aperie„ bant volumen celebrioris poetae, ut „ *Homeri*, vel *Virgilii*; & primum ver„ sum, qui occurrebat, responsum Deo„ rum putabant. Vide Intt. ad vitam „ Adriani a Spartiano conscriptam, non „ procul ab initio. Christiani etiam, „ simili ratione, Scriptura Sacra abu„ tebantur, ut videbimus Lib. 8. c. „ 12. huiusce Operis] Circa hanc a *Pherepono* Christianis antiquioris aetatis impactam calumniam, eo differemus loco, ad quem ipse nos provocat.

Interim observa quam ample totam Augustinus Vindiciani solutionem adoptaverit.

Quod sequitur: *Quid ipse postea per meipsum quaererem in memoria mea delineasti*: Heuricus Vvangnereck ita in *Usu*, vel morali exhortatione excipit „ Animadverte mirabilem divinae „ bonitatis sapientiam, quae electos suos „ e peccatorum coenu paulatim edu„ cit: infigendo subinde stimulos per „ dicta hominum sapientum, & probo„ rum, quae etsi non moveant, cum „ dicuntur, post dies, menses, & an„ nos demum aliquot vim suam exe„ runt. Ita S. D. Vindiciani admoni„ tione delineatum, sive inchoatum in „ se Astrologicae divinationis contem„ ptum fatetur.] Et Benedictini lib. 1. Vitae, cap. 8. n. 4. *Haerebant tamen pervicaci liter, atque subfirmata tum anima sermones Vindiciani, quibus velut ad pleniorem imbuebatur inquisitionem, qua se ipse aliquando errore liberaret.*

Et haec, & specialius quid Vindicianus Augustini memoriae impressit; nempe solutionem illam exitu firmatis praedictionibus adhibendam: quae initio voluntaria Augustino visa est; inde re melius pensata, gravis, & iusta.

(*l*) *Tunc autem nec ipse, nec carissimus meus Nebridius &c.* =. Quanquam, ut hic profitetur, non sit Augustinus Vindiciani colloquio a Mathematicorum superstitione revocatus: cunctis adhuc pensatis, inficiabitur nemo fuisse nonnihil concussum, quod nos in capitis argumento monuimus. *Erasmus* tamen haec in margine totius velut capitis summarii loco admonuit: *Astrologiae deditus, a sene medicinae, & rerum perito revocatur*. Quae verba, ut saepe, vel semper, non adtendentes, Lovanienses, & Benedictini adoptarunt. Ac vero quicunque vel Latinam linguam callet, huiuscemodi errorem observare potest.

Nec Vindicianus igitur, nec etiam Nebribrius, ut optabant; Augustinum a Mathematicis revocavere; quod eius ingenium admodum acre, solutiones ampliores exigens prodit. Ceterum fatuam artem illam innumera Scripturarum oracula evertunt. Recole quid dicatur Deuteron. 18. 10., & 11. Ecclesiastes 7. 1. Isaiae 41. 23. c. 42. 8. & 9. c. 47. 13. Ierem. 10. 2., & 3. Quibus, & Patribus Ecclesia insistens, Mathematicos non semel improbavit, & censuris, aliisque poenis gravissimis perculit. Vide, si lubet, Concil. Tolet. primum in assert. Fidei contra Priscillanistas circa finem. Bracharense c. 9. & 10. Tridentin. Indice libr. prohibit. reg. 9. Alexander 3. c. *ex tuarum de sacrileg.* & Sixtum V. ubi supra. Ecclesiae autem concinit ius Civile, ut cod Iustin. l. 9. tit. 25. de malef. & mathemat.

Nec alia fuere Ethnicorum saniorum iudicia, ut notum est eruditis. Si vis autem plura in Mathematicorum contemtum facta & observata, & quidem satis acuta, & curiosa, vide Stobae-

A. Ch. 375. Aug. 21. Moa. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

baeum Serm. 78. de Diis. Cicer. lib. 2. de Divinat. Senec. de Morte Claudii Caesaris circa initium. Nicetam Coniat. Cardanum in Ptolem. de Astrorum indicationibus lib. 1. tex. 14. Iovium in Elogiis. Erasm. lib. de Lingua. Aeneam denique Sylvium lib. 4. Commentar de rebus gestis Alphonsi Aragonum regis, qui cognomento *Sapiens*. At saltem factum unum, licet compendio, recitandum est, utpote nimis speciale, & lepidum; Ioanni Galeacio Insubrum Duci turgidus obiecit sese Mathematicus, qui bene de sua salute tutus, ultimum imminere illi fatum vaticinatur; Princeps tamen in Mathematicis longe peritior, ariolum iubet suspendio necari; sicque repercusso iaculo, vertit in ariolum suam sortem; exhibetque populi tritam imprecationem illam. *Pereat Astrologus: Crepi l'Astrologo*, aliquando, tandem exauditam. Aegid. Corruzzet. de dictis, & factis memorabilibus.

Si autem quidquam a ratione in Mathematicos expectas, Scholasticos consule; a quibus edoceberis, futura contingentia, & libera universi dispositioni haud subiacere. Et si subiacerent, tot esse caussas, ut earum coniunctio nunquam deprehendi possit. Data etiam cognitaque innumerabilium caussarum unione: quid inde? Unus liberi arbitrii conatus poterit immensam machinam illam aut prosternere, aut invertere.

Mathematici nunc, potissimum familiari sermone, Geometriae, Arithmeticae, & naturalis Astronomiae professores dicuntur. Quos non contemnimus, sed laudamus.

C A P U T IV.

A R G U M E N T U M.

Iterum neglecto temporis ordine, eos recolit annos, quibus Tagastae Grammaticam docuit; Cum amico longe carissimo, ab se Manichaeorum laqueis implicato, a Deo latente providentia expedito, febribus absumto, & e vivis sublato; nimis ipse anxiatus est: in uberes acerbasque diffluere lacrymas uncum expertus in tanta angustia solatium.

I. N illis annis, quo primum tempore in municipio, quo natus sum, docere coeperam, comparaveram amicum societate studiorum nimis carum, coaevum mihi, & conflorentem flore adolescentiae. Mecum puer creverat, & pariter in scholam ieramus pariterque luseramus. Sed nondum sic erat amicus (*a*), quanquam ne tunc quidem, sicuti est vera amicitia: quia non est vera, nisi cum eam tu adglutinas inter inhaerentes tibi, caritate diffusa in cordibus nostris, per Spiritum-Sanctum, qui datus est nobis (1); Sed tamen dulcis erat nimis, coacta fervore (*b*) parilium studiorum. Nam & a fide vera, quam non germanitus (*c*) & penitus adolescens tenebat, deflexeram eum in superstitiosas fabellas & perniciosas, propter quas plangebat me Mater. Mecum iam errabat in animo homo ille, & non poterat anima mea sine illo. Et ecce tu imminens dorso fugitivorum tuorum, Deus ultionum (2) & fons misericordiarum simul, qui convertis nos (*d*) ad te miris modis, ecce abstulisti hominem de hac vita, cum vix explevisset annum in amicitia mea, suavi mihi supra omnes suavitates illius vitae meae (*e*).

II. Quis

(1) Rom. 5. 5.

(2) Ps. 93. 1

A. Ch. 375. Aug. 21. Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

II. Quis laudes tuas enumerat, unus in se uno, quas expertus est? Quid tunc fecisti, Deus meus, & quam investigabilis abyssus iudiciorum tuorum? Cum enim laboraret ille febribus, iacuit diu sine sensu in sudore lethali. Et cum desperaretur, baptizatus est nesciens (*f*), me non curante, & praesumente id retinere potius animam eius, quod a me acceperat, non quod in nescientis corpore fiebat. Longe autem aliter erat; nam recreatus est, & salvus factus. Statimque ut primum cum eo loqui potui, (potui autem mox, ut ille potuit: quoniam non discedebam, & nimis pendebamus ex invicem) tentavi apud illum irridere, tanquam & illo irrisuro mecum baptismum, quem acceperat mente atque sensu absentissimus: sed tamen iam se accepisse didicerat. At ille ita me exhorruit (*g*) ut inimicum, admonuitque mirabili & repentina libertate; ut si amicus esse vellem, talia sibi dicere desinerem. Ego autem stupefactus atque turbatus, distuli omnes motus meos, ut convalesceret prius, essetque idoneus viribus valetudinis, cum quo agere possem, quod vellem. Sed ille abreptus dementiae meae, ut apud te servaretur consolationi meae, post paucos dies me absente, repetitur febribus, & defungitur.

III. Quo dolore contenebratum est cor meum, & quiquid adspiciebam, mors erat. Et erat mihi patria supplicium, & paterna domus mira infelicitas; & quidquid cum illo communicaveram, sine illo in cruciatum immanem verterat. Expetebant eum undique oculi mei, & non dabatur mihi, & oderam omnia, quia non haberent eum. Nec mihi iam dicere poterant: Ecce veniet, sicut cum viveret, quando absens erat. Factus eram ipse mihi magna quaestio, & interrogabam animam meam, quare tristis esset, & quare conturbaret me valde (1)? & nihil noverat respondere mihi. Et si dicebam: Spera in Deum, iuste non obtemperabat; quia verior erat & melior homo, quem carissimum amiserat, quam phantasma, in quod sperare iubebatur (*h*). Solus fletus erat dulcis mihi (*i*), & successerat amico in deliciis animi mei.

(*a*) *Sed nondum sic erat amicus.* ⇄ Ostendit tenellis quidem ab annis delineatam tam frequenti, domesticaque conversatione amicitiam; sed nonnisi anno circiter aetatis suae vigesimo, cum a Carthaginensibus scholis solutus, & in patriam reversus, ibidem Grammaticam docuit, exscultam bene fuisse, & consummatam. Hic vero negligere temporis ordinem compertum est; praecedentibus enim capitibus, ut observavimus cap. 2. A. illos annos respexerat, quos Carthagine non discipulus, sed magister transegit; cum vero magister Charthaginem petiit, iam Tagastae docuerat.

Quod vero addit: *Quanquam ne suae quidem, sicut est vera amicitia*: nedum pie, sed absolute, & proprie adserere censendum est, *Amare enim*, inquit S. Thomas 1. 2. ar. 1. ad 1. & 9. *est velle bonum alicui*: peccator autem ubique proprium bonum, proprium commodum, proprium genium intuetur. Unde Paulus malos Christianos quosdam perstringens: *Omnes quae sua sunt quaerunt, non quae Iesu Christi.* Philipp. 2. 21. Quia nempe caritate destituti erant; haec enim *non quaerit quae sua sunt.* Cor. 1. c. 13. v. 5. Et ipse Aristoteles 9. Ethic. 8. *Pravus quidem sui gratia cuncta agit, & tanto magis, quanto pravior est: Incusant igitur* (alii, & maxime Philosophi antiqui, quorum auctoritate suam sententiam stabilit) *ipsum, quia nihil, nisi sibi agit.* V. etiam Arist. 8. Ethic. c. 3. & 4. Et quia Aristoteles ordinem gratiae ignorabat, subsumit: *Ab his autem verbis non sine ratione ipsa opera discrepant.* Videlicet non est cur id docentes, cur honesti Philosophi id malis improperent, quasi eorum tantum sit ubique nonnisi sibimetipsis agere: quid-

(1) Psal. 41. 6.

A. Ch. 375. Aug. 21. Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

quid enim iidem Philosophi iactitent, ab eo quod iactitant ipsa eorum opera discrepant, ostendontque & ipsos nonnisi bonum proprium intueri. Unde contra quoscunque amicos (quos noverat ipse) statuit: *Et amantes amicum id amant, quod sibi ipsis est bonum: vir enim bonus factus amicus, bonum fit ei, cui ium est amicus; uterque igitur & id quod sibi bonum est amat.*

Unde quae vera sit amicitia ex ipso S. Doctore adtende, qui Serm. 336. (Alias, de Tempore 256.) in Dedicatione Ecclesiae 1. c. 2. *Ille veraciter amat amicum, qui Deum amat in amico: aut quia est in illo, aut ut sit in illo. Haec est vera dilectio; propter aliud si aut diligimus, odimus potius, quam diligimus.* Vide etiam in Psal. 91. n. 11.

Quanquam vero amicitiae perfectissimae iura ab homine gravi peccato laeso substineri haud possint, ut etiam Theologi de Schola nonnulli proposito evincunt; adhuc si rem divinam non adtendas, mitiusque loquaris: etiam peccatores inter, non quidem vafros illos, dolosos, & lividos, sed ingenuos, candidos, & aliqua naturali honestate fulgentes bonam posse consuetudinem, amicitiamque intercedere, haud inficiamur.

Cum tamen & ratione, & experientiis potissimum plurimis, iisque longe maximie suasum habeamus, foede humanam societatem corruptam, honestatem, ingenuitatem, animique constantiam universo fere exactas orbe: tutius arbitramur Virgini, aliisque caelitibus aeternas, & humanas res commendare nostras, & mortalium interim nulli fidere.

Si quis vero, ut ad propositum redeamus, culpis quonquam laesus honeste amicitiae iura ad amussim servavit: hunc Augustinum fuisse nobis inficiabitur nemo, qui diligentius praesentem historiam adtenderit. Maxime quum non integrae aetatis, aut longi temporis, sed anni unius consuetudo tam insignes aestus concilisverit.

(*b*) *Coacta fervore &c.* = Sequimur B. B. qui in margine infimo admonent. „ Sie MSS. plures, & melius nostra opi„ nione dicitur *coacta*, ideft coagmentata „ amicitia, quam *cocta*, licet hanc vo„ cem Lovanienses praetulerint,] Nobiscum funt etiam Vet. Antiq. Basil. qui in Erasmi margine signantur. MSS. 3. a Lov. laudati, & septem e nostris. Sed Am. Er. Lov. Wengn. Som. 2. MSS. S. Mar. unus Med. Ricar. Car. & Fes. *cocta*.

Qui reiecere vocem *coacta*, ex participio verbi *cogo* forte illam eductam existimarunt. At coactum hic idem videtur ac coagulatum, ut Benedictini censent. Quo pacto etiam alvi excrementa coagulata, & duriora *coacta* appellavit Celsus lib. 2. c. 8.

Sed minimi ponderis codicum discrepantiam hanc arbitramur? quandoquidem altera etiam lectione retenta, idem fere sensus habetur. Vet. Basil. & MS. Med. quos pro nobis laudavimus, non habent, *coacta*, sed *cocto*: quasi non ad amicitiam, sed fervorem vox illa referatur.

(*c*) *Quam non germanitas &c.* = Cogimur hanc lectionem retinere, utpote cui omnes suffragantur tum editi, tum MSS. codices exceptis Am. & Er. qui omissa negatione praeferunt: *quam germanitas*. Quam discrepantiam pluribus ex praecedentibus longe graviorem Benedictini non adverterunt. Diximus *cogimur*; codicum enim auctoritate sublata, lectio Am. & Er. praeferenda, ut diligenter adtendenti constabit, videretur. Quanquam & ratione spectata quaedam displicent & in horum editionibus. Am. quippe addit, *si, quam si germanitas*. Er. *etsi, quam etsi germanitas*: Potius, nisi codices obstarent, legendum esset: *quam, etsi non germanitas*.

Fabellae autem, in quas Augustinus amicum inflexit, Manichaeas fuisse nimis ex ipso contextu manifestum est.

(*d*) *Deus ultionum, & fons misericordiarum simul, qui convertis nos.* = Ita B. B. & ante ipsos antiqui Basil. Som. Wangn. 4. MSS. Med. Car. Sed Ver. Am. Er. & Lov. *simulque convertens*: aut, *convertis*. Immerito tamen: Augustinus enim illud expendit, amici a se decepti immatura morte deprehendi, iure & merito Altissimum appellari, Deum ultionum, & simul misericordiarum fontem.

Inquit autem *Immiaens dorso fugitivorum tuorum*: illud Sap. 10. 10. inspiciens: *Haec profugum irae fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei &c.* Quemadmodum enim Deus Iacobum, Esau fratris iram fugientem per vias rectas deduxit; sic adolescentem illum; quem Augustini laqueis olim captum, eosque inde fugientem morte pia ad aeternae salutis portum traxit. Quod divinae misericordiae haud infrequens est: legimus enim c. 4. a v. 7. „ Iustus si morte praeoccupatus „ fuerit, in refrigerio erit &c. Placens „ Deo factus est dilectus, & vivens in„ ter peccatores translatus est. Raptus „ est

„ eſt ne malitia mutaret intellectum eius, „ aut ne fictio deciperet animam illius. „

(e) *Suavi mihi ſupra omnes ſuavitates illius vitae meae.* = Lovanienſes pro *ſuavitates* habent, *civitates*; errore tam puerili ut nobis portentum adpareat doctiſſimos homines in eum impegiſſe; quemque libenter in typographorum oſcitantiam revocaremus, niſi diverſarum editionum conſenſus obſtaret. Omnes codices tum editi, tum MSS. quos viderimus, genuinam lectionem praeferunt. Niſi quod MS. Med. recens habet, *pravitates*; quia forte Scriptor non tam verbum, quam ſenſum adtendit; per *ſuavitates*, enim hic Auguſtinus prava adoleſcentiae ſuae ſolatia inſinuavit. Vide cap. 7. A. in calce.

Iam vero amicitiae, quae peccatori inſiſtere poſſit, longe nobiliſſimae caracterem omni exceptione maiorem habes. Adoleſcentem enim plusquam dici queat luxuria captum, & feminae, praeſtita thori fide, iunctum, amici honeſti conſuetudinem cunctis ſuavitatibus ſuis praetuliſſe, adeo magnum eſt, ut vix non paraduxum ſapiat, ſuperetque humanam fidem. Unde David licet propheta, Deique familiaris hoc veluti maximo Ionatham exornavit elogio: *Dolco ſuper te fratre mi Ionatha decore nimis, & amabilis ſuper amorem mulierum.* 2. Reg. 1. 26. Ubi Auguſtinus Calmet ordinis S. Benedicti: *Plus ego te diliga quam proci perditiſſimi puellas. Vel potius: Plus ego te, quam uxor maritum, mater filios.* Eadem obſervaverat Cornelius Cornelii a Lapide Ieſuita, laudans etiam Theodoretum.

(f) *Baptizatus eſt neſciens.* = Neſciens actu: ſciens virtute. Voluntatem nempe baptiſma recipiendi ante conceperat, detexeratque, & non retractaverat. Quod ſaltem ad validam baptiſmatis receptionem praeexigi conſtans eſt Auguſtini, & omnium Theologorum ſententia. Eo item deſiderio exterioribus ſignis praeiacto, poſſe infirmum graviſſime oppreſſum, & rationis uſu deſtitutum baptizari Auguſtino, ceteriſque Eccleſiae Doctoribus aeque certum eſt. S. Thomas in 4. Sent. diſt. 6. q. 1. ar. 2. quaeſtiunc. 3. ad 2. „ Si ante ſomnum, vel furiam „ habuerint propoſitum recipiendi bap- „ tiſmum, & hoc per aliqua ſigna in- „ notuit, tunc in articulo neceſſitatis „ debet eis conferri baptiſmus; & ſuſci- „ piunt ſacramentum, & rem ſacramen- „ ti etiamſi furioſae tunc contradicat, „ quia illa contradictio non procedit a „ voluntate rationis, ſecundum quam „ eſt capax baptiſmalis gratiae.] Quod habet & Innocentius III. cap. *Maiores extra de baptiſmo, & eius effectibus.* Quod tamen de recipiente diximus, abſit ut etiam de conferente dicamus. Sufficit recipienti aliquando voluiſſe, & nunquam retractaſſe. At neceſſum omnino miniſtro eſt, ut in vigilia ſit, habeatque expeditum rationis uſum.

A. Ch. 375. Aug. 21. Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

Privilegium autem Chriſti meritis parctum parvulorum eſt, ut nulla intentione propria, vel quae in actu ſit, vel quae ex praecedentibus deſumatur valide, honeſteque ſacramentali lotione abſtergantur. De qua re centies, & millies Auguſtinus: ut lib. 4. contra Donatiſtas, cap. 23. lib. 1. de Peccatorum meritis, cap. 25. & 33. Tract. 80. in Ioan. lib. 21. de Civit. Dei cap. 26. & alibi. Vide ſaltem Serm. 294. (Alias, 14. de Verbis Apoſt.) habitum in baſilica Maiorum &c. qui eſt de Baptiſmo parvulorum contra Pelagianos, cap. 17. & 18.

Quibus tam manifeſtis, in malam partem nec ſummo conatu flectendis ſententiis proſtrati Lutherani, ſaepe Auguſtini Chriſtianorum doctiſſimi violentis, & vafris interpretationibus patrocinium iactantes: libere, & petulanter profeſſi ſunt, hoc in dogmate tanto ſe a Doctore recedere: *Nos ab Auguſtino hac in parte libere diſſentimus.* Sub finem colloquii Ratisbonenſis anni 1601.

Ceterum ut ad rem noſtram redeamus: Auguſtinus ipſe huic commentario finem imponet lib. 1. de Adulterinis Coniugiis, cap. 26. n. 33. „ Catechumenis ergo in huius vitae ulti- „ mo conſtitutis, ſi morbo, ſeu caſu „ aliquo ſic oppreſſi ſint, ut quamvis „ adhuc vivant, petere ſibi tamen ba- „ ptiſmum, vel ad interrogata reſpon- „ dere non poſſint, proſit eis quod eo- „ rum in fide Chriſtiana iam nota vo- „ luntas eſt, ut eo modo baptizentur, „ quo modo baptizantur infantes quo- „ rum voluntas nulla adhuc patuit. Non „ tamen propterea damnare debemus „ eos, qui timidius agunt &c. Sed non „ ſolum incredibile eſt, nec in fine vi- „ tae huius baptizari catechumenum vel- „ le, verum etiam ſi voluntas eius in- „ certa eſt, multo ſatius eſt nolenti da- „ re, quam volenti negare, ubi velit, „ an nolit ſic non appareat, ut tamen „ credibilius ſit eum, ſi poſſet, velle ſe „ potius fuiſſe dicturum ea ſacramenta „ percipere, ſine quibus iam credidit „ non ſe oportere de corpore exire. „

Cap.

A. Ch. 375. Aug. 22. Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

Cap. 28. & ultimo, n. 35. „ Sed ut sermo noster ad hoc potius claudatur, „ unde sumsit exordium: ego non solum „ alios catechomenos, verum etiam ipsos, „ qui viventium coniugiis copulati retinent adolterina consortia, cum salvos „ corpore (s) non admittamus ad baptismum, tamen si desperati iacuerint, nec „ pro se respondere potuerint, baptizandos puto, ut etiam hoc peccatum „ cum ceteris lavacto regenerationis abluatur. Quis enim novit utrum forsassis adolterinae carnis illecebra osque „ ad baptismom statuerant detineri? Si „ autem ab illa desperatione recreati „ potuerint vivere, aot facient quod statoerunt, aut edocti obtemperabunt, „ aut de contemtoribus fiet, quod fieri „ etiam de baptizatis talibus debet. Quae „ aotem baptismatis, eadem reconciliationis est caussa, si forte poenitentem finiendae vitae periculum praeoccupaverit. Nec ipsos enim ex hac vita sine „ arra suae pacis exire velle debet mater Ecclesia. „

Ex illis verbis, *Quis enim novit utrum &c.* deduci potest, ni fallimur, in Augustini amico leviter, atque subtimide, ut credimus, Manichaeis inflexo non adeo expressum, patentillimumque baptismatis desiderium praeexactum.

(*g*) *At ille ita me exhorruit &c.* = Ita ne in tantum amicum? Ita: & beoe: & iure oeritissimo. Suspicamur etiam sola, qua opptimebatur infirmitate retardatum, ne ea, vel similia Augustino reponeret, quae ipse inde alteri amico, etsi longe gravissimo, nempe Macedonio Africae Vicario Epist. 155. (Alias, 52.) cap. 3. n. 11. „ Inverecundius hoc dicere videor, & oblitus qoodammodo „ consuetudinem intercessionum mearum. „ Sed si nihil est verecundia, nisi quidam displicendi metus, ego in hac „ caussa metuendo non vereor. Metuo „ enim ne primum Deo, deinde ipsi „ amicitiae, quam mecum inire dignatus „ es, iore displiceam, si minus liber in „ admonendo fuero, quod me admonete „ salubetrime existimo. Sim certe verecundior, cum tibi pro aliis intercedo: „ cum vero pro teipso, tanto liberior, „ qoanto amicior: quia tanto amicior, „ quanto fidelior &c.] Vide etiam, si placet Epist. 93. (Alias, 48.) ad Vincentium e schismate Rogatiano Cartennensem Episcopum, cap. 2. n. 4.

Quod habet in fine huius nom, *Sed ille abreptus dementiae meae &c.* nonnihil dilucidari potest ex lib. 19. de Civit. Dei, cap. 8. in fine, ubi. „ Cum „ igitur etiam de carissimorum mortibus, maxime quorum sunt humanae „ societati officia necessaria, ounc mitius, nunc asperius affligatur vita mortalium, mortuos tamen eos, quos diligimus, qoam vel a fide, vel a bonis „ moribus lapsos, hoc est in ipsa anima „ mottuas audire, seu videre mallemus &c. Ex quo fit ut bonis amicis „ mortuis gratulemur, & cum mors „ eorom nos contristat, ipsa nos certius „ consoletur: quoniam malis carueront, „ quibus in hac vita etiam boni homines „ vel conteruntur, vel depravantur, „ vel in utroque periclitantur. „

(*h*) *Quam phantasma, in quod sperare iubebatur.* = Manichaeorum Deum percellit, tot somniis fictum, ut vere non deus, sed phantasma censendus, & appellandus esset. Vel probabilius de Christo loqoitur, cuius meritis omnis spes Christianorum innititur: Christus enim a Manichaeis propositus non verus homo erat, sed phantasma, Augustino teste, qui lib. de Haeres. n. 46. ante finem: *Nec fuisse* (Christum) *in carne vera* (Manichaei blasphemabant) *sed simulatam speciem carnis ludificandis humanis sensibus praebuisse, ubi non solum mortem, verum etiam resurrectionem similiter mentiretur.* Videre poteris etiam in Psal. 146. n. 13. & lib. de Continentia cap. 10. n. 24.

Tali Deo, vel Redemtore veriorem, melioremqoe iure, & merito dicit amicom defunctum; hic enim quidquam erat, veromque & bonum ens, primi virtute, & communicatione factum, Redemtor autem ille nec deus erat, nec creatura, nec unum ex duobus exsurgens, sed phantasma Manichaeorom delirio effictum.

(*i*) *Solus fletus erat dulcis mihi &c.* = Et tam fidos, ingenuos, nobilesque amantis animi aestus, quibus iis defunctum amicum ferebaris inter bonae indolis tuae scintillas Augustine haud numeras? Quin immo omnium hanc ego pulcherrimam censeo, atque potissimam. Dic enim mihi, an optimus Deus, qui ubique terrarum visibilibus, & latentibus gra-

(s) Hinc in editis superfluo fuerat additum, *in his permanentes:* itemque post, *tamen si desperati,* in iis legebatur *& intra se poenitentes.* Quae verba veterum librorum auctoritate B B. expunxerant.

gratiia, ſtimulis, atque blanditiis vigilat, ut hominum venetur corda, amoreſque ſibi concilier, te ad amandum ſic pronum, & in humana (1) quoque amicitia tantopere conſtantem, & fidum aut obaeſus, aut non curans praeteribit, ad alios divertens, quorum pectora ſaxis duriora nec frangerent caeli ſagittae, nec totius orbis blanditiae emollirent. Et quidem non is ego ſum, qui ignorem Dei voluntati nullum reſiſtere: & omnipotentiae duriſſimos quoque adamantes cedere; Sed quum gratia, ut Theologia praedicat, ſuaviter agat, & naturae vias minime frangat, vel obſtruat, ſed perficiat, complearque; cur duros illos circumvallabit, quos, ut ita loquar, nonniſi gladio, frenoque ſibi ſubiiciet: & non potius te ubique fidum amorem ſpirantem, qui in oſtenſas tibi divinas pulcritudines, non quidem, ut Pelagius ſomniabit, naturali, ſed promto, facili, expeditoque genio aeſtuabis? Cum ſcilicet ſanctitas honeſtatem omnem complectatur, amore tamen in Deum, potiſſimo velut caractere fulgeat; tibi autem gratia adiuto quid ita facile, & ſuave eris, ſicut bene cognitum Deum amicorum fidiſſimum amare, qui terrenum amicum ipſo naturae candore tam carum habebas, tantaque benevolentia complectebaris?

Fidum hunc Auguſtini erga amicos amorem in divinae praedeſtinationis probabiles effectus, coloreſque ipſe quoque Iaoſenius revocavit, qui tom. 2. de Ratione, & Auctoritate lib. proem. cap. 20. pag. 19. col. 1. haec habet. „ Iam „ vero ſi dici ſolet eos, qui longius a „ Deo inſanis amoribus receſſerunt, poſt- „ quam ad ſanitatem redeunt, flammis „ pudici, & veri amoris acrioribus in- „ ardeſcere, ut Magdalena fidem facit: „ cum praeteritorum ſaeculorum nemo „ tanta profunditate divini amoris ar- „ cana perſcrutans aperuit, quam Au- „ guſtinus, nemini dubium videtur eſſe „ poſſe, quin illa ipſius indoles, qua „ ſuos amicos vanus vanos tam arcte „ diligebat, ut pene ipſa mors eorum „ interitu iucundior videretur, oculis „ Dei talis naturae conditoris indicium, „ & effectus fuerit arcanae ſuae dilectio- „ nis, qua illum caſti amoris amplexibus „ dedicabat. „

A. Ch. 375. Aug. 21. Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

C A P U T V.

A R G U M E N T U M.

Dolore illo tempore iam lenito, depoſito; quaerit cur gemere, ſuſpirare, & conqueri angoribus implicatum animum ſolvant, & adlevent. Et quidem lacrymas ad flectendam Dei clementiam effuſas ſpe obtinendae gratiae ſolari exploratum habet; ſed de illis potiſſimum dubitat, quas malam ſortem, perculſumque animum comitantur.



ET nunc, Domine, iam illa tranſierunt, & tempore lenitum eſt vulnus meum. Poſſum ne audire abs te, qui veritas es, & admovere aurem cordis mei ori tuo, ut dicas mihi, cur fletus dulcis ſit miſeris? An tu, quamvis ubique adſis, longe (*a*) abieciſti a te miſeriam noſtram? Et tu in te manes, nos autem in experimentis volvimur. Et tamen niſi ad aures tuas ploraremus, nihil reſidui de ſpe noſtra fieret. Unde igitur ſuavis fructus de amaritudine vitae carpitur gemere, & flere, & ſuſpirare, & conqueri? An hoc ibi dulce eſt, quod (*b*) ſperamus exaudire te? Recte iſtud in precibus, quia deſiderium perveniendi habent. Numquid in dolore a-

 miſ-

(1) V. Salmantic. NN 1. 5. de Grat. tract. 14. q. 109. Diſp. 3. dub. 5. n. 28 & quidem illud, *Facienti quod eſt in ſe viribus naturae Deus non denegat Gratiam*; ut ſimilia prorſus reiicio.

A. Ch. 375. Aug. 21. Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

miſſae rei, & luctu, quo tunc operiebar? Neque enim ſperabam reviviſcere illum, aut hoc petebam lacrymis, ſed tantum dolebam & flebam; miſer enim eram, & amiſeram gaudium meum. An & fletus res amara eſt, & prae faſtidio rerum (c), quibus prius fruebamur, & tunc dum ab eis abhorremus, delectat?

(a) *An tu quamvis ubique adſis, longe &c.* = Non te interrogatio ſuſpendat: familiare eſt enim Doctoribus, maxime Auguſtino plura intarrogatione ſtatuere. Dicit ergo de miſeriis, ac fletibus ſe eum interrogare, qui noſtras infirmitates a ſe prorſus abiecit. Deus in ſe manens, imperturbatus, & quietus rerum naturas, & cauſſas, earumque vertigines intuetur. Nos autem in experimentis volvimur: ſcilicet nonniſi pluribus experimentis illa detegimus. Quale eſt hoc, fletum ſe quidem miſeram rem, & amaram, miſeris dulcem eſſe.

Quanquam vero haec ita ſe habeant, adhuc *niſi*, addit S. D. *ad aures Dei ploraremus, nihil reſidui de ſpe noſtra fieret*. Hoc eſt, licet noſtras miſerias quaslibet a ſe Deus abiecerit; adhuc earum quibusdam eius clementiam flectimus; piis enim lacrymis plura obtinemus, & efficaci contritione cordis contractas abſtergimus maculas, & amiſſam Dei amicitiam recuperamus.

(b) *An hoc ibi dulce eſt, quod &c.* = Ita omnino legendum arbitramur cum MSS. undecim Ecr. Baſil. Som. Vvangn. & Benedictinis. Non ut MS. recens S. Cr. Vet. Am. Er. Lov. *hoc tibi*. Dicit enim cur fletus, quo quidquam a Deo poſtulatur, dulcis ſit miſeris; adroque fletum illum reſpiciens, dicere debuit, *ibi*, non tibi: quaeritur enim cur miſeris, eur nobis non cur Deo fletus dulcis ſit.

Ploratum autem, quo a Deo, vel etiam ab homine quidquam petimus, ſpe obtinendae gratiae noſtras anguſtias levare certum eſt, tum ſi rationis ſpem tum ſi illam intuearis, quae naturae motibus concipitur: quaſi enim nolentes lacrymis, & ſuſpiriis eum flectendum naturali inſtinctu confidimus, cui anxitudines noſtras depromimus.

(c) *An & fletus res amara eſt, & prae faſtidio rerum &c.* = Aenigma hoc Henricus Vvangnereck ita diſſolvit „ Sicut laetitia cor dilatat, & „ hominem in riſum ſolvit per motum „ diaphragmatis: ita (1) triſtitia cor, „ & partes oculis vicinas conſtringit, „ humoremque illis contentum in lacrhymas eliquat. Quo motu, dum „ cor anguſtias confluentis ſanguinis a „ ſe repellere nititur, qualemcunque „ voluptatem percipimus ei pruritui non „ abſimilem, quem ſentiunt ulceroſi „ cum ſcalpuntur. In precibus vero „ ad Deum magis dulceſcere lachrymas „ ſpe veniae, & impetrationis recte „ ſentit S. D. Quod ipſum forte contingit in dolore rei amiſſae, dum „ phantaſia apprehendit quaſi recuperabile quod recuperari non poteſt: „ & amorem prius quieta poſſeſſione „ velut langueſcentem, in iactura rei „ amatae, denuo exſuſcitat, & magis inflammat.

Non male quidem, ſed omnino extra propoſitum Auguſtini. Non enim ut ita loquamur, phyſicam, ſed metaphyſicam rationem quaerit S. Doctor; ſcilicet cur triſtes fletum eligentes, ab anguſtia leventur: non quid fletus inducat, ex quo ſolamen illud trahatur. Immo non adeo ſpeciatim de fletu Auguſtinus loquitur, ſed illum ceu plurium querelarum exemplum unum adſumit; ideoque ante dixerat: *Unde igitur ſuavis fructus de amaritudine vitae carpitur, gemere, & flere, & ſuſpirare, & conqueri?* Non ergo Henrici doctrina ad propoſitum eſt, quae ſpeciatim fletum intuetur, quatenus a ſuſpiriis, ſimilibuſque diſcrepat.

Quod autem addit, *Quod ipſum forte contingit in dolore rei amiſſae &c.* Auguſtino opponitur dicenti, *Neque enim ſperabam &c.*

Ultima doctrina tandem, *amorem prius &c.* aut nihil ad ſcopum ducit, aut probat ad exceſſum, fletu puta ac rei poſſeſſione feliciorem hominem reddi.

Unde *Phereponus* dilectus noſter accedat, ipſeque tenebras haſce diſpellat: nec, ut ſaepe, longo ſilentio ſinat amicos ſuos luce deſtitutos torqueri. En eius verba. „ Delectamur triſtitia, & „ luctu, ut ceteris omnibus affectibus, „ quibus libenter indulgemus aegre obſiſtimus; quia ut eos vincamus, via „ inferenda eſt perturbationi animi, & „ cor-

(1) V. Suar. l. 5. de anima c. 3. nu. 14.

A. Ch. 375. Aug. 21. Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

„ corporis . Minuitur etiam sensim tri„ stitia, dum eam libere in lamenta, & „ lacrymas effundimus. Verba sunt Eu„ ripidis in Oenomao apud Stobaeum „ Floríleg. Tit. 123. &c. Verum in ma„ lis voluptati sunt hominibus lamenta, „ & defluxus lacrymarum ; haec levant „ tristitiam animi, & nimiis doloribus cor „ liberant. Alia sunt ibidem, & alibi in „ eandem sententiam. „

Haeretici huius solutio ei, quam religiosissimus Pater Wangnereck adhibuerat iam longe ante, nil prorsus addit ; nisi quod ab ea ut ab arboris medollà sua cortex secernitur. Dicit enim animi tristitiam levari, dum eam in lamenta, & lacrymas effundimus ; Hoc iam doctus Pater praeoccupaverat, detexeratque ulterius rationem, physicas nempe functiones cordis, sanguinisque, quae afflictos in luctu solantur.

Ulterios, non adeo universale, certumque est solatium nos in earum rerum exercitio experiri quibus aegre obsistimus ; infirmus enim animi, vel corporis perturbationi potentis vini pocula expetenti aegre obsistit, qui tamen potans, torquetur, vel stomachatur.

Et tandem Euripidis verba, quibus integer *Phersponi.* sermo innititur, rem statuunt, at non dilucidant, ut patet ; adeoque Augustini dubium minime complanant, sed repetunt. Lamenta quippe, & lacrymarum defluxus animi tristitiam, doloresque levare, non negat, non dubitat Augustinus, sed adstruit, exspertus est : & quaerit cur ita se habeat.

Dicendum igitur, quaestionem ab Augostino propositam, ab ipsomet dextere pro more, expediri ; eo simili modo quo l. 2. c. 6. illam de voluptate, qua ad pirorum furtum pellectus est, expedivit, inquiens in fine, *An libuit facere contra legem saltem &c.* Ea autem quaestionis solutio in transcriptis verbis, quae sunt capitis ultima habetur. Scilicet experientia teste, animus tristitia, angustia, dolore pressus naturali instinctu cupit in lamenta, suspiria, lacrymas fluere, quemadmodum in puteo ignis occlusus, spiracula sibi curat, quibus foras erumpat ; amarae sunt lacrymae, similesque res ; cum tamen iis animus insistens, ab amarioribus rebus divertatur, videlicet a nimis aestuante infortunii memoria, & meditatione, ab eoque velut exhorrescat, & fugiat : respirat, seseque confirmat. Sic quoque dulces sunt naufrago spinae, quibus adprehensis ab aquarum abysso queat emergere.

En metaphysica potius, quam physica ratio, cur fletus tristes soletur; neque enim, ut diximus, quaerit Augustinus, quid in fletu contingat, ex quo solatium oriatur, quae sint lacrymarum functiones, quae tristem animum adlevent. Sed cur dulce sit miseris ad lacrymas, querelas, & suspiria divertere. De quaestione hac vage spectata S. Thomas 1. 2. q. 38. ar. 2.

C A P U T VI.

A R G U M E N T U M.

Subtili quaestione, suo velut proposito non adeo congrua deposita ; iterum animi sui, amici obitu nimis torcti infirmitatem deplorat : quaerens etiam, quantum amici aestus illi protenderentur, & utrum oblatione data amici vitam sua morte redemisset. Indeque ad factum rediens, dolentis phantasiae spectra quaedam, terroresque meditatur.



Uid autem ista loquor? Non enim tempus quaerendi nunc est (*a*), sed confitendi tibi. Miser eram, & miser est omnis animus vinctus amicitia rerum mortalium, & dilaniatur, cum eas amittit : & tunc sentit miseriam, qua miser est, & antequam amittat eas (*b*). Sic ego eram illo tempore, & flebam amarissime, & requiescebam in amaritudine. Ita miser eram, & habebam cariorem illo amico meo vitam ipsam miseram. Nam quamvis eam mutare vellem, nollem tamen amit-

A. Ch. 375. Aug. 21. Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

tere magis quam illum. Et nescio, an vellem vel pro illo, sicut de Oreste & Pylade traditur (c), si non fingitur, qui vellent pro invicem vel simul mori, quia morte peius eis erat non simul vivere. Sed in me nescio, quis adfectus nimis huic contrarius ortus erat: & taedium vivendi erat in me gravissimum, & moriendi metus. Credo quo magis illum amabam, eo magis mortem, quae mihi eum abstulerat, tanquam atrocissimam inimicam oderam & timebam: & eam repente consumturam omnes homines putabam, quia illum potuit. Sic eram omnino, memini. Ecce cor meum Deus meus! ecce intus vide quia memini spes mea, qui me mundas a talium adfectionum immunditia: dirigens oculos meos ad te, & evellens de laqueo pedes meos (1). Mirabar enim ceteros mortales vivere, quia ille, quem quasi non moriturum dilexeram, mortuus erat: & me magis, quia illi alter eram, vivere illo mortuo mirabar. Bene quidam dixit de amico suo; Dimidium animae meae (d). Nam ego sensi animam meam & animam illius (e) unam fuisse animam in duobus corporibus: & ideo mihi horrori erat vita, quia nolebam dimidius vivere; & ideo forte mori metuebam, ne totus ille moreretur, quem multum amaveram.

(a) *Non enim tempus quaerendi nunc est &c.* = Itali, & quidem novissimi, maiorique cura emendati sic legunt „ *Non è già questo il tempo di lamentarmi*. Manifestum est, *quaerendi* hic a *quaera* dici, non, a *querar*; unde in correctis codicibus omnibus cum dyphtongo scribitur. Cum enim acutissimam quaestionem praecedenti capite excitavisset, corrigit se nunc subsumens, in ascetica hac Opella non altis disputationibus, sed piae peccatorum, & nugarum confessioni indulgendum esse.

Ex hoc loco, similibusque deducimus: Augustinum in his Confessionibus praeter scopum sibi praefixum, & non adtendentem in varias quaestiones distractum. Cum enim incomparabili polleret ingenio, essetque subtilissimis dubiis excitandis, & solvendis natus: aliud etiam agens, & quasi nolens, naturali quodam pondere, & instinctu sese insinuavit. Quanquam non inficiemur, ad sermonis ornatum, ad fastidium levandum, ad pelliciendos Eruditos non admodum pios ad suarum infirmitatum lectionem, ad excolenda ingenia legentium, denique ad detegendam Dei iudicii, miserationis, potentiae abyssum plures vel excitasse, vel solvisse quaestiones.

P. Henricus Wangnereck praesenti capiti hocce argumentum praefixit: *Explicat miseriam inordinati affectus, qua extruciabatur ob mortem illius amici.* An id argumentum exoptatam Lectoribus lucem conciliet, uniatve compendio totius capitis potiores conceptus, tardioris etiam ingenii Lector, dummodo nullis praeiudiciis actus, iudicabit. De quibus & similibus aliquoties Lectorem admonebimus non ad aliorum decurtandam, nostramque augendam existimationem, sed ne qui haec nostra tantum viderint, actum nos egisse censeant, & otiose laborasse.

(b) *Et tunc sentit miseriam, qua miser est & antequam amittat eas.* = Cum rerum mortalium iactura torqueris, tunc bene vides, quae tua infirmitas sit, quaeve fuerit, quum eas habebas. Si enim modo tantopere angeris, factus tunc eras earumdem mancipium. Hinc spirituales Magistri pios homines admonent, ut non raro mortales res abiiciant, vel aliis commutent: sicque deprehendant, an dum in possessione essent, nimio earum amore tenerentur. Cui monito spiritualium personarum directores, & Religionum quarumdam Praesules insigni subiecti gregis profectu passim insistunt.

Inquiens paulo post Augustinus, *requiescebam in amaritudine animae meae*, Ezechiae phrasim intuetur dicentis, *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae &c.. ecce in pace amaritudo mea amarissima*. Is. c. 38, v. 15, & 17.

Me-

(1) Ps. 24. 5.

Merito autem idem S. Doctor, ot addit, illo amico cariorem habebat ipsam miseram vitam suam, quia procul dubio longe gravius malum eit nullo modo esse, quam vivere in miseria: *Si enim quis dixerit, non esse, quam miserum me esse mallem, respondebo, mentiris; nam & nunc miser es, nec ob aliud mori non vis, nisi ut sis; ita cum miser nolis esse, esse vis tamen*. Lib. 3 de Libero arbitrio, cap. 6. n. 18. Vide etiam eiusdem libri cap. 7. & 8 & lib. 11. de Civit. Dei, cap. 27. Quanquam si de gravissims, totaque aeternitate substinenda poena agator, melius sit, vel potius minus damnum vitam, omnemque exsistentiam amittere; unde Salvator de Iuda proditore Matth. 26. 24. *Vae homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille*. Vide Cornelium Cornelii a Lapide ad hunc locum, & ad cap. 4. v. 2. & 3. Ecclesiastes.

(c) *Sicut de Oreste, & Pylade tenditur*. = Agunt de duobus his fidis amicis Cicero lib. de Amicitia, & 2. de Finibus. Virgilios 3. Aeneid. & alii plures prosaoi scriptores, maxime qui aliquam honestatem coluerunt. Haec est autem potior eorum Historia. Orestes ob agrestem ferinam, & quasi montaoam naturam iuxta etymologias Graecos sic appellatos, Agamemnonis, & Clytemnestrae filius fuit. Patre a Clytemnestra infida coniuge, eiusque amasio Aegistho necato, tenellos ipse Orestes, qui apertissime vita periclitabatur, a sorore Electra per pedagogum in Phocidem clam ablegatus est, quem Strophius paterne excipiens, ona cum filio Pylade quasi alterum educavit, & notriit. Quo tam proximo, ac dioturno convicto coacta est duos inter pueros, indeqoe adolescentes celebris illa amicitia, tenacissimaque animorum coninnctio. Duodecim istic annis commoratus Orestes, Argos rediit, ubi Matre in Patris oltionem perempta, aliisque patratis sceleribus, furiis agitatus est, quibus incerto domicilio vagus profugusque errans per orbem, Pyladem indivisum, fidumque socium habuit. Usque dum tandem in Areopago a sex diis, contra totidem iudicantibus, & Palladis suffragio adiutis, a sceleribus absolutus, & a furiis liberatus, Thauricam Chersonesum ingressus est; ubi a Rege conquisitus ad necem, se Orestem esse ingenue, fortiterque contestatus est, ne Pylades, qui sd subeundam destinatam amico mortem se Orestem simolabat, perderetur. Quanquam eo fidae amicitiae portento motus Rex, liberos ambos dimiserit.

A. Ch. 375. Aug. 21 Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentis. & Val. XII.

Hanc historiam nonnollis exornatam, soctamque fabulis suspicamur vehementer; ut non otiose addiderit Augustinus, *si non fingitur*.

Iam tamen fere proverbium est, Orestis, & Pyladis foedus non prorsus consomoiatum fuisse, sed (ut illud Lelii, & Scipionis) iniquis detestabilibus susurronum artibus fuisse disruptum.

Nullam vero peccatorum amicitiam, quae certa historia habeatur, cuiusve interni motus subtilissime, & ingenue detecti sint, ei, quam Augustinus defoncto adolescenti dicaverat, aut anteponimus, aut comparamus; maxime si circumstantiae spectentur; unici puta anni convictus, & qoidem non in eadem mensa, & domo, sed in eisdem tantom studiis exactus.

(d) *Bene quidam dixit de amico sua: dimidium animae meae*. = Quintus Horatius Flaccus Venusious ille est, qui navi amicum Virgilium vehenti versibus hisce incolomitatem precatur lib. 1. Carminum Ode 3. ab initio „

„ Sic te diva potens Cypri:
„ Sic fratres Helenae, lucida side-
„ ra:
„ Ventorumque regat pater,
„ Obstrictis aliis, praeter Iapyga
„ Navis, quae tibi creditum
„ Debes Virgilium finibus Atticis
„ Reddas incolumem, precor,
„ Et serves animae dimidium meae
„ Illi robur &c.

Similia habentor apud Ovidium lib. 8. Metamorphos. v. circiter 417., & 418.

„ Cui procul aegides; o me mihi
„ carior, inquit,
„ Pars animae consiste meae &c.

Conceptum hunc ex duobus antiqois adagiis: *Amicus est alter ego* „ *Amicorum anima una in duobus corporibus*: Horatius deduxit. Quum enim ex illis habeatur amicorum unam esse animam: & alias permittatur duo esse corpora, otrumque sua anima praeditum: ad involucra haec extricanda, animam Poeta dissecoit, cuius pars in uno, & pars in altero esset amici corpore. Decessit autem eximius Poeta V.

Ka-

A. Ch. 375. Aug. 21. Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

Kalend. Decemb. C. Mario Censorino, & C. Asinio Gallo consulibus anno circiter 33. aetatis Augusti Caesaris, suae vero 63. vel, ut alii, 59. Violento morbo subito correptus, testamenti tabulas obsignare non valens, Augustum haeredem dixit, & iuxta Mecoenatis Tusci equitis clarissimi, cui carminum libros dicaverat, tumulum extremis exquiliis magna pompa humatus, & conditus est.

Deliramenta illa turbatae, oppressaeque phantasiae, *eum repente consumturam omnes homines putabam, quia illum potuit*: & similia quae Augustinus posuit, passim homines inter deprehenduntur: non quidem expresse, sed naturali quodam instinctu, ac terrore. Hinc genitores filiorum aliquo extincto, ceterorum maiorem curam habent: quasi mors ad domos lares posita, integram iamiam familiam depascat.

(*e*) *Sensi animam meam, & animam illius &c.* = Augustino seniori haec movere stomachum: unde lib. 2. Retract. cap. 6. n. 2. his verbis improbavit. „In quarto libro cum de amici morte „animi mei miseriam confiterer, di„cens quod anima nostra una quodam„modo facta fuerat ex duabus, *&* „*ideo*, inquam, *forte mori metuebam*, „*ne totus ille moreretur, quem multum* „*amaveram*; quae mihi quasi declama„tio levis, quam gravis confessio vi„detur: quamvis utcunque temperata „sit haec ineptia in eo quod additum „est, *forte*. „

Quid ad haec calumniatur *Erasmus*, perfricta fronte, apertoque mendacio effutiens, Augustinum sua scripta retractasse; hoc est, iterum tractasse, & vidisse, non emendasse? Si iocundam, innocentemque declamationem tanta severitate improbavit, quo putas zelo doctrinam delevisset, aut haereticam, aut falsam, aut minus piam?

CAPUT VII.

ARGUMENTUM.

Acrius immoderatum in amicum amorem perstringit, sauciatam illius decessu animam suam solutioris, elegantiorisque orationis coloribus pingens, confirmansque in solis lacrymis nonnullum, licet satis modicum expertum se fuisse levamen. Adeo ut vero ad Deum, unicum plerumque afflictorum solatium, pro quo phantasma, spectrumque sibi finxerat, aegre, frustra, & in cassum diverteus, patria, amici memoria nimis odiosa, relicta, Carthaginem venerit.



Dementiam nescientem diligere homines humaniter (*a*)! O stultum hominem immoderate humana patientem, quod ego tunc eram! Itaque aestuabam; suspirabam, flebabam, turbabar: nec requies erat, nec consilium. Portabam enim conscissam, & cruentam animam meam impatientem portari a me: & ubi eam ponerem, non inveniebam. Non in amoenis nemoribus, non in ludis atque cantibus, nec in suaveolentibus locis, nec in conviviis adparatis, neque in voluptate cubilis & lecti, non denique in libris atque carminibus adquiescebat. Horrebant omnia, & ipsa lux, & quidquid non erat, quod ille erat, improbum & odiosum erat, praeter gemitum & lacrymas; Nam in eis solis aliquantula requies. Ubi autem inde auferebatur anima mea, onerabat me grandis sarcina miseriae. Ad te Domine levanda erat, & curanda (*b*): Sciebam, sed nec volebam, nec valebam, eo magis, quia non mihi eras aliquid solidum & firmum, cum de te cogitabam. Non enim tu eras, sed vanum phantasma & error meus, erat Deus meus. Si conabar

eam

eam ibi ponere, ut requiesceret, per inane labebatur, & iterum ruebat ſuper me, & ego mihi remanſeram infelix locus, ubi nec eſſe poſſem, nec inde recedere. Quo enim cor meum fugeret a corde meo? quo a me ipſo fugerem? quo me non ſequerer? Et tamen fugi de patria; minus enim eum quaerebant oculi mei, ubi videre non ſolebant; atque a Tagaſtenſi oppido veni Carthaginem (c).

A. Ch. 375. Aug. 21. Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

(a) *Neſcientem diligere homines humaniter.* = Locum hunce quibuſcunque in Latina lingua non prorſus hoſpitibus apertum, & obvium abſque gloſſemate praeterivisſemus: niſi *Ioannes Pherepontus* naeniis ſuis nos pellexiſſet: inquit enim. *Hoc eſt ea amoeis modo, qui rebus peeituris tribui poteſt. Sic & Graeci &c.* O fulgentiſſimum ſidus, mentis noſtrae tenebras cuncta diſpellens! o incomparabilem hominem, Auguſtini Confeſſionibus dilucidandis natum, factum! Quis non te cunctos mortales inter eminere (qualis adparere geſtis) fateatur? Ambiunt illi difficiliorum explanationem, levibus non adeo curatis; tu harum Confeſſionum graviora praeteris: & leviſſima contracto ſupercilio adnotas! Nec te quiſquam otii incuſare poteſt: quo pacto enim otioſus eſt labor, quo id deprehendimus, quod ex praecedentibus, ex ſequentibus, & ſeſe pateutiſſimum erat? Doluerat enim Auguſtinus, & inde iterum dolet, immoderato (1) ſe amore in amicum deportatum; non humaniter ergo dilexiſſe hominem, quid ſit, omnis vel antecedens, vel ſubſequens ſermo demonſtrat. Nec adverbium, *humanitee*, abſtruſa nova metaphora eſt ab Auguſtino excogitata, quae ſpeciali gloſſemate indigeat. Plinius l. 10. c. 26. *si quid mihi humanitus accidiſſet.* De morte loquitur. Cicero l. t. Att. *Sin aliter acciderit, humaniter feeemus.* Immo ipſa vocabularia, puerorum manibus trita *humaniter* vertunt: *mare hominum.*

Quod infra Auguſtinus habet: *non in amoenis nemoribus, non &c.* egregie dilucidat, quanta amplitudine cap. 4. n. 2. dixerit: *abſtuliſti hominem &c. ſuavi mihi ſupee omnes ſuavitates illius vitae meae.*

(b) *Ad te Domine levanda erat, & curanda,* = Sequimur Benedictinos, qui in margine admonent. „ Ita magno con„ ſenſu MSS. editi vero habent, *quae a* „ *te.*] Sed & nobiſcum ſunt MSS. decem e noſtris. Suffragatur autem editis unus MS. Med. & Ricar.

Praeter codices, & ratio nobis favet; poſita enim editorum lectione, dure, ac barbare ſequitur, *nec valebam, nec valebam &c.* ut diligenter adtendenti conſtabit.

At non ſequentia verba, ſed ipſa lectio *Eraſmo*, aliiſque dura viſa eſt: a Medico quippe, non ad Medicum levari, & curari morbum paſſim dicimus. Verum hic animae ſarcina ad Deum levanda, & curanda dicitur: quo pacto v. gr. ad Regis tribunal, vel ſolium controverſiam aliquam agitari, dirimi, ſolvi dicimus. Unde ſequitur, *nec volebam, nec valebam*: hoc eſt, ad te, ad tuum thronum, ad tuam clementiam animam, vel animae ſarcinam deferre.

(c) *Atque a Tagaſtenſi oppido veni Carthaginem.* = Haec quidem occaſio Auguſtinum Carthaginem impulit; ſed & Rhetoricae cathedra, quam prenſavit, obtinuitque ipſum Carthaginem traxit; nobilem enim hunc ad Carthaginem regreſſum intueri certum arbitramur, dum lib. 2. contra Academ. cap. 2. n. 3. his verbis Romanianum adloquitur. „ Tu „ in noſtro municipio &c. Tu Cartha„ ginem illuſtrioris profeſſionis gratia „ remeantem, cum tibi, & meorum „ nulli conſilium meum, ſpemque ape„ ruiſſem, quamvis aliquanto illo tibi „ inſito, quia ibi iam docebam, patriae „ amore cunctatus es, tamen ubi evin„ cere adoleſcentis cupiditatem ad ea, „ quae videbantur meliora, tendentis „ nequiſti ex dehortatore in adiutorem „ mira benevolentiae moderatione con„ verſus es. Tu neceſſariis omnibus iter „ adminiculaſti meum. Tu ibidem rur„ ſus, qui cunabula, & quaſi nidum „ ſtudiorum meorum foveras iam vola„ re audentis ſubſtentaſti rudimenta.] illuſtriorem profeſſionem vocat, ut etiam Benedictini in eius Vita l. 1. c. 7. n. 3. obſervant, ſive quod eadem Rhetorica Carthagine tradita loci ſplendore ei, quam

(1) V. l. 9. n. 120 G.

A. Ch. 375. Aug. 21. Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

quam Tagastae docuerat, eminerec; sivo quod solam Grammaticam in patria: Rhetoricam vero Carthagine docuisset. Unde Possidius in eius Vita, c. 2. *Nam & Grammaticam prius in sua civitate, & Rhetoricam in Africae capite Carthagine postea docuit.*

Ioseph Renatus Augustinensis Excalceatus lib. 1. Vitae S. Monnicae, cap. 13. scribit piam Feminam Filii discessum aegre ferentem, & frustra impedire conatam, eumdem Augustinum, filiabus, & re domestica prudenti viro in custodiam traditis, una cum Navigio, peregrinationum suarum indiviso socio, & Adeodato Carthaginem usque sequutam, ibidemque a gravi Episcopo laetum illud responsum, *Vade a me, ita vivas: fieri enim non potest &c.* (1) retulisse. Quae quidem nec prorsus amplectimur (quandoquidem nullo gravi fundamento nituntur) nec etiam reiicimus. Nisi quod lucta illa inter Augustinum Carthaginem versus iter tentantem, Matremque renitentem apertae falsitatis Augustini ipsius verbis ex l. 2. contra Academ. supra laudatis arguitur. *Cum tibi, & meorum nulli consilium meum, spemque aperuissem.*

Quo autem tempore id contigit? Circa annum aetatis Augustini 21. Dom. 375. Monnicae 44. Adeodati 3. Dam. Papae 9. Valentini, & Valentis Imperatorum 12. Usque ad annum quippe aetatis suae 15. Madauris studuit; decimum sextum domi paternae a scholis feriatus; decimum septimum, decimum octavum, & decimum-nonum Oratoriae auditor Carthagine exegit. Patriam autem regressus, aut Grammaticae, aut Rhetoricae, vel forte utriusque magister solum ibi annum insumsit; defunctum enim adolescentem a teneris unguiculis sibi carum quis non credat Augustinum vix in patriam reducem specialis amoris foedere sibi iunxisse? decessit vero ille, ipso Augustino teste, vix anno in speciali amicitia consumto: *Ecce abstulisti hominem de hac vita, cum vix explevisset annum in amicitia mea.* cap. 4 n. 1. Nec admodum post triste funus, quandoquidem adhuc intolerabili moerore deiectus Augustinus loci mutatione levamen quaerens, Carthaginem petit. Cornelius Lancellottus lib. 1. Vitae: *Forte ob mortem Patris Tagastem redierat.*

C A P U T VIII.

A R G U M E N T U M.

Temporis tandem beneficio amici decessu conceptum dolorem lenitum tradit. Cum enim Carthaginem, ubi nullum defuncti amici vestigium, appulsus variis, novis, laetisque speciebus perfunderetur, istis consistentibus, tristes illae recessere. Interim cursim Manichaeorum phantasmate, a se, & amicis pro numine tunc observato, deriso: amoenae, suavisque amicitiae, qua a moerore potissimum adlevatus est, iura functionesque in se uno delineat.



NOn vacant tempora, nec otiose volvuntur per sensus nostros; faciunt in animo mira opera. Ecce veniebant, & praeteribant de die in diem, & veniendo & praetereundo inserebant mihi species alias, & alias memorias: & paulatim sarciebant me pristinis generibus delectationum, quibus cedebat dolor meus ille: sed succedebant, non quidem (*a*) dolores alii, caussae tamen aliorum dolorum. Nam unde me facillime, & in intima dolor ille penetraverat, nisi quia fuderam in arenam animam meam, diligendo moriturum, ac si non moritu-

(1) L. 3. c. 12. in fine.

tutum? Maxime quippe me reparabant, atque recreabant aliorum amicorum ſolatia, cum quibus amabam, quod pro te amabam (*b*); Et hoc erat ingens fabula, & longum mendacium, cuius adulterina confricatione corrumpebatur mens noſtra, pruriens in auribus. Sed illa mihi fabula non moriebatur, ſi quis amicorum meorum moreretur. Alia erant, quae in eis amplius capiebant animum: colloqui & corridere, & viciſſim benevole obſequi; ſimul legere libros dulciloquos, ſimul nugari, & ſimul honeſtari, diſſentire interdum ſine odio, tanquam ipſe homo ſecum, atque ipſa rariſſima diſſenſione (*c*) condire conſenſiones plurimas; docere aliquid invicem, aut diſcere ab invicem; deſiderare abſentes cum moleſtia, ſuſcipere venientes cum laetitia. His atque huiusmodi ſignis, a corde amantium, & redamantium procedentibus per os, per linguam, per oculos, & mille motus gratiſſimos, quaſi fomitibus animos conflare & ex pluribus unum facere.

(*a*) *Sed ſuccedebant, non quidem &c.* = Id nedum pie, quatenus immoderate creaturis iterum adhaerebat: ſed etiam phyſice intelligendum eſt; prioris enim amici funere conceptum dolorem novorum amicorum ſuaviſſima converſatione temperans, & iſtis tenaciſſime glutinabatur; quorum aliquando tandem, aut obitu, aut abſentia iterum, ut olim, torquendus eſſet. Ideoque addit: *Nam unde me facillime, & in intima dolor ille penetraverat, niſi quia fuderam in arenam animam meam &c.* nempe cor ſuum homini dicaverat, cuius vita quaſi ſuper arenam aedificata continuo fluit & labitur. Quaſi cum Perſio, ſed longe nobiliori mente, clamaret (1):

„ Diſcite o miſeri, & cauſas cogno-
„ ſcite rerum:
„ Quid ſumus, aut quidnam victuri
„ gignimur, ordo
„ Quis datus, aut metae quam mol-
„ lis flexus, & undae,
„ Quis modus &c.

(*b*) *Cum quibus amabam, quod pro te amabam.* = Oſtendit amicorum, quorum conſuetudine a dolore levabatur non paucos Manicheae ſuperſtitionis fuiſſe; cum illis autem phantaſma quaſi Deum amaſſe. Sed talis deus *ingens fabula* erat: neque enim Manichaei ſubtili errore, ſed portentoſis ſomniis a divinitatis fide aberrabant. Erat etiam *longum mendacium*: quandoquidem non unam, & alteram, ſed innumeras, & quidem non breves de Dei natura, indole, & geſtis fabulas iidem vendebant. Huius falſi numinis *adulterina confricatione corrumpebatur mens illorum, pruriens in auribus.* Hoc eſt, eiuſdem ficti dei blaſphemiae auribus commendatae mentem inde corrumpebant. Utitur autem Auguſtinus Pauli ſermone 2. Timot. 4. 3. *Ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus.*

Hic, & cap. praeced. de phantaſmate divinitatis Auguſtinum dicere, compertum eſt. Quanquam cap. 4. n. 3. ut litt. H. diximus, de Redemptore loquutum probabilibus arbitremur.

(*c*) *Atque ipſa rariſſima diſſenſione &c.* = Non quaecunque diſſenſio, ſed illa tantum, quae eſt *ſine odio, tanquam ipſe homo ſecum*, longam conſenſionem condire poteſt. Et quidem triplici id ratione. 1. Ut nimium amicos inter obſequium familiaris, dulciſque conſuetudinis inimicum nonnihil frangatur. 2. Ut hominum naturae indulgeatur, eiuſdem quamvis delicatiſſimi ferculi longum uſum faſtidienti. 3. Quia ut elementa, ſeu ipſorum qualitates contrariorum obſiſtentia, quam Philoſophi antiperiſtaſim dicunt, non languent, ſed confirmantur, ſic longa conſenſio minima, & innocenti diſſenſione ſtabilitur.

Haec autem, & alia ab Auguſtino eleganter poſita illuc tendunt, ut ex pluribus unum faciant. Cum enim homo ſocietatis amantiſſimus in amicum prorſus inſinuare ſe ambiat, animo facit quod nequit aſſentia, & corpore.

Nn Duo-

(1) Satyra 3. v. 66.

A. Ch. 375. Aug. 21. Mon. 44. Ad. III. Dam. IX. Valentin. & Val. XII.

Duobus igitur Augustini animus in amicis levabatur: consensione in eamdem, licet superstitiosam religionem: & mutuis benevolentiae signis. Unde de his dictorus, illis verbis: *alia erant, quae in eis &c.* sermonem orditus est.

C A P U T IX.

A R G U M E N T U M.

Alia quaedam in humani foederis genium, iura, tristesque effectus observat. Inde ad Deum diversus, eum beatum adserit, celebratque non uno modo, qui non naturae instinctu, sed divina ratione hominem diligens, Dei gratiam, & amicitiam sibi conciliat.



Oc est, quod diligitur in amicis, & sic diligitur, ut rea sit sibi humana conscientia, si non (*a*) amaverit redamantem, aut si amantem non redamaverit: nihil quaerens ex eius corpore, praeter (*b*) indicia benevolentiae. Hinc ille luctus, si quis moriatur, & tenebrae dolorum; & versa dulcedine in amaritudinem cor madidum, & ex amissa vita morientium, mors viventium. Beatus, qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te. Solus enim nullum carum amittit, cui omnes in illo cari sunt, qui non amittitur. Et quis est ille, nisi Deus noster, Deus qui fecit caelum, & terram, & implet ea, quia implendo ea, fecit ea (*c*)? Te nemo amittit, nisi qui dimittit; Et qui dimittit, quo it, aut quo fugit, nisi a te placido, ad te iratum? Nam ubi non invenit legem tuam in poena sua? Et lex tua veritas, & veritas tu?

(*a*) *Ut rea sibi sit humana conscientia, si non &c.* = *Rea*, inquit, *sibi*, quasi innuens, ita quidem hominibus, sed errore videri, iure autem ad suum propositum: de ea enim humana amicitia loquitur, quae, ut ex dictis satis constat, extra prudentiae fines excurrit, nec divinae amicitiae iura primo loco habet. Ceterum si Deum velut amicorum omnium carissimum, nobilissimoque animo, & opere suspicias, & colas: & amici bonas dotes omnes illius maximi amicorum scintillas esse constantissime teneas, illud tibi libenter dabo, *ream esse humanam conscientiam, si non &c.*

Illud autem, puod infra habet: *beatus qui amat te, & &c.* christianae dilectionis excellentissimum compendium est; nec ita commendat Augustinus, quasi omnis alia dilectio damnetur, sed cuius splendori ceterae dilectiones etiam honestae comparatae, vilescant, & cadant. Vide c. 16. l.

(*b*) *Nihil quaerens ex eius corpore, praeter &c.* = Quidquam ergo ex amici corpore, maxime si foedum, quaerentem absit ut appellemus amicum. Quis enim credat ingenuo te amore amicum prosequi, quo vilissimo ceu mancipio in tuum aut lucrum, aut commodum, aut genium uteris? Benevolentiae autem signa iure postulas: cum enim amicus tibi animum debeat, huius donum tibi animum non inspicienti iustum est ut exterioribus signis prodat. Augustinus ergo, si ordinem divinum excipias, perfectus amicus, qui nihil, praeter benevolentiae indicia, ex amici corpore voluit. Quanquam idem feminas amans, honestae amicitiae iura violaverit, praeter benevolentiae indicia quidquam aliud ex earum corpore quaerens; Recole dicta l. 2. c. 2. & l. 3. c. 1. Quam tamen maculam, si humano more loquamur, thori fide nonnihil delevit.

(*c*) *Quia implendo ea, fecit ea.* = Ita profecto; Deus enim ea fecit, quibus esse communicavit; quomodo autem communicavit esse, & non implevit? Hinc non est creatura, quam Deus non impleat, vel occupet; cuius nempe

se-

secretissima quoque non penetret, nedum cognitione, sed & existentia.

Quem *a me amittit, nisi qui dimittit*: Nisi enim iniquis actionibus eius amicitiae renunties: nisi peccato, quod ex tuo arbitrio est, gratiam expellas, nunquam Deum amittes. Quod repetit c. 11. n. 1. Vide lib. de Natura, & Gratia 25.

Legem autem Dei veritatem inde appellat ex Psal. 118. v. 142. Nam ut ipse S. Doctor Serm. 28. n. 5. ad hunc locum habet. „ Quomodo non veritas „ lex, per quam (1) cognitio peccati, „ & quae testimonium perhibet iustitiae „ Dei? Sic enim dicit Apostolus (2), „ *Iustitia Dei manifestata est, testificata per Legem, & Prophetas.*] Unde veritatem colere idem in Scripturis sanctis, & Patribus saepe est, ac divinae legi insistere. Zachariae c. 8. Ioan. 3. & 8. & S. Doctor in Psal. 41.

Deum vero, quod addit, ipsam veritatem esse Ioan. 14. 6. & alibi frequenter adseritur.

Talis autem fere est Augustini sermo: Tua voluntate Deum amittis, noli autem censere posse te omni modo a Deo seiungi: cum peccas enim, Deum amicum quidem amittis, sed interim ad eumdem iratum adcedis. Quandoquidem scis te furoris eius iacula non posse evadere, adeoque nec ab eius lege te eximis. Lex Dei veritas est; haec autem ipse Deus est; unde fit peccato te a Deo amico divelli, ad eum autem inimicum ire.

Pater Henricus Wangnereck, qui hoc caput, sicut & alia plura absque notis praeteriit, in admonitione pia, quam usum appellat, haec habet: *Etsi inimici hominis iusti, peccatis imaginem Dei in seipsis corrumpant, & obscurent, retinent tamen naturam, quae potest reformari per gratiam.* Hominem peccatis imaginem Dei corrumpere, aut perdere tradit utique non semel Augustinus, qui tamen lib. 2. Retract. c. 24. n. 2. sic explicavit: *In sexto libro* (3) (de Gen. ad Litt.) *quod dixi Adam imaginem Dei, secundum quam factus est, perdidisse peccato, non sic accipiendum est, tanquam in eo nulla remanserit, sed quod tam deformis, ut reformatione opus haberet.*

C A P U T X.

A R G U M E N T U M.

Creaturum inconstantiam rerum, mirasque scenas exponit: quandoquidem nec brevi temporis morula in eodem puncto consistunt, nostro sermoni sonantibus signis facto quam similes, qui nonnisi prioribus litteris, syllabisque, & verbis decedentibus augetur, perficiturque. Unde se, Lectoresque admonet in Factoris tantum vertendas laudes, non magno aestu diligendas: alias anima ad requiem figendam in iis, quae diligit nata, conscindetur: qualis enim quies in inconstantissimis rebus, quae continuo e sensibus nostris labuntur?



DEus virtutum converte nos, & ostende faciem tuam & salvi erimus (4). Nam quaquaversum se verterit anima hominis, ad doloris figitur alibi praeter quam in te: tametsi figitur in pulcris extra te, & extra se. Quae tamen nulla essent, nisi essent, abs te, quae oriuntur & occidunt, & oriendo quasi esse incipiunt, & crescunt, ut perficiantur, & perfecta senescunt, & intereunt: & non omnia senescunt, & (*a*) omnia intereunt. Ergo cum oriuntur, & tendunt esse, quo magis celeriter crescunt, ut sint, eo magis

(1) Rom. c. 3. 20.
(2) Ibidem 21.
(3) C. 27. & 28.
(4) Psal. 79. 4.

gis festinant, ut non sint. Sic est modus eorum; tantum dedisti eis; quia partes sunt rerum, quae non sunt omnes simul; Sed decedendo ac succedendo agunt (*b*) omnes universum, cuius partes sunt. Ecce sic peragitur & sermo noster per signa sonantia. Non enim erit totus sermo, si unum verbum non decedat, cum sonuerit partes suas, ut succedat aliud. Laudet te ex illis anima mea, Deus creator omnium; sed non eis infigatur glutine amoris per sensus corporis. Eunt enim quo ibant, ut non sint, & conscindunt eam desideriis pestilentiosis: quoniam ipsa esse vult, & requiescere amat in eis, quae amat. In illis autem non est ubi, quia non stant (*c*), fugiunt: & quis ea sequitur sensu carnis, aut quis ea comprehendit, vel cum praesto sunt? Tardus est enim sensus carnis, quoniam sensus carnis est: & ipse est modus eius. Sufficit ad aliud, ad quod factus est (*d*): ad illud autem non sufficit, ut teneat transcurrentia ab initio debito, usque ad finem debitum. In verbo enim tuo, per quod creantur, ibi audiunt, hinc, & hucusque.

(*a*) *Et non omnia senescunt, & c.* = Praeferunt lectionem hanc MSS. a Benedictinis visi, ta MSS. Etruriae. At editi, quibus suffragatur MS. Med. utroque loco negationem sustulerunt. Nec quidem perperam, potissimum qui (ut eorum plerique) pro particula, *&*, substituerunt, *etenim*; Quandoquidem videtur sermonem ab Augustino subsumi, & quod dictum erat confirmari, omnia scilicet senescere, & interire. Maxime cum sequentia nil habeant, quod hanc rerum non senescentium, & intereuntium discrepantiam explicet.

Verum praeter MSS. auctoritatem, ratione quoque lectio nostra stabilitur; Certum est enim, omnes creatas res nisi Dei potentia conserventur, interire; at certum pariter est non omnes senescere; non senescunt flumina, venti &c. Nec te illud moveat, nihil scilicet inde de non senescentibus rebus haberi: familiare quippe Augustino est, brevissima digressione doctrinae ambages tollere. Nec eius scopus est rerum discrepantiam illam proloqui, sed inconstantiam, quaecunque illa sit, dummodo eius meditatio in Dei nullo modo variabilis nos amicitiam impellat. Nec omnes prorsus, sed indefinite res creatas senescere, & interire dixerat. Ne igitur deciperis, quasi quidquid interire potest etiam senescat, subsumsit, *& non omnia &c.*

(*b*) *Sed decedendo, ac succedendo agunt &c.* = Sic etiam comoedia haud perficitur, nisi personati histriones priores recedant, & veniant novi. Universum hoc enim motu peragitur; quomodo ergo ver erit, nisi hiems abeat, quomodo nox, nisi sol occumbat, quomodo magna hominum multitudo, nisi adolescant pueri, & iis alii succedant? Quemadmodum autem universum, sic & sermo noster sonantibus signis expressus, puta voce, perenni vicissitudine agitur; non enim totus sermo, nisi verba: non verba, nisi syllabae: non hae nisi litterae abeant consistunt. Vide lib. Q. Q. 83. q. 43. & 44. & l. contra Epist. Manich. c. 41.

(*c*) *In illis autem non est ubi, quia non stant.* = Qua ratione siquidem Romam tuum *ubi* appellabis ex eo quod equis concitatis Romam transeas? Vel melius, quomodo *ubi* in agitatissima rota habebis? (neque enim de sessuro, sed de sede loquitur.) Cum igitur sermo noster, cunctaeque res creatae perenni agantur vertigine, unaque parte abeunte, alia succedat, merito illis *ubi* negatur. Maxime quoniam *ubi* de loco dicitur; hic constans, & immobilis est: *Est autem sicut vas locus trasmutabilis, sic locus vas immobile.* Aristot. lib. 4. Physic. textu 41. ubi S. Thomas lect. 6. *Vas, & locus in hoc differre videntur, quod vas transmutatur, locus autem non, unde sicut vas &c.*

Inquies tamen: Locus ultima superficies est eius rei, quae corpus capit, ut praeter Aristot. eodem libro, c. 4. & S. Thom. Lectione 5. & Opusc. 42. Ipse Augustinus lib. de Diversis Q. Q. 83. q. 20. tradit his verbis: *Locus in spatio est, quod longitudine, & latitudine corporis occupatur;* Illa autem superficies ad motum corporis, ut patet, & ipsa movetur: adeoque & locus inconstantiae subest.

R. Non

B. Non ea ſuperficies quocunque modo, ſed quatenus eamdem ad polos mundi, & centrum terrae, & primum continens diſtantiam habet, formalis locus eſt; Ita vero ſpectata ſuperficies ad magnum etiam corporis motum ſiſtit imperturbata, & nec paulum quidem concutitur. Unde quum movetur corpus, non ſecum locum trahit, ſed ex antiquo in novum tranſit.

Ubi nos ſupra cum Benedictinis, Feſ. Car. & potiſſima tum editorum, tum MSS. parte legimus: *Eunt enim quo ibant, ut non ſint*. MSS. 3. a Benedictinis laudati non male habent, *eunt enim quo? ut non ſint*. Adhuc vero tum codicum auctoritate, tum hac ratione huiuſmodi lectionem alteri poſthabuimus; Videtur enim non quamcunque rerum mundanarum inconſtantiam Auguſtinum inſinuare, ſed talem, quam amantis ſenſus retinere haud poſſit; quacunque enim vi eas apprehendas, adhuc e manibus tuis labuntur, & eunt quo ibant.

(*d*) *Sufficit ad aliud; ad quod factus eſt &c.* = Adeoque non habes in quo Conditorem incuſes. Sat eſt ut unaquaeque res munere, ad quod deſtinata eſt, expedite, beneque fungatur. Oculos ut colorem, aures ut ſonum percipiant Deus inſtituit; & quilibet ſenſus obiectum habet, in quod ſuas vires exerceat. Integri vero ſermonis, humanaeque vitae telam intueri non ſenſuum, ſed mentis eſt. Tardus eſt enim ſenſus carnis, non valens proinde celerrimam, perennemque rerum corruptibilium vertiginem ſequi, ac tenere. Vide cap. ſeq. E. in fine.

Immo (ut ſequitur) univerſim homines in verbo Dei, in Dei voluntate, inſtitutione, audiunt, agnoſcunt hinc, & hucuſque: hoc eſt, quando, cur, & quomodo incipiunt, & uſque ad quod tempus, ad quod munus, ad quam virtutem pertingunt. Sic in verbo Dei audiunt frementis aequoris fluctibus fines conſtitutos: *Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat, quaſi de vulva procedens; cum ponerem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiae obvolverem? Circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem, & oſtia: & dixi: Huſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos* Iob. 38. a v. 8.

Quanquam potius dicendum ſit, Auguſtinum non de hominibus, aut eorum ſenſibus, rerum corruptibilium naturas pendentibus: ſed de ipſis rerum naturis loquutum: hae ſiquidem audiunt, his a Deo auctore naturae indicitur, ut tali tempore incipiant, & uſque ad illud extendantur.

C A P U T XI.

A R G U M E N T U M.

Rerum Creatarum inconſtantia detecta: Dei nunc ſibi, Lectoribuſque ſinum offert, in qua, vel ex neceſſitate educta virtute ſtabiliſſima quiete fruantur, & a maculis ſtultis adfectionibus contractis, repurgentur. Iterum ſenſuum, rerum tantum partes attingentium imbecillitatem obiicit: quo ſibi ad pium ſcopum viam ſternens, denuo ſe alioſque in Dei amorem conatur impellere.

I. Oli eſſe vana anima mea, & obſurdeſcere in aure cordis, tumultu vanitatis tuae. Audi & tu. Verbum ipſum clamat, ut redeas (*a*); Et ibi eſt locus quietis imperturbabilis, ubi non deſeritur amor, ſi ipſe non deſerat. Ecce illa diſcedunt, ut alia ſuccedant, & omnibus ſuis partibus conſtet infima univerſitas. Numquid ego aliquo diſcendo, ait verbum Dei? Ibi fige manſionem tuam, ibi commenda quidquid inde habes anima mea, ſaltem fatigata fallaciis (*b*). Veritati commenda quidquid tibi eſt a veritate, & non perdes aliquid;

quid (*e*); & reflorescent putria tua (*d*), & sanabuntur omnes languores tui, & fluxa tua reformabuntur, & renovabuntur, & constringentur ad te; & non te deponent, quo descendunt, sed stabunt tecum, & permanebunt ad semper stantem ac permanentem Deum.

II. Ut quid perversa sequeris carnem tuam? Ipsa te (*e*) sequatur conversa. Quidquid per illam sentis, in parte est, & ignoras totum, cuius hae partes sunt, & delectat te tamen. Sed si ad totum comprehendendum, esset idoneus sensus carnis tuae, ac non & ipse in parte universi accepisset (*f*) pro poena tua iustum modum, velles, ut transiret quidquid existit in praesenti, ut magis tibi omnia placerent. Nam & quod loquimur, per eumdem sensum carnis audis: & non vis utique stare syllabas, sed transvolare, ut aliae veniant, & totum audias. Ita semper omnia, quibus unum aliquid constat, & non simul sunt omnia ea, quibus constat: plus delectant omnia quam singula, si possint sentiri omnia. Sed longe his melior, qui fecit omnia (*g*), & ipse est Deus noster, & non discedit, quia nec succeditur ei.

(*a*) *Verbum ipsum clamat, ut redeas* = Clamat prosectu in utriusque Foederis paginis. Isaiae 46. v. 8. & 9. *Redite praevaricatores ad car &c.* Ioan. 7. 37. *Siquis sitit, veniat ad me*. Recule etiam quae dicuntur Pruv. 9. ab initio. Matth. e. 6. v. 19. & 20. & c. 11. v. 28. Cum haee, & similia Dei Verbum umnibus dicat: ideu animae suae Augustinus inqoit, *audi & tu*: scilieet, noli eum obstinatis ubsurdeseere, sed ex illis estu qui Divino Verbo clamanti cordis aures offerunt.

Repetens vero infra quod praeced. capite disserat, singularum nempe creaturarum decessu universum agi, sic loquitur, *& amnibus suis partibus constes infima universitas*, ut manifeste innuat, se de humani, huminibusqoe subiectis creaturis dicere; Angeli enim, etiam specialis gratiae dono sublato, non quidem umnem, sed eam, de qua hic sermu est, inconstantiam exsuerunt; Et eaelestia corpura maximu, perennique (Empyreo exeepto) lieet agantur mutu, curruptioni tameu, & generationi non subiieiuntur.

(*b*) *Saltem fatigata fallaciis*. = Probat hie umnium Aseetarum munitum, aut potius illi praeludit, ex necessitate videlicet, mente ad divina elevata, edueendam esse virtutem, aut sanctitatis, & meriti occasionem (*fare della necessità virtù*.) Et hoc fere pacto loquitur: Tibi qoidem, anima mea, divina lege impositum est, ut ereaturis pru necessariis utaris, earumque splendorem in Factoris laudem vertas. Caveas autem, ne eis amoris glutinu adhaereas: cor enim tuum ad nobiliora factum Creatori debes, non creaturae. Huic tu legi virtutis, & pietatis amure insistere debes. At si non ea animi nobilitate polleas, quam solos virtutis, & pietatis splendur pelliciat, ingenii tui honorem tibi honestom, & honom ubiieio: eunsule tibi, nec velis tot sudoribus fugientem umbram insequi. Iam nempe sat vidisti, ereatas res ad vastissimam famem tuam explendam ineptas esse: & quod, turpius est, eontinuu tuis e manibos elabi; saltem ergu hae experientia edocta anima mea, & tot delusa fallaciis, ad Dei te sinum eullige, qui vult, qoi potest miris te sulari modis, qui nec mudo, nec inde per totam aeternitatem ad se bona mente, pioque animu adeedentem repellet.

(*c*) *Veritati commenda quidquid &c. & non perdes aliquid*. = Deo, qui veritas est, eummenda quidquid ab eodem habes: & hooeste, ae etiam sancte creatis rebus uteris. Vel, sobrie creaturis utaris: eis ut mediis, noo ut finibus haereas, & nihil laedes eunscientiam tuam. Ut ipse S. D. Serm. 21. de v. 11. Psal. 63. (Alias, 5. ex Sirm.) n. 3. in fine. Serm. 177. de Verbis Apost. Tim. 1. 6. (Alias, 10. inter editos ex maiuris Carthusiae MSS.) n. 2. sub finem. Io Psal. 4. ad v. 6. n. 8. Lib. 5. eontra Iulianum Pelag. eap. 16. n. 6u. L. 19. de Civit. Dei, eap. 17. statim post initium, & alibi ubservat. Primo autem, vel altero mudu ereaturis utaris, tutus a perieolu eris qoidquam amittendi. Qoi enim fieri potest ut amittas quod nunquam defecturu Deu eommendasti? Quumodu amittes id, quo veluti calceis usus es, & cui animum

tuum

tuum non glutinasti? Apertius dicam; Plures animae, quales Augustinus optat, proprium censum in pauperum levamen dissipavere; Amissae sunt divitiae? Absit. Et quomodo enim, si in laureolas transformatae, cingunt modo, semperque cingent earumdem animarum tempora in caelis?

Integrum hoc Augustini monitum illud Salvatoris paraphrastice reddit: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi &c.* Matth. 11. 28. Quanquam Augustinus addat, quid etiam in hac vita boni obventurum sit animae, quae temporalia bona Deo commendaverit.

(*q*) *Et reflorescent putria tua &c.* = Et virtutes tuae, quae terrenarum amore rerum emarcuerunt; reflorescent. Sed cunctae pulcherrimae huius numeri primi metaphorae mysteriis scatentes compendio dilucidandae sunt. *Et sanabuntur omnes languores tui* „ Et cunctae affectiones malae sanabuntur. *Et fluxa tua reformabuntur* „ Et laesae inferioris partis stimuli in lubrica excurrentes coercebuntur. *Et renovabuntur.* „ Et ad honesta, & sancta dirigentur. *Et constringentur ad te* „ Et petulantiam exuent, tuaeque rationi subiicientur. *Et non te deponent quo descendunt* „ Et non mentem tuam vel amorem corporeis corruptibilibus rebus figent, ad quas labuntur. *Sed stabunt tecum* „ Sed subiicies, deferesque tecum ad honesta, ac aeterna. *Et permanebunt ad semper stantem, at permanentem Deum* „ Et constanter erunt ad semper honesta, ac aeterna spirantem, & ex diligentium manibus nunquam fugientem Deum.

(*r*) *Ut quid perversa &c. ipsa te &c.* = En perversus ordo, quo homo ab honestate, Deique lege, & amicitia cadit. Caro subiicienda spiritui est, non subiiciendus spiritus carni. Et haec Adae peccato illatarum infirmitatum potissima est, ut caro audax, & petulans facta labore, & virtute rationi subiiciatur. A qua tamen infirmitate prorsus, ac semper immunis fuit Deipara, cuius caro rationi quiete omni, & miro obsequio famulabatur.

Quod sequitur: *Quidquid per illam sentis, in parte est*; simile est alteri, quod praeced. cap. litt. D. exposuimus *sufficit ad aliud, ad quod &c.* quidquid per carnem, sensibus nempe adtingimus, in parte esse, omnis Philosophia praedicat: & experientia quotidiana, & constantissima confirmat. In colorem v. gr, non in sonum oculus fertur: & quidam non in colorem universim acceptum, sed talem, ac determinatum. Vides enim parietem album, non parietum omnium albedinem: quam potius mens intuetur. Idem dic de aliis sensibus; audis enim hunc sonum, non omnes sonos; olfacis hunc florem, non omnes flores. Et ita quidem sensus externi, de quibus Augustinum dicere manifestum est: *Nam percurro ianuas omnes carnis meae, nec invenio qua eorum ingressae fiat: quippe oculi dicunt &c.* Infra l. 10. c. 10. *Habemus enim unde videamus, unde audiamus, unde odoremus, unde gustemus, unde tangamus. Cara ista per quinque nuntios quosdam, quos appellamus sensus &c.* In Psal. 146. n. 13.

Hic de sensibus, qui nuntii sunt, & carnis ianuae loquitur Augustinus. De internis vero sensibus non prorsus eadem ratio est.

(*f*) *At non & ipse in parte universi accepisses &c.* = Anne sensuum arcti illi fines tibi in poenam a Creatore dati sunt? Minime vero gentium; Id enim quod nunc tibi, etiam Adae antequam laberetur. Id corporis tui natura, & bonus rerum ordo postulavit. Sed tu naturae institutionem illam in tuam poenam vertisti. Cum enim carnalis homo sis, ludicroque genio indulgeas, poena tibi est puta haud posse naso opiparae mensae suffimen olfacere, & gustare saporem; theatri intueri spectacula, & veneris pulcritudinem. Sic fuit vorax helluo, qui dolebat gruis se faucibus, aut iugulo minime praeditum, quo magni obsonii aut plures partes simul, aut eamdem non adeo cursim gustare posset.

An vero saltem absoluta, & suprema Dei potentia possit unus sensus alterius munia obire? Adfirmare videtur Augustinus, qui lib. de Gestis Pelagii, cap. 14. n. 32. haec habet. „ Sunt enim „ quaedam communia omnibus membris, „ sicut sanitas, sicut vita; sunt autem „ alia etiam singulis propria, unde nec „ auris sentit colores, nec oculus vo„ ces; propter quod dicitur: *Si totum* „ *corpus oculus, ubi auditus? Si to*„ *tum auditus, ubi odoratus* (1)? Quod qui-

(1) 1. Cor. 12. 17.

„ quidem non ita dicitur, tamquam „ impossibile Deo sit, & auribus prae„ stare sensum videndi, & oculis au„ diendi. „

Ita Doctor illuminatissimus, clamare solitus: Demus aliquid divinae potentiae, quod nobis fieri non posse videatur. Quo utinam concutiantur nonnihil scholastici plures, quibus nimis familiare est ad omnem contradictionis umbram Dei potentiam restringere.

Scholasticorum tamen petulantior aliquis ita forte a S. Doctoris sententia recedet. „ Cursim, & aliud agens id Augustinus innuit, nec serio rem illam discussit. Modestior autem alius, atque subtilior sic auctoritatis pondus eludet „ Disputamus nos de oculo puta nude spectato; Augustinus autem, ut ea verba *praestare sensum* innuunt, aliquid addit: quo adminiculo quaestio nostra extra hypothesim trahitur.

(*g*) ***Sed longe his melior qui fecit omnia:*** = Optimum argumentum ad divinam excellentiam ostendendam. Sensus carnis nonnisi rerum partes adtingit. Si integras utcunque posset adtingere, adhuc vellet praesentia transire, ut alia adcederent. Anima (quod S. D. non adeo aperte, sed latenter addit) integras prorsus beneque res meditatur. His omnibus longe melior Deus; Vides ergo quam fatue Deo renuncies, sensibus in carnalia laxans habenas. Est autem, quod sequitur, Deus perfectissimum bonum, non praecedentium remotione, & aliorum adcessu: sed praecedentia, & sequentia in perfectissimo actu miris modis uniens, & amicis communicans.

C A P U T XII.

A R G U M E N T U M.

Iterum profitetur rerum creatarum, corporum v. gr. animarumque dotes: nostrumque in eas amorem minime se exsecrari; sed id tantum expetere bono, & quiete animae nostrae, ut in illis haud figentes pedem, in Creatoris laudem, & amorem veniamus. Maxime Filii Dei moniti exemplo, qui ex Empyreo ad nostra haec inferiora venit, ut nos e terrenis rebus ad aeterna adscendamus. Nonnullis autem circa eiusdem in carne positi Verbi mysteria interiectis: acute nos admonet, nonnisi descensu, hoc est humilitate, adcensuros ad Deum.

I. SI placent corpora (*a*), Deum ex illis lauda, & in artificem eorum retorque amorem: ne in his, quae tibi placent, tu displiceas. Si placent animae, in Deo amentur, quia & ipsae mutabiles sunt, & in illo fixae stabiliuntur: alioquin irent, & perirent. In illo ergo amentur: & rape ad eum tecum, quas potes, & dic eis: Hunc amemus, hunc amemus, ipse fecit haec, & non est longe (*b*). Non enim fecit, atque abiit, sed ex illo in illo sunt. Ecce ubi est, ubi sapit veritas (*c*). Intimus cordi est, sed cor erravit ab eo. Redite praevaricatores ad cor (1), & inhaerete illi, qui fecit vos. State cum eo, & stabitis. Requiescite in eo, & quieti eritis. Quo itis in aspera? quo itis? Bonum quod amatis, ab illo est: sed quantum est ad illum, bonum est & suave; Sed amarum erit iuste quia iniuste amatur, deserto illo, quidquid ab illo est. Quo vobis adhuc & adhuc ambulare vias difficiles, & laboriosas (*d*)? Non est requies, ubi quaeritis eam. Quaerite, quod quaeritis; sed ibi non est, ubi quaeritis Beatam vitam

(1) Isa. 46. 8.

tam quaeritis in regione mortis, non est illic. Quomodo enim beata vita, ubi nec vita?

II. Et descendit huc ipsa Vita nostra (e), & tulit mortem nostram, & occidit eam de abundantia vitae suae (f), & tonuit clamans, ut redeamus hinc ad eum in illud secretum, unde processit ad nos (g), veniens in ipsum primum Virginalem uterum (h), ubi ei nupsit humana creatura (i), caro mortalis, ne esset semper mortalis (k); & inde velut sponsus procedens de thalamo suo, exsultavit ut gigas ad currendam viam. (1) Non enim tardavit, sed cucurrit, clamans dictis, factis, morte, vita, descensu, adscensu, clamans ut redeamus ad eum. Et discessit ab oculis, ut redeamus ad cor (l), & inveniamus eum. Abscessit enim, & ecce hic est (m). Noluit nobiscum diu esse, & non reliquit nos. Illuc enim abscessit, unde nunquam recessit, quia mundus per eum factus est, & in hoc mundo erat (2), & venit in hunc mundum peccatores salvuos facere (3); cui confitetur anima mea, ut sanet eam, quia peccavit illi (4). Filii hominum, usquequo graves corde (5)? Numquid & post descensum Vitae, non vultis adscendere, & vivere? Sed quo adscendistis, quando in alto estis, & posuistis (6) in caelum os vestrum (n)? Descendite, ut adscendatis, & adscendatis ad Deum. Cecidistis enim, adscendendo contra eum (o). Dic eis ista, ut plorent in convalle plorationis (p), & sic eos rape tecum ad Deum, quia de spiritu eius haec dicis eis, si dicis ardens igne caritatis.

(a) *Si placent corpora &c.* = Ab his verbis cum Benedictinis hocce caput exordiri placuit. Editi omnes iisdem verbis usque ad illud, *displiceat*, praecedens caput finiunt. Cum autem exploratum sit, Augustinum in libros, non in capita opellam hanc distribuisse, in horum distributione non tam auctoritas, quam ratio adtendenda est. Quid igitur quum Augustinus *si placent corpora &c.* dicat: & inde: *si placent animae &c.* primo unum complere caput, altero novum ordiri?

Cur autem de corporibus inquit S. Doctor: *Deum ex illis lauda*, De animabus: *in Deo amentur? Quia*, inquit Henricus Wangnereck *Deus spiritus est ... corpus non est: unde corpora non ita proprie amantur in Deo, quia nihil in eo est corporeum, amantur tamen propter Deum.*

Nihil hic falsitatis. Putas ne vero hanc ab Augustino nimis semotam rationem inspectam? Censeo ego S. Doctorem eo modo loquutum, quia etsi homo corpore, & spiritu constet: hic, non illud eius potissimum, & fere totum est. Et ne exactissimae pudicitiae candor, sensibilia quaecunque vix non exhorrens, in discrimen veniat.

(b) *Et non est longe.* = His, & sequentibus verbis illud Apostoli Act. 17. a v. 27. intueri videtur: *Quaerere Deum, si forte attrectent eum, aut inveniant: quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus.* Non longe ab unoquoque nostrum est Deus, sumusque ex illo, & in illo. Fecit nos enim, & semper in nobis triplici modo, aut ratione est: Essentia videlicet: Praesentia: Potentia; & cum non renuimus, etiam Gratia.

Haec autem, ut vides, piissimus Doctor obiicit, ut in optimi Dei tam intime nobis cohaerentis amorem nos excitet.

(c) *Ecce ubi est, ubi sapit veritas.* = Sequimur potiorem tum MSS. tum editorum partem; Ita enim MSS. septem Etr. Vet. Am. Er. Lov. Wangn. Som. & novissime B. B. At codex Sorbonicus, eisdem B. B. testibus, unus S. Mar. & unus S. Cr. *Ecce ibi est, ubi sapit v...*

Oo

(1) Ps. 18. 6.
(2) Ioan. 1.
(3) 1. Tim. 1. 15.
(4) Psal. 40. 5.
(5) Psal. 4. 3.
(6) Psal. 72. 9.

tas. Unus MS. S. Cr. *Ecce ibi eſt, ibi ſapit veritas*. Selectae lectionis ratio ex dicendis patebit.

Ioannes Pherepomus ita circa locum hunc garrit. „ Si ita legas, ſic videtur „ interpungendum. Ecce ubi eſt? ubi „ ſapit veritas. At forte melius lega„ mus: *Ecce ubi eſt, ibi ſapit veritas*; „ hoc eſt eius animi palato, ut ita di„ cam, ſapida eſt veritas, cui Deus „ adeſt. „

Ridiculus es tuis hiſce in interpunctionibus. Dic primo nobis, qua auctoritate interrogationis punctum inducis, quod a correctis codicibus omnibus abeſt? Dic inde qua auctoritate contra innumerabilium codicum fidem novam lectionem inducas? Equidem dicis Critices par. 3. parag. V. cap. 16. *Si quid mutetur, mutationem res ipſa poſtulato*. Quam reg lam nun a leo indefinite, & conſtanter repellendam nimis dilatat Laurentius Guazzeſi Aretinus Academicus Etruſcus libro, cui titulus: *Oſſervazioni Storiche intorno ad alcuni fatti di Annibale*, paragr. III. pag. 111. At prodas, per fidem tuorum numinum obſecror, momenta illa longe graviſſima, & urgentiſſima, quae gravitatem tuam impulere ad fidem innumerabilium codicum elevandam. Benedictini Patres homines longe doctiſſimi, qui integra fere ſua ipſorum ſtudia, & ingenia Auguſtino dicarunt, gravibus etiam momentis preſſi, nullam novam lectionem dedere, quam non alicuius celeberrimi codicis auctoritate munierint. Qua ergo fronte tu infelix rabula, qui ſtupide, & per ſaltus Auguſtini paginas evolviſti, lectionem obtrudis, cui nec deterioris notae codex unus praeluſerit? quamque nullum momentum a ratione petitum ſuadeat?

Quandoquidem & ratio, quae aenigma dilucidat, noſtram & communem lectionem confirmat; & *Pherepomi* naenias diſpellit. Adtentum cupio Lectorem: neque enim expedit in re facili plura ſcribere; Diſerte Auguſtinus proloquutus fuerat, nonniſi in Deo boni veritatem reperiri; nonniſi ipſum, aut bona in eo amata animae noſtrae ſapere; Nunc ergo ſubſumit ſermonem complens: *Ecce ubi eſt, ubi ſapit veritas*.

Quod infra habet: *ſed amarum erit iuſte, quia &c.* ſimile eſt illi lib. 1. cap. 12. in fine: *Iuſſiſti, & ſic eſt, ut poena ſua &c.*

(*d*) *Ambulare vias difficiles, & laborioſas*. = Intueri videtur haec Scripturarum ſanctarum oracula: *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulavimus vias difficiles*. Sap. 5. 7. *Ut inique agerent, laboraverunt*. Ierem. 9. 5. *Foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quae continere non valent aquas*. Ierem. 2. 3.

Sequitur autem: *Quaerite quod quaeritis, ſed &c.* Quod eſt idem ac dicere: Nec Deus, nec ego vobis bonum eripimus; Non malum, quin immo honeſtum, iuſtumque eſt, vos bonum quaerere; ſed cur in creaturis quaeritis, in quibus nec conſtans, nec verum bonum eſt? In Deo quaerite, in quo omnino eſt quod quaeritis.

Regio mortis vero, phraſis ex Scripturis ſanctis accepta, nonnunquam rem inhibitam, aut ipſum peccatum; ſaepe creaturas quaslibet, continuo ad occaſum tendentes; frequentiſſime infimum hunc orbem, ubique mortem ſpirantem ſignificat.

(*e*) *Et deſcendit huc ipſa Vita noſtra*. = Ille deſcendit, qui Ioan. 14. 6. de ſe ipſo dixit, *Ego ſum via, veritas, & vita*. Et 10. 10. *Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant*. Pluribus autem rationibus Chriſtus vita noſtra dicitur; ſed potiſſimum quia nos ab animae morte redemit; quia eius ſanguine, meritis, gratis credimus, ſancte vivimus, & aeternam vitam conſequimur. Ex quo etiam patet, quid S. Doctor velit ſequentibus verbis, *& tulit mortem noſtram*; quibus illud Pauli Coloſſ. 2. 14. imitatur, *Delens quod adverſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus &c.*

(*f*) *Et occidit eam de abundantia vitae ſuae*. = Sententiam iſtam Henricus Wanguereck his verbis dilucidat: *Utique vita abundavit Chriſto: unam perdidit in cruce mortalem, ut homo; alteram immortalem ſervavit ut Deus*.

Acute potius, quam probabiliter, & ad rei propoſitum; Neque enim de phyſica, ſed de morali vita Auguſtinus loquitur. En igitur vitae abundantia, qua Chriſtus mortem noſtram occidit: *Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius*. Ioann. 3. v. 34. & 35. *De plenitudine eius nos omnes accepimus*. Ioann. 1. 16. *Qui in diebus carnis ſuae preces, ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſalvum facere a morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia*. Hebr. 5. 7. Hoc eſt, Theologi exponunt, pro ſua reverentia

tia

tia passiva, pro d gnitate eius, & meritis, quibus reverentia debebatur.

(g) *In illud secretum, unde processit ad nos.* = Secreta, inaccessa lux illa, de qua 1. Tim. 6. 16. *Lucem inhabitat inaccessibilem.* Aut reconditus aeterni Genitoris sinus: *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris &c.* Ioan. 1. 18.

. Tonuit Verbum clamans, ut redeamus hunc ad eum fide, & sanctis operibus nunc; post mortem autem prorsus, & vere redibimus, ut illius pulcritudine eius fruamur. Non dicit, ut eamus, sed *redeamus*: a felicissimo enim illo secreto, vel potius, ab eius iore Protoparentis nostri peccatum nos deturbaverat.

(h) *Veniens in ipsum primum Virginalem uterum.* = Henricus Wangnereck ita exponit hunc locum „ Primus uterus virginalis, & foecundus, fuit „ uterus B. Virginis. *Nec primam similem visa est, nec habere sequentem.*] Itali, & quidem emendatiores sic vertunt: *Venendo nella stessa primo utero verginale.*

Et ille, & hi eadem caecitate capti sunt. *Primum* heic non adiectivum, sed adverbium est. Res est admodum obvia; Narrat enim Augustinus Verbi ad haec inferiora iter; & dicit: Primum, vel primo quidem ad Virginis uterum inde ad nos venisse: unde addit, *& inde &c.*

Quanquam datam Mariae laudem primam nempe suisse ex feminis, quae virginitatem vovit, non inficiemur, immo prorsus sarctam, ac tectam volumus. Unde S. Doctor lib. de Sancta Virginitate, cap. 4. „ Quod profecto „ non diceret (*Maria Angelo illud*, „ Quomodo fiet istud &c.) nisi Deo „ virginem se ante vovisset. Sed quia „ hoc Israelitarum mores adhuc recusabant, desponsata est viro iusto, „ non violenter ablaturo, sed potius „ contra violentos custodituro quod il„ la iam voverat &c. Poterat & iube„ ri virgo permanere, in qua Dei Fi„ lius formam servi congruenti miracu„ lo acciperet: sed exemplo sanctis fu„ tura virginibus, ne putaretur sola „ virgo esse debuisse quae &c.] Quod communiter a Patribus, & Theologis stabilitur.

(i) *Ubi ei nupsit humana creatura.* = Scilicet non persona, sed natura, quae hypostatica, ut loquuntur Theologi, unione adsumta est ad unam, eamdemque personam. Quod ipsius Augustini verba in Psal. 18. Enarr. 2. n. 6. data satis exponunt „ Ille tanquam „ sponsus procedens de thalamo suo, „ exsultavit ut gigas &c. hoc est ille „ tanquam sponsus, cum Verbum caro „ factum est, in utero virginali thala„ mum invenit; atque inde naturae „ coniunctos humanae, tanquam de ca„ stissimo procedens cubili &c.] Et in Psal. 44. n. 3. „ Et unde dicit alius „ Psalmus (1), *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo?* Coniunctio nuptialis: Verbum, & caro; „ huius coniunctionis thalamus Virginis „ uterus. Etenim caro ipsa Verbo est „ coniuncta; unde dicitur (2), *Iam non duo, sed una caro.*

(k) *Ne esset semper mortalis.* = Ita B.B. (qui tamen nihil admonent) & ante ipsos Bas. Lov. 2. MSS. S. Mar. Fes. Vet. Er. At Som. Wangn. Car. & Itali: *nec semper mortalis.* Qua mendosa lectione data, haec habet Wangnereck „ Caro *mortalis* ante resurre„ ctionem, nec *semper mortalis*, quia „ *immortalis* post resurrectionem.

Praeferendam esse lectionem nostram liquet ex Augustini proposito; quod est, beneficia a Dei Filio nobis praestita retegere; quae inter etiam illud numeratur, ut mortalem carnem sibi unierit, quae aliquando tandem fieret immortalis in caelis; Nisi enim Verbo caro mortalis nupsisset, nunquam caro nostram mortalitatem a se propulsasset.

(l) *Et discessit ab oculis, ut redeamus ad cor.* = Ad illud adludit Ioan. 16. 17. *Veritatem dico vobis: expedit vobis, ut ego vadam, si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero &c.* Quem locum ipse S. Doctor sic exponit Tract. 94. n. 4. „ Tanquam diceret; Expedit vo„ bis, ut haec forma servi auferatur „ a vobis; caro quidem factum Ver„ bum habito in vobis; sed nolo me „ carnaliter adhuc diligatis, & isto la„ cte contenti, semper infantes esse „ cupiatis: *Expedit vobis, ut ego vadam, si enim non &c.* Si alimenta „ tenera, quibus vos alui, non sub„ traxero, solidum cibum non esurietis „ si carni carnaliter haeseritis, capa„ ces spiritus non eritis. Nam quid „ est,

(1) Ps. 18. 6.

(2) Matt. 19. 6.

„ est, *si non abiero &c.* Numquid hic „ positus, eum non poterat mittere? „ Quis hoc dixerit? Neque enim ubi „ ille erat, iste inde recesserat, & „ sic venerat a Patre, ut non manec„ ret in Patre. Postremo quomodo eum „ etiam hic constitutus non poterat mit„ tere, quem scimos super eum ba„ ptizatum venisse (1), atque mansisse; „ immo vero a quo scimus eum nun„ quam separabilem fuisse? Quid est „ ergo, *si non &c.* nisi non potestis „ capere spiritum, quamdiu secundum „ carnem persistitis nosse Christum? Un„ de ille, qui iam acceperat Spiri„ tum *Etsi noveramus*, inqoit *secun„ dum carnem Christum, sed nunc iam „ non novimus* (2). Etiam ipsam quip„ pe carnem Christi non secundum car„ nem novit, qoi Verbum carnem fa„ ctum spiritaliter novit.

(*m*) *Abscessit enim, & ecce hic est.* = Hic est generali ratione, quia Deus ubique est. Hic est quia Spiritum misit, cum quo etiam ipse, & Pater: *Audistis quia ego dixi vobis, Vado, & venio ad vos.* Ioann. 14. 28. *Si quis diligit me ..... ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Ioann. 14. 23. Hic est tandem ipsemet Christus, etiam in carne vera, non tamen visibili, sed eucharisticis speciebus contecta: *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* Matth. c. & v. oltimo.

Ubi nos infra cum Vet. Am. Er. Lov. Som. Wangn. 3. MSS. S. Cr. totidem S. Mar. 2. Med. Car. & Fes. nec non B. B. legimos, *Numquid & post descensum Vitae*: Benignianensis codex optimae notae, Benedictinis testibus, habet, *Numquid & post discessum vitae*: contra sermonis scopum, ut patet.

(*n*) *Et pasuistis in caelum os vestrum?* = Versiculom hunc 9. Psalmi 72. quem soum fecit hic, suo loco, scilicet n. 15. idem S. Doctor his verbis dilucidat. „ Quid est hoc, *transiit „ super terram*? Quod dictom est, *Posue„ runt in caelum os suum &c.* Non se „ cogitat hominem subito mori posse, „ cum loquitur; qoasi semper victorus „ minatur: transcendit cogitatio illius „ terrenam fragilitatem, nescit quali „ vase coopertos est &c.

Iubet aotem inde descensum, hoc est humilitatem, qua adscendamus ad Deum: ut etiam Sacrae paginae: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* Locae 18. 14. Quod docetor pariter Lucae 1. v. 52., & 53. Psal. 72. 18. & 137. 6. De qoo adscensu per humilitatem acutissimis expressionibus ipse S. Doctor in Psal. 93. ad v. 13. n. 16. Serm. 21. de eo, quod scriptum est in Psal. 63. v. 11. (Alias, 5. ex Sirmondianis) n. 2. Serm. 279. de Paolo Apost. pro solemnitate Conversionis eiusdem 2. (Alias, 24. ex Sirmondianis) n. 6. Serm. 351. de Utilitate agendae poenit. 1. (Alias, 50. inter 50. Homil.) n. 1. & alibi.

(*o*) *Cecidistis enim, adscendendo contra eum.* = Optimum est enim adscendere ad eum: pessimum adscendere contra eum. „ Aliud est enim, le„ vare se ad Deum, aliud est levare „ se contra Deum. Qui ante illum se „ proiicit, ab illo erigitur: qui adver„ sus illum se erigit, ab illo proiicitur. „ Alia est enim soliditas magnitudinis, „ alia, est inanitas inflationis. Qui foris „ tumescit, intus tabescit.] Serm. 351. de utilitate poenitentiae 1. (Alias, 50. inter 50. Hom.) n. 1. circa med.

In suo Protoparente vero integrum homanum genus contra Deum adscendit. „ Vide o homo quid pro te factus est „ Deus, doctrinam tantae (3) humilitatis „ agnosce &c. Tu in latissimo fructuoso„ rum nemorum praedio ... cum esses „ homo, Deus esse voluisti, ut perires; „ ille cum esset Deus, homo esse voluit, „ ut quod perierat inveniret. Tantum te „ pressit humana superbia, ut te non „ posset, nisi humilitas sublevare divina] Serm. 188. in natali Domini 5. (Alias, de Tempore 25.) n. 3.

Peccatum autem primi parentis in superbiae specie constituendum, vidimus lib. 1. c. 1. litt. E.

(*p*) *Ut plorent in convalle plorationis.* = Illud certe intuetur Psal. 83. 7. *Adscensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum*, quod ipse legit, *in convalle plorationis*: & sic exponit n. 10. „ Ubi disponit adscensus? *in cor„ de, in convalle plorationis.* Ecce ha„ betis torcular convallem plorationis; „ ipsae lacrymae piae contribolatorum „ mustum sunt amantium &c. hic enim „ ploratur, ubi seminatur: *Euntes*, „ inquit, *ibant, & flebant, mittentes „ semina sua* (4).

Hic

(1) Joan. 1. 33.
(2) 2. Cor. 5. 16.

(3) Am. Er. & MSS. *tandem*.
(4) Psal. 125. 6.

Hic vero Auguſtinus plorationem fere pro humilitate ponit „ Ubi ergo „ diſpoſuit adſcenſus ? in corde , in „ convalle ſcilicet plorationis. Hoc eſt „ qui ſe humiliat, exaltabitur. Sicut „ enim adſcenſus exaltationem indicat, „ ita vallis humilitatem, & convallis „ plorationes ; ſicut enim comes poenitentiae dolor eſt, ita lacrymae ſunt te„ ſtes doloris] Serm. 351. de Utilit. poenit. 1. (Alias, 50. inter 50. Homil.) n. 1.

Ultima capitis verba, *ſi dicis* apud Baſileenſes, ut ſignatur in margine editionis Er. ſic habentur , *ſis dicens* ; minus eleganter, ut patet : ſequitur enim *ardens*. Eſt autem integer ſenſus; Dic eis ut piis lacrymis, & humilitate ad Deum adſcendant ; ſi enim haec igne caritatis dicis , Dei ſpiritum habes : ſi Dei Spiritum habes, eos tecum rapiens, ad Deum rapis.

A. Ch. cir. 380.
Aug. 26. Mon. 49. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

CAPUT XIII.

ARGUMENTUM.

Pia , certiſſimaque documenta haec tum minime adtendent ; creaturarum pulcritudine rapiebatur : huiuſque naturam , modos , & ſpecies longis diſputationibus cum amicis diſcutiebat ; illud potiſſimum colligens ; Quaedam nos pellicere, quod integra , perfectaque conſiſtant ; Alia quod rebus ſuis quam bene accommodentur. Adeo ut inde in doctiorem inquiſitionem animo aeſtuanti , duos, aut tres Libros de Apto , & Pulcro ſcripſerit ; qui tamen latente caſu perierant.



HAec tunc non noveram (*a*) , & amabam pulcra inferiora , & ibam in profundum , & dicebam amicis meis: num amamus aliquid , niſi pulcrum ? Quid eſt ergo pulcrum ? & quid eſt pulcritudo ? Quid eſt, quod nos adlicit , & conciliat rebus , quas amamus ? Niſi enim eſſet in eis decus & ſpecies, nullo modo nos ad ſe moverent. Et animadvertebam & videbam in ipſis corporibus, aliud eſſe quaſi totum, ideo pulcrum: aliud autem (*b*), quod ideo deceret, quoniam apte adcomodaretur alicui, ſicut pars corporis ad univerſum ſuum, aut calceamentum ad pedem , & ſimilia. Et iſta conſideratio ſcaturivit (*c*) in animo meo ex intimo corde meo; & ſcripſi libros de Pulcro & Apto (*d*), puto duos , aut tres. Tu ſcis Deus: nam excidit mihi. Non enim habemus eos, ſed aberraverunt a nobis, neſcio quomodo (*e*).

(*a*) *Tunc non noveram.* = Tunc haud noverat, cum Manichaeorum tenebris obrueretur. Quid autem haud noverat ? certa , & pia illa quae hucuſque expendit ; Creata ſcilicet bona ad vaſtiſſimum humanum appetitum explendum inepta eſſe ; & mira vertigine acta , continuo noſtris ab amplexibus labi , & fugere . In Deo tantum bene conſiſtere, adeoque vel in eodem amanda, vel in eios laudem vertenda . Nonniſi deſcenſu, ideſt humilitate ad Deum adſcendi. Haec quidem tunc haud noverat, quo pacto quilibet peccator non novit , ſcilicet practice. Vel, & vix non in idem redit, non adtendebat , non penſabat . Quod nos maioris claritatis gratia in capitis ſummario poſuimus, Haec enim Auguſtinum a ſanctiſsima Matre in Orthodoxa ſcientia tam bene excultum ignoraſſe, & revera neſciviſſe quis ſibi ſuadeat ?

Haec non bene Auguſtinus adtendens, divina pulcritudine non adeo curata , humanis inhiabat ; ibatque ſic in profundum hoc eſt ab honeſtate, quae in mente, non in ſenſibus eſt, & a ſublimi Deo recedebat.

(*b*) *Aliud eſſe quaſi totum , ideo pulcrum : aliud autem &c.* = Haec duo pulcritudinis genera ; de quibus alibi ſae-

A. Ch. cir. 380. Aug. 26. Mon. 40. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

saepe idem Augustinus: Epist. enim 138. (Alias, 5.) ad Marcellinum n. 5. oblata a dogmatica quaestione occasione, inquit. „ Haec quaestio quam late „ pateat profecto videt quisquis pulcri, „ aptique distantiam sparsam quodam „ modo in universitate rerum valet, ne„ que negligit intueri. Plucrum enim „ per seipsum consideratur, atque lau„ datur, cui turpe, ac deforme con„ trarium est. Aptum vero cui ex ad„ verso est ineptum, quasi religatum „ pendet aliunde; nec ex semetipso, sed „ ex eo, cui connectitur, iudicatur; „ nimirum etiam decens, atque indecens, „ vel hoc idem est, vel perinde habe„ tur. Age nunc &c.] Vide etiam, si lubet, lib. 6. Musicae, cap. 13. n. 38. lib. Imperf. de Gen. ad litt. cap. 16. n. 58. lib. 83. Q. Q. q. 44. lib. contra Epist. Manich. cap. 41. n. 47. & 48. lib. de Vera Relig. cap. 40. n. 74. Epist. 3. ad Nebrid. (Alias, 151.) n. 4. Epist. 18. ad Caelestin. (Alias, 63.) n. 2. & lib. 11. de Civit. Dei, cap. 22.

Duo ergo sunt pulcritudinis genera, quorum unum situm est in eo, ut totum sit, hoc est plura continens, ita bene disposita, ut nibil a rei exigentia exorbitans, mancum in eo, vel superfluum sit: In quo tamen plurium ordo pulcritudinis essentiam constituat. Aptum vero aliud intuetur, & per proportionem ad ipsum dicitur, a quo partium multitudo nec postulatue, nec repellitur. Ne autem censeas duas has pulcritudines ita expositas, in unam eamdemque redire, exemplo rem explicamus. Idem hominis corpus utraque pulcritudine gaudere potest; Est enim pulcrum ex eo, quod pluribus constet partibus, in totum quoddam recte coalescentibus. Erit os aptum, si tale sit, quale homini, non asino: tali homini juveni, non seni competit. At si velis amplius Pulcrum, & Aptum secernere; Pulcher est exercitus pluribus militibus, ordine dispositis, quasi totum constans; Apta galea, militis capiti adcommodata.

(c) *Et ista consideratio scaturivit &c.* = Nisi Augustine adderes, simul te a divinae pulcritudinis amore secessisse, prorsus tibi indulgerem; insitus enim animis est nostris honestus pulcritudinis amor. Unde si Historicis fidem demus, Pythagoras, Isocrates, Plato turpes suis ab Academiis arcebant. Lycurgus non tam arcebat, quam insectabatur. Aristoteles quaerenti cur & honestos viros pulcritudo caperet, quasi fastidio reposuit, *Caeci est huiusmodi interrogatio*. Cui Plutarchus plaudens apud Stobaeum Serm. 63. de Pulchritudine, rem prorsus dilucidat. Maxime quum corporis splendor non raro animi pulcritudinem pandat; ut observat, & eleganter edisserit Latinus Pacetus in Panegyr. ad Theodosium. Hinc vetustissimum illud Euripidi tributum: *Facies est digno imperio.* Et aliud, pro quo Lucretium nominant: *In constituendis Regibus facies debet multum valere, & multum valuit.* Et haec ex iis, qui solam naturam spectarunt.

Quid quod Augustinus non tam particulari pulcritudine, quam generali, & doctiori, quae materiam, seu carnem omittit, pellectus est? qua etiam ratione Scripturas sanctas, & Ecclesiae Patres omisimus, a quibus in gravis pulcritudinis laudem quidquam poteramus extundere.

(d) *Et scripsi libros de Pulcro, & Apto.* = Anno scilicet, ut infra c. 15. n. 4. coniicit, aetatis suae 26., aut 27. Adeoque eorum, quos recenset, primus hic Augustini foetus censendus est. Iure & merito igitur Ludovicus ab Angelis lib. 1. Vitae eiusdem, cap. 3. in fine dicit: *Plato inquirens, unde proveniat amor? Academicam finivit,* (Ficinus in convivium Platonis) *Augustinus inde suam incepit sapientiam.*

Dicit vero inde, *Tu scis Deus*, aut non bene numeri eorumdem librorum memor; aut in scripti, amissique operis veritatem Deum testem advocans.

(e) *Aberraverunt a nobis, nescio quomodo.* = Id etiam nobis obscurum arcanum adparet; Neque enim liber ille talis erat, qui obscura patria plures lateret; & argumenti tenuitate paucorum genio adcommodaretur; ut ab uno, vel altero Monaco pura legeretur in angulo. Carthagine editus erat totius Africae; & Romae, universi orbis capite ab insigni eius Oratore exceptus; argumenti amplitudine nullius studia fugiebat. Tum inquam, saeculi vanitate captus, non crebris pietatis coloribus, quos mundani sapientes fastidiunt, tuam opellam Augustine tinxeras; non erudiendis etiam populi rudioribus, adserendisque magnis veritatibus adplicitus, (ut inde factus Catholicus) sermonis splendorem neglexeras, quo magis ac altissimis divinae veritatis arcanis, Doctores *Erasmo* similes pelliciuntur. Quin immo ubique purum philosophum egeras, cunctaque, ut infra innuis, (cap. seq.) dictionis elegantia, & eloquentiae maiestate exorna-

naveras. Quam ergo Academiam, quam civitatem, quam orbis partem, quem hominem paululum ſtudiis, litteriſque deditum docta, & concinna tua opella latere potuit? Et ſi neminem latuit, quo caſu, qua arte tam cito evanuit? Et quo in orbis angulo adeo ſemoto delituit ut tu ipſe, qui eam amore, atque exiſtimatione commemoras, recuperare nequiveris? At nimis profundae ſunt divinae voluntatis abyſſi, quam dum prona fronte adoramus, magnum reipublicae litterarie damnum iactura illa cauſſatum forti animo praeterimus. Ne autem prorſus taceamus, animi noſtri ſuſpicionem prodimus; Deus qui te Auguſtine in Catholicae Eccleſiae achillem transformavit, id tibi, & orbi ſubſtulit, in quo te ceu in ſpeculo Manichaeorum olim patronum intueri potuiſſes. Maxime quia, ut c. 15. n. 1. conteſtaris, quaedam animum ſpectantia, eorundem hiſtrionum fabellis deluſus, infeliciter admodum ibi expediveras.

Cum igitur nonniſi, quod ſciamus, volumen hoc, & elegantiſſimas, ſeu qua ſe Urbis Praefecto probavit, ſeu qua Mediolanenſium Principum laudes digeſſit orationes Auguſtinus adhuc Manichaeus ediderit; & illud, & hae evanuerint; ſequitur Auguſtini Catholici eſſe quaecunque modo ſuperſunt. Vide infra l. 6. c. 6.

A. Ch. cir. 380.
Aug. 20. Mon. 40. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

C A P U T XIV.

A R G U M E N T U M.

Deum, & ſe de potiſſima cauſſa percontatur, qua Hierio Romanae urbis oratori, facie minime ſibi noto libros illos nuncupaverit. Retegit, atque ſtatuit obſervationibus acutiſſimis, digreſſionibus quibuſdam intermixtis, nobili eius eruditionis fama longe lateque reſonante ſe fuiſſe commotum; confidens ſcilicet fore ut tanti Mecoenatis iudicio probato volumine, ſuum pariter ut illius nomen reſonaret in orbe.

I. 
Quid eſt autem, quod me movit, Domine Deus meus, ut ad Hierium (*a*) Romanae urbis oratorem, ſcriberem illos libros: quem non noveram facie, ſed amaveram hominem ex doctrinae fama, quae illi clara erat, & quaedam verba eius audieram, & placuerant mihi? Sed magis quia placebant aliis, & efferebant eum laudibus, ſtupentes quod ex homine Syro, docto prius Graecae facundiae, poſt in Latina etiam dictor mirabilis (*b*) extitiſſet, & eſſet ſcientiſſimus rerum ad ſtudium Sapientiae pertinentium, mihi placebat. Laudatur homo, & amatur abſens. Utrumnam ab ore laudantis intrat in cor audientis amor ille? Abſit. Sed ex amante alio accenditur alius. Hinc enim amatur, quia laudatur, dum non fallaci corde laudatoris praedicari creditur: id eſt cum amans eum laudat (*c*).

II. Sic enim tunc amabam homines ex hominum iudicio: non enim ex tuo Deus meus, in quo nemo fallitur. Sed tamen, cur non ſicut auriga nobilis, ſicut venator ſtudiis popularibus diffamatus; ſed longe aliter, & graviter, & ita quemadmodum & me laudari vellem? Non autem vellem ita laudari & amari me, ut hiſtriones, quamquam eos & ipſe (*d*) laudarem & amarem; ſed eligens latere, quam ita notus eſſe, & vel haberi odio, quam ſic amari. Ubi diſtribuuntur iſta pondera variorum & diverſorum amorum, in anima una? Quid eſt, quod amo in alio,

quod

A. Ch. cir. 380. Aug. 26. Mon. 49. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

quod rursus nisi odissem, non a me detestarer & repellerem, cum sit uterque nostrum homo? Non enim sicut equus bonus amatur ab eo, qui nollet hoc esse, etiam si posset, hoc & de histrione dicendum est, qui naturae nostrae socius est. Ergone amo in homine, quod odi esse, cum sim homo (e)? Grande profundum est ipse homo, cuius etiam capillos tu Domine numeratos habes (1), & non minuuntur in te; & tamen capilli eius magis numerabiles sunt, quam adfectus eius, & motus cordis eius.

III. At te ille Rhetor ex eo erat genere quem sic amabam, ut vellem me esse talem, & errabam typho, & circumferebar omni vento (f), & nimis occulte gubernabar abs te. Et unde scio, & unde certus confiteor tibi, quod illum in amore laudantium magis amaveram, quam in rebus ipsis, de quibus laudabatur? Quia si non laudatum vituperarent eum iidem ipsi, & vituperando atque spernendo ea ipsa narrarent, non accenderer in eum, & non excitarer. Et certe res non aliae forent, nec homo ipse alius, sed tantummodo adfectus alius narrantium. Ecce ubi iacet anima infirma nondum haerens soliditati veritatis (g)? Sicut aurae linguarum flaverint a pectoribus opinantium, ita fertur & vertitur, torquetur ac retorquetur, & obnubilatur ei lumen, & non cernitur veritas. Et ecce est ante nos! Et magnum quiddam mihi erat, si sermo meus, & studia mea illi viro innotescerent. Quae si probaret, flagrarem magis; si autem improbaret, sauciaretur cor vanum, & inane soliditatis tuae. Et tamen pulcrum illud atque aptum, unde ad eum scripseram, libenter animo versabam ob os contemplationis meae (h), & nullo collaudatore mirabar.

(a) *Ut ad Hierium &c.* = Ita Basil. Lov. Wangn. MSS. omnes Err. & novissime B. B. cum MSS. plerisque ab ipsis laudatis. At Vet. Bad. Am. Er. Arn. Som. & MSS. 4. ab eisdem Benedictinis visi, nec non MSS. a. quos produnt Lov. (nisi forte sint duo ex quatuor a B. B. laudatis) *Icberium*. In aliquo codice scribitur, *Hiberium*: sola, ut vides, orthographiae discrepantia. Ex quo forte alii litteram, *h*, duram proferentes, putaverunt scribi posse, *Icberium*. In uno e MSS. S. Cr. quos pro nobis laudavimus, eadem manu, ut videtur, expungitur *Hierium*, & ponitur, *Hieronymum*, imperite, ut patet.

Bollandi continuator cap. 7. signo *d.* ingenue profitetur: *Hic orator aliunde mihi ignotus*.

At detexerat iam aenigmatum parens *Pherepomus*, inquiens. „ Est ne Fl. „ Hierius, qui anno Christi 427. cum „ Fl. Ardahurio Consul fuit? Certe in„ terdum viris eruditis collata ea digni„ tas propter solam eruditionem, ut Au„ sonio Poetae, aliisque. Non puto ta„ meo, propter alias viri dignitates, „ quas vide apud Iacobum Gothofre„ dum in Prosopographia Codicis Theo„ dosiani. „

Et Benedictini admonitione in Collationem, & libros duos contra Maximinum, Hierii Consulis meminerunt his verbis. „ Haec opuscula in retractatio„ nibus Augustini frustra quaeras, cum „ sint posterius confecta, anno Christi „ videlicet aut 427. aut 428. Nam Se„ gisvultum Comitem, a quo se missum „ Hipponem Maximinus in collationis „ subsequentis exordio profitetur, ve„ nisse in Africam contra Bonifacium „ Hierio, & Ardubure Coss. hoc est „ anno Christi 427. scribit Prosper in „ Chronico.] Cum Hierius Consul aeque ac *Pherepono*, ut vides, Patribus innotuerit; & nullibi aut censere, aut suspicari se innuant, hunc illum fuisse, cui Augustinus libros de Pulcro, & Apto

(1) Matt. 10. 30.

to dicavit; annon arbitrabimur doctissimos viros *Pherepont* opinioni contrarios?

Sed quem Eruditorum latet Consulatus Hierii? Ut igitur quidquam nos doceat *Pherepontus*, qui plura, ut quilibet videt, harum Confessionum omittit, gravioribus tantum dilucidandis natus: prodere debet qua ratione, quibusque a communi notitia semotis coniectationibus illud si non certum, saltem probabile sit: unum eumdemque fuisse Hierium Augustini mecoenatem, & Urbis Consulem; nominis enim similitudine, vel convenientia nihil conficitur.

At si temere nos *Pherepontus* docuit: haud temere, sed ratione, & quidem non levi deliramenta eius nos repellemus. Non quidem admodum subtilis, sed iusti, & gravis iudicii hic Lectorem postulo. Talis nobis ab Augustino hic exhibetur Hierius pro eo tempore, quo illi volumen nuncupavit, ut nequeamus illum non concipere virum nedum eruditione, sed & aetate gravem. *Stupebant quod ex homine Syro, docto prius Graecae facundiae, post in Latina etiam dictor mirabilis &c.* Virum hunc a longinquis terris Romam appulsum, gradatim tot stadiis excultum, & litteris exornatum, dissitorum etiam populorum versatum in ore, quis arbitrabitur quadragesimum saltem aetatis suae annum non adtigisse? Scripsit vero Augustinus libros illos, ipsomet teste, anno aetatis suae vigesimo-sexto, aut vigesimo-septimo, consequenter Domini trecentesimo-octogesimo, vel octogesimo-primo; Ut ab hoc tempore ad annum Domini venias quatercentesimum-vigesimum-septimum, annos addas oportet quadraginta-quinque, vel quadraginta-sex; His autem aliis quadraginta additis, quos, ut diximus, scribente Augustino de Pulcro, & Apto, agebat, ut minus Hierius, fit hunc anno Domini 427. aetatis suae egisse 85., vel 86. Huius ne deliri vetuli humeris commendatum est gravissimum Consulatus onus?

Item non dissimili argumento in idem redeunte. Hierium, cui Augustinus iuvenis ceu gravissimo litterariae reipublicae otaculo voluminum suorum primitias dicavit, eodem Augustino octo, vel decem annis superiorem quis non credet? anno autem Dom. 427. agebat Augustinus, ut compertum est, aetatis suae 73. Hierius igitur saltem 81, vel 83.

Unde magna probabilitate potius concludendum est, anno, quo Hierius quidam cum Ardaburio, vel, ut alii, Ardabure Consulatum capessivit, Hierium Augustini mecoenatem nec inter Consules, nec inter vivos adcensitum fuisse.

Quin immo si gravis iudicii vir Augustini verba altius expenderit, in suspicionem veniet: iam tum, quum hae Confessiones scribebantur, hoc est anno Dom. 400. Hierium nostrum e vivis sublatum.

Quid *Pherepone* quod, ut initio diximus, plures codices, & quidem magnae auctoritatis, quibus suffragatur tuus *Erasmus*, pro *Hierium* habent, *Icherium*? Unde nos, praeter morem, selectam lectionem momento nullo firmavimus, ut Lector adverteret rem dubiam esse: & a nobis *Hierium* positum in Benedictinorum Patrum obsequium, a quorum lectionibus aegre, & nonnisi solidis coniecturis secedimus.

(*b*) *In Latina etiam dictor mirabilis.* = Sequimur Benedictinos, qui admonent. „ In editis, *doctor*. In duobus MSS. „ Lovaniensium, *dictator*: corrupte scilicet pro, *dictor*; quam vocem no„ strorum codicum auctoritate restitue„ re visum est.] Editis suffragantur MSS. 9. Etr. Etsi in horum uno substituatur, *dictator*. Ubi Lovanienses monent duos e suis MSS. habere, *dictator*, inquiunt: *Ut significet illum scriptorem egregium fuisse*.

Nec *dictator*, nec *dictor* voces admodum usitatae sunt, quod sciamus, apud Latinarum minutiarum observatores exactos. At Scriptores gravissimi aliquotiens, nec perperam, maxime necessitate postulante, arbitrio quidquam indulgent. *Dictor* heic a dictione est; & significat aut oratorem, aut enunciatorem, sive pronunciatorem. Aug. in Psal. 104. ad v. 36. u. 27. *Cuius laudatio ut auctor, & dictor tum sit per Prophetam Spiritus Sanctus &c.* & alibi.

(*c*) *Dum non fallati &c. idest tam amans eum laudat.* = Quin immo, inquiet aliquis, amantium laudibus nulla fides. Hinc amici, & maxime consanguinei, quorum ut in plurimum vehementissimus amor est, in damnum omni exceptione maiores, in laudem nullius ponderis testes habentur. Nec cordatus ullus in amici, vel consanguinei laudes erumpit, nisi in antecessum praefatus sit, amoris umbras se excussisse. Quae tamen, sicut & odii, quia raro bene excutiuntur, vetitas potiori exacta orbe, in ultimis angulis delitescit. In Thomi-

A. Ch. cir. 380.
Aug. 26. Mon. 49. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

A. Ch. cir. 380.
Aug. 26. Mon. 49. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

starum Academiis Thomae: in Scotistarum autem Scoti, velut Seholarum principis nomen resonat. Quae tamen, utpote de duobus viris summis, discrepantia haud intolerabilis est. Non desunt qui Cartesium, liberum illum phantasmatum somniatorem; & alios novi systematis decantatores, fabulas Aristotelii, Philosophorum principi, aut eerte Philosopho summo praeferendos blaterent. Unde quaeso iudiciorum oppositio illa? Nisi ex eo quod unicuique suus praeceptor, utpote carior, etiam doctior videtur? Unde somnia haec, nisi ex magnis praeiudiciis, quae ab amore, vel odio generantur, Nec mireris, quandoquidem 1. Amor admodum aestuans, nunc bona, nunc mala sorte aut phantasiam, aut eius phantasma, aut utrumque laedit. 2. Libenter homo laudes, aegre vituperationes excipit; praedicas igitur amati dotes, quod in tui amoris, & iudicii laudes vertantur. 3. Voluntas, & intellectus sympatheis, ut loquuntur, nexibus invicem glutinantur; illa igitur in alicuius amorem aestuans, socium pellicit, & trahit in sua.

Quae de amore diximus, pari ratione de odio expendi possunt. Perperam ergo, obiiciet aliquis, dixit Augustinus, *Dum non fallaci &c.*

Dicimus tamen, ex illis verbis, *non fallaci corde*, difficultatis solutionem peti posse. Plures nos fallaci corde, hoc est, malitia, decipiunt. Nobis bonum praedicant, quod malum noverunt. Amantes tamen vel non decipiunt; aut decipiunt prius ipsi decepti; non igitur fallaci corde. Quid venenum suspicaris? Id poculum tibi propinant, ex quo ipsi sumserunt, & cui etiam num avide inhiant. Ea igitur, quae paulo ante expensa sunt, ad eludendum bonum testimonium amantium, nihil ad Augustini sensum,

Maxime quoniam non de quibuscunque, sed de earum tantummodo rerum laudibus Augustinus loquitur, quae amantem glutinaverunt amato: hoc est, de laudibus eruditionis, quae ipsos laudatores Hierio addixerunt; porro non tales laudes suspectae habentur, quae nempe amorem praecesserunt genueruntque, sed quae ad amorem sequuntur.

(d) *Ut histriones, quanquam eos & ipse &c.* = Histrio ab *hister* dicitur: vox Tuscis olim idem ac, *saltator*. qui & *ludio* vocatur. Erant histriones qui personati fabulas in scenis agebant: Graecis quidem honesti: Romanis vero infames videbantur. Vide S. Doctorem lib. 2. de Civit. Dei, cap. 11. & 13. Hos animarum deceptores non semel insigni zelo idem Augustinus insectatus est: ut in Psal. 39. n. 9. & Serm. 198. (Alias, 7. ex Sirmondianis) de Kalendis Ianuarii 2. n. 3. circa finem. Immo Christianos istis adhuc laqueis captos a Christi sacramentis repellendos acriter docuit lib. de Fide, & Operibus, cap. 18. n. 33. At qui de his plura desiderat, videat eumdem S. Doctorem in Psal. 13. n. 10. & in 102. n. 13. Serm. 90. (Alias, 14. ex editis a Sirmondio) de Verbis Matth. 22, contra Donatist. de Carit. n. 6. serm. 332. (Alias, 28. ex Sirmond.) in Natali Martyrum, n. 1.

Hos Histriones Augustinus anno aetatis suae 26. aut 27., cum de Pulcro, & Apto scripsit laudabat, & amabat; non tamen datos eisdem plausus sibi ambiebat; bene vero eos, quibus Hierius celebrabatur: quod isti, non illi honesti essent, propriaeque conditioni accommodati.

(e) *Ergo ne amo in homine, quod odi esse, cum sim homo?* = Iam proximo loco ex ipso hoc aenigma dissolvimus. Ab equo essentia, ab histrionibus accidentibus secernebatur, Unde hominem bruti: & hominem illustris conditionis, & altissimae mentis histrionum luteus splendor dedecebat. Est enim bonum hoece ex iis, quae idem in volumine Hierio dicato *apta* appellabat; quae autem uni sunt apta, minime alteri. Nugae, quae infantibus nostrum animum glutinant: senibus, quibus gravia apta sunt, faciunt aversos. Nec eadem frontis, verborumque mollities, quae feminas, etiam viros spectabiles facit.

Aurigae illi dicebantur, qui bigis, trigis, vel quadrigis in Circensibus ludis decertabant; Agitatores etiam dicti, & Quadrigarii Svet. in Calig. c. 54. *Sed aliorum generum artes studiosissime, & diversissimas exercuit: Thrax, & Auriga, idemque Cantor, atque Saltator*. Augustinus in Psal. 39. n. 9. *Ecce aversus fuerit a circo, a theatro, ab amphiteatro &c. quare illi viluerunt? aurigam laudat regentem quatuor equos, & sine labe, atque offensione currentes*.

Venatores autem, ut etiam B. B. in imo margine n. 8. Enart. in Psal. 39. observarunt, qui cum bestiis in arena congrediebantur.

(f) Et

A. Ch. cir. 380. Aug. 26. Mun. 49. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

(*f*) *Et circumferebar omni vento.* = Ad illud Pauli adludit Ephes. 4. 14. *Ut iam non . . . . . . , circumferamur omni vento doctrinae.* Subticuit autem ultimam vocem, ut innueret, nedum doctrinae, sed & omnium fere inanium actionum, morumque vento se deportatum.

Occulte autem, quod sequitur, Deus Augustinum gubernabat: aut ab eo specialem gratiam retrahens; aut plura in eo mala permittens, e quibus tamen aperta providentia ipsum educturus erat.

Item, in amore laudantium magis Hierium amaverat, quam in rebus ipsis, de quibus laudabatur, tum proprio iudicio non admodum fidens; tum quia forte non tam eruditionis, quam plausuum splendore rapiebatur.

(*g*) *Nondum haerens soliditati veritatis* = Quod tripliciter excipi potest. I. Nondum haerens Deo. II. Nondum ipsam prorsus eruditionis pulcritudinem pensas. III. Non tam acri & ingenuo examine, quam ex publica fama hominum merita, aestimans. Unde sequitur: *Sicut aurae linguarum flaverint a pectoribus opinantium.* Scilicet a praeconcepta sententia, a praeiudiciis, ab amore; pectus enim amoris sedes est. Ideoque addit: *obnubilatur ei lumen &c.* Quia scilicet, ut litt. C. dictum est, ex eo potissimum quod homines praeiudiciis occupentur: nec, dum iudicium sententiamque ferunt, amorem odiumque exuant, vertuntur ima summis, eximiis viris praeferuntur bubones; meriti denique veritatis iura violantur. Vide c. 16. L.

Si gravi iudicio quae sequuntur adtenderis, inferes, Augustini sermonem, doctrinamque admodum Hierio placuisse; qui, ut credendum est, Manichaeos errores ibi implicatos non curavit. Vide infra L. 5. c. 13. litt. B. argum. 3.

(*h*) *Libenter animo versabam ob os contemplationis meae.* = Sequimur Benedictinos, qui admonent. „ Arn. cum „ editione Mureti an. 1650. sic habet, „ *animo versabam, & ostentationem con-* „ *templationis meae.* MSS. sex, *modos* „ *contemplationis.*] Nobiscum sunt etiam Ver. Basil. Am. Er. Lov. Wangn. MSS. 12. Etr. Licet MSS. 3. a Lov. visi (nisi eos Benedictini comprehenderint) unus Med. & unus S. Cr. (qui tamen eadem manu corrigitur) necnon Som. habeant ut MSS. sex a B.B. laudati.

Pherepoenus heic ita angelicae linguae nodos exsolvit: *Si haec vera est lectio, perinde est ac, ob oculos mentis.*

Eximii expositoris tam implexis aenigmatibus lucem conciliantis emerita tempora laureolis semper cingat Apollo. Nos enim infelicissimae noctuae, medium licet caeli orbem sol traiecisset, adhuc diem esse ignorabamus. Equidem Hieronymus Nicolius Romanus Ordinis Eremit. S. Augustini, lib. cui titulus, Flosculi, sive Notabilia practica ex utroque iure, probatisque auctoribus &c. titulo, *Advocatus &c.* hocce monitum (1) refert: *Advocatus pro modico advocans contemtibilis habetur.* Sed humana haec nihil ad *Pherepoenum.*

Opponit igitur Augustinus naturalis veritatis merita popularis aurae somniis: inquiens Hierii, vel, ut alii, Hieherii, seu etiam, ut nonnulli MSS. codices, Hyerii eruditionem populorum tantummodo se plausibus suspexisse; Pulcri vero, Aptique dotes nullo collaudatore apud seipsum ob os contemplationis suae fuisse miratum.



(1) Barbosa Allegat. 79. n. 30.

A. Ch. cir. 380. Aug. 26. Mon. 49. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

CAPUT XV.

ARGUMENTUM.

Acri iudicio scriptos olim de Pulcro, & Apto libros recolens: detegit se incorporearum ignorantia rerum quosdam in scopulos impegisse. Impotens scilicet ex praeconceptis erroribus in spiritualem hominis animum mentis oculos figere: in duas eum dividebat substantias; quarum prima maxime una, bonive conferta plenitudine, in honestos, & rationales actus effueret; altera summe mala, & licet nedum substantia, sed & vita: a Deo nec primo facta, nec actu pendens: ratione minime esset praedita, bene vero divisionis prima foecunda parens dicenda esset. Illam tanquam sine ullo sensu mentem Monadem: hanc nonnisi in turpia erumpentem Dyadem appellabat. Talia nunc deliramenta exhorrens: ostendit potissimum nullam substantiam malum esse: nec tamen mentem nostram summum incommutabile bonum; Recolens etiam, & contemnens fallaces argumentationes illas, quibus in eos scopulos impulsus est, quibusve in eosdem ipse Catholicos conabatur impellere. Prodis inde quo circiter aetatis suae anno volumen illud ediderit. Dolensque corporearum se tunc phantasmasibus rerum occupatum, atque distractum nequivisse, licet conaretur, Divinae pulcritudinis suavitates delibare, sermonem explet.

I. Ed tantae rei cardinem in arte tua nondum videbam (*a*), Omnipotens, qui facis mirabilia solus; & ibat animus meus per formas corporeas; & Pulcrum, quod per se ipsum: Aptum autem, quod ad aliquid adcomodatum deceret, definiebam, & distinguebam, & exemplis corporeis adstruebam. Et converti me ad animi naturam: & non me finebat falsa opinio, quam de spiritalibus habebam, verum cernere. Et irruebat in oculos ipsa vis veri, & avertebam palpitantem mentem ab incorporea re, ad lineamenta, & colores, & tumentes magnitudines. Et quia non poteram ea videre in animo, putabam me non posse videre animum meum. Et cum in virtute pacem amarem, in vitiositate autem odissem discordiam: in illa unitatem, in ista (*b*) quamdam divisionem notabam. Inque illa unitate mens rationalis, & natura veritatis ac summi boni mihi esse videbatur. In ista vero divisione irrationalis vitae (*c*), nescio quam substantiam, & naturam summi mali, quae non solum esset substantia, sed omnino vita esset, & tamen abs te non esset, Deus meus, ex quo sunt omnia, miser opinabar. Et tamen illam Monadem appellabam, tanquam sine ullo sensu mentem (*d*); hanc vero Dyadem, iram in facinoribus, libidinem in flagitiis, nesciens quid loquerer (*e*). Non enim noveram, neque didiceram, nec ullam substantiam malum esse, nec ipsam mentem nostram summum atque incommutabile bonum.

II. Sicut enim facinora sunt, si vitiosus est ille animi motus, in quo est impetus, & se iactat insolenter ac turbide: & flagitia, si est immoderata illa animae adfectio, qua carnales hauriuntur voluptates: ita errores, & falsae opiniones vitam contaminant, si rationalis mens ipsa vitiosa est: qualis in me tunc

erat,

A. Ch. cir. 380. Aug. 26. Mon. 49. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

erat, nesciente alio lumine illam illustrandam esse, ut sit particeps veritatis, quia non est ipsa natura veritatis. Quoniam tu illuminabis lucernam meam, Domine Deus meus, illuminabis tenebras meas (1), & de plenitudine tua nos omnes accepimus (2). Es enim tu lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (3); quia in te non est transmutatio, nec momenti obumbratio (4).

III. Sed ego conabar ad te, & repellebar abs te, ut saperem mortem, quoniam superbis resistis (*f*). Quid autem superbius, quam ut assererem mira dementia, me id esse naturaliter, quod tu es? Cum enim ego essem mutabilis, & eo mihi manifestum esset, quod ideo utique sapiens esse cupiebam, ut ex deteriore melior fierem, malebam tamen etiam te opinari mutabilem, quam me non hoc esse, quod tu es (*g*). Itaque repellebar, & resistebas ventosae cervici meae, & imaginabar formas corporeas, & caro carnem accusabam, & spiritus ambulans nondum revertebar ad te (5); & ambulando ambulabam in ea, quae non sunt, neque in te, neque in me, neque in corpore. Neque mihi creabantur a veritate tua, sed a mea vanitate fingebantur ex corpore: & dicebam parvulis fidelibus tuis, civibus meis (*h*), a quibus nesciens exsulabam: dicebam illis garrulus, & ineptus: Cur ergo errat anima, quam fecit Deus (*i*)? Et mihi nolebam dici: Cur ergo errat Deus (*k*)? Et contendebam magis incommutabilem tuam substantiam coactam errare, quam meam mutabilem sponte deviasse, & poena errare confitebar (*l*).

IV. Et eram aetate annorum fortasse viginti sex, aut septem (*m*), cum illa volumina scripsi, volvens apud me corporea figmenta, obstrepentia cordis mei auribus, quas intendebam, o dulcis veritas, in interiorem melodiam tuam cogitans de pulcro & apto, & stare cupiens, & audire te, & gaudio gaudere propter vocem sponsi (6), & non poteram: quia vocibus erroris mei rapiebar foras, & pondere superbiae meae in ima decidebam. Non enim dabas auditui meo gaudium (*n*), & laetitiam, aut exsultabant ossa, quae humiliata non erant.

(*a*) *Tantae rei cardinem in arte tua mundum videbam.* = Hoc caput, quo Augustinus libri a se Manichaeo scripti meminit, ubi summum philosophum egit: nec, ut inde, altos conceptus Catholicis erudiendis depressit, satis implexum nobis, & abstrusum est. Cui ideo amplo, exactiorique summario prima velut manu, non modicum conciliare lucis conati sumus.

Dicit ergo Augustinus, magna voluptate quidem Pulcri, Aptique dotes se meditatum; at mirabilium horum cardinem non in arte, in providentia, sapientia, potentia Dei vidisse; quandoquidem circa Divinitatem errabat: nec ex creatae pulcritudinis meditatione, in pulcritudinis Divinae, in Auctoris pulcritudinum omnium laudem exsurgebat.

Animi vero naturam, ut sequitur, intueri haud poterat: quod in Manichaeorum, circa Divinitatem, Angelos, Animas, cunctasque res spirituales turpiter errantium scholas venisset.

Infra corporales magnitudines *tumentes* appellat; & spirituales enim res propriam magnitudinem habent, sed non tumentem, scilicet, extensam.

(*b*) *In illa unitatem, in ista &c.* = Hosque huc nedum acute, sed & religiose. Virtus enim, Divinae pulcritudinis, in unitate consistentis scintilla nos Deo, nobis ipsis, & proximo unit. Vitiositas autem eadem proportione divellit.

(1) Ps. 17. 29.
(2) Ioan. 1. 16.
(3) Ioan. 1. 9.
(4) Iacobi 1. 17.
(5) Ps. 77. 39.
(6) Ioan. 3. 29.

A. Ch. cir. 380. Aug. 25. Mun. 49. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

lit. At ſenſim, Auguſtine, eirca cetera laberis; mens rationalis enim magnam unionem habet, ſed non eſt ipſa unitas: quo, & aliis infinitis rationibus a Divina natura ſecernitur. Cumque admodum bona ſit, nnn tamen ſummum bonum eſt, ut Ipſe in huius primi numeri fine conteſtaris: Angelo quippe inferior eſt, eum tamen nequidem Angelus, ſed Deus ſolus ſumme bonus ſit.

(c) *In iſta vero diviſione irrationalis vitae.* = Admonent B. B. „ *Apud* „ *Lov.* rationalis: *meodoſe, ut patet.*] At Lov. ſoli ſunt; genuinam quippe lectionem miro eonſenſu ferunt Vet. Am. Er. Som. Wangn. MSS. 13. Ecr. & omnes Auglicani, Benedictinis in *Syllabo codicom: ad quos de novo &c.* teſtibus. Et quidem merito: in unitate enim mentem rationalem Auguſtinus conſtituit; in diviſione vero quid, niſi irrationalis vitae ſubſtantiam erat conſtiturus? Maxime quoniam hanc velut flagitiorum, faeinorum, eeterorumque malorum parentem concepit: irrationalis autem pars eſt, quae libenter in turpia effluit.

Quanquam vero Orthodoxa doctrina ſit, ineſſe homini irrationalem partem (ſeu humanitatem, ut vulgus;) nimirum ſtimulos quosdam ad libera, & turpia provocantes: id tamen ſubſtantiam eſſe eum Scripturis, & Patribus, maxime ipſo Auguſtino inde illuminato conſtantiſſime negat Catholica Eeeleſia.

(d) *Sine ullo ſenſu mentem.* = Aliqua formidine hanc lectionem in textum induximus; Benedictini enim, & ante ipſos Vet. Am. Er. Lov. Som. Wang. & unus MS. S. Cr. etſi recens, conſtanter habent, *ſine ullo ſexu.* Nobiſcum autem ſunt MSS. 3. Med. 2. S. Cr. (etſi in horum uno aliena manu ſubſtituitur, *ſexu*) unus S. Mar. Ricar. & quinque a B. B. laudati, quos ipſimet non deterioris notae appellant. Duo autem S. Mar. unus Med. Car. & Feſ. habent, *ſine ullo reſumente;* corrupte, ut liquet.

Rationibus hiſce a communiori lectione ſeceſſimus. 1. Subſtantiam illam ſpiritalem eſſe ſtatuerat: ſenſus autem corporei ſunt; addere debebat igitur, *ſine ullo ſenſu.* 2. Senſus compoſitionem indueunt; a ſumma ergo unitate illa eos debebat ſeiungere. 3. Rem maxime puram, & defaecatam, qualem ſubſtantiam illam Auguſtinus eoneipiebat, a ſenſibus liberam paſſim adſerimus. 4. Subſtantiam illam ſumme bonam poſteriori ſumme malae opponebat: haec vero cum in turpia quaeque paſſim effluerct, ſenſibus undique conferta videri poterat; ab illa igitur ſenſus omnis dimovendus erat. 5. Quid ad haec *ſexus*, qui non ſubſtantiarum componentium, ſed compoſitorum eſt? 6. Tandem, & ultimo. Duas ſubſtantias illas invicem Auguſtino in libro de Pulcro, & Apto committebat: ſed nec poſteriori ſexum tribuit: igitur &c.

Haec autem, quae ad noſtram lectionem ſtabiliendam expenſa ſunt textum etiam, ut vides omnihil diluci-dant.

Monas Graeca vox idem ſonat, ac apud nos, *unitas, ſingularitas.* Dyas vero numerum binarium ſignificat. Unde antiquum illud aut Triſmegiſti, aut alterius, de quo infra l. 7. c. 9. de Divinis: *Monas genuit monadem.* Et Auguſtinus, aut Vigilius, vel quicunque fuerit lib. de Unitate Trinitatis contra Felicianum Arianum ſcriptor, cap. 11. circa med. „ Non tunc fatentes Chriſti di- „ vinitatem coepiſſe, eum Virgo con- „ cepit; nec tunc coepiſſe carnem, cum „ ineffabili quodam partu monas illa, „ ſine intercapedine medii temporis in „ nullo differentem monadem, niſi quod „ monas docetur eſſe, genuit. „

Subſtantiam ergo illam, tantopere unam, Monadem; alteram vero, malorum, conſequenter diviſionis parentem; Dyadem, hoc eſt binarium, pluralem numerum facientem appellavit.

Errores hi Manichaeorum haereſes ſapiunt: maxime vero illam de duabus animabus, quam integro libro Auguſtinus inde ex orbe fugavit.

(e) *Neſciens quid loquerer.* = Pulcre, & religioſe. Qualem enim, niſi fatuum ſermonem tuum eenſere debes, quo ab Orthodoxa fide deviaſti? At interim exſue perſonam tuam: & ingenue dic mihi, An cenſeas meliora imaginari potuiſſet omnibus numeris abſolutus philoſophus, qui tamen ut tu in Manichaeorum ſcholis edoctus eſſet: eorumque modo, gloriae licet, non intimi adſenſus ſtimulis, velut oraculum contra quoſcunque partes ageret? Item, cum ubique egregiis tuis dotibus aut diſſimulatis, aut curſim, & levi manu retectis: nonniſi quae eruditionis tuae famam decurtare, tibique pudorem ſubfundere queant aucuperis: inſignis nunc humilitatis tuae bono, non modico Eruditorum damno, nonnulla celeberrimi amiſſi voluminis retexiſti, in quibus lapſus es; plurima vero, & cetera omnia, quae, te philoſophum ſum-

mum

mum prodere, quae profanorum etiam lectorum in tuum ingenium, in eruditionem, & eloquentiam ora mentesve convertere poterant, dissimulasti, ceu ad instituti tui rationem haud necessaria, immo inutilia, ac otiosa prorsus omisisti. Quanquam ut tecum, vir religiosissime, religiose loquar: nolo me adeo hebetem censeas, ut non videam meliorem rem tuam sagaci te peregisse negotio; Pio illo silentio, quo voluminis nobiles sententias, stabiletque doctrinas contexisti, humanos cum divinis, & angelicis plausibus commutasti.

Ceterum peccatum minime rem esse: fabulisque similes res esse duas illas, aut substantias, aut naturas, aut animas, tam docte, & frequenter adseruit, probavitque Augustinus inde a Manichaeorum somniis excussus, ut nemo alius. Vide si placet, ut has Confessiones praeteream, lib. 2. de Moribus Manich. c. 2. lib. de Perfectione iustitiae hominis, c. 2. ratiocinatione 4. & lib. 1. Hypomnesticon contra Pelagianos, & Caelestianos, vulgo, Hypognosticon, in fine, c lib. 4. initio. Quod tamen opus sex libris digestum non veri, sed simulati Augustini est, vetustissimi nempe scriptoris, Augustini doctrinam affectantis, nonnunquam ab ea recedentis.

(*f*) *Ut superem mortem, quoniam superbis resistis.* = Ita certo Petri oraculo 1. Epist. 5. 5. *Omnes autem invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistis, humilibus autem dat gratiam.* Sapere mortem vero est, falsa cudere dogmata in re magna, & religionis. Ceterum haec Augustini superbia minime vera, propriaque est, sed latior alia, in ipsis dogmatibus involuta; Unde sequitur, *quid autem superbius, quam ut assererem &c.* Quandoquidem, ut ex dictis patet, rationali hominis parti, seu menti talia tribuebat, qualia soli Deo competunt; Inquit autem, *me id esse naturaliter*, haec verba aut in lib. de Pulcro, & Apto expressa, aut ex disputationis scopo subintellecta dogma commaculant. Certe inquit S. Doctor de Manichaeis lib. de Vera Religione, cap. 9. n. 16. *Et cum consuetudinem suam vincere nequeunt, iam carnalibus laqueis irretiti, duas animas esse in una corpore existimunt: unum de Deo, quae naturaliter hoc sit quod ipse; alteram de gente tenebrarum &c.* Dei tamen speciali gratia rationalem hominis partem, vel mentem posse ita cohiberi, & regi, ut in bonum, ma-

A. Ch. cir. 380. Aug. 26. Mon. 49. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

lumque non dividatur, & constantissime honestatis iuribus haereat, verum, sanctumque dogma est.

(*g*) *Malebam tamen &c. quam me non hoc esse, quod tu es.* = Non id quidem vere malebat, sed dogmatum nexu malle ipsum deducebatur. Nam se esse mutabilem manifeste deprehendebat ex eo, quod sapientiae verticem anxie intueretur, quo nempe admodum iam sapiens, sapientissimus fieret. Si autem mutabilis ipse: Deus quoque; Manichaei enim, in quorum castris militabat, hominis mentem Divinitatis partem, vel frustum esse delirabant; cumque postremum hoc falsum dogma interim ipse haud refelleret, quin immo in voluminis principiis involveret; censeri poterat, malle se Deum opinari mutabilem, quam &c. Principium vero falsum dogma involvens illud erat, Mentem summum esse, & incommutabile bonum. Vide l. 7. c. 3.

(*h*) *Dicebam parvulis fidelibus tuis, civibus meis.* = De Catholicis loquitur, humilitate, & in Fidei arcanis excipiendis docilitate parvulis, seu parvulis similibus: *Confiteor tibi Pater &c. qui abscondisti haec a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Matth. 11. 25. *Nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli &c.* Matth. 18. 3. *Nolite timere pusillus grex &c.* Lucae 12. 32. ubi Vener. Beda lib. 4. cap. 54. *Pusillum gregem electorum vel &c. vel potius ob humilitatis devotionem nominat.* Cives suos appellat aut patriae, hoc est Tagastae homines: aut potius Catholicos, communem patriam Ecclesiam inspiciens; Illi concives fui etiam cum de Pulchro, & Apto scripsit; isti cum has Confessiones scribebat. Vide cap. seq. P.

A civibus illis *nesciens exulabat*, quia tunc extra Ecclesiam erat; nesciens quidem, ut olim Paulus: *Misericordiam Dei consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* 1. Tim. 1. 13. non quidem ignorantia perfecta, quae prorsus culpam tollit: sed illa, quae minuit; veritatem enim, cui tantopere inhiabat, se detexisse: aut Manichaeorum pollicitationibus fidens, mox detecturum sibi blandiebatur.

(*i*) *Cur ergo errat anima, quam fecit Deus?* = Argumentum, quo duarum animarum Manichaeum stabiliebat. Absurdum est enim, inquiebat, & bonum Deum, & a bono Deo factam animam errare; cum igitur pluries erremus, duabus nos animabus praeditos

esse

A. Ch. cir. 380.
Aug. 26. Mon. 49. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

esse oportet: quarum una admodum honesta a Deo sit, immo eius particula: alia vero in facinora, flagitia, & torpia quaeque effluens, a deo malo, seu Infami tenebrarum gente. Audi ipsum Augustinum, qui lib. de Haeresibus, 46. post initium. „ Iste (*Manichaeus*) duo principia inter se diversa, & adversa, eademque aeterna, & coaeterna, boc est semper fuisse composuit: duasqoe naturas, atque substantias, boni scilicet, & mali, seqoens alios antiquos haereticos opinatus est. Quarum inter se pugnam, & commixtionem, & boni a malo purgationem, & boni, quo purgari non potuit, cum malo in aeternum damnationem secundum sua dogmata asseverantes, multa fabolantur, quae cuncta intexere hoic operi nimis longum esset. Ex his autem cum suis fabulis vanis, atque impijs coguntur dicere animas bonas, quas censent ad animarum malarum, naturae scilicet contrariae commixtione liberandas, eios, cuius Deus est, esse naturae.] Lib 1. Retract, .c, 15. initio. „ Post hunc librum (*de Utilit. cred.*) scripsi adbuc presbyter contra Manichaeos *de duabus Animabus*, quarum dicunt unam partem Dei esse, alteram de gente tenebrarum, quam oon condiderit Deus, & quae sit Deo coaeterna; & has ambas animas, unam bonam, alteram malam io uno homine esse delirant: istam scilicet malam propriam carnis esse dicentes, quam carnem etiam dicunt geotis esse tenebrarum: illam vero bonam ex adventitia Dei parte, quae cum tenebrarum gente conflixerit, atque utramque miscuerit: & omnia quidem bona hominis illi bonae animae, omnia vero mala illi malae animae tribuunt.] Vide & librum de Vera Relig. cap. 9. n. 16. ubi etiam fusius idem somnium edisserit.

Haec (1), ut videtur, ad aliud propositum, & doctioribus, defaecatioribosqve licet conceptibus, errans tamen, Pulcri, Aptiqoe libro inseruit.

(*k*) *Et mibi valebam dici: cur ergo errat Deus?* = Catholicos ipse cum Manichaeis vexabat, quaerens: quo pacto ab bomine, vel Angelo, Dei creaturis peccatum esset? „ Hic fortasse quis dicat: unde ipsa peccata, & omnino unde malum? si ab homine, unde homo? si ab Angelo, unde Angelus? quos ex Deo esse cum dicitor, quamvis recte, vereque dicator: videntur tamen imperitis, & minus valentibus acriter res abditas intueri, quasi per quamdam catenam ad Deum mala, & peccata connecti. Hac quaestione illi regnare se putant.] Lib. de Duabus Animabus, c. 8. o. 10. initio. Catholici ipsum, ceterosque Manichaeos percontabantur, *Cur errat Deus*? Quanquam enim hi duas ponerent animas, unam a Deo, quae honestatem coleret, alteram a gente tenebrarum, quae in vitia flueret: addebant tamen ambas fuisse permixtas, adeoque malae lapsu & bonam labi: cumque bona ita a Deo venisset, iuxta eorum delirium, ut eius frustum esset: annonne eiusdem bonae animae errores in Deum revocabantur, aut saltem ipsom laedebant? Lib. de Duabus Animabus, c. 12. n. 16. „ Duo animarum genera esse dicunt, unom bonum, quod ita ex Deo sit, ut non ex aliqua materia, vel ex nihilo ab eo factum, sed de ipsa eius omnino substantia pars quaedam processisse dicatur, alterum autem malum, qood nulla prorsus ex parte ad Deum pertinere credunt, credendumque commendant: & ideo illud summum bonum, hoc vero summum malum esse praedicant; atque ista duo genera fuisse aliquando discreta, nunc esse commixta &c. quantum est nefas & naturam mali tantum valere ad commutandam ullam (2) Dei partem, & summum illud bonum corruptibile, & violabile credere?] Ibidem n. 18. „ Nunc bonum illud genus videamus, quod rursus ita laudant, ut ipsam Dei substantiam dicant esse. Quanto autem melius est, ut suum ordinem, meritumque quisque cognoscat, nec ita sacrilega superbia ventiletur, ut cum se totiens commutari sentiat summi illius boni, quod incommutabile pia ratio profitetur, & docet, credat esse substantiam. Ecce enim cum manifestum sit, non peccare animas in eo quod non sunt tales, quales esse non possunt: unde constat iam nescio quas illas inductitias nullo modo peccare, & propterea illas omnino non esse: relinquitur ut quoniam concedunt esse „ pec-

(1) V. l. 7. c. 3. D.

(2) In MSS. *illam*.

„ peccata, non inveniant quibus ea tri„ buant, nisi bono generi animarum, „ & substantiae Dei &c. Quod isti quia „ negant (*animas malas fieri bonas pos„ se, & Dei regnum possidere*) nec ha„ bent, alterum genus, nisi earum, quas „ de substantia Dei esse perhibent, re„ stat ut non solum etiam ipsas, sed „ ipsas solas peccare fateantur. Ego au„ tem nihil pugno ne solae peccent, „ peccant tamen (1). At enim mali „ commixtione coguntur &c.] Vide etiam lib. 1. Retract. c. 9. n. 2.

(*l*) *Et poena errare confitebar*. = Sequimur B. B. qui in margine admonent: *Editi*, pene errare, *manifesto lapsu*.] Editorum, quibus favent MSS. 4. Ftr. lapsus ipsa textus expositione deprehenditur; Contendebat enim Augustinus Manichaeus cum suis magis incommutabilem Dei substantiam, mixtione puta, iuxta supra dicta, coactam errare: quam suam mutabilem sponte, hoc est libero voluntatis arbitrio, a divina lege ab honestate deviasse; adserens poena quadam, & fatali necessitate errare. Praeferunt autem genuinam lectionem MSS. a Lovaniensibus visi, 3. S. Mar. Car. Fef. & etiam Wang.

Haec sententia similis est illi, *malebam tamen etiam te &c.* de qua litt. G. eamque nonnihil exponit.

(*m*) *Annorum fortasse viginti-sex, aut septem*. = Adeoque Salvatoris 380., vel 381. Monnicae 49., vel 50. Adeodati 8. vel 9. Damasi Papae 14. vel 15. Gratiani 14., vel 15. Valentiniani 5., vel 6. Theodosii 2. vel 3.

A. Ch. cir. 380. Aug. 26. Mon. 49. Ad. VIII. Dam. XIV. Grat. XIV. Valent. V.

Illa scribens volumina, corporea figmenta apud se volvebat Augustinus: nam cum Manichaeis omnia prorsus, ne quidem Divinis exceptis, corporea, & extensa concipiebat. Quae corporea phantasmata cordis obtundebant aures, ne Dei pulcritudinem, melodiam, gratiam, veritatem deprehenderent; Divina quippe secretiora, & altissima sunt: corporea figmenta vero foras animum trahunt, deprimuntque mentis intuitus.

(*n*) *Non enim dabas auditui meo gaudium &c.* = Manifestum est ex verbis Psal. 50. 10. Deum adloqui. Errorum, quibus librum illum cumulavit, duos retegit fontes: rerum spiritalium ignorantiam: & superbiam. Nisi enim rerum te corporearum involucris exuas, nisi humanae sapientiae typhum comprimas, Divinarum veritatum, quae spiritales sunt, & altissimae melodiam haud percipies; Noli errare: Divinae pulcritudines quia spiritales, incorporearum rerum: quia altissimae, humilis cordis doctorem postulant.

Quemadmodum autem hic, ita & alibi Ioannis, & Davidis verba copulavit: vide Tract. 13. in Ioan. & Enarr. in Psal. 50. n. 13. Iam vero ad laetiora pergamus: ea nempe, quibus Augustinus volens nolens ingenii sui portentum nonnihil detexit.



(1) Editi, *peccant tamen etenim mali commixtione &c.* Emendantur ex MSS.

A. Ch. cir. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Val. XI.

CAPUT XVI.

ARGUMENTUM.

Praestantissimi divini ingenii mali usus sibi criminationem intentat; Annum quippe aetatis suae propemodum vigesimum agens abstrusissimas Aristotelis Categorias, quas velut Divinum quoddam, nonnisi excellentissimorum magistrorum arte, magnoque labore complanandum Eruditi suspiciunt: obviam quasi rem, & manifestam, ad secretiores usque sinus per sese intellexit. At Divinae naturae ignorantia caespitans, eam decem illis praedicamentis comprehensam opinatus est. Omnium etiam Liberalium artium libros tam bene, expediteque, nullo hominum tradente intellexit: ut censuerit a quoquam nonnihil ingenioso sine magna difficultate deprehendi posse. Interim vero malo indulgebat genio, turpiter etiam circa Divina errans. Unde tot modo praeteritae suae vitae deterritus casibus, Divino sua quaeque patrocinio commendat.

I. ET quid mihi proderat, quod annos natus ferme viginti (*a*), cum in manus meas venissent Aristotelica quaedam, quas appellant decem Categorias (*b*): quarum nomine cum eas Rhetor Carthaginensis magister meus, buccis typho crepantibus commemoraret, & alii qui docti habebantur, tanquam in nescio quid magnum, & divinum suspensus inhiabam; legi eas solus, & intellexi? Quas cum contulissem cum eis, qui se dicebant vix eas magistris eruditissimis, non loquentibus tantum, sed multa in pulvere depingentibus (*c*) intellexisse: nihil inde aliud mihi dicere potuerunt, quam ego solus apud me ipsum legens cognoveram. Et satis aperte mihi videbantur loquentes de Substantiis, sicuti est homo; & quae in illis essent, sicuti (*d*) est Figura hominis; qualis sit & Statura, quot pedum sit; & Cognatio, cuius frater sit; aut Ubi sit constitutus; aut Quando natus; aut Stet, aut Sedeat; aut Calceatus, vel armatus sit: aut aliquid Faciat, aut Patiatur aliquid; & quaecunque in his novem generibus, quorum exempli gratia quaedam posui, vel in ipso Substantiae genere innumerabilia reperiuntur.

II. Quid hoc mihi proderat, quando & oberat: cum etiam te, Deus meus, mirabiliter simplicem (*e*), atque incommutabilem, illis decem Praedicamentis putans (*f*) quidquid esset omnino comprehensum, sic intelligere conarer, quasi & tu subiectus esses magnitudini tuae, aut pulcritudini, ut illa essent in te quasi in subiecto, sicut in corpore: cum tua magnitudo & tua pulcritudo tu ipse sis; corpus autem non eo sit magnum, & pulcrum, quo corpus est: quia etsi minus magnum & minus pulcrum esset, nihilominus corpus esset. Falsitas enim erat quam de te cogitabam, non veritas, & figmenta miseriae meae, non firmamenta beatitudinis tuae. Iusseras enim, & ita fiebat in me, ut terra spinas (*g*) & tribulos pareret mihi, & cum labore pervenirem ad panem meum.

III. Et quid mihi proderat, quod omnes libros artium, quas Liberales vocant, tunc nequissimus malarum cupiditatum servus per meipsum legi, & intellexi, quoscunque legere potui? Et

gau-

A. Ch. cir. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Val. XI.

gaudebam in eis, & nesciebam unde esset (*b*), quidquid ibi verum & certum esset. Dorsum enim habebam ad lumen, & ad ea, quae illuminant faciem: unde ipsa facies mea, qua illuminata cernebam, non illuminabatur. Quidquid de arte Loquendi (*i*) & Differendi, quidquid de Dimensionibus figurarum, & de Musicis, & de Numeris, sine magna difficultate (*k*), nullo hominum tradente intellexi: scis tu Domine Deus meus, quia & celeritas intelligendi, & dispiciendi acumen (*l*), donum tuum est, sed non inde sacrificabam tibi. Itaque mihi non ad usum, sed ad perniciem magis valebat, quia tam bonam partem (*m*) substantiae meae sategi habere in potestate; & fortitudinem meam non ad te custodiebam (1): sed profectus sum abs te, in longinquam regionem, ut eam dissiparem in meretrices cupiditates (*n*). Nam quid mihi proderat bona res, non utenti bene? Non enim sentiebam illas artes etiam ab studiosis (*o*) & ingeniosis difficillime intelligi, nisi cum eis easdem conabar exponere: & erat ille excellentissimus in eis, qui me exponentem non tardius sequeretur!

IV. Sed qui ergo mihi hoc proderat, putanti quod tu, Domine Deus meus veritas, corpus esses lucidum & immensum, & ego frustum de illo corpore? Nimia perversitas. Sed sic eram. Nec erubesco, Deus meus, confiteri tibi in me misericordias tuas, & invocare te: qui non erubui tunc profiteri hominibus blasphemias meas, & latrare adversum te. Quid ergo mihi tunc proderat ingenium per illas doctrinas agile, & nullo adminiculo humani magisterii tot nodosissimi Libri enodati: cum deformiter & sagrilega turpitudine in doctrina pietatis errarem? Aut quid tantum oberat parvulis tuis (*p*), longe tardius ingenium, cum a te longe non recederent, ut in nido Ecclesiae tuae tuti plumescerent, & alas caritatis alimento sanae fidei nutrirent? O Domine Deus noster, in velamento alarum tuarum speremus (2), & protege nos, & porta nos; Tu portabis & parvulos, & usque ad canos tu portabis (3), quoniam firmitas nostra, quando tu es, tunc est firmitas: cum autem nostra est, infirmitas est. Vivit apud te semper bonum nostrum: & quia inde aversi sumus, perversi sumus. Revertamur iam Domine, ut non evertamur: quia vivit apud te sine ullo defectu bonum nostrum, quod tu ipse es; & non timemus, ne non sit quo redeamus, quia nos inde ruimus: nobis autem absentibus, non ruit domus nostra, aeternitas nostra.

(*a*) *Annos natus ferme viginti*. = Non est qui non videat Augustinum heic ab historiae ordine digredi; egerat enim hucusque de libro scripto anno aetatis suae 26., aut 27. Cum autem, ut cap. 4. A. & cap. 7. c. in fine observavimus, annum vigesimum Tagastae Grammaticae, aut Rhetoricae, aut utriusque praeceptor exegerit, sequitur ibi Aristotelis Categorias legisse. Quod confirmatur sermone, quo rhethorem Carthaginensem magistrum suum laudat, talis est enim, ut videatur de abeunte, vel a cuius schola abierit; cumque ante annum vigesimum-primum Carthaginem non remeaverit &c.

Annos natus, inquit, *ferme viginti*; quum enim ingenii sui dotes narraret: voluit potius eum annum pone-

re,

(1) Psal. 58. 10.
(2) Ps. 62. 9.
(3) Is. 46. 4.

A. Ch. cir. 374. Aug. 20. Mun. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Val. XI.

re, quem forte non adtigerat: quam alterum, cuius certe potiorem partem egerat. Haec adtendens Ioannes Rivius ordinis Erem. S. Augustini, vir gravissimus atque elegantissimus, qui vitam S. Augustini scripsit Broxellae anno D. 1645. ita exclamat lib. 1. c. 1. paragr. 8. *Res sane inaudita, mostrique similis, ut id aetatis adolescentulus &c.*

Huic fortassis portento, quinquennio antequam Confessiones hae scriberentur, anno scilicet ad summum tercentesimo nonagesimo quinto iis Licentius versibus plausit.

„ . . . . Tibi noster Apollo
„ Corda replet, patremque suum,
„ patremque deorum
„ Conciliat, legemque bonam, pa-
„ cemque cruentam
„ Monstrat, & abducto velamine sin-
„ gula pandit.
„ Viginti euensus oam longos forsi-
„ tan orbes
„ Solis eras, cum te ratio pulcher-
„ rima mundi,
„ Ditior imperiis, & nectare dolcior
„ omni
„ Corripuit, statuitque vagum, me-
„ dioque locavit,
„ Omnibus unde aciem posses inten-
„ dere rebus.

Habentur modo ea, ceteraqoe Licentii carmina n. 3. Epist. Augustini ad eumdem Lic. 26., olim 39.

Nunc vero quid vos primores Philosophiae doctores, qui ad reconditarum rerum artem vestram prodendam, iactandam tanta superstitione, tantoque typho barbam nutriebatis? Et quam potiori iure cachinnis maiestatis vestrae insigne excipiens Lucianus modo clamaret: *Si Philosophum* (1) *aporteat ex barba metiri, hircos primam laudem oblaturas!* Quandoquidem fere imberbis adolescens repertus est, qui arcanorum vestrorum forte abstrusissima expeditas velot res, nimisque patentes concitata lectione deprehendit, ac tenuit.

Simili nedum modestia, sed & phrasi, qua Augustinus ingenii sui, S. M. N. Theresia parentum suorum historiam exorsa est: Augustini verba: *Et quid mihi proderat &c.* Theresiae vero: *L' aver io auto Padre, e Madre virtuosi, e timorati di Dio sarebbe bastato a farmi buona, aggiuntovi il favore, che perciò il Signore mi concedeva, quando i non fossi stata così cattiva* Cap. I. Vitae initio. Idest: Quod ego parentes sortita essem Christianis virtutibus fulgidos, sat esse poterat ad mihi pietatem ingerendam, superno addito subsidio, quod Dominus indulgebat, nisi tanta mea malitia fuisset.

Ingenii felicitatem Augustinus, parentum virtutes Theresia non tacuit: uterque autem ad amplificandam culparum malitiam. Obmutesce *Pherepone*.

(*b*) *Quas appellant decem Categorias*. = Alias Categorema. Ita quidem Graeci; Latini autem, ut infra ipse S. D. *Praedicamenta*. Potior & nobilissima para Dialecticae. Quae Categoriae passim Aristoteli tribuuntur: Licet aliqui, & profecto nullo solido momento, Archytae Tarentino, vel alii vetustiorum Philosophorum adscribendas arbitrentur.

Quam abstrusa, & implexa sint Aristotelis Praedicamenta, ubique, sed maxime in his totius Philosophiae cardinibus, secretissimorum aenigmatum oraculum agentia, nemo ignorat: nisi qui ea non viderit, nesciatque quot, qualesque Philosophi summi, & quidem post importunos, magnosque labores, infeliciter saepe & in cassum eorum dilucidationem adgressi sint.

Harum Categoriarom vel ignorantiam, vel malum usum exprobravit inde S. Doctor Iuliano: *Non enim Aristoteles, cuius Categorias insipienter sapis, sed Apostolus dicit &c.* Lib. 5. contra eumdem, c. 14. Inde directe Aristotelis principio adusisso, argumentum dissolvens.

Inter Augostini opera circumfertur etiam Commentarius quidam in has Aristotelis Categorias, sed Benedictinis id operis S. Doctori abiudicantibus prorsus adsentimor. Ut enim plures alias, & quidem fortissimas coniecturas praetereamus, ex hoc capite habes quali verus Augustinus adhuc adolescens facilitate easdem Categorias, earumque ultimos sinus penetraverit; Pseudo-Augustinus aotem ille in calce soi commentarii, aut libelli haec profitetur: *Haec sunt fili carissime quae iugi labore assecuti tum nobis Themistii, nostra memoria egregii Philosophi magisterium non deesset &c.* Maxime qooniam lib. 1. Retract. ubi tractatus quoslibet de liberalibus disciplinis aliquando editos exacte recenset, huius mentionem nullam habet.

I. Est etiam vetusta popularis traditio,

(1) Vide annotationem ad Satyram v. Sectani.

ditio, Augustinum ubique magistrum, fuisse aliquando discipulum Logicae. Hanc fabulam incerto parente progenitam, & frequentissime decantatam nonnulli traditioni, alii Possidio Augustinianae vitae scriptori, & liberiores non pauci ipsi Augustino supposuere. Unde Complutense nostrum Collegium disput. 1. prooem. in universam Aristotelis Dialecticam q. 7. *Quomodo Logica sit necessaria ad alias scientias*. n. 77. sub finem, simpliciter, ut conicio, quam ab aliis acceperant, sic fabulam vendunt. „ Nullum vidimus absque Dialectica in aliis scientiis evasisse consummatum; cum tamen solius Dialecticae ductu absque alio magistro plures scientias multi comparaverint. „ Et quidem de B. Augustino Possidonius in eius vita ait solius Dialecticae „ fuisse discipulum. E contra vero &c.] Quam fabulam eisdem fere verbis recudit noster Ioannes ab Annunciatione, philolophus, theologusque alias longe doctissimus, qui idem opus ad breviorem, melioremque formam reduxit, in Aristot. Dialect. disput. 1. prooem. q. 7. paragr. 1. n. 39. ubi. „ Nullus unusquisque sine lumine Logicae in aliqua „ disciplina consummatus evasit; cum „ tamen illius ductu, absque alio magi„ sterio multi comparaverint scientias; „ nam ut omittamus alios, magnum Ec„ clesiae lumen Augustinum solius Dia„ lecticae fuisse discipulum asserit Possi„ donius.] At longe ante hos Patres a typis etiam, tonsoribusque Augustini ore decantabatur: *Sola Logica me discipulum fecit*.

Ex iis, quae in hoc capite habentur manifestae falsitatis illa historiola arguitur. Ante hunc annum siquidem aetatis suae prope vigesimum Logicam Augustinus non viderat; Exinceps vero qua dementia eius scientiae praeceptores sibi quaesivisset, cuius potissimam, atque difficillimam partem, rem ceu pueris apertam tanta facilitate deprehenderat? & ita quidem, ut cum contulisset cum eis, ut infra ingenue profitetur, *qui se dicebant vix &c.* nihil aliud detexerit, quam quod solus apud semetipsum legens cognoverat? Maxime quoniam sequentes annos usque ad conversionem eloquentiae magister transegit. Unde Ludovicus ab Angelis lib. 1. de Vita, & Laudibus S. Doctoris. cap. 4. *Ex inconsiderata*, inquit, *prodiit officina, quod ipse dixerit*, Sola Logica me discipulum fecit.

Nec autem in Vita, a Possidio scripta, nec in libris S. Doctoris eius fabulae vestigium ullum adparet. Unde certum habeat Lector, praeter Grammaticam, & Rhetoricam, cetera omnia sese didicisse Augustinum, ubique magistrum fuisse, & nunquam discipulum.

Ceterum Praedicamentis tanta felicitate intellectis, integram inde Aristotelis Dialecticam Augustinus evolvit: tantumque in ea profecit, quantum vix in alis Philosophiae parte: *An de Dialectica nihil scire potuisti? Ego vero plura, quam de quavis parte Philosophiae*. Lib. 3. contra Academ. cap. 13. n. 29. non longe ab initio. Unde Sidonius (1) Epist. Lib. 9. Epist. 2. per antonomasiam Dialecticum vocat. Dacius, vel quicunque scripserit Chronicon, adhuc, quod sciamus ineditum, 1. c. 10. Dialecticis armatum argumentis. Claudianus Mamertus (2) Lib. 3. de Statu animae ad Sidonium Apollinarem qui supra, cap. 10. Chrysippi, Dialecticorum facile principis, Zenonis, & Cleanthis auditoris nomen ei tribuit.

II. Qua modestissimi, sed & aeque ingenui Augustini contestatione audacis *Erasmi* censura repellitur, qui anno 1518. ad Ioannem Eckium Epist. 376. (Olim, 26.) circa med. haec blateravit. „ Demiror autem, onde quidam „ Augostino tribuant absolutam Aristo„ telicae Philosophiae cognitionem, cum „ ipse in Confessionum libris fateatur, „ sibi unicum dumtaxat libellum lectum, „ eumque latine versum. Cumque lo„ cis compluribus tractet rem dialecti„ cam, ad quam ut erat natura com„ positus, ita impense delectatus vide„ tur, velut in opere de Doctrina Chri„ stiana, in libris de Trinitate, in li„ bellis aliquot, quos scripsit Catechu„ menus, non declarat se quidquam le„ gisse praeter quinque Porphyrii vo„ ces, quas praedicabilia, & decem „ rerum genera, quae praedicamenta „ vocant, & lib. de enunciatione.] Integram Dialecticam, inquam, Augustinum vidisse ex transcripta ipsius confessione deducitur prorsus manifeste. Sed & totam Philosophiam calluisse quis non intelligat? resonat quippe etiam in puerorum scholis, ipsaque natura duce stabilitur illud: *Comparativum absolutum supponit*; si ergo Augustinus profitetur plu-

(1) Obiit circa an. 482.

(2) Floruit circa an. 462.

A. Ch. cir. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Val. XI.

plura de logica, ac de quavis Philoſophiae parte ſe calluiſſe, & Philoſophiam utique calluit; cumque non indefinite de Philoſophia, ſed de quavis eius parte loquatur: ſequitur nihil ſpeciale, primariumque Philoſophiae ignoraſſe.

Quanquam vero nonniſi Categoriarum lectionem hoc loco prodat: quis *Eraſmo* revelavit nec temporis ſucceſſu reliqua Ariſtotelis Auguſtinum vidiſſe? Nec erat neceſſum ut quaecunqoe inde vaſtiſſimae lectionis Pater vidit, orbi ſe vidiſſe praedicaret. Ea tantom aperuit, ad quae ſermonis propoſito deportatus eſt.

Immo tot Auguſtinus per immenſa ſoa volomina ſparſit Ariſtotelica, ut ſi colligerentur, integra propemodum Philoſophia haberetut. Quod quidem volumine non adeo tenui orbi oſtendere iam olim meditabamor: ſed continuo ſupervenientibus curis ab improbo labore retracti ſumus. Certe libro ſeq. c. 3. o. 1. profitetut Auguſtious iam anno undetrigeſimo aetatis ſuae Philoſophorum ſe legiſſe multa, memoriaeque mandata retinuiſſe: idque tot ab ipſo diverſi argumenti ſcripta volumina, profana eruditione obique conſerta ſatis conteſtantur; At qui omnem propemodum Philoſophiam callere ambiit, eam non curavit, coius primos fontes libaverat, & cui poſt Platonicam, omniom velut nobiliſſimae quaquaverſum ab Eruditis, & ab ipſomet adclamabatur? *Cum Ariſtateles Platanis diſcipalus, vir excellentis ingenii, & eloquio Platani quidem impar, ſed maltos facile ſaperans, ſectam Peripateticam condidiſſet, quod deambulans diſputare conſueverat, plarimoſque diſcipalos praeclara fama excellens, viva adhuc praeceptore in ſuam haereſim coagregaſſet &c.* Lib. 8. de Civit. Dei, cap. 12.

Mendacium autem eſt longe petulantiſsimum Ariſtotelis Praedicamenta Latine reddita ab Auguſtino ſuiipſius teſtimonio lecta fuiſſe: *Cum in Confeſſionum libris fateatur ſibi unicum dumtaxat libellum lectam, eumque latine verſum.* Ubi vel unum Aogoſtini verbum eius libelli verſionem prodens? Et quidem commentarium in Categorias perperam Auguſtino tribotom ſupra eum Benedictinis agnovimus; At quoniam *Eraſmus* eom Auguſtino oinime abſtulit: dicat an illum viderit? & ſi vidit, dicat an tunc in vino nataret? In eius enim commentarii calce haec ab ipſo creditus Auguſtinus profitetur: *Haec ſunt fili cariſſime quae iugi labore affecati, tum nobis Themiſtii noſtri memoria egregii philoſophi magiſterium non deeſſet, ad utilitatem tuam de Graeca in Latinam convertimus.* Utique Themiſtio aliquod ſubſidiom ferente, ſed interim ipſe Pſeudo-Auguſtinus convertit. Unde & impoſtorem agit *Eraſmus*, eidem commentario praefigens: *D. Aurel. Auguſtini Categ. decem ex Ariſtotelis libro non verſae, ſed deceptae.* Quanquam non verſae alia ratione dici poſsint, quatenus Ariſtotelis phraſi, & methodo admodum variatis, Latine datae ſunt. Hinc pervetoſti MSS. codices Germanenſis, & Michaelinus, nec non Amerbachiana editio Benedictinis in Admonitione ad id opuſculum teſtibus, in illus fronte praeſeferunt: *Categoriae Ariſtotelis ab Auguſtino de Graeco in Latinam mutatae.*

Ut autem ad rei ſummam, primumque redeamus; Dato diſputationis gratia, quod ſerio nonquam dabimus, nec potiorem Ariſtotelicae Philoſophiae partem, nec integram Dialecticam ab Augoſtino viſam: quid inde *Eraſme*? tu enim Epiſt. ad Alfonſum Fonſecam Archiep. Tolet. circa med. haec obſervaſti „ Ex Ariſtotelica philoſophia „ vel quia ieiuniore ſtylo tractat res „ ſubtiles, vel quia nondom in publi- „ cum uſum venerat apud Latinos, „ nihil deguſtaſſe videtur praeter li- „ bros de enunciatione &c. Sed Dia- „ lectica fuit antequam qoiſqoam de „ Dialectica praeciperet, nec enim eſt „ de numero earum diſciplinarum, „ quas inſtituit hominum voluntas, ſed „ quas animadvertit ſagacitas, qualis eſt „ Aritmetica. Tanta autem erat in „ Auguſtino, tamquae mirabilis ingenii „ foelicitas, tanta ſanitas, tantaque pre- „ ſtantia, ut ne ex iſtis quidem, qui „ poſterioribus ſaeculis bonam aetatis „ partem in Dialectica contriverunt, „ quenquam invenias, qui citius, aut „ certius perſpiciat cauſae ſcopum, „ qui dexterius ad hunc rationes, & „ Scripturarum teſtimonia dirigat, qui „ foelicius nodos quaeſtionum diſſe- „ cet „

Sed non adhoc te dimittam humaniſſime *Eraſme*, niſi in anteceſſum dixeris mihi unde tibi ſubreperit ſtupendum illud ſomniom, quod anno 1528. Ioanni epiſcopo Epiſt. 974. circa med. tanta audacia, & libertate, & maieſtate cantaſti: *Olim nullae erant Theologorum ſcholae: & Auguſtinus habebatur inexpugnabilis Dialecticus, quod legiſſet Categorias Ariſtotelis*, Adeo tibi

bi adridet morionem agere! adeo in icea, & ridicula, & mendacia, & calumnias proclivis es! At ira cohibenda est. Optime inquit Cicero Orat. pro Quintio sub finem: *Sin & poterit Nevius* (tu dic, Erasmus) *id quod libet; & ei libebit quod non licet; quid agendum est? qui deus appellandus est &c.* Non ideo quia Cathegorias legit Augustinus inexpugnabilis Dialecticus habebatur, & habetur; sed propter ea, quae tu ipse professus es paullo ante: *Sed Dialectica fuit antequam &c. Tanta autem erat in Augustino, tamque mirabilis &c.* & Epist. ad Ioann. Eckium 376. circa med. *Cumque lotis templaribus tractet rem dialecticam, ad quam ut erat natura compositus, ita impense delectatus videtur.* Et en iterum in te redit, quod, equidem iure meritoque, anno 1530. Epist. 1113. ad Georgium Saxoniae Ducem in Lutherum iaculatus es: *Non est illi novum sibi pugnantia scribere.* Et si mavis, etiam ex Categoriis inexpugnabilis Augustinus Dialecticus: non quia legit, sed quia tanta facilitate penettavit. Inexpugnabilis Dialecticus, quia tam feliciter Ethnicos, Manichaeos, Donatistas, Pelagianos, aliosque veritatis hostes, etiam captiosos, & ingeniosissimos expugnavit. Inexpugnabilis Dialecticus, quia tot scripsit, quot vix legi possunt, & nihilominus, quum adversarios habuerit plures, & longe fortissimos: in ulla adhue doctrina, quam serio, & constanter adsuerit expugnatus est.

(c) *Sed multa in pulvere depingentibus.* = Non per metaphoram, sed proprie loquitur: Ut obscurissimarum rerum arcana, nedum voce, pluribusque monitis, atque animadversionibus sagacissimis: sed signis, & figuris, similibusque, facile cedentibus rebus impressis quasi ad sensum ostenderent. Et ita pariter ea verba excipiunt Benedictini lib. 1. Vitae S. Doctoris, cap. 5. n. 4.

Ex hoc uno capite tot in Augustiniani ingenii laudes colligere possumus, ut longe ampliori ratione ac Pythagorae, cum Ovidio Nasone lib. 15. Metamorphos. a v. 62. tam insigni, a saeculis non dato homini caneremus.

„ . . . . . Isque licet caeli regione
„ remotus
„ Mente deos adiit, & quae natura
„ negabat,
„ Visibus humanis oculis ea pectoris
„ hausit.
„ Cumque animo & vigili perspexe-
„ rat omnia cura.
„ In medium discenda dabat, coe-
„ tumque silentum
„ Dictaque mirantum magni primor-
„ dia mundi
„ Et rerum causas, & quid natura
„ docebat.
„ Quid Deus, unde nives: quae
„ fulminis esset origo.
„ Iuppiter, an venti discussa nube
„ tonarent.
„ Quid quateret terras, qua sidera
„ lege mearent.
„ Et quodcumque latet &c.

A. Ch. cir. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Val. XI.

Non quidem huiusceemodi omnia hoc in capite habentur: sed omnia illationibus factis deducuntur. Si autem omnes harum Confessionum partes: maxime vero si cuncta S. Doctoris scripta pensentur, omnibus ipsum humanis praeditum scientiis, eitra quamcunque illationem, bene cordatus, & aequus inficiabitur nemo.

(d) *Et quae in illis essent, sicuti.* = Expedite, dextere, deposita que Philosophorum barbarie decem Categorias, vel praedicamenta recenset, dilucidatque aptis exemplis: ut barbare, & obscure Aristoteles (1) tract. 2. cap. 5.

Decem ergo Praedicamenta haec sunt: Substantia. Quantitas. Qualitas. Relatio. Ubi. Quando. Situs. Habitus. Actio. Passio.

(e) *Cum etiam te, Deus meus, mirabiliter simplicem &c.* = Deum Praedicamentis haud subiici firmatur etiam, & quidem latius libro, cui titulus: *Cognitio vitae*, seu, *de Cognitione verae vitae*, cap. 3. qui tomo 6. habetur. Quem tamen Benedictini Augustino merito abiudicant; nec levibus momentis. Honorio Augustodunensi tribuunt.

Vides autem Lector quam serio doleat Augustinus, se quum in Aristotelis Cathegorias incidit, Deum illis comprehensum opinatum esse. Dolet, &, ut inde ostendemus, levem lapsum illum acute, quanquam expeditissime refellit. Nihilosecius Scriptorum nonnulli timide, & subobscure de eius mente loquuntur: Illius nempe sermone deterriti lib. 5. de Trinit.

(1) V. lib. de Incertitudine Scientiarum c. 9.

A. Ch. cir. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Val. XI.

nit. cap. 8. quo Subftantiae, Relationis, & Actionis nomina a Divinis non ablegat. Cum tamen ibi S. Doctor haud preffe hanc philufophicam quaeftionem agat, fed dividat quae de Deo vere, ab illis quae metaphorice dicuntur; Motus enim, Paffio, Situs, Ubi &c. pruprie de Deo non praedicantur; Dei fubftantiam vero, Relationes, Actionefque ferio nominamus. Utrum autem haec talia fint, ut eorum ratione Deus Praedicamentis fubiiciatur: alia quaeftio eft. Ceterum, Deum fubftantiam effe talem, cui aliquid deficiat; feu potius, quae adeo extollatur, ut a Praedicamentis comprehendi haud poffit, adeo & in libris de Trinitate exploratum habuit Auguftinus, ut ibi nec fubftantiae vocabolo effe divinum admodum libere, ac tuto innuendum fignificandum monuerit. „ Si „ tamen dignum eft, ut Deus dicatur „ fubfiftere & res ergo mutabiles ne„ qoe fimplices proprie dicuntor fub„ ftantiaa. Deus autem fi fubfiftit, ut „ fubftantia proprie dici poffit, ineft in „ eo aliquid tanquam in fobiecto, & „ non eft fimplex .... Unde manife„ ftum eft Deum abufive fubftantiam „ vocari, ut nomine ufitatiore intelli„ gatur effentia, quod vere, & proprie „ dicitur; ita ut fortaffe folum Deum „ dici oporteat effentiam.] Lib. 7. c. 5.

Si bene aotem quae fequontur a nonnihil dialecticam phrafim callentiboa adtendantur, manifeftum fiet, quae pluribus, obfcuris, & barbaris verbis in hanc rem, ad Deum nimirum femovendum a Praedicamentis, congeruntur a Dialecticis, Auguftinum hic dextere, & citiffime, & admodum polere complecti. Quod pro tardioribos, eumdem familiarem hominem nova cinctom zona extraneum exiftimantibus, paullo diftinctius expeodendum eft. *Simplicem*, dixit, *atque incommutabilem*: Categoriarum res quippe actu, & potentia conftant; adeoque compofitae funt, & mutabiles: potentia enim vertiginia prima radix eft. Sequitur: *Quafi & tu fubiectus effes &c.* Quandoquidem ut in Praedicamentia qoidquam ponator exigitur, ut in fe habeat quod praedicetor, & id de quo praedicetur. Additur tandem: *Cum tua magnitudo &c.* Quo manifefte oftenditur non effe in Deo quod praedicetur, & id, de quo praedicetur. Neqoe enim adeo proprie, dialectice, & preffe dicitor: Deum habere magnitudinem, polcritudinem, veritatem, fanctitatem; cum ipfa magnitudo, pulcritudo, veritas, & fanctitas fit: praedicatuoi vero, & fubiectum aliqua ratione diftingui debeot. Vide integrum caput 5. lib. 7. de Trinitate.

(*f*) *Illis decem Praedicamentis putans &c.* = Quid hic Patres Iefuitae Conimbricenfis collegii? Inquiunt fiquidem in prooeoiio Commentar. in libros Categoriarum Ariftotelis, non longe ab initio. „ Et qoia res in his decem claffi„ bua ideo difponuntur, ut fuperiora „ de inferioribus, iuxta natorae ordi„ nem affirmentur, merito ipfae claffes „ graece Categuriae appellantur, latine „ praedicamenta, cuiua vocabuli auctor „ inter latinoa fuiffe videtur Boctius.] En Auguftinua *Praedicamenti* vocabulo utitur; Praeceffit autem Augoftinus Boetium fere integra annotum centuria; obiit enim vir fanguine, eruditione & pietate clariffimus Ticinii an. D. 521. vel 524. eius fcilicet collo Theodorici Gothorum Regis, fatuas in fufpiciones deportati iuffu recifo. Immo Severinum Boctium plura ex Auguftini fcriptis honefte fuiffe fuffuratum, facile eft animadvertere.

Dicit autem Auguftinus, *putans*, quo fatis oftendit non poft rem difcuffam, in fcopolum illum, etfi levem fe impegiffe: fed quod crederet ab aliis lam exaoiinatam, & ftabilitam. Unde feqoitor, *fic intelligere conarer*: quod de illis rebus dicioius, quae iam difcuffae, atque ab aliis ita nobis proponuntur.

Ut ut autem in eam meditationem ierit; nun in praedicamentorum, fed in Dei falfam opinionem lapfua ille revocandus eft; ideoque & ipfe fubfumit, *falfitas enim erat, quam de te &c.* talis enim Manichaca in fchola fingebatur Deus, quem nee Praedicamentis fubliei, nec deterior etiam cunditio dedeceret.

Ex quibus infertur, haod temere nos in capitis fummario dixiffe: *ad fecretiures ufque finus*; Quod potiffimum iis n. s. verbis ionititur, *Nibil aliud mibi ditere potuerunt &c.*

Non eft autem Augoftine cur tantopere mireris, te olim adulefcentem, in nullo lyceo, a mortalium nullo inftructum, exercitatum, Manichaeorumque phantafmatibus delufum Deum in Praedicamentis collocafse, vel potius collocatum a reliquis exiftimaviffe; Etfi enim potior Patrum, & Philofophorum pars id improbet, adhuc vero non pauci Scriptores, Ecclefiae filii, aetate, & doctina graves, pluribus modis exer-

ci-

citati, quique in tetegendis Aristotelis aenigmatibus plures annos consumsere, postremis hisce saeculis, cum nempe maior lux, & doctrina rebus cunctis accessit, Deum in substantiae Praedicamento collocati & arbitrantur, & obstinate propugnant. Ut sunt Gregorius in 1. dist. 8. q. 3. art. 2. Gabriel ibidem. Maior q. 1. Holcot. q. 6. Ioannes Bacchonus dist. 6. q. 1. Marsil. q. 10., vel 12. Huttadus disp. 9. met. sect. 4. vel 10. sect. 5. Laudantque Aristotelem talis velut sententiae parentem. Quod si hanc opinionem nonnihil tempetes, dicasque Deum non adeo proprie, & directe, sed late, & indirecte in Praedicamentis collocari, ut tu forte Augustine opinabaris: sibi Fonseca, aliique addentur. Denique in Praedicamentis saltem reductione Deum collocari (non quidem ab illis contentus, sed velut eadem continens) exploratum habent cum S. Thoma dist. 8. q. 4. art. 2. ad 3. & de potentia q. 9. at. 7. ad 3. Philosophi, atque Theologi omnes miro consensu.

Vides ergo quot rationibus concludatur, ex levissima caespitatione ille nihil contra Augustini ingenium extundi posse.

(*g*) *Ut terea spinas. & &c.* = Illud Gen. 3. v. 17., 18. & 19. ad moralem sensum trahit: *Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitae tuae; spinas, & tribulos germinabit tibi .... In sudore vultus tui vesceris pane.* Terrae nomine ingenium suum innuit, quod propter peccata, potissimum haeresis Deo factum exosum, caespitationum, errorumque spinas, ac tribulos pateret; & cum labore ad veritatem, quae eius panis est, perveniret.

Quoniam vero terra illa (scilicet Augustini ingenium) se quidem optima erat, tantumque divina maledictione spinas, tribulosque germinaverat, inde reconciliata flores virentesque fructices naturali quodam instinctu, & mira facilitate peperit. Vide nimirum ut de similibus disputet saltem lib. 5. de Trinit. c. 2. n. 2. in fine.

(*b*) *Et Nesciebam unde esset &c.* = Et oscitanter me in divinis gerebam, non adtendens Deum primam veritatem: non attendens a Deo, ab hac veritate Liberales artes, seu earum veritates tanquam a primo fonte dimanare. Ita fere loquitur Augustinus. Unde sequitur: *Dorsum habebam ad lumen*: Idest inquiunt Bollandistae c. 8. *b. Deum intelligit.* Deum tamen heic utcunque ab Augustino intelligi quis non videt? Pressius ergo id exponendum est: Non adtendebam Dei veritatem, ac sapientiam: qua veritate creatae res verae sunt: qua sapientia illuminamur nos, ut veritates easdem comprehendamus. *Et ad ea, quae illuminantur faciem.* Et meditabar tantum creatas veritates, quas ut sint, & intelligantur, prima veritas illuminat. *Unde facies mea, qua illuminata cernebam, non illuminabatur.* Unde mens mea, qua a Deo illuminatas creatas veritates deprehendebam non illuminabatur, ut propriae animae infirmitatem, & Divinae veritatis splendorem potentiamque meditaretur. Metaphorae huius compendium hoc est; quod ut intelligas, meditare hominem in cubiculo positum, qui dorsum habet ad lumen; equidem talis cunctas res ibi exsistentes illuminatas intuetur: at non ipsum lumen, quo res illae illuminantur: itemve quum omnia illuminata sint, non tamen sua facies, que illuminata conspicit. Pro cubiculo universum orbem, seu litterariam rempublicam excipe; & inde sic metaphoram, vel similitudinem digere „ Homo habens dorsum ad lumen, Augustinus peccatis, & haeresi habens dorsum ad Deum primam veritatem, primam sapientiam. Cunctas fere creates naturales veritates detexit Augustinus, sed non primam, & increatam, hoc est Deum. Cumque tale esset, vel ite se haberet dorsum excellentissimi ingenii, quod tot illuminata intuebatur, ipsum interim in tenebris erat, quaeve ad ipsum spectabant non edtendebat.

A. Ch. cir. 374. Aug. 20. Mon. 43. Adeod. II. Dam. VIII. Valent. & Val. XI.

Quo autem tempore tam felix omnium Liberalium artium voluminum lectio contigerit? Ex historiae ordine opinamur, vix lectis Stagyritae Categoriis; Cum enim adolescens litteris factus natus ex felicissima lectione illa in animum, & spem altissimam eruditionis erectus fuisset, ad omnium liberalium artium volumina se convertit, atque eadem facilitate penetravit, ac tenuit. Quod etiam momentum istud suadet; Annos enim fermo viginti natus, discipuli captivitatem excussit; tunc ergo factus suorum studiorum compos, per sese videre voluit quod e suis praeceptoribus non fuerat edoctus, & a quo Oratoriae incumbens, iuxta morem retrahebatur.

(*i*) *Quidquid de arte loquendi &c.* = Hic profecto ruit de hume-

ni ingenii limitibus illud Homeri „

„ Namque aliis bellare Deus con-
„ cessit, at illi
„ Saltare, atque alii cithara, can-
„ tuque valere.

Quo etiam respexit Claudianus dicens: *Nunquam sincera quem valeat honestas, bonorum sors ulli concessa vira &c.*

Iam tandem quidquam de Mayronis commentariis dicendum est. De viro hoc quaedam iam observavimus in Eruditione ad hoc Opus praevia, dum ea testimonia colligeremus, quae Augustinum mortalium ingeniosissimum statuunt. Scriptis suis *illuminati Doctoris* praeclarum nomen sibi fuisse promeritum non inficiamur. Sed quid de Commentariis ad quaedam Augustini datis, quaeve ad marginem editionis Ioannis Amerbachii, sociorumque Ioannis Petri, & Ioannis Troben Basileensium civium adiecta conspiciuntur? Ea vero, ut candide dicamus, nedum minimi facimus, sed prorsus fastidimus. Pleraque evanidis antiquorum ariditatibus scatent. Quaedam ex Augustino id conantur educere, quod ipse nec adseruit, nec leviter opinatus est. Alia nihil addunt, repetuntque, non raro etiam prorsus ad verbum, quae in ipso textu habentur. Nec censeas, ea commentaria esse quae Augustini aenigmata extricent; id nec sibi Auctor praefixit; Ambiit tantummodo, nobiliores sententias ex S. Doctoris scriptis exsceerpere; unde commentaria sua nunc *veritates*, nunc *flosculos* vocat.

Talium nugarum fere statueramus nullam mentionem habere; at ne silentium nostrum iniquior quisquam, qui ea commentaria non viderit, dolo tribuat, mediam viam selegimus, aliqua nempe tantummodo dare, ex quibus de ceteris quoque prudens Lector facile iudicare queat.

Mayro ergo, vel Mayronius hunc locum expendens, in haec erumpit „ Ex „ hoc dicto documentum accipitur, quod „ scientia illius hominis fuerit divini„ tus infusa, & non humanitus ac„ quisita: cum homines ingeniosissimi „ istas doctrinas addiscant ceteris do„ centibus cum ingenti difficultate.

Ab Augustino hic enarrata simillima portento esse; tantam liberalium cunctarum artium abstrusos reconditos sinus penetrandi facilitatem, modis potissimum, circumstantiisque diligenter expensis, vix humano ingenio insistere posse non diffitemur. Sed tamen, ut cito rem hanc expediamus, Deum in donis suis liberalem quidem, non prodigum adolescenti laxis habenis eunti in vitia, acerrimisque disputationibus Manichaeorum caussam vindicanti, Ecclesiae impetenti speciali infusione adstitisse, simillimum somnio est: ne quid amplius dicamus. Nobis ex his, & aliis sat sit colligere, Augustino tantum ingenii tributum, quantum humanae menti naturali, suavique modo insistere potest.

Ad illud etiam cap. 14. *Ecce ubi iacet anima infirma, nondum haerens soliditati veritatis. Sicut aurae linguarum &c.* de quo nos litt. F. haec habet. „ Ex quo dicto accipiuntur duo „ notabilia documenta. Primum est quod „ anima nostra in hac vita parum po„ test habere de solida veritatis notitia. „ Secundum documentum quod diversi„ tas opinantium, & contrarietas loquen„ tium obnubilat veritatem in rebus.„

Non loquitur Augustinus absolute de anima nostra; sed de anima *infirma nondum &c.* Nec statuit parum posse habere de solida veritate; sed retegit quod contingat animae non insistenti soliditati veritatis. Nec colligendum est, ex diversitate sentientium obnubilari veritatem; sed potius, quam simpliciter homo famam sequatur: quamque cavere debeant homines ne inconsiderate aut imperitos laudent, aut sapientes vituperent.

Nec minorem stupiditatem spirant quod ad illud cap. 9. *Beatus qui amat te, & amicum in te &c.* idem effutierat: *Ex hoc dicto accipitur argumentum quod beatitudo consistit in actu amandi.* Iam flosculorum collector ex Augustini viridario eos flosculos colligis, qui nec orti sunt, nec a magno Patre aliquando sati. Dixit Christus Petro Divinitatem praedicanti Matth. 16. 17. *Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro, & sanguis non revelavit tibi &c.* David Psal. 1. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum.* Et Psal. 118. *Beati immacolati in via &c.* Quaerimus ex his, & similibus, frequentissimis in Scripturis, nec non in Patribus, atque Theologis, quaeve passim ad familiarem sermonem trahuntur, quid Mayro extundat? Nihil prorsus. Dicimus ergo ibi de beatitudinis radice, de eo quod ad beatitudinem adquirendam exigitur dici, non de beatitudinis actu, vel exercitio. Beatus certe non Augustini sententia, sed Redemptoris oraculo *qui odit animam suam in*

hoc

hoc mundo (1): Inferat ergo, & quidem teriori illatione Mayro, in odio beati. tudinem ſitam eſſe. Recoie quae circa locum illum diximus lit. A.

Potius lib. 10. c. 21. n. 2. & c. 23. n. 1. quaedam habentur, quae in ſpeciem Mayroni favent: de quibus tamen ibi dicemus.

(*l*) *Sine magna difficultate*. = Idem ac, admodum facile. *Sine magna* inquit, ne leviſſimam illam difficultatem tolleret, quam homines communiter, etiam v. gr. in planae hiſtoriae lectione experiuntur. Quam miram facilitatem adſerimus pluribus, at maxime verbis illis innixi, *quoſcumque legere potui*. *Et ſatis aperte mihi videbantur loquentes &c.*

Has facultates vero tam feliciter penetravit, ac tenuit Auguſtinus, ut nedum, ut infra addit, eas alios docuerit: ſed & ſpecialibus libris dilucidaverit: ut ipſe refert lib. 1. Retract. c. 6. hiſce verbis. „ Per idem tempus, quo „ Mediolani ſui baptiſmum percepturus, „ etiam diſciplinarum libros conatus ſum „ ſcribere, interrogans eos qui mecum „ erant, atque ab huiusmodi ſtudiis non „ abhorrebant: per corporalia cupiens „ ad incorporalia, quibusdam quaſi paſ„ ſibus certis vel pervenire, vel ducere. „ Sed earum ſolum de *Grammatica* li„ brum, abſolvere potui: quem poſtea „ de armario noſtro perdidi; & de Muſica „ ſex volumina quantum adtinet ad eam „ partem, quae Rythmus vocatur. Sed „ eosdem ſex libros iam baptizatus, iam„ que ex Italia regreſſus in Africam „ ſcripſi; inchoaveram quippe tantum„ modo iſtam apud Mediolanum diſci„ plinam. De aliis vero quinque di„ ſciplinis, illic ſimiliter inchoatis, de „ *Dialectica*, de *Rhetorica*, de *Geome„ trica*, de *Arithmetica*, de *Philoſophia*, „ ſola principia remanſerunt; quae ta„ men etiam ipſa perdidimus: ſed ha„ beri ab aliquo exiſtimo. „

Verum maximo litterariae reipublicae damno, cuncti libri illi, ut etiam Benedictini obſervant, amiſſi ſunt, ſuperſtitibus tantummodo ſex libris de *Muſica*.

(*l*) *Et diſpiciendi acumen*. = Ita Benedictini cum plurihus ex ſuis MSS. Quibus ſuffragantur duo a Lov. viſi, & quinque Etr. At Vet. Baſil. Lov. Arn. Som. Wangn. 2. MSS. S. Cr. & Itali: *diſputandi*. Item Am. Er. (in huius enim editione typographorum oſcitantia impreſſum arbitramur, *dicendi*) Ricar. & MSS. S. Mar. *diſcendi*.

Lectioni noſtrae manifeſta ratio ſuffragatur: Facilitas quippe bene, & ſubito artium arcana penetrandi, quid eſt niſi acumen *diſpiciendi*? Ex quo ſequitur MS. Bethlemiticum Lovanienſium teſtimonio praeferentem, *diſcutiendi*, minime contemnendum eſſe. Maximo cum Serm. 51. de Concordia Matth. & Lucae &c. (Alias, de Diverſis 63.) cap. 5. n. 6. dicat S. Doctor: *Cum primo puer ad divinas Scripturas ante vellem afferre acumen diſcutiendi*. Vide infra l. 12. c. 27. C.

Cum ergo celeritas intelligendi, atque diſpiciendi, vel diſcutiendi acumen donum Dei ſit, in portenti teſtem ingenuus Pater Deum advocat. Simul etiam ut bonorum omnium auctori ſua reſtituat: oſtendatque gratitudinis, non inanis gloriae cauſſa haec ingenii ſui portenta narrare.

Piget autem dicere de errorum caſtrophe, qua Italae verſiones vel hoc unum caput foedarunt.

(*m*) *Quia tam bonam partem &c.* = Filio ſe prodigo comparat, qui Lucae 15. 12. patri audacter dixit: *Da mihi portionem ſubſtantiae, quae me contingit*. Tam bonam partem ſubſtantiae ſuae, hoc eſt ingenium, fatetur Auguſtinus in poteſtate habere: dum noluit illud revelatis dogmatibus ſubiicere, ſed iis, quae ſibi videbantur. Ideo ut ante dixerat, non ad uſum, ſed ad perniciem ei tam nobile ingenium valebat.

Ideoque addit: *Et fortitudinem meam non ad te cuſtodiebam*: ad illud Pſal. 58. 10. adludens, *Fortitudinem meam ad te cuſtodiam*. Nempe Auguſtinus fortitudinem ſuam non ad Deum cuſtodivit, quia acerrimum, quo pollebat, ingenium Eccleſiae Dei ſponſae minime ſubiecit, eoque nonnihil inflatus eſt. Vide S. Doctorem in Pſalm. illum Serm. 1. n. 18. & Serm. 2. de 2. parte eiusdem Pſal. n. 1.

(*n*) *In meretrices cupiditates*. = Sequimur Benedictinos, qui ſuorum MSS. & Ar. auctoritate ſuffulti, inquiunt: *Quod vocabulum uſurpavit Auguſtinus ab eo loco Evangelii, ad quem alludit*. Nobiſcum ſunt etiam Vet. Baſil. MSS. 3. a Lov. viſi & 8. Etr. Sed Am. Lov. Som. Wangn. *in meretricias cupiditates*. Denique Er. *in meretricis cupiditates*. At non omnes codices, quos pro nobis laudavimus, integre lectionem noſtram praeferunt. Vet. *in meretrices cupidi-*

(1) Joan. 12. 25.

tate mea. Basil. cum MSS. duobus a Lov. laudatis, *in meretrices cupiditatis meae*.

Lectio Vet. nonnihil barbara, aut emortua videtur; Erasmiana ridicula. Reliquarum nulla contemnenda est.

Bona res autem, ut sequitur, Augustino non bene utenti quid proderat? Bona enim quaecunque sive media, sive infima in malam partem trahere possumus; Summo tamen bono excepto, nempe virtute, qua tantum bene utimur. „ Intueris enim iustitiam, „ qua nemo male utitur. Haec inter „ summa bona, quae in ipso sunt ho„ mine numeratur, omnesque virtutes „ animi, quibus ipsa recta vita, & ho„ nesta constat. Nam neque pruden„ tia, neque fortitudine, neque tem„ perantia male quis utitur: in his enim „ omnibus, sicut in ipsa etiam, quam „ tu commemorasti Iustitia recta ratio vi„ get, sine qua virtutes esse non possunt, „ Recta autem ratione male uti nemo „ potest . . . . Virtutes (1) igitur, qui„ bus bene vivitur, magna bona sunt; „ species autem quorumlibet corporum, „ sine quibus recte vivi potest, minima „ bona sunt; potentiae vero animi, si„ ne quibus recte vivi non potest, me„ dia bona sunt. Virtutibus nemo male „ utitur, ceteris autem bonis, idest „ mediis, & minimis non solum bene, „ sed etiam male quisque uti potest. „ Et ideo virtute nemo male utitur, quia „ opus virtutis est bonus usus istorum, „ quibus etiam non bene uti possumus: „ Nemo autem bene utendo male utitur.] „ Lib. de Lib. Arbitrio, cap. 19. n. 50. Quae confirmat lib. 1. Retract. c. 9. n. 4.

(o) [*Non enim sentiebam illas artes etiam ab studiosis &c.* = Et hoc, immo forte potius ac quidquam aliud fere humanum captum superat: nec in sagaci mortalium ullo, quod sciamus, datum est; ut ipse nempe levis instar aurae supra salebrosos, scopulisque frequentes Liberalium omnium artium libros facile, & laete volitaret, censeretque interim cuicunque haud nimis hebeti generali fuisse idem competere. At tu Augustine, vir, si fas est dicere, supra mortalium conditionem volitans, qui dona tibi collata, non quidem stupide ignoranda, sed in Dei laudem modeste vertenda, observaveras; non quidem existimabas plures tibi ingenio conferendos; Quali igitur facilitate, a saeculis librorum arcana penetrasti, qui eadem a quoquam facile penetratum iri, non tam opinabaris, quam ut rem exploratam, & certam habebas?

(p) *Parvulis suis &c.* = Catholicos intelligit, maxime pios, humilitate parvulos, ut etiam c. praeced. H. De animabus vero in nido positis, ut tutae sint, & plumescant, dicemus lib. 12. c. 27. ubi quid simile occurit.

Quod sequitur: *Firmitas nostra quando tu es, tunc &c.* fere hunc sensum habet; Cum tuis donis iuxta placiti tui praescriptum utimur: ; cum bona nostra humiliter, & pie revocamus in te: cum ingenii nostri usum tibi commendamus: tunc bene sumus: tunc in nullos impingimus scopulos: tunc ingenio bene utimur: tunc vera sapientia pollemus.



CON-

(1) 2. 2. Sent. dist. 26. cap. *Si virtus*.



CONFESSIONUM

L I B E R V.



A R G U M E N T U M.



SE, cunctisque creaturis in divinas laudes concitatis: undetrigesimum aetatis suae annum proloquitur: quum post novennii aberrationes, litterario congressu Fausti Manichaeorum Episcopi, doctrinarum omnium apud suos Apollinis, vere autem insignis rabulae suas, sociorumque phaleras dolosis speciosissimis declamationibus vendentis, imperitia detecta: coepit stultae synagogae fastidire dogmata, quibus plura ethnicorum Philosophorum anteponeret, quaeve nec a summo eius oraculo in bona ponerentur luce, ab emergentibus gravissimis difficultatibus extricarentur. Interim Carthaginensium scholasticorum honestus homo petulantiam, furoremque pertaesus, Matre id aegre ferente decepta, Romam versus, eius adolescentes quietius studentes docturus, navigavit. Ubi gravi morbo in summo corporis, animaeque periculo positus, religiosae Parentis meritis, precibusque liberatur. Ibi Manichaeorum tum Auditoribus, tum Electis adhaesit, frigide tamen: utpote quorum infirmam caussam iam apud Carthaginem cuiusdam Helpidii, adversus eos coram loquentis, & differentis sermone comprehenderat. Iam Romae insignis eloquentiae praeceptor innotuerat; cum eiusdem civitatis discipulorum non petulantia, sed fraude in reddenda Praeceptori mercede detecta: curat, obtinetque Mediolani cathedram: ubi Ambrosii, in cuius publicos sermones curiositatis, explorandaeque eruditionis, & facundiae caussa suspendebatur, nonnullis doctis, & piis stimulis punctus, fortius Manichaeorum iugum excussit; non adhuc tamen determinato ulli prorsus collum subiiciens, sed Academicorum more inter plura fluctuans: statuit tamdiu in Catholica Ecclesia Catechumenus esse, donec certi quidquam eluceret, quo suum cursum dirigeret.

CA-

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Deum obsecrat, ut sibi annuat, probatumque habeat confessionum sacrificium. Quo quidem non id intendit, ut nempe ei, cui secretissima quaeque manifesta sunt, aliquid retegat; sed laudat, ut ad eius amorem exsurgat: confitetur, ut laudet. Denique observat a creatura qualibet aut uno, aut altero modo Deum laudari.



Ccipe sacrificium confessionum mearum de manu linguae meae, quam formasti & excitasti, ut confiteatur nomini tuo (1); & sana omnia ossa mea, & dicant: Domine quis similis tibi (2)? Neque enim docet te quid in se agatur, qui tibi confitetur: quia oculum tuum non excludit cor clausum; nec manum tuam repellit duritia hominum (*a*): sed solvis eam, cum voles, aut miserans, aut vindicans; & non est qui se abscondat a calore tuo. Sed te laudet anima mea, ut amet te (*b*): & confiteatur tibi miserationes tuas, ut laudet te. Non cessat nec tacet laudes tuas universa creatura tua: nec spiritus omnis hominis per os conversum ad te (*c*): nec animalia, nec corporalia per os considerantium ea (*d*): ut exsurgat in te a lassitudine anima nostra (*e*), innitens eis, quae fecisti, & transiens ad te, qui fecisti haec mirabiliter; & ibi refectio, & vera fortitudo.

(*a*) *Nec manum tuam repellit duritia hominum.* = Quandoquidem ut Scripturae innount, ipseque S. Doctor integris doctissimis voluminibus omni argumentorum genere ostendit, efficax Dei gratia durissima, & ferrea quaecunque hominum corda emollit. Sicut ergo non est hominum secretum, quod Dei oculos fugiat: ita nec duritas, quae eiusdem manui, sivè potentiae efficaciter moventi resistat.

Verum, ut inde se explicat, ample divina de mano loquitur, quatenus aut misericordiam, aut vindictam exercet. Nemo Dei efficaci motioni non cedit. Nemo eius vindictam declinat. Non declinavere ethnici Romani Imperatores, quibus integer orbis subdebatur; Non Alexander Macedo &c. Non Gigantes &c. Non Angeli &c.

Tetigit vero supra Augustinus excitantem gratiam: *formasti, & excitasti*. De qua dixinus lib. 1. c. 1. F.

(*b*) *Sed te laudet anima mea, ut amet te.* = Fit sensus, ut Scholae loquuntur, caussalis. Deum laudat, ut piis conceptibus, ex profundiori animu evocatis, & laxis fibris expressis amoris in Deum excitarentur igniculi. Laudans enim homo in laudati amorem fervet, quommodo metalla, & omnia fere cetera corpora motu, & perfricatione incalescunt.

Quod ante haec verba ex v. 7. Psal. 18. protulit: *Non est qui se abscondat &c.* late sumendum est, juxta ea quae dixerat; hunc enim sensum habet. Non est qui a suae potentiae aut misercotis, aut vindicantia calore se abscondat.

(*c*) *Nec spiritus omnis hominis per os conversum ad te.* = Spiritus non omnis hominis, sed hominis iusti. Vel etiam indefinite omnis hominis, per os tamen iustorum. Non raro enim quod convenit pluribus, ut loquuntur, individuis, de tota specie praedicatur; maxime cum individua velut ealu, speciali puta infirmitate, non habent quod cetera eiusdem speciei. Sic dicitur v. gr.

(1) Ps. 137. 2.

(2) Ps. 34. 10.

gr. Viri fortiores sunt feminis; Graeci Latinis sagaciores; Religiosi saecularibus honestiores; Quamquam nonnulli Latini Graecis sagaciores sint; quaedam feminae viris fortiores; & nonnunquam laicus religiosum pietate vincat.

(*d*) *Per os considerantium ea*, = Nimirum, ut Schola loquitur, obiective. Quo sensu dicitur Psal. 18. v. 1. *Caeli enarrant gloriam Dei &c.* Caeli enim, animantia, & quaecunque corporalia a Deo facta ad eiusdem Dei laudes provocant homines, qui eorum pulcritudines meditantur. De quo laudandi genere S. D. in Psal. 26. Enarr. 2. n. 12. in Psal. 128. n. 5. in 144. n. 13. in 148. n. 3. & 15.

(*e*) *Ut exsurgat in te a lassitudine anima nostra.* = Fere de ea animae lassitudine loquitur, quam Theologia Mystica spiritus ariditatem appellat; Nisi quod lassitudo, vel ariditas, de qua heic Augustinus, non alicuius, sed omnium (Virgine excepta) animarum est. Anima nostra igitur corpori adfixa, & originali macula tanquam pondere oppressa, creaturis, rebus corporeis innititur, ut ad Creatorem, ad spiritalia adscendat. Quod non quidem altera, sed priori ratione & de Virgine utcunque dici potest; & ipsius quippe anima corpori adfixa erat.

Non adeo absimiliter Paulus Rom. 1. *Invisibilia ipsius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus &c.*

C A P U T II.

A R G U M E N T U M.

Inquietos, & iniquos se quidem turpes, pro universo autem pulcros admonet, ut Deum ubique praesentem meditentur, a cuius declinare adspectu frustra moliantur. Consulitque ut convertantur potius, & eumdem quaerant Deum, qui ut est optimus, ita a malis secedit hominibus, ut tamen quos correctos excipiat, foleturque apertis ulnis adiendat.



Ant & fugiant te inquieti & iniqui; & tu vides eos, & distinguis umbras (*a*); & ecce pulcra sunt cum eis omnia, & ipsi turpes sunt! Et quid nocuerunt tibi; aut in quo imperium tuum dehonestaverunt, a caelis usque in novissima iustum & integrum (*b*)? Quo enim fugerunt, cum fugerent a facie tua? aut ubi tu non invenis eos? Sed fugerunt, ut non viderent te videntem se, atque excaecati in te offenderent; quia non deseris aliquid eorum, quae fecisti (1) in te offenderent iniusti, & iuste vexarentur (*c*), subtrahentes se lenitati tuae, & offendentes in rectitudinem tuam, & cadentes in asperitatem suam (*d*). Videlicet nesciunt quod ubique sis, quem nullus circumscribit locus, solus es praesens etiam iis, qui longe fiunt a te. Convertantur ergo, & quaerant te, quia non sicut ipsi deseruerunt te creatorem suum, ita & tu deseruisti creaturam tuam. Ipsi convertantur, & quaerant te; & ecce ibi es in corde eorum, in corde confitentium tibi, & proiicientium se in te, & plorantium in sinu tuo post vias suas difficiles. Et tu facilis tergens lacrymas eorum, ut magis plorent, & gaudeant in fletibus (*e*), quoniam tu Domine, non aliquis homo, caro & sanguis, sed tu Domine qui fecisti, reficis & consolaris eos.

Et

(1) Sap. 11. 25.

Et ubi ego eram, quando te quaerebam? Et tu eras ante me; ego autem & a me discesseram; nec me inveniebam, quanto minus te?

(a) *Et tu vides eas, & distinguis umbras*. = Ita profecto; Psal. enim 138. *Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? si adscendero in caelum, tu illic es; si &c.* & 68. v. 6. *Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea a te non sunt abscondita*. Distinguit Deus umbras: dum hominum malitiam, & culpas agnoscit. Mala autem modo umbras, modo noctem, vel tenebras a Scripturis, & Patribus appellari notum est.

Quemadmodum vero umbra se turpis, pro integra puta tabula picta pulcra est; sic iniqui licet ipsi turpes, universi pulcritudinem augent; Umbra enim imagines invicem, & imaginis varias actiones secernit; Et mala ita bona in propatulo ponunt, ut haec nova quadam per oppositionem ad illa luce & maiestate praedita, magis placeant, evadantque laudabiliora. „ Ab hac summe (1), & aequaliter, & immutabiliter bona Trinitate creata sunt omnia: „ & nec summe, nec aequaliter, nec „ immutabiliter bona: sed tamen bona „ etiam singula: simul vero universa valde bona, quia ex omnibus consistit „ universitatis admirabilis pulcritudo. „ In qua etiam illud, quod malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo „ positum, eminentius commendat bona, ut magis placeant, & laudabiliora sint, dum comparantur malis. „ Neque enim Deus omnipotens, quod „ etiam infideles fatentur, *rerum cui „ summa potestas* (2), cum summe bonus „ sit, ullo modo sineret, mali aliquid „ esse in operibus suis, nisi usque adeo „ esset omnipotens, & bonus, ut bene „ faceret & de malo.] Enchirid. ad Laur. cap. 10.

(b) *A caelis usque in novissima, iustum, & integrum*. = Non certe Deum, sed semetipsos laesere inquieti, & iniqui: proprium nomen foedavarunt, non imperium Divinum, sive in caelo, sive in terra, sive in inferis spectetur, iustum, & integrum. Sic etiam divinae Scripturae, Iob. 35. v. 6. *Si peccaveris, quid ei nocebis? & multiplicatae fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum?* Psal. 90. v. 10. *Non accedet ad te malum &c.*

Hic autem me continere haud possum, quin Italicarum versionum oscitantiam, & pueriles errores quosdam Lectorum oculis sistam, arguamque. Et quidem omnium castigatissimam eam censent, ut alibi diximus, quam Bernardus Indrizzali adornavit, qui, vel cuius partes alius agens in Praefatione, sic loquitur. „ Quest' Opera dunque io „ ti presento, o Divoto Lettore, tradotta dal latino nella nostra lingua „ italiana, assai diverso da quella; la „ quale fin' ora ti sarà occorso di leggere: Tralascio io quì di esporti minutamente il nuovo pregio, di cui ho „ procurato farla arricchire, oltre lo „ stile materiale, e puro esprimente a „ maraviglia l' energia, e lo spirito, „ onde questo gran Penitente ha delineato in latino gl' interni affettuosi „ sentimenti del suo cuore; io ti prego „ ad osservare distintamente la fedeltà „ della presente traduzione &c.]

Observemus igitur traductionis exactissimae portenta: at non distincte, sed cursim levique manu: neque enim vacat tantos puerorum errores attendere.

Inquit Augustinus: *Tu vides eas, & distinguis umbras*. Idrizzali vertit. *Voi li vedete, e distinguete l' ombre, che sono eglino*.

Patet ex se, & ex his quae diximus litt. A. an ipsi prorsus iniqui sint umbrae.

Augustinus: *Et ecce pulcra sunt cum eis omnia, & ipsi turpes sunt*. Indrizzali. *Ed o come sono brutti costoro, tuttoche stiano tra tante creature, che sono belle!*

Non hoc miratur Augustinus, ut satis explicavimus: sed iniquos se turpes universi pulcritudinem augere.

Augustinus. *Atque excaecati in te offenderent*. Indrizzali. *Fuggirono . . . per non urtare in voi, giacchè sono ciechi*.

Quin immo non repetitur negotio: sed dicitur excaecatos iniquos in Deum impegisse quem fugiebant. Et est conclusio interpretationis, quae in familiari sermone quoque non raro contingit. Sic v. gr. de homine, qui furentis maris aestu deterritus, ad portum se colligit: & ibi aedificii ruina opprimitur, dicimus;

(1) Lov. & Arn. *summa*. Aptius editi alii, & MSS. *summe*, & sic in 1. sent. dist. 46. c. *ist cur*

(2) Virg. in Aeneid. 10. 1. Sen. d. 46. c. quod [illegible]

mua : Aquas fugit, ut obrueretur in terra.

Augustinus tandem: *In te offenderent iniusti &c.* Indrizzali. *In voi urtereb-baro l' ingiusti &c.*

Clarum est repeti hic, vel iterum subsumi ad conceptus complementum, quod ante dictum erat: *ut non viderent... atque excaecati in te offenderent*, Vertendum igitur est: *urtuffero*, seu, *per urtare*; ut ex mox dicendis amplius constabit.

Tot igitur errores, & quidem pueriles in modica brevis capitis parte! omnes proinde, qui integro in opere conspiciuntur, quis numerabit?

(c) *In te offenderent iniusti, & iuste vexarentur.* = Sumus cum Benedictinis, qui admonent. „ Ita codices pleri-„ que, & elegantius videtur, quam si „ rupto periodi nexu, nova incipiat „ sententia hoc modo: *In te offende-„ runt iniusti, ut iuste &c.* ut habent „ nonnulli MSS. cum Arn.] Nobiscum sunt etiam Am. Er. Lov. Wangn. & MSS. undecim Etr. Cum Arn. vero Som. MS. Med. Ricar. & fere Vet.

Est autem quaedam antithesis Augustino familiarissima: qua significatur ad complementum sententiae, iniustos Dei praesentiam vitantes in eum offendisse, a quo ipsi iniusti, iuste vexarentur. Quo quidem manifesti erroris MSS. arguuntur nonnulli, qui repetunt, *& iniuste vexarentur.*

Forte haec scribens Augustinus Protoparentum totius humani generis oscitantiam meditabatur, qui facti iniusti, a Dei facie conati sunt refugere, in cuius tamen vindictam offenderunt: *Et cum audissent vocem Domini Dei, deambulantis in paradiso ad auram post meridiem abscondit se Adam, & uxor eius a facie Domini Dei in medio ligni paradisi; Vocavitque Dominus Deus Adam &c.* Gen. 3. a v. 8. Etsi parentem utrumque factum inde iustum, aeternamque consequutum salutem certum sit in Orthodoxa doctrina. Unde Augustinus lib. de Haeresibus, 25. *Tationi a Tatiano* (1) *quodam instituti, qui & Encratitae appellati sunt &c. saluti primi hominis contradicunt.* Consulere potest qui de re hac erudiri ambit Epist. ad Evodium 164. (Alias, 99) cap. 3. n. 6. lib. 2. de Peccatorum meritis, & remiss. cap. 34. n. 55. lib. de Natura, & Gratia contra Pelagium, cap. 21. n. 23. lib. 6. Operis Imperfecti, argum. 12. circa med. & argum. 22. post med. denique argum. 30. sub finem.

(d) *Et cadentes in asperitatem suam.* = Et hic Benedictinis adstipulamur quorum in imo margine haec verba sunt. „ Substituimus, *suam*. ex MSS. „ melioris notae, loco *tuam* quod in „ codicibus vulgatis, & in MSS. nonnul-„ lis reperitur.] Vulgatis favent Vet. & MSS. septem Etr. At 3. S. Cr. 2. Med. Ricar. nobiscum sunt.

Haec lectio triplici momento stabilitur. 1. *Asperitas* ignobilis vox est, quae decentius hominibus, & quidem iniquis, ac suavissimo Deo tribuitur. 2. Tota fere periodus in antithesi est: igitur & haec pars. 3. Lenitati Dei iniquorum asperitatem opponit; iustum est autem, ut iniqui Dei se lenitati subtrahentes, in suam ipsorum asperitatem cadant. Quo pacto pannosum magnatis in se liberalitatem contemnentem, iuste in suam obscuram sortem cadere, passim & domestico sermone dicimus: *Giacchè non gradisce le finezze di chi la vuolea soccorrere, rimanga nelli suoi cenci.*

Inquiens infra Augustinus: *Et proiicientium se in te*: hos, vel similes divinarum Scripturarum textus inspicit: *In te proiectus sum ex utero.* Psal. 21. 11. *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Psal. 54. 23.

De via difficili, de qua inde post pauca verba, diximus cap. 12. praeced. lib. D.

(e) *Ut magis plorent, & gaudeant in fletibus.* = Ne existimes te variis inconstantissimi mundi fluctibus actum, & ad Deum conversum, a fletibus prorsus eximendum; quin immo uberiores tunc lacrymas fundes: quae tamen nedum aeterna gaudia tibi promereantur, sed quae cordis tui penetralia caelestis dulcedinis rore perfundant, ac mirum in modum solentur. „ *Numquid enim quia tanta transilivi, quia tanta transcendi, iam non fleo? Nonne multo magis fleo? Quia qui apponit scientiam, apponit dolorem &c.* inquit, & prosequitur S. Doctor in Psal. 38. v. 13. n. 20. quem videre poteris etiam in Psal. 127. v. 2. n. 10. & Serm. 31. de verbis Psal. 125. *Qui seminant in lacrymis* (Alias, de Sanctis 45.) c. 3. n. 4.

Pulcre autem, & gravissime inquit infra S. Doctor: *A me discesseram &c.* quomodo enim haud a se discedit, haud

S s   se

---

(1) Editi ferunt, *a Tacio.* Sed MSS. *a Tatiano*: quo eum nomine veteres Historici appellant.

se amittit peccator, qui aeterno caelorum regno, cui fuerat destinatus renuntiat: a nobili suae naturae conditione degenerat: nec sibimetipsi dominatur?

C A P U T III.

A R G U M E N T U M.

Annum aetatis suae undetrigesimum se proloquuturum prodit, cum iam Faustus celebris Manichaeorum episcopus Carthaginem adcesserat; qui suavi, molliique sermone phaleras vendens, Iuvenis ingenui, veritati non verbis inbiantis gratiam minime tenuit. Eius fociorumque longis fabulis Philosophorum quorum multa legerat, tenebatque fideliter quaedam praeponenda se arbitratum dicit, de Siderum Elementorumque ratione potissimum sermonem habens. Inde ad eorumdem Philosophorum infelicem sortem divertit, qui in humana scientia felices, ad divina minime pervenere. Tandem vero sermonem cogens, confirmat, dilucidatque nonnibil, cur Manichaeorum dogmata Philosophorum doctrinis postbaberet.

I. PRoloquar in conspectu Dei mei annum illum undetrigesimum aetatis meae. Iam venerat Carthaginem quidam Manichaeorum Episcopus, Faustus nomine (a), magnus laqueus diaboli, & multi implicabantur in eo per illecebram suaviloquentiae; quam ego tametsi laudabam, discernebam tamen a veritate rerum, quarum discendarum avidus eram, nec quali vasculo fermonis, sed quid mihi scientiae comedendum adponeret nominatus apud eos ille Faustus intuebar. Fama enim de illo praeloquuta mihi erat; quod esset honestarum omnium doctrinarum peritissimus, & apprime disciplinis Liberalibus eruditus. Et quoniam multa Philosophorum legeram (b) memoriaeque mandata retinebam, ex eis quaedam comparabam illis Manichaeorum longis fabulis: & mihi probabiliora ista videbantur, quae dixerunt illi, qui tantum potuerunt valere, ut possent aestimare saeculum quanquam eius Dominum minime invenerint (1): Quoniam magnus es Domine, & humilia respicis, excelsa autem a longe cognoscis (2). Nec propinquas nisi obtritis corde, nec inveneris a superbis; nec si illi curiosa peritia numerent stellas & arenam, & dimetiantur sidereas plagas, & vestigent vias astrorum.

II. Mente enim sua quaerunt ista, & ingenio quod tu dedisti eis: & multa invenerunt, & praenuntiaverunt ante multos annos, defectus luminarium Solis & Lunae, quo die, qua hora, quanta ex parte futuri essent: & non eos fefellit numerus, & ita factum est, ut praenuntiaverunt. Et scripserunt regulas indagatas, & leguntur hodie: atque ex eis praenuntiatur, quo anno, & quo mense anni, & quo die mensis, & qua hora diei, & quota parte luminis sui, defectura sit Luna vel Sol: & ita fiet, ut praenuntiatur. Et mirantur haec homines, & stupent, qui nesciunt ea: & exsultant atque extolluntur, qui sciunt, & per impiam superbiam recedentes, & deficientes a lumine tuo, tanto ante solis defectum futu-

(1) Sap. 13. 9. (2) Psal. 137. 6.

turum praevident, & in praesentia suum non vident. Non enim religiose quaerunt, unde habeant ingenium, quo ista quaerunt. Et invenientes quia tu fecisti eos, non ipsi se dabant tibi, ut serves quod fecisti (c); & quales se ipsi fecerant, occidunt se tibi, & trucidant (d) exaltationes suas sicut volatilia (1); & curiositates suas, sicut pisces maris, quibus perambulant secretas semitas abyssi (2), & luxurias suas sicut pecora campi, ut tu Deus ignis edax (3) consumas mortuas curas eorum, recreans eos immortaliter.

III. Sed non noverunt viam, Verbum tuum (e), per quod fecisti ea, quae numerant, & ipsos, qui numerant, & sensum, quo cernunt, quae numerant, & mentem, de qua numerant, & sapientiae tuae non est numerus (4). Ipse autem Unigenitus factus est nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio (5), & numeratus est inter nos, & solvit tributum Caesari (6). Non noverunt hanc viam, qua descendant ad illum a se, & per eam adscendant ad eum. Non noverunt hanc viam, & putant se excelsos esse (f) cum sideribus & lucidos, & ecce ruerunt in terram, & obscuratum est insipiens cor eorum (7). Et multa vera de creatura dicunt, & Veritatem creaturae artificem non pie quaerunt, & ideo non inveniunt; aut si inveniunt, cognoscentes Deum, non sicut Deum honorant, aut gratias agunt; sed evanescunt in cogitationibus suis, & dicunt se esse sapientes, sibi tribuendo, quae tua sunt, ac per hoc student perversissima caecitate etiam tibi tribuere, quae sua sunt, mendacia scilicet in te conferentes, qui Veritas es; & immutantes gloriam incorrupti Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum, & convertunt veritatem tuam in mendacium: & colunt, & serviunt creaturae potius, quam Creatori.

IV. Multa tamen ab eis ex ipsa creatura vera dicta retinebam; & occurrebat mihi ratio per numeros & ordinem temporum & visibiles adtestationes siderum: & conferebam cum dictis Manichaei, qui de his rebus multa scripsit, copiosissime delirans; & non mihi occurrebat ratio nec Solstitiorum & Aequinotiorum, nec defectuum luminarium, nec quidquid tale in libris saecularis sapientiae didiceram. Ibi autem credere iubebar, & ad illas rationes numeris & oculis meis exploratas non occurrebat: & longe diversum erat.

(a) *Faustus nomine.* = De quo multa infra, & non modica ex eodem nos in praecedentibus. Contra deceptorem hunc tandem iam episcopus Augustinus calamum acuit, eiusque somnia, & blasphemias libris triginta-tribus, brevissimis quidem, redarguit, & confutavit. Quo anno hos libros scripserit Augustinus arduum est stabilire, ut ingenue fatentur & diligentissimi Benedictini Patres lib. 4. Vitae S. Doctoris, cap. 12. n. 4. Verum post has Confessiones scriptos ipse S. Doctor manifeste nobis insinuat, qui lib. 1. contra eumdem Faustum cap. 1. seu in Prologo harum Confessionum meminit, dicens: *Noveram ipse, quemadmodum eum commemoravi in libris Confessionum mearum.* Cumque lib. 2. Retract. idem opus statim post Confessiones recenseat, hasque, ut Benedictini conieiunt, circa an. D. 400. scripserit: sequitur per eadem circa tempora contra Faustum scripsisse. Quod & Benedictini in Ad-

 mo-

(1) Ps. 8. 9.
(2) Ibid. v. 8.
(3) Deuter. 4. 24. & Hebr. 12. 29.
(4) Psal. 146. 5.
(5) 1. Cor. 1. 24.
(6) Matth. 22. 21.
(7) Rom. 1. v. 2. & seq.

monitione ad idem opus, quanquam timide, & aliqua haesitatione fatentur.

Faustum impugnaturus Augustinus, haec de illius persona, & volumine habet in Prologo „ Faustus quidam fuit gente Afer, civitate Milevitanus, eloquio suavis, ingenio callidus, secta Manichaeus, ac per hoc nefando errore perversus &c. Hic quoddam volumen edidit adversus rectam Christianam fidem, & Catholicam veritatem &c.] Vide si placet, & lib. 2. Retract. c. 7.

Ex iis vero, quae hic Augustinus habet, & infra, Iuliani Pelagianorum coryphaei, eumdem S. Doctorem in ultima senectute positom Fausti discipulum appellantis stupendum mendacium deprehenditur, & frons inverecunda impudentissimaque elidicur: En ipsa verba Iuliani apud Augustinum lib. 2. Operis Imperfecti contra eumdem, argum. 147. *Quae cum ita sint, tibi, non mihi Apostolum obviare sentis, contra te eum armo ferre cognoscito, qui dogma tuum, praeceptarisque toi Fausti, a qoo es velut prima manu tinctus &c.*

(b) *Et quoniam multa Philosophorum legeram &c.* = Omnes Philosophorum, sicut & Liberalium artium libros evolvisse, quoscunque habere, ac evolvere potuit, censendum est. Unde Lodovicus ab Angelis, aliique plures, qui de Augustini vita, laudibusque scripsere, ab ipso S Doctore non multos, sed omnes Philosophos visos tradunt. Et quidem: qui Liberalium artium potissima, & nobiliora quaeque evolvit, cur non adeo Philosophica curavisset, quae virum in doctrinae culmine ponunt, & ipsius Augustini ingenio ad subtiliora, & abstracta, ut etiam *Erasmus* fateri coactus est, nato facto erant accommodatissima? Sed cum nemo ingenuae indolis, & bonae mentis nobis illud inficiari queat, non quaecunque Augustinus in Philosophorum libris vidit, haec suis in scriptis inseruisse; si adhuc S Doctoris cuncta evolvas, ipsum omnis Philosophiae, quae aliquo ab orbe litterario plausu excepta fuerit peritum agnosces.

Ex plurimis autem quae legerat, tenebatqoe fideliter, Manichaeorum fabulis, quaedam comparabat, idest res astronomicas, ut ex sequentibos patet. Ex quo manifeste sequitur, eorum, qoae apud Philosophos viderat, Astronomiam, vel Astrologiam minimam fuisse partem.

(c) *Ut serves quod fecisti.* = Ut serves animam, seu integrum hominem ab aeternis periculis. Ut serves etiam ingenium, deducasque illud ad perfectam tui cognitionem, a qua Philosophi etiam summi defecerunt. Sic & ipse Augustinus adolescens quia non se, & ingenium Deo tradidit, a Manichaeis captus est.

Omnibus fere, quae sequuntur, dilucidat, exponit, amplificat Augustinus quod habetur Rom. 1. & Sap. 13. de ethnicorum Philosophorum vanitate, & malo exitu.

Brevis hic commentarius patietur secum argumentum, quod *Erasmus* ad marginem huius capitis posuit: *De Fausto Manichaeo, & de Astrologia. Erasmi* verba pro more, repetunt Som. &c. Non est cur de eius argumenti pretio quidquam dicamus.

(d) *Et quales se ipsi fecerant occidunt se tibi, & trucidant.* = Haec communis lectio est. Benedictini tamen haec habent in margine. „ Arn. & Mss. *occidant*, moxque, *trucident*: alii plerique codices comprobant alteram lectionem, quae paululum obscura est propter distantiam particulae negantis referendae etiam ad verba *occidunt*, & *trucidant*.] Ex MSS. Florentinis, quos viderimus, nonnisi unus Med. Arn. & duobus MSS. a Patribus visis suffragatur.

Lectionem hanc Henrici Wangnereck nota confirmat, qui habet ad hunc locum. „ Ante verbum, *occidunt*, repetenda est negatio ut sensus sit: *non occidunt in se mnas concupiscentias, quibus obsequendo, serpsi fecerunt malos*. Pergit, & insigni allegoria *superbias* philosophorum vocat *volatilia*, quia fastus instar avium sursum tendit; *curiositates* vero *pisces*, quia ut hi pervadunt profunda maris: ita philosophi scrutautur abyssum naturae; *pecora* denique *luxurias* tribuit, quia ut *iumentis non est intellectus*, ita nec luxuriosis.] Qui tamen sensus Arnaldi lectione etiam in toto est, ut diligenter consideranti constabit: nec opos est ut negatio repetatur.

Ceterum nostra, & communi lectione posita, negationem repetendam, ut

ut etiam innuunt Benedictini, non insiciamur. Nec Wangnereck nota displicet. Nisi quod durum videtur, ut volatilia vitium, hoc est *superbiam* significent. Probabilius ergo videtur, *volatilia* sublimes Philosophorum conceptus: *pisces* meditationes curiosas, sive profundas; *luxurias* non ipsa peccata, sed concupiscentiae stimulos, aut potius naturalia, vana tamen desideria significare. Ut sit sensus; ethnicos Philosophos eatenus in aeternitatis negotio aberasse, quia sublimes suos conceptus: curiosas, sive profundas meditationes; concupiscentiae motus, vel desideria Numini non, ut debet, occiderunt, trucidarunt, sacrificarunt, subiecere.

(*e*) *Sed non noverunt viam, Verbum tuum.* = Altera ratio, cur Philosophi nedum voluntate, sed & ingenio peccaverint. Omni enim prorsus revelatione, omni circa Divina, maxime sanctissimam Trinitatem fide sublata, summos quoque viros aliquando ad aquam haerere: & nedum voluntate, sed & ingenio, studioque labi, & deficere ratione, & exemplis ostenditur. Augustinus Epist. ad Macedonium 155. (Alias, 52.) cap. 2. n. 5., & 6. „ Non enim meo vel ingenio, vel merito, sed eius dono sum, si quid laudabiliter sum. Nam quaedam acutissima, & excellentissima ingenia tanto in maiores errores ierunt, quanto praefidentius tanqaam suis viribus cucurrerunt, nec suppliciter, ac veraciter Deum, ut sibi viam ostenderet petiverunt &c. Quanta est autem vanitas, quanta insania, quantumque mendacium hominem murtalem, aerumnosam vitam mutabili & spiritu, & carne ducentem, tot peccatis oneratum, tot tentationibus subditum, tot corruptionibus obnoxium, poenisque iustissimis destinatum in seipso fidere, ut beatus sit: quando ne illud quidem, quod babet in naturae suae dignitate praecipuum, idest mentem, atque rationem potest vindicare ab erroribus, nisi Deus adsit lux mentium?] Et lib. 2. de Civit. Dei, cap. 7. „ Et quidam eorum quaedam magna, quantum divinitus adiuti sunt, invenerunt; quantum autem humanitus impediti sunt, erraverunt; maxime cum eorum superbiae iuste providentia divina resisteret, ut viam pietatis ab humilitate in superna surgentem etiam istorum comparatione monstraret &c.

Augustino adstipulatur pro more S. Thomas, fidissimus eius discipulus, qui 1. p. q. 1. ar. 1. in cor. ita loquitur „ Ad ea etiam, quae de Deo ratione humana investigari possunt, necessarium fuit hominem instrui revelatione divina, quia veritas de Deo per rationem investigata, a paucis, & per longum tempus, & cum admistiune multorum errorum homini perveniret] & 2. 2. q. 2. ar. 4. in cor. „ Necessarium est homini accipere per modum fidei non sulum ea quae sunt supra rationem, sed etiam ea, quae per rationem cognosci possunt . . . propter certitudinem: ratio enim humana in rebus divinis est multum deficiens, cuius signum est, quia philosophi de rebus humanis naturali ratione perscrutantes in multis erraverunt, & sibi ipsis contraria senserunt, ut &c.] Quod observat etiam lib. 1 contra Gentes, cap. 4. & alibi. Id ipsum innuit Origenes in Epist. ad Rom. lib. 1.

Verbum autem viam esse, qua ad Patrem itur, testatur ipsummet in Ioanne, cap. 14. v. 6. *Ego sum via, & veritas, & vita: nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Et cap. 10. a v. 7. *Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium: omnes quotquot venerunt &c.*

(*f*) *Putant se excelsos esse &c.* = Ethnicos Philosophos humana sapientia turgidos vellicans, Luciferi tumorem, casumque forte meditatur, de quo Isaiae 14. *Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram... qui dicebas in corde tuo, in caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum &c.* Excelsos se putant vani Philosophi altis conceptibus, & sententiis; lucidos tum felicitate, qua obscura quaeque intuentur, aliisque exponunt: tum plausibus, quibus passim excipiuntur.

Ruerunt autem in terram excelsi, & lucidi illi; humano quippe terreoo modo quaedam Divina iudicarunt; omnia vero terrenarum amore rerum, superstitione, peccatis inquinavere.

Quod paulo post habet S. Doctor, *sibi tribuendo quae sua sunt*, implicite, ut schola loquitur, interpretative, intelligendum est; Philosophi nempe tanto fastu ostentabant ingenium, & sapientiam iactabant: tam parum luminum (1) Patri,

(1) Iacobi 1. 17.

tri, a quo omne bonum, & datum optimum, gratum promebant animum, ac si labi minime possent, & propria virtute suum ipsorum coustruxissent ingenium.

C A P U T IV.

A R G U M E N T U M.

Ad ethnicorum Philosophorum tumorem exsibilandum, infelicem praedicat omnia prorsus eorum arcana possidentem, Deum interim ignorantem; beatum vero Deum scientem, etiamsi illa ignoret. Addens insuper Deum & illa callentem non duplici, sed una adhuc ratione beatum esse. Rediensque ad primum, manifestius cancludit, hominem rudem pium longo ampl0que iure erudita malo praeferendum.



Umquid Domine Deus veritatis quisquis novit ista, iam placet tibi? Infelix enim homo, qui scit illa omnia, te autem nescit: Beatus autem qui te scit, etiam si (*a*) illa nesciat. Qui vero & te, & illa novit, non propter illa beatior, sed propter te solum beatus est, si cognoscens te, sicut Deum glorificet, & gratias agat, & non evanescat in cogitationibus suis. (1) Sicut enim melior est qui novit possidere arborem, & de usu eius tibi gratias agit, quamvis nesciat, vel quot cubitis alta sit, vel quanta latitudine diffusa; quam ille, qui eam metitur, & omnes ramos eius numerat, & neque possidet eam, neque creatorem eius novit aut diligit (2). Sic fidelis homo, cuius totus mundus divitiarum est, quasi nihil habens, omnia possidet (3) inhaerendo tibi, cui serviunt omnia: quamvis nec saltem Septentrionum gyros noverit (4), dubitare stultum est, quin utique melior sit, quam mensor caeli, & numerator siderum (*b*), & pensor elementorum, & negligens tui, qui omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti (5).

(*a*) *Beatus autem qui te scit, etiamsi &c.* = Quis inficiabitur? Ex hac Augustini sententia quatuor flosculos excerpsit, aut excerpere sibi blanditus est Mayro; quorum tres dabimus, & quidem seorsum, ut congruentius, aptiusque discutiantur; en eius verba. „ Ex hoc dicto accipiuntur quatuor documenta theologica. Primum est quod felicitas humana non consistit in cognitione substantiarum separatarum, sicut posuerunt philosophi, quia omnes praeter primam sunt creatae; & hic dicit quod miser est ille, qui omnia creata novit. „

Memoriam tuam Mayro! Tu enim alibi, ut lib. praecod. c. 16. *i.* observavimus, I. Beatitudinem in actu amandi, non sciendi ex Augustino constituendam esse dixisti: II. Et hic, ut ibi non de beatitudine ipsa, sed de merito, via, medio ad beatitudinem capessendam loquitur. III. Philosophi, quos impugnas aut nullum Deum, aut deitatem quasi omnibus separatis illis substantiis communem, & per eas dispersam adstruebant. Nulla vero non supremam illas inter substantiam credendam arbitrabatur; nec erat qui inficiaretur, beatitudinis, ut ita loquamur, substantiam ex primae illius substantiae contemplatione sumendam. Adeoque nihil ex hac Augustini sen-

(1) Rom. 1. 21.
(2) Prov. 17. 6. sec. LXX.
(3) 2. Cor. 6. 10.
(4) Iobi 38. 31.
(5) Sap. 11. 21.

sententia contra illos. IV. tandem. Quid ad te, quid ad nos, quid ad litterariam rempublicam obscura, confusa, incerta vetustissimorum quorumdam Philosophorum sententia? Nihil ne plausibilius ex Augustini dictis extundis, quam quod minime retinendum sit infelix somnium, quod fuis cum auctoribus fere ex hominum memoria abiit?

Alter flosculus iste est. „Secundum „ documentum, quod aliquis potest „ videre divinam essentiam, non videndo „ creaturam, quia dicit quod beatus „ est etiamsi illa nesciat; si autem esset „ impossibile unum sine altero videre, „ tunc non posset sine visione creaturae „ in visione essentiae quis beatificari, „ quod est manifeste contra istum textum. „

Quid si aliquis reponeret casum hypotheticum esse? II. Quid asketica haec Augustini verba de felicitatis via prolata ita rigide excipere, & ad aridas Scholasticorum opiniones de patriae beatitudine, de Beatorum actibus stabiliendas deportare?

Tertium tandem flosculum inspice: *Tertium documentum, quod eodem actu sancti in patria vident divinam essentiam, & creaturam &c.*

Et flosculus hic evanescit ex dictis. II. Ex eo quod Augustinus, Mayronis opinione, innuat posse Dei cognitionem ab altera creaturarum seiungi, non quidem infertur haud posse copulari: at minus deducitur copulari, ut loquuntur, de facto. III. Augustinus hypothesim ponit, in qua aliquis Deum, & creaturas sciret: at nequaquam adserit id semper, minus vero eodem actu contingere. Sed id nec inficiatur, nihil quoad hoc statuens, & ubique ex hypothesi loquitur, quod ad sui argumenti scopum sat est.

Augustinus ergo, ut redeamus ad primum, subtiliter quidem, sed pro re ascetica hic loquitur, ut etiam inde Thomas a Kempis, alias Ioannes Gerson in aureo piissimo opusculo de Imitatione Christi lib. 1. c. 3. n. 1. & 2. & lib. 3. c. 43. n. 1. 2. 3. & 4. Qui tamen recte monuerat lib. 1. c. 3. n. 4. *Non est culpanda scientia, aut quaelibet rei notitia, quae bona in se considerata est, & a Deo ordinata, sed praeferenda est semper bona conscientia, & virtuosa vita.* Nempe iuxta illud Psal. 118. v. 66. *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.* Scientiam Propheta postulat, sed primo bonitatem, & disciplinam.

Quanquam vero, ut diximus, non de Beatorum gloria Augustinus loquatur, nec viis obliquis eius verba ad Scholarum partes trahenda sint; quum tamen de gravioribus rebus sermo est, & principii amplitudine quod de hominibus hic degentibus dictum est, Beatorum etiam functiones complectitur, iure, & bene ad eorum arcana stabilienda deferuntur. Unde cum S. Thomas 1. p. q. 5. ar. 2. contra tuam, ac totius Ecclesiae doctrinam de beatitudinis disparitate illud obiecisset tertio loco „ Beatitudo cum sit perfe- „ ctum, & sufficiens bonum, desiderium hominis quietat, sed non quie- „ tatur desiderium, si aliquod bonum „ deest, quod suppleri possit. Si autem nihil deest, quod suppleri possit, non poterit esse aliquid aliud „ maius bonum: ergo vel homo non „ est beatus, vel si est beatus, non „ potest alia maior beatitudo esse.] Optime inquam tali argumento respondet „ Dicendum quod nulli beato dest aliquod bonum desiderandum, „ cum habeat ipsum bonum infinitum, „ quod est bonum omnis boni, ut Augustinus (1) dicit. Sed dicitur aliquis alio beatior ex diversa eiusdem „ boni participatione. Additio autem „ aliorum bonorum non auget beatitudinem. Unde Augustinus dicit in „ 5. Confess. *Qui te, & alia novit, non propter illa beatior, sed propter te solum beatus.* „

(*b*) *Quam mensor caeli, & numerator siderum.* = Astronomos ab Astrologis dividit; nec enim prorsus in idem redeunt. Astronomus orbem caelum potissimum: Astrologus confidentia caelo astra meditatur. Non raro tamen Astronomus in Astrologi, & e contra hic in illius messem falcem mittit. Quo fit Astronomiam, & Astrologiam passim involvi, invicemque confundi; maxime cum haec, ut patet, sit illius pars. De Astronumia, & Astrologia vide Ricciol. lib. 6. de Sphera, lib. 1. c. 1. Petr. Herig. de Sphaera mundi c. 1. Picul. lib. def. folio 29. litt. B.

Peasor autem *elementorum*, quem addit, Philosophus est, quem naturalem dicimus.

CA-

(1) Epist. 118. (Alias, 56.) parum ante Med. & 13. de Trinit. c. 7.

CAPUT V.

ARGUMENTUM.

Manichaei cuiusdam insaniam, petulantiam, impietatem deridet, exsecratur: qui caeli, siderum, elementorumque arcana, quae citra culpam ignorantur, speciali ambiens commentario dilucidare, & ubique palmaribus erroribus cadens: sacrae etiam rei inscitiam suam consequenter detexit; quum scilicet verbis suis, ceu hominis; cui auctoritate plenaria, & personaliter Spiritus-Sanctus insideret, fasces a toto submittendas orbe, & summa capita quaeque curvanda insigni petulantissima blasphemia effutiret. Addit inde, non mox & liquido sibi fuisse compertum, an arte & industria possent eiusdem Manichaei in re Astronomica errores in meliorem partem inflecti.

I. SEd tamen quis quaerebat Manichaeum nescio quem (*a*), etiam ista scribere, sine quorum peritia pietas disci poterat? Dixisti enim homini, Ecce pietas est sapientia, quam ille ignorare posset, etiam si ista perfecte nosset: ista vero quia non noverat, impudentissime audens docere, prorsus illam nosse non posset. Vanitas enim est mundana (*b*) ista etiam nota profiteri, pietas autem tibi confiteri. Unde ille devius ad haec ista multum loquutus est, ut convictus ab eis, qui ista vere didicissent, quis esset eius sensus in caeteris; quae abditiora sunt, manifeste cognosceretur. Non enim parvi existimari se voluit, sed Spiritum-Sanctum (*c*) consolatorem, & ditatorem fidelium tuorum, auctoritate plenaria personaliter in se esse, persuadere conatus est. Itaque, cum de caelo ac stellis, & de Solis ac Lunae motibus falsa dixisse deprehenderetur, quamvis ad doctrinam religionis ista non pertineant, tamen ausus eius sacrilegos fuisse satis emineret, cum ea non solum ignorata, sed etiam falsa tam vesana superbiae vanitate diceret, ut ea tanquam divinae personae tribuere sibi niteretur.

II. Cum enim audio Christianum aliquem fratrem, illum aut illum, ista nescientem, & aliud pro alio sentientem, patienter intueor opinantem hominem: nec illi obesse video, cum de te Domine creator omnium non credat indigna, si forte situs, & habitus creaturae corporalis ignoret. Obest autem, si hoc ad ipsam doctrinae pietatis formam pertinere arbitretur, & pertinacius adfirmare audeat, quod ignorat. Sed etiam talis infirmitas in fidei cunabulis, a caritate matre sustinetur, donec adsurgat novus homo in virum perfectum, & circumferri non possit omni vento doctrinae (1). In illo autem qui doctor, qui auctor (*d*), qui dux & princeps eorum, quibus illa suaderet ita fieri ausus est, ut qui eum sequerentur, non quemlibet hominem, sed Spiritum-Sanctum tuum se sequi arbitrarentur, quis tantam dementiam, sicubi falsa dixisse convinceretur, non detestandam longeque abiiciendam esse iudicaret? Sed tamen liquidio nondum compereram (*e*), utrum

(1) Ephes. 4. v. 13. & 14.

trum etiam ſecundum eius verba, viciſſitudines longiorum & breviorum dierum atque noctium, & ipſius noctis & diei; & deliquia luminum, & ſi quid eiuſmodi in aliis libris legeram, poſſet exponi: ut ſi forte poſſet, incertum quidem mihi fieret, utrum ita ſe res haberet, an non ita: ſed ad fidem meam illius auctoritatem propter creditam ſanctitatem, praeponerem.

(a) *Manichaeum neſcia quem &c.* = Quis fuerit Manichaeus hic non liquet. Ea verba *neſcia quem* nec parentem Manichaeorum (Manetem, nec Fauſtom, nec Secundinum, nec alium ex his quos, S. Doctor propoſito impugnavit, fuiſſe innuere nobis videntur. At ſi omnia, quae de illo neſcio quo Manichaeo habuit S. Doctor c. 3. n. 1. & 4. habetque infra ſimul conſerantur, alium ab ipſo Manichaeorum omnium coryphaeo imaginari haud poſſumus. Adeoque dicendum eſt ancipitem illum ſermonem, *neſcia quem*, minime ignotum, ſed contemnendum, & rudis ingenii hominem deſignare; qualis nempe fuit Manes Perſa, de quo l. 3. c. 6.

Quod quidem non adſerunt, ſed rem certam, & non diſcutiendam arbitrari videntur Benedictini lib. 1. Vitae S. Doctoris, cap 9. n. 3. Apertius loquitur Henricus Wangnereck, qui unica notula, quam ad hoc caput habet ea verba dilucidans, *ſed Spiritum S. conſolatorem &c.* ſic fatur. „ Quem in „ haereſis ſuae auctore perſonaliter ha„ bitaſſe credebant, nam promiſſionem „ Domini noſtri Ieſu Chriſti teſte S. „ D. (1) de paracleto Spiritu Sancto, „ in ſuo haereſiarcha Manichaeo dicunt „ eſſe completam. Unde ſe in ſuis lite„ ris *Ieſu Chriſti Apoſtolum dicit, eo „ quod Ieſus Chriſtus ſe miſſurum eſſe „ promiſerit, atque in illo miſerit Spi„ ritum Sanctum.*] De quo delirio plura nos diximus l. 3. c. 6. B.

(b) *Vanitas eſt enim mundana &c.* = Acuta iuſtaque amplificatio eſt. Si humanam ſcientiam, puta Aſtronomiam profiteri, niſi id totum ad Dei laudem referas, vanitas eſt: quam vanitatem arbitrabimur eamdem iactare ſcientiam, dum non habetur? Tanta certe vanitas cum vera ſapientia, hoc eſt pietate conſiſtere nequit. Ea verba, *Ecce pietas eſt ſapientia* Iobi ſunt apud Septuaginta Interpr. In noſtra Vulgata non prorſus eadem, at ſimillima habentur: *Et dixit homini: Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia*, c. 28. v. 28.

Manichaeus ille (quod ſequitur) in aſtronomicis rebus, & quidem obviis, ac patentibus erroris convictus, ingenium ſuum circa abditiora, hoc eſt Theologica, & Divina retexit. Quid enim de Aſtrulogi ſcientia circa caelorum ſummum arbitrareris, quem in ultimi examine mille erroribus captum, & contradictionibus implicatum deprehenderes?

(c) *Sed Spiritum-Sanctum &c.* = Ne dicas: nihil contra hominis religionem ex eo quod in rerum naturalium facultate aberraverit; Spiritus-Sanctus enim nec in Divinis, nec in creatis, nec in quacunque re, quam excogites labi, ac errare poteſt; Manichaeus autem ille, qui tot portenta & de Aſtronomica, & de Philoſophica re vendidit, ſe Spiritus-Sancti vas organumque appellabat.

Huius Manichaei ſomnii alibi mentionem habens Auguſtinus, talia tradit, ut videatur fatuum nebulonem nedum Spiritus Sancti aream, ſed eumdem prorſus Spiritum ſe appellaſſe. Et forte utrumque effutiit; videlicet, aut ſenior, ſtipatuſque diſcipulis blaſphemiam augens, aut populorum tumultu, deriſionibuſque factus cautior, preſſuſque argumentis doctorum, eamdem blaſphemiam temperans, ac diminuens.

Niſi mavis dicere, eo pacto ſibi Spiritum-Sanctum Manetem inſidere mentitum: quo humanitati Salvatoris inſedit Verbum; Qua ratione potuit ſe & Spiritus-Sancti habitaculum, & abſolute Spiritum-Sanctum vocare. Recole dicta l. 3. c. 6. B.

(d) *In illa autem, qui doctor, qui auctor &c.* = Noli ſic Manichaei errores excuſare: Quot Catholici in rebus naturalibus errant? Reſpondetur enim; rerum naturalium fuiſſe Manichaei ſomnia, quae tamen ipſe ad fidei ſuae dogmata referebat. Atqui, replicabis, etiam in ſacra doctrina fideles errant. Bene quidem: ſed non errat Fidelium omnium doctor, auctor &c. maxime ſi de nimis palmaribus, & quidem in primis religionis dogmatibus erroribus ſermo ſit.

(1) Haer. 46. ad Quodvult. l. de utilit. cred. c. 3.

A. Ch. 383.
Aug. 29. Mon. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Thedos. V.

Hac propemodum ratione *Desiderium Erasmum* a Catholicorum catalogo expungendum mihi semper visum est. Nec enim adeo habes uit ingenio: nec modicas Catholicorum doctorum paginas volvit: contulit insuper & voce, & scripto cum viris pietate, ac doctrina eximiis; Quali simplicitate erg sua volumina catastrophe errorum conspersit, in quos nec lyppi, nec tonsores impegissent? At sua *Erasmus* Ecclesiae iudicio subiecit. Catholicus obierit, de quo me doctiores, & sagaciores iudicent.

(*c*) *Liquido nondum compereram &c.* = Viderat equidem Manichaeorum voluminum theses bonae Astronomiae principiis, statutisque prorsus opponi: rationes, quibus innitebantur, evanidas esse, & imbelles: integrum denique Manichaeis opus fabulis scatere, & mendaciis. At insimul ut erat ingenuus, & docilis: anxius dubiusque laesitabat adhuc, an forte Manichaeorum omnium doctissimus posset protoparentis mysteria ab involucris liberare, & defendere: rationum in speciem elumbium robur in medullis latitans aperire: reconditas quasdam vias, secretosque cuniculos retegere, quibus Oraculum illud nova arte, novo modo, nova luce, elementorum, caelorum, siderum naturas, situs, motus. defectus, virtutes tractasset explicavisset; De quibus modo humano, vulgarique systemate Astrologi naturali, non divino ingenio praediti disputaverant: Quod S. Doctor monendum censuit, ut ad collationem cum Fausto Manichaeorum Apolline iis de rebus inde habitam viam sterneret; de qua cap. seq.

Ultimis capitis huius verbis tantae docilitatis (etsi deteriorem in usum inflexae) Augustinus Manichaeus proditur, quantae Catholicos quosdam in iis in quibus maxime docilitas desideratur minime observavimus.

C A P U T VI.

A R G U M E N T U M.

Factam tandem diu optatam cum Fausto Manichaeorum oraculo litterariam collationem, eiusque exitum narrat; Mox, dicens expertum se hominem doctrina haud eximium, sed tantum verbis gratum, atque iocundum: a Manichaeorum reliquis passim decantata multo suavius garrientem; Quo quidem fuco se nonnihil pellectum profitetur: at minime sedatum, utpote qui iam non verborum, sed doctrinarum, veritatisque curis, & votis teneretur. Qua occasione duos hominum e diametro oppositos errores exponit, improbatque: quorumdam nimirum verborum delectus nimis deferentium: & aliorum eloquentiae splendorem exhorrescentium. eoque habentium veritatem suspectam. Rediens inde ad Faustum, graphice pictum Lectorum oculis exhibet; inquiens vulgarem hominem Grammaticae usitata peritia Tullianarum quarumdam orationum, Senecae, aliarumque Latini purioris pagellarum lectione: creberrimo dicendi exercitio, & naturali lepore artem adiuvantibus, summis doctisque Oratoribus similem factum: felici sorte Manichaeas phaleras venas exposuisse, suis auditores reticulis implicasse.

I. ET per annos ferme ipsos novem, quibus eos animo, Vagabundus audivi, nimis extento desiderio venturum exspectabam illum Faustum. Caeteri enim eorum, in quos forte incurrissem, qui talium rerum quaestionibus a me obiectis deficiebant, illum mihi promittebant: cuius adventu collatoque colloquio facillime mihi haec, & si qua forte maiora quaererem, enodatissime expedirentur. Ergo ubi venit, expertus sum hominem gratum, & iocundum verbis, & ea ipsa, quae illi solent dicere, multo suavius garrientem (*a*). Sed quid ad meam sitim pretiosorum poculorum decentissimus mini-

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Thedoſ. V.

ſtrator? Iam rebus talibus ſatiatae erant aures meae: nec ideo mihi meliora videbantur (*b*), quia melius dicebantur: nec ideo vera, quia diſerta; nec ideo ſapiens anima, quia (*c*) vultus congruus, & decorum eloquium. Illi autem, qui eum mihi promittebant, non boni rerum exiſtimatores erant: & ideo illis videbatur prudens, & ſapiens, quia delectabat eos loquens (*d*). Senſi autem aliud genus hominum etiam veritatem habere ſuſpectam & ei nolle adquieſcere, ſi comto atque uberi (*e*) ſermone promeretur. Me autem iam docueras, Deus meus, miris & occultis modis; & propterea credo, quod tu me docueris, quoniam verum eſt, nec quiſquam praeter te alius eſt doctor veri (*f*) ubicunque & undecunque claruerit; Iam ergo abs te didiceram, nec eo debere videri aliquid verum dici, quia eloquenter dicitur: nec eo falſum, quia incompoſite ſonant ſigna labiorum. Rurſum, nec ideo verum, quia impolite enuntiatur: nec ideo falſum, quia ſplendidus ſermo eſt; ſed perinde eſſe ſapientiam & ſtultitiam, ſicut ſunt cibi utiles & inutiles: verbis autem ornatis & inornatis, ſicut vaſis urbanis & ruſticanis, utroſque cibos poſſe miniſtrari.

II. Igitur aviditas mea, qua illum tanto tempore exſpectaveram hominem, delectabatur quidem motu adfectuque diſputantis, & verbis congruentibus, atque ad veſtiendas ſententias facile occurrentibus. Delectabar autem, & cum multis, vel etiam praemultis, laudabam ac efferebam: ſed moleſte habebam, quod in coetu audientium non ſineret illi ingerere, & partiri cum eo curas quaeſtionum mearum, conferendo familiariter, & accipiendo ac reddendo ſermonem. Quod ubi potui, & aures eius cum familiaribus meis eoque tempore occupare coepi, quo non dedeceret alternis diſſerere, & protuli quaedam quae me movebant, expertus ſum prius hominem expertem Liberalium diſciplinarum, niſi (*g*) Grammaticae, atque eius ipſius uſitato modo: Et quia legerat aliquas Tullianas orationes, & pauciſſimos Senecae libros, & nonnulla Poetarum, & ſuae ſectae, ſi qua volumina Latine atque compoſite conſcripta erant. Et quia aderat quotidiana ſermocinandi exercitatio, inde ſuppetebat eloquium, quod fiebat acceptius, magiſque ſeductorium moderamine ingenii, & quodam lepore naturali (*h*). Itane eſt, ut recolo, Domine Deus meus, arbiter conſcientiae meae? Coram te cor meum, & recordatio mea qui me tunc agebas abdito ſecreto providentiae tuae: & inhoneſtos errores meos iam convertebas ante faciem meam, ut viderem, & odiſſem.

(*a*) ***Multo ſuavius garrientem***. = Prima impii animarum venatoris muſcipula: ***Facile impoſturam facit, quidquid delectat***. Nazianz. Orat. 4. Stelit. altera. Verum quid hoc ad doctrinam, & veritatem? Audi ipſum S. Doctorem lib. 2. de Ordine, cap. 11. n. 34. in fine. „Aliud ergo ſenſus, aliud per ſenſum: „nam ſenſum mulcet pulcher motus, per „ſenſum autem animum ſolum pulcra „in motu ſignificatio. Hoc etiam in au„ribus facilius advertitur: nam quid„quid iocunde ſonat, illud ipſum au„ditum libet, atque illicit; quod au„tem per eumdem ſonum bene ſignifi„catur, nuntio quidem aurium, ſed „ad ſolam mentem refertur. Itaque „cum audimus illos verſus (1):

„*Quid tantum Oceano properent ſe*
„*tingere ſoles*
„*Hybernis, vel quae tardis mora*
„*noctibus obſtet*.

 Ali-

(1) Virgil. 2. Georg.

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 32. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Theodos. V.

„ Aliter metra laudamus, aliter senten-
„ tiam: nec sub eodem intellectu dici-
„ mus, rationaliter sonat, & rationabi-
„ liter dictum est, „

(*b*) *Nec ideo mihi meliora videbantur &c.* = Iam infelicissimi Manichaei voce, manibusque ad sidera declamatorem vestrum attollite: *Manibus plaudite, acute clamate: rhetorem vestrum in sublime tollite. Siluit vobis improba, & loquax lingua &c.* Nazianz. Orat. 32. sub finem. Hucusque versipellis rabula Ignotis, hoc est, alrioris doctrinae insciis fabulas decantaverat: *Malus cum sutor inopia deperditus, medicinam ignoto facere coepisset loco; & venditaret falso antidotum nomine; verbosis sibi adquisivit famam strophis.* Phaedrus Thrax Augusti libertus, qui sub Tiberio sex Fabul. libros scripsit, Fab. 14. de *Medico, & Sutore. Virtutis expers verbis iactans gloriam; ignotos fallit; notis est derisui.* Idem fab. 4. *Asinus, & leo venantes.*

(*c*) *Nec ideo sapiens anima, quia &c.* = Sapientia, & ipsa ratione destitutum se proderet qui id vel paululum inficiaretur. Immo non raro homines ratione insignes, & sapientia summos sermone rudes, barbarosque, & fere balbutientes observamus; quod expendit & Ludovicus Antonius Muratorius lib. Italice scripto de Philosophia Morali, cap. 3. paulo ante finem. Quod si non de quibuscunque Eruditis hominibus, sed de iis, qui acriori iudicio praediti sunt, rerumque naturas, caussas, & modos profunda meditatione discutiunt, & pensant loquaris, experientia ratioque tibi contestantur, eorum plerosque, & vix non omnes pulcri, suavis, facilisque sermonis facultate destitui. Nec mireris: spiritus enim quilibet, ut nobis disputandum videtur, sicut & humor maxime activus e superficie in rei, ut ita loquamur, medullas, & secretiora sese insinuans non facile excurrit, & labitur. Sic & quilibet in semetipso experitur longe promptius, faciliusque linguae se nodos exsolvere, cum in theatro versatur, aut minoris ponderis paginas volvit, ac dum in Aristotelis lyceo est, & severioribus studiis occupatur. Hinc & passim mulierculae tot verbis abundant, tam longos, suaves, expeditosque, & etiam ornatos sermones fundunt, ut doctissimos homines in domestico colloquio non raro obruant, & & faciant ad aquas, nescio quo pudore subfusos haerere; Quo spectat illud: *Viri loquaces raro sapientes.*

(*d*) *Quia delectabat eos loquens.* = Nec Manichaeos adeo stupidos censeas, quasi quod dicendi suavitatem a doctrinarum consistentia nullo modo seiunxerint. Contigit Manichaeis quod omnis saeculi pluribus, qui quidem optime norunt, aliud verbum esse, aliud doctrinam: sed quum non adeo acri iudicio polleant dum sermonis suavitate rapiuntur, eo venditas phaleras e caelo velut elapsas doctrinas mirantur. Et profecto emunctae naris homines esse, qui ita eloquentia obiectantur, ut tamen veritatem praeferant, absit ut inficier; at nec tu inficiaris oportet, longe maiorem esse vulgarium, ac sapientissimorum hominum partem; Hinc fit ut saepe saepius, & plerumque magis rapiant dulcia verba, ac doctrinae gravissimae: ut in ampliores hominum plausus, in clariorem, altioremque honorum, & divitiarum fo tem veniant viri sermone faciles, quam meditatione profundi: loquaces rabulae, quam sapientes Philosophi.

Haec quidem late de Adae filiis. De Magnatum plerumque satis non est cur quidquam dicamus; ibi sur litterarum nomen triste, ac durum est; vel earum colores, non veritates quaeruntur; Id adtenditur, id pensatur, in id studia diriguntur: ut tantillum, ac leve naturae arcanum speciosis verbis, & manibus, vultu, omnive corporis parte ad leporem quemdam, & lenem maiestatem compositis, exhibeatur, decantetur. Sic Magnatibus in stuporem actis, plausibus tumentes rabulae ad sua revertuntur. Interim Apolline ancipiti gladio sauciato, ad iram, & luctum composito, eunctisque Musis stomacho exardescentibus, sapientes in altissimarum rerum contemplatione defixi, & oracula non tanto mollium verborum adparatu, & actionis lepore fundentes, ceu barbari incondite somnia quaedam, & tristia spectra effutientes dedecore obruti dimittuntur, vocis, & venti doctoribus longo iure posthabiti.

At aliqua Magnatibus venia, quos si acriori iudicio rem perpendamus, velimusque simplicitatis caussam retegere, non litteras, sed voluptates, & iocos litterarum splendore exornatos contosque ambire fateri cogimur. Quod maxime aversamur, quod ab aequo iudice quolibet molefte ferendum censemus, istud est: Nostrae aetatis homi

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Theduſ. V.

mines pleroſque, qui in ſtudiis ſuos adrivere annos, ad vulgi partes defeciſſe, Scriptorumque pendere ingenia non tam ex ſententiarum gravitate, quam ex verborum delectu. Quos tamen fruſtra comoioneas: ea enim aetate vivunt, in qua (ut paucis plura complectar, parcamque pudori) fuco & coloribus quaeque conſiſtunt, &, ſi paucos excipias, quilibet umbram ſequitur.

Quanquam haud deſit, qui Philoſophorum libertate, & conſtantia hoiuſmodi contemnat ſumnia, ac diria devoveat: Unde & quidam verborum penſor ſic loquitur „ Il bel ingegno „ ha per corpo, e per fondamento „ ſuo il buon diſcernimento, e la giuſta „ eſtimaazione delle coſe. Il buon ſen„ no è a guiſa del diamante ehiara, „ e cara gioia poſſiede in ogual gra„ do ſolidità, e lucentezza. Ha de „ eſſere come l' Achille d' Omero, e „ bello, e forte. Piu ha da tener „ conto delle coſe, che delle parole, „ de ſentimenti, che delle fraſi, del „ ſodo della dottrina, che dell' eppa„ rente dell' arguzie, e de motti. La „ mente .... non ha a germogliare „ ſolamente e fiori, e fronde, ma „ maturi frutti d'ingegno, e di ſapere] Et inferius: *Diſingannisſi adunque il volgo, e ſi ricreda che bell' ingegno ſtima un arguto, un concettoſo, un faccente, un giucator di parole, un meſchino arteſice di piacere al popolo &c.* Antonius Maria Salvini nobilis Florentinus, litterarum ibi Graecarum Lector, 2. p. volum. cui titulus, *Diſcorſi Accademici &c.* ſerm. 66.

(e) *Si comto, atque uberi &c.* = Alter praecedenti haud impar hominum error; dummodo haud ita mens ſermone obruatur, ut ſententiae merita inſpicere, & medicari non poſſit: quo ſenſu iure dixere antiqui: *Suſpecta ſemper ornamenta ementibus*. Ceterum veritatem comto uberique ſermone, ſuſpicionis momentis quibuſcunque ſublatis, minime laedi, immo exornari, ac ſtabiliri compertum eſt.

Etſi magnas, graviſſimaſque veritates non tanto eloquentiae apparatu dicendas nobis videatur; & viſum ſit viro natura, & pluribus experientiis prudentiſſimo Caeſari uimirom Spatiani, S. Caroli Borromaei miniſtro, Navarrae, & inde Cremonae patriae ſuae epiſcopo, Sedis Apoſtolicae ad Hiſpan. & inde ad Vienn. Nuntio, qui monito 104. haec inquit „ A me ſempre è „ piaciuto, che nelle coſe grandi non „ s'uſi molta rettorica per perſuader„ le, perchè da ſe ſole ſi publica„ no; Dice un ſavio antico che *ve„ ritas conantem non ſequitur*. „

Quum autem de graviſſimis agitur, quae tamen aut ſeſe, aut aliquibus dubie, & incerta ſunt: ea non tam pulcro, quam preſſo, robuſtoque ſermone oſtendenda ſunt. Cum enim in graviſſimis incertis rebus non voluptas, ſed omnino veritas ipſa anxie quaeratur, non pulcrior, ſed aptior ad arcanum retegendum ſermo praeferendus erit „ Sed „ de modo delectandi nooc non ago: de „ modo quo docendi ſunt qoi diſcere de„ ſiderant loquor. Is autem eſt opti„ mus, quo fit ut qui audit, verum „ audiat, & quod audit intelligat &c. „ bonorum ingeniorum inſignis eſt in„ doles in verbis verum amare non „ verba. Quid enim prodeſt clavis ao„ rea, ſi aperire quod non volumus non „ poteſt? Aut quid obeſt lignea, ſi „ hoc poteſt? quando nihil quaerimus „ niſi patere quod clauſum eſt?] Lib. 4. de doctrina Chriſt. cap. 10. & 11. Recole dicta l. 2. c. 3. E. & c. 6. A.

Quod expendentes Catholici doctores altiſſimis extricandis dubiis occupati, verborum nedum ornatum, ſed & proprietatem & nun curarunt admodum, & (licet cum liberet eloquentiſſimi) prorſus aliquando contemſere. Ipſe Auguſtinus ſit inſtar plurium, qui lib. contra Adimantum, cap. 11. ſub finem „ Cuius auctoris (*Tullii*) men„ tionem facere volui, quoniam non „ de re, quaeſtio hic, ſed de verbo „ eſt, ſicot enim noſtri auctores, divi„ narum ſcilicet litterarum, de rebus „ maxime cogitaverunt, ſic mundano„ rum auctorum prope omnis cura de „ verbis eſt.] Serm. 299. in Natali Apoſtolorum Petri, & Pauli 5. n. 6. „ Chriſtus Ieſus, ideſt, Chriſtus Salva„ tor. Hoc eſt enim Latine Ieſus. Nec „ quaerant Grammatici quam ſit La„ tinum, ſed Chriſtiani quam verum. „ Salus enim Latinum nomen eſt. Sal„ vare, & Salvator non fuerunt haec „ Latina antequam veniret Salvator: „ quando ad Latinos venit, & haec La„ tina fecit (1)] In Pſal. 36. Serm. 3. n. 6.

(1) Et quidem Tullius lib. 1. Academ. Q. Q. circa med. „ Dialecticorum vero verba nulla ſunt „ pu-

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 51. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Theodoſ. V.

n. 6. ad illud: *Tota die miſeretur, & foeneratur*: pro quo poſteriori verbo vulgata noſtra habet, *commodat* „ *Foeneratur* quidem Latine dicitur, & „ qui dat mutuum, & qui accipit: pla„ nius hoc autem dicitur ſi dicamus „ *foenerat*. Quid ad nos quid Gram„ matici velint? Melius in barbariſmo „ noſtro vos intelligitis, quam in no„ ſtra diſertudine vos deſerti eritis] In Pſal. 138 n. 20. ad illud, *Non eſt abſconditum os meum a te, quod fecisti in abſcondito* „ Os ſuum dicit, „ quod vulgo dicitur, oſſum, Lati„ ne os dicitur. Hoc in Graeco in„ venitur. Nam poſſemus hic putare „ os eſſe ab ro, quod ſunt ora: non os „ correpte (1), ab eo quod ſunt oſ„ ſa &c. habeo in abſcondito quoddam „ oſſum. Sic enim potius loquamur: „ melius eſt reprehendant nos Gramma„ tici, quam non intelligant populi] Videre poteris etiam Serm. 37. de Lect. Prov. Salom. (Alias de diverſis. 45.) ab eo loco ubi dictum, *Mulierem fortem &c.* c. 10. n. 14. lib. 1. contra Adverſar. Legis, & Prophet. c. 24. n. 52. Epiſt. denique ad Dioſcorum 118. (Alias, 56.) n. 26. cum nota Benedictinorum. Cui praeluſiſſe videtur Apoſtolus, nam Coloſſ. 2. 4. *Nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum* 1. Cor. 2. 1. *Veni non in ſublimitate ſermonis* 2. Cor. 11. 6. *Etſi ſermone imperitus, ſed non ſcientia*. Vide infra c. 13. B.

(*f*) *Nec quiſquam praeter te alius eſt doctor veri*. = Huic ſimile eſt alterum lib. 11. cap. 8. *Ubi omnes diſcipulos bonos, & ſolus magiſter docet* (2). Reſpicit autem Auguſtinus illud Matth. c. 23. *Nolite vocari Rabbi, unus eſt enim magiſter veſter: omnes autem vos fratres eſtis .... Nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter unus eſt, Chriſtus*. Et Ioan. 10. 27. *Oves meae vocem meam audiunt*.

Exſultent igitur, & Chriſtianorum Doctiſſimi patrocinium iactent Lutherus lib. de Servo Arbitrio, & lib. adverſus ordin. Epiſc. c. 7. Calvinus in Antidoto concilii Tridentini. Petrus Pſeudo-Martyr in Locis Communibus 1. claſſe, c. 6. Wittacherus lib. 1. contra Bellarminum controv. & q. 5. c. 8. *Pheroponus* in Praefatione ſceleſtiſſimi libelli, quem in his commentariis impugnamus, & alibi ſaepe: aliique poſtremorum ſaeculorum haeretici impie delirantes, Theologi, Patris, Eccleſiae magiſterium omne excutiendum: Deumque nullo miniſtro, inſtrumento, & medio fidelium quemlibet circa omnia ad Fidem, ad Religionem, ad aeternae ſalutis negotium neceſſaria inſtruere per ſeſe abundantiſſime, ac edocere. En Auguſtinus, inquient, id ipſum ſtabilit.

Non vacat hic, immo & dedeceret impium ſomnium illud fuſe, & omni argumentorum genere impetere. Maxime cum id abundantiſſime egerint Theologi Polemiſtae. Noſtri inſtituti ratio id unum poſtulat, ut Auguſtini, potiſſimum in Confeſſionibus hiſce diſſerentis vel etiam umbras ab haereticorum manibus eripiamus.

Reſpondetur ergo; primo: Auguſtinus late hic, non de re dogmatica loquitur: Vel igitur nihil ad haereticorum propoſitum ſtatuit: aut etiam in naturali quacunque facultate, puta in Grammatica magiſtros tollit, quod nec haeretici volunt. 2. Non loquitur Auguſtinus hic de iis, quae magiſterio diſcuntur, ſed de aliis, quae inſita nobis a natura luce vel bona, vel mala, aut bene, aut male iudicamus; quale eſt illud, de quo Auguſtini ſermo eſt: Nec mendacium eloquentia verum fieri, nec verum rudi ſermone falſum. Sic etiam non ſtudio, non doctis voluminibus, non circulo, & calamo, non humano magiſterio diſcimus, Bonum utile praeferendum eſſe delectabili: Hominem ſapientem pulcro, vel forti: Bonum vitae bonis fortunae &c. ſimilia, quorum notitia, aut ignorantia ab ipſo ingenio pendet. (*Ingeno giuſto, e quadro: Ingeno senza regola, e torto*.) Quum igitur haec, & ſimilia inſita nobis, ut diximus, a natura luce, & prima ingenii inſtitutione deprehendamus: nil mirum, ſi Auguſtinus, hominibus praetermiſſis, ad Deum, ad primam cauſam, velut bonum, ſolumque earum veritatum doctorem integrum negotium revocavit. 3. Deus etiam ſolus doctor veri eſt, non quidem veritates omnes immediate docens, ſed ad doctas, nimirum vel expoſitas, vel lectas percipiendas intellectum diſponens, adiuvans, confirmans: quo fere ſenſu inquit Apoſtolus 1. Cor. c. 3. v. 6. &

„ publica, ſolo‘ [illegible]. Et id quidem commune „ omnium fere eſt aetatum. Aut enim nova ſunt re„ rum novarum facienda vocabula, aut ex aliis tran„ ſferenda. Quod & Graeci [illegible], qui &c. quadro „ id magis nobis concedendum eſt, qui &c.

(1) [illegible] & [illegible] [illegible]. Loco oſſum [illegible].

(2) V. infra l. 13. c. 22. D.

6. & 7. *Ego plantavi, Apsllo rigavit, sed Deus incrementum dedit: Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*. 4. Deus est primus doctor veri: quod enim a praeceptore instruaris, quod ipse praeceptor nec decipiatur, nec te velit decipere, a Deo est. Sic & quod te parentes genuerint, & quod princeps tibi beneficia contulerit &c. a Deo est. 5. Deus solus veri doctor, quo pacto solus bonus &c. videlicet propria virtute, & per essentiam. Ceterum Dei Filius, qui dixit, *Unus est magister vester*, plures magistros constituit, eisque nos subiecit: ut Matth. 5. Lucae 10. & Marci 16.

At non tam haec, quam illa in Ioannis Epist. Augustini verba haeretici exagerant, recitantque magno fastu: *Magister intus est, nolite patare quemquam aliquid discere ab homine*. Verum si integer Augustini sermo recitetur, & seipsum, & alios non absimiles eiusdem S. Doctoris loquendi modos, & quaedam Scripturarum oracula, quae haeretici iidem in suas partes inflectunt, sub meridiana luce reponet. En igitur S. Doctoris integer textus in Epist. s. Ioann. Tract. 3. n. 13. ad illud cap. 2. v. 27. *Non necesse habetis ut aliquis doceat vos: sed &c.* integer inquam textus aureis litteris scribendus, quem primi mendacii parentis filii, vaferrimi animarum deceptores petulantia intolerabili detruncaverunt. „ Quid ergo nos „ facimus, Fratres, quia docemus vos? „ Si unctio eius docet vos de omnibus, „ quasi nos sine caussa laboramus, Et „ ut quid tantum clamamus? Dimittamus vos unctioni illius, & doceat „ vos unctio ipsius. Sed modo mihi facio quaestionem, & illi ipsi Apostolo „ facio: dignetur audire parvulum „ quaerentem a se: ipsi Ioanni dico, Unctionem habebant quibus loquebaris? „ Tu dixisti, quia *unctio ipsius docet vos de omnibus*, Ut quid talem epistolam fecisti? Quid illos tu docebas? „ quid instruebas? quid aedificabas? „ Iam hic videte magnum sacramentum, „ Fratres: Sonus verborum nostrorum aures percutit, magister intus „ est. Nolite putare quemquam aliquid „ discere ab homine. Admonere possumus per strepitum vocis nostrae: „ si non sit intus qui doceat, inanis fit „ strepitus noster. Adeo Fratres, vultis nosse? Numquid non sermonem istum omnes audisti? Quam multi hinc „ indocti exituri sunt? Quantum ad me „ pertinet omnibus locutus sum: sed „ quibus unctio illa intus non loquitur, „ quos Spiritus-Sanctus intus non docet, „ indocti redeunt, Magisteria forinsecus, adiutoria quaedam sunt, & admonitiones &c.] Et prosequitur, agricolae etiam exemplo id exponens, iuxta illud 1. Cor. 3. 6. *Ego plantavi, Apollo &c.* ut etiam nos observavimus supra solutione 3.

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Theod. V.

Ceterum quod haereticorum frontem elidere debet hoc est: nempe Augustinus in Prologo ad libros de Doctrina Christiana, a n. 4. eam haeresim, quanquam portentosam, & longe stultissimam praesensit quodammodo, & validissime expugnavit. Videre poteris etiam librum de Magistro: item de Spiritu, & Littera cap. 21. & 24. & Prologum ad Retract. n. 2.

Mirum autem, excutere Theologorum, Patrum, & Ecclesiae magisterium Lutherum, qui nedum a Catharina de Bore dementata femina, Nimicensis monasterii olim sanctimoniali, sed & a diabolo ipso, quem centies honore nominat, appellatque magistrum, illuminatum se edoctumque, gestiens, ac triumphans contestatur non semel, Adeo ut durus, modum praescriptionemve tenere inscius magister ille nec somno pepercerit, profundioribus noctis tenebris infelicem discipulum grandi, robusta, horribili voce ad conferendum, vel disputandum de re Sacramentaria excutiens: *Contigit me semel sub mediam noctem subito expergifieri* (eo tempore, quo in Missae sacrificium, & Christi corpus cavillationes, & blasphemias parabat) *ubi Satan mecum coepit huiusmodi disputationem; Audi Luthere Doctor perdocte &c.* Ipse Lutherus l. de Annul. missa t. 7. Wittemb. impresso an 1517. recitans quinque argumenta sibi a diabolo subministrata, quibus vera praesentiae Christi sub Eucharisticis speciebus dogma posset impetere; nec si lens duram tanti praeceptoris indolem seterrimamque vocem.

(g) *Expertem Liberalium disciplinarum, nisi &c.* = Tanta ne Fausti illius e caelo delapsi eruditio! Huc facit Phaedri Fabula 80.

„ Mons parturibat, gemitus immanes
„ ciens:
„ Eratque in terris maxima exspectatio
„ Quid ille pareret; At ille murem
„ peperit:
„ Murem peperit pusillimum. Hoc
„ scriptum est tibi,

„ Qui

A. Ch. 383. Aug. 29. Mun. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Theodof. V.

„ Qui magna cum imminatis, extri-
„ cas nihil.

Quo profecto iterum agnofcimus, quod noftri faeculi omnis iam olim agnoveramus: famam non diverfi caeli, & inftituti, & plurium aetatum populorum confenfu firmatam labi non raro, & mentiri. Quot noftra aetate Faufti! quot inquam fama gigantes, veritate homunciones! De quibus tamen fi apud quofdam aut praeiudiciis, aut ignorantia, aut fimplicitate deceptos minus alta fentias, repe leris faftidio, & horrore, quafi in caelum, in divos fis iaculatus. Quis iniufta haec fraena veritati dilucidandae nimis adverfa haud generofe frangat? Quafi non ut canum, hominum voces concitentur ad invicem, ut clamante uno, & reliqui in certum clament: *Rumor, inquit, fuit &c. Quis iudices nefciat, banc famae effe naturam, ut fit primo unius hominis audacia?* Quintilianus Declam. 51. *pro divite contra pauperem*, circa med. At inquiunt homines nimis boni: Ubi debitum famae obfequium? Quibus refpondetur: Ubi ratio, & iudicium, ut fufcitato rumori, gravibus momentis haud innixo ftulta velut animalia adfentiri debeamus? *In rumore, cuius probationes, cuius argumenta non babes, calumniae* (pro re noftra dic, *ftultitiae*) *genus eft primum credere*. Idem Quintilianus eadem Declam. paulo poft verba fupra laudata. Famae quidem, de homine bona, & luminofa ferenti, cui magnum quidpiam quod opponatur haud fuppetit, nonnihil adfentiri, docilitatis, ac modeftiae eft. At famae nebula eum velut Achillem admiratione, & horrore intueri, quem diligenti experimento effoetum, inertemque agnovifti, ftupiditatis eft. *De rebus liquidis, atque manifeftis rectius natura, quam fama confulitur*. Aurelius Symmachus lib 6. Epiftolarum, Ad Nickomachi filios epift. 1. initio.

(*b*) *Et quodam lepore naturali.* = Vide quantum infelici rabulae tulerit quamve ineptas phaleras eius condiderit naturalis lepor! Abfque lepore illo (*grazia, e garbo, o leggiadria naturale*) populis doctiffima quaeque defipiunt, eum ut adquirerent, inque fuam ipforum naturam velut transformarent; ftudere infudare minime dedignati funt Oratores fummi, atque graviffimi. Eo deftitutus, etfi Tulliana eloquentia polleat, fi noftro confilio quid defert, nullam ad populum declamationem (nifi forte fpeciali debito conftringatur) habeat: & a publicis humanarum litterarum Circulis, & Academiis femotus, calamo paginave loquatur: interim ipfe in filva, aut angulo cum Mufis geftiens. Vos autem rabulae, non mente, fed lingua felices, (*che avete tutt' il cervello nella lingua*) quofve naturalis lepor exornat, calamum frangite: res enim commendata paginae facile fe prodit, & acrius difcutitur; & populorum turbas ingreffi, voce, manu, & integro clamate corpore; cur enim declamationibus veftris nec in bonum, nec in malum vertentibus male cedet alea, fi impiae lepidi Faufti naeniae tot plaufibus exceptae funt?

Hocce cum Faufto congreffu errores fuos arte fuam faciem a Deo converfos inde Auguftinus obfervat: quia tali collatione, divina providentia ordinata vidit, quis effet Manichaeorum doctiffimus, ad quos, Ecclefia tanquam non ita doctrina, ficut revelatione docente parvipenfa, fapientiffimos velut homines propriae religionis dogmata fublimi ratione firmantes, ac defendentes, deceptus adolefcens robuftiffimae veritatis cupidus, & indagator defecerat.

Et huius capitis plura Bernardus Indrizzali corrumpit; ut illud: *nifi Grammaticae, atque ipfius ufitato modo*, de quo nos comment. praeced. fic vertit: *a riferva della grammatica, e del confueto ufo della medefima*. At non inquit Auguftinus, ufitati modi, fed, *ufitato modo*: Faufti nempe ignorantiam amplificans, qui folam Grammaticam, & quidem non quoad difficultatum, & fummae, multiplicifque elegantiae appendices, & fecretiora iura: fed ufitato modo, quod generalia, omnibufque utcunque in ea eruditis nota callebat.



CA-

A. Ch. 383.
Aug. 29. Mon.
52. Adeod. II.
Dam. XVII.
Valent. VIII.
Theodos. V.

C A P U T VII.

A R G U M E N T U M.

Fausti in Liberalibus artibus, & nonnullis aliis, de quibus expostulatus, modeste, & ingenue tanquam ineruditus obmutuit, pingui ignorantia detecta, deque inferioris nominis reliquis doctoribus omnino desperans, spem conatusque in Manichaea secta proficiendi prorsus abiecit. Interim quidem non ab eis se omnino divellens, sed aliquid adtendens, quod magis deligendum videretur. Miratur inde Divinae providentiae secretum, quo Factum est, ut a Fausto, a quo multi manichaeorum reticulis implicati fuerant, nonnihil ipse sit expeditus.

I. Am posteaquam ille mihi imperitus earum artium, quibus eum excellere putaveram, satis adparuit desperare coepi posse eum mihi illa, quae me movebant aperire atque dissolvere: quorum quidem ignarus posset veritatem tenere pietatis, sed si Manichaeus non esset (*a*). Libri quippe eorum pleni sunt longissimis fabulis, de Caelo, & de Sideribus, & Sole, & Luna: quae mihi eum, quod utique cupiebam collatis numerorum rationibus, quas alibi ego legeram, utrum potius ita essent, ut Manichaei libris continebantur: an certe vel par etiam inde ratio redderetur, subtiliter explicare posse, iam non arbitrabar. Quae tamen ubi consideranda & discutienda protuli, modeste sane ille nec ausus est subire ipsam sarcinam. Noverat enim se ista non nosse, nec eum puduit confiteri. Non erat de talibus, quales multos (*b*) loquaces passus eram conantes ea me docere, & dicentes nihil. Iste vero cor habebat, & si non rectum ad te, nec tamen nimis incautum ad se ipsum. Non usquequaque imperitus erat imperitiae suae, & noluit se temere disputando in ea coarctari, unde nec exitus ei ullus, nec facilis esset reditus: & iam hinc mihi amplius placuit. Fulcrior est enim temperantia (*c*) confitentis animi, quam illa, quae nosse cupiebam: & eum in omnibus difficilioribus, & salubrioribus quaestionibus talem inveniebam.

II. Refracto itaque studio, quo intenderam in Manichaei litteras, magisque desperans de ceteris eorum doctoribus, quando in multis, quae me movebant, ita ille nominatus adparuit: coepi cum eo pro studio eius agere vitam, quo ipse flagrabat in eas litteras, quas tunc iam Rhetor Carthagine adolescentes docebam, & legere cum eo, sive quae ille audita desideraret, sive quae ipse tali ingenio apta existimarem. Ceterum omnis conatus meus, quo proficere in illa secta statueram, illo homine cognito prorsus intercidit: non ut ab eis omnino separarer, sed quasi melius quidquam non inveniens eo, quo iam quoquo modo irrueram, contentus interim esse decreveram: nisi aliquid forte, quod magis eligendum esset, eluceret. Ita ille Faustus, qui multis laqueus mortis exstitit, meum quo captus eram, relaxare iam coeperat, nec volens, nec sciens. Manus enim tuae Deus meus, in abdito providentiae tuae, non deserebant animam meam: &

A. Ch. 383. Aug. 30. Mon. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Theodoſ. V.

de ſanguine cordis Matris meae, per lacrymas eius diebus ac noctibus, pro me ſacrificabatur tibi (*d*).

(*a*) *Sed ſi Manichaeus non eſſet*. = Henricus Wangnereck ita exponit hunc locum. „ Catholici veritatem pietatis tenent abſque ſcientiis naturalibus, ſciunt enim eas non eſſe ſaluti neceſſarias. Manichaei nec falſam ſuam religionem ſine his tenere poſſunt, putant enim pertinere ad fidem. „

Non male; ſed quanta amplitudine id ab Auguſtino prolatum ſit ex dictis, & ex dicendis conſtat. Illarum ignorantia rerum veritatem pietatis Manichaei haud tenere poterant. 1. Quia de illis dogmatica eorum volumina, & quidem ipſius etiam Manetis, plurima fabulabantur. 2. Quia plura de Deo, Salvatore, & aliis eorum dogmata naturalium illarum rerum quaedam involvebant. 3. Quod tam audacter earum rerum ſummam ſcientiam iactarent, quarum prorſus imperitus eſſet eorum doctiſſimus. 4 Quomodo poterant proprio ingenio altiſſima, a ſenſibus noſtris remotiſſima Divina arcana inveſtigare ſtabilire, qui & in rebus cuicunque paululum erudito notiſſimis adeo labebantur? 5. Tandem Spiritus-Sancti arcam, & vix non ipſum prorſus Spiritum ſe iactabat Manichaeus, Spiritus autem Dei nedum communia illa, ſed obſcuriſſima quaeque in meridiana velut poſita luce intuetur.

Nonnulli codices pro, *tenere*, habent, *reddere*, male ut patet; quanquam vix non in idem redeant; Eccleſiae enim doctor (1) *ſcit verſutias ſermonum, & diſſolutiones argumentorum*. De eo quippe praedictum eſt: (2) *In verſutias parabolarum ſimul introibit: occulta proverbiorum exquiret, & in abſconditis parabolarum converſabitur*. Unde S. Petrus (3): *Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quae in vobis eſt ſpe*.

(*b*) *Non erat de talibus, quales multas &c.* = Hos autem quis non diris, tolerantiſſimus quanquam, devoveat? *Falſa de ſe praedicare, ultima deformitas eſt*. Iuxta antiquum illud Monoſtichum Trochaeum: At nec in tales nunquam impegimus; ut enim plures omittamus: de quatuor tantum, aut eruditionis fama, aut dignitate elatis (quorum unus e vivis exceſſit) modeſtia, & compendio dicimus. Talis erat qui Geometriae unius diei magiſterium adfectans, buccis crepitantibus ea edunatis, reddebat, quae ipſe praecedenti die a vero Geometriae doctore acceperat. Talis, quem in re Auguſtiniana eruditiſſimum credere aequum & neceſſarium videbatur, qui Auguſtini Patrem tenerit ab unguiculis Catholicum, & pium, nobis repugnantibus, decantabat. Talis qui de Durando (4), & Caietano (5) Dominici filiis plura velut de coaevis fabulabatur. Talis denique erat qui Carmelitarum gloriam, Eliam prophetam ceu ſuum ipſorum ducem, & patrem colentium improbans, ſemel & iterum obiiciebat, ſequi ex eo portento eamdem Carmelitanam familiam fere Apoſtolorum aetate prognatam.

Adeo certum eſt illud Senecae Epiſt. 102. ante med. *Ad gloriam, & famam non eſt ſatis unius opinio*. Non unius perſonae, non unius modici coetus, non unius civitatis. Ratio obvia eſt: Poteſt perſona una, modicus coetus, & integra propemodum civitas aut eadem ignorantia laborare: aut eadem vel benevolentia, vel ſimultate, & rabie, aut pro homine, aut in hominem decipi, dementari. Congregationes etiam licet frequentes, ſi admodum collectae, & facile, ac ſaepe invicem propria ſenſa communicantes, una perſona aliam in errorem trahente, ſpectris non raro decipiuntur, nunc hyſſopo plaudentes, nunc Libani Cedros conculcantes.

(*c*) *Pulcrior eſt enim temperantia &c.* = Animi temperantiam, ſeu modeſtiam nedum, ut vides, Liberalibus artibus, ſed & earum obiectis, Soli puta Lunae &c. praefert: iuxta tritum adagium: *Quid pulcrius auro? Topazius. Quid topazio? Virtus. Quid virtute? Deus. Quid Deo? Nihil?*

Ex hoc capite infertur non aeque impudentem, & imperitum fuiſſe Fauſtum; nec admodum petulantem, & malam indolem a natura fuiſſe ſortitum, niſi eam peccatum errorque laeſiſſent. Sed & optima Auguſtini indoles iterum ſe prodit: dum tam facile proſtratum Manichaeorum Achillem minime contem- ſit,

(1) Sap. 8. 8.
(2) Eccl. 39. v. 2., & 3.
(3) Epiſt. 1. 3. 15.

(4) Obiit Durand. Gallus 13. Septemb. an. 1334.
(5) Caietan. 9. Aug. 1534.

fit, & probris affecit, ut passim, maxime gigantum triumphatores; sed humaniter excepit, traxitque ad levium rerum collationes, in quibus ille non statim, tanto sui nominis dedecore, laberetur, & obmutesceret.

(d) *Pro me sacrificabatur tibi.* = Sacrificium non adeo proprie, sed late sumtum, & metaphoricum; quale multiplex est. Cordis piae anxietates: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Psal. 50. 19. Honor vocibus exhibitus: *Sacrificium laudis honorificabit me* Psal. 49. 23 Martyrium: *Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos* Sap. 3. 6. Carnis mortificatio: *Obsecro vos, . . . ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem.* Rom. 12, 1. Eleemosyna: *Beneficientiae autem, & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus* Hebraeor. 13. 16. Sacrificium Monnicae ad primum reducendum videtur. Matris autem lacrymas Davidicis Augustinus adsimilat: *Laboravi in gemitu meo lavabo per singulas noctes lectum meum.* Psal. 6. 7. Nisi quod David pro se, Monnica pro filio lacrymabatur. Ceterum sacrificium proprium definitur: *Oblatio facta Deo per immutationem alicuius substantiae, in signum supremi dominii supra res omnes.* Quibus verbis nonnulli haec addunt, *ex legitima institutione.*

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. 11. Dam. XVII. Valent. VIII. Thedos. V.

His autem verbis caput finire placuit. Benedictini cum ceteris omnibus finiunt illis, *quae fecisti*. Cum enim verba, *egisti mecum* (ne sermo interposita digressione turbetur) bis habeantur: indecens nobis visum est, primis unum caput terminare, secundis novum ordiri. Ex quo etiam, ut diligenter attendenti constabit, haud levis sermonis confusio oriri posset.

CAPUT VIII.

ARGUMENTUM.

Iter alio, secretaque divina providentia ordinatum, eiusque humana motiva narrat. Foeda enim, & intemperans Carthaginensium scholasticorum licentia, quam & ipse olim adolescens exhorruit, in magnam molestiam inductus: certiorque factus, adolescentes Romanos quietius studere, & ordinatiore disciplinae coercitione sedari: Matre id aegre ferente, immo omnino repugnante decepta, plenis velis Romam versus navigavit.

I. ET egisti mecum miris (a) modis. Tu illud egisti, Deus meus; Nam a Domino gressus hominis dirigentur: & viam eius volet. (1) Aut quae procuratio salutis, praeter manum tuam reficientem quae fecisti? Egisti ergo mecum, ut mihi persuaderetur Romam pergere: & potius ibi docere, quod docebam Carthagine. Et hoc unde mihi persuasum sit non praeteribo confiteri tibi: quoniam & in his altissimi tui recessus, & praesentissima in nos misericordia tua cogitanda, & praedicanda est. Non ideo Romam pergere volui, quod maiores quaestus, maiorque mihi dignitas ab amicis, qui hoc persuadebant promittebatur, quanquam & ista ducebant animum tunc meum; sed illa erat tunc caussa maxima, & pene sola, quod (b) audiebam quietius ibi studere adolescentes, & ordinatiore disciplinae coercitione sedari, ne in eius scholam, quo magistro non utuntur, passim & proterve irruant; nec eos admitti omnino, nisi ille permiserit. Contra apud Carthaginem foeda

(1) Psal. 36. 23.

A. Ch. 383. Aug. 20. Mon. 51. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Theodoſ. V.

eſt & intemperans licentia Scholaſticorum. Irrumpunt impudenter, & prope furioſa fronte perturbant ordinem, quem quiſque diſcipulis ad proficiendum inſtituerit. Multa iniurioſa faciunt mira hebetudine, & punienda legibus, niſi conſuetudo patrona ſit (c); hoc miſeriores eos oſtendens, quo iam quaſi liceat faciunt, quod per tuam aeternam Legem nunquam licebit: & impune ſe facere arbitrantur, cum ipſa caecitate faciendi puniantur (d), & incomparabiliter patiantur peiora, quam faciunt. Ergo quos mores, cum ſtuderem, meos eſſe nolui (e) eos cum docerem, cogebar perpeti alienos: & ideo placebat ire ubi talia non fieri omnes, qui noverant indicabant. Verum autem tu ſpes mea, & portio mea, in terra viventium (1), ad mutandum terrarum locum pro ſalute animae meae, & Carthagine ſtimulos, quibus inde avellerer, admovebas: & Romae illecebras, quibus adtraherer, proponebas mihi per homines, qui diligunt vitam mortuam, hinc inſana facientes, inde vana pollicentes; & ad corrigendos greſſus meos utebaris occulte, & illorum & mea perverſitate. Nam & qui perturbabant otium meum, foeda rabie caeci erant; & qui invitabant ad aliud, terram ſapiebant (f). Ego autem qui deteſtabar hic veram miſeriam, illic falſam felicitatem adpetebam.

II. Sed quare hinc abirem, & illuc irem, tu ſciebas Deus: nec indicabas mihi, nec Matri, quae me profectum atrociter planxit, & uſque ad mare ſequuta eſt. Sed fefelli eam violenter me tenentem, ut aut revocaret, aut mecum pergeret: & finxi me amicum nolle deſerere, donec (g) vento facto navigaret. Et mentitus ſum Matri, & illi matri! & evaſi; Quia & hoc tu dimiſiſti mihi miſericorditer, ſervans me ab aquis maris plenum exſecrandis ſordibus uſque ad aquam Gratiae tuae, qua me abluto, ſiccarentur flumina maternorum oculorum, quibus pro me quotidie, tibi rigabat terram ſub vultu tuo (2). Et tamen recuſanti ſine me redire, vix perſuaſi, ut in loco, qui proximus noſtrae navi erat, Memoria beati Cypriani, (h) maneret ea nocte. Sed ea nocte clanculo ego profectus ſum: illa autem non manſit orando (i) & flendo. Et quid a te petebat Deus meus tantis lacrymis, niſi ut navigare me non ſineres? Sed tu alte conſulens, & exaudiens cardinem deſiderii, non curaſti, quod tunc petebat, ut me faceres, quod ſemper petebat (k). Flavit ventus, & implevit vela noſtra, & littus ſubtraxit adſpectibus noſtris; In quo mane illa inſaniebat dolore, & querelis ac gemitu implebat aures tuas contemnentes iſta: cum & me cupiditatibus meis raperes, ad finiendas ipſas cupiditates, & illius carnale deſiderium iuſto dolorum flagello vapularet. Amabat enim ſecum praeſentiam meam more matrum (l), ſed multis multo amplius; & neſciebat, quid tu illi gaudiorum facturus eſſes de abſentia mea. Neſciebat, ideo flebat, & eiulabat: atque illis cruciatibus arguebatur in ea reliquiarium Evae (m), cum gemitu quaerens, quod cum gemitu pepererat. Et tamen poſt accuſationem fallaciarum, & crudelitatis meae, converſa rurſus ad deprecandum te pro me, abiit ad ſolita, & ego Romam (n).

(a) Egi-

(1) Pſal. 141. 6.

(2) Ex Pſal. 6. 7.

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. 11. Dsm. XVII. Valent. VIII. Thedoſ. V.

(a) *Egiſti mecum miris &c.* = Cum enim S. Ambroſii doctis ſermonibus, iuxta aeternum decretum, a Manichaeorum tenebris magis eſſet liberandus, & ad Catholicae Eccleſiae lucem trahendus, divina providentia factum eſt, ut veniret Romam, ex qua tandem Mediolanum, Ambroſii ſedem accederet.

Reficit autem, ut ſequitur, Deus quod fecit: dum naturam hominis, vitiis foedatam gratia ſua ad primum candorem revocat. Sed & peccatoris converſio, & hominis redemtio nunc refectionis, nunc inſtaurationis, & etiam recreationis vocabulo a Patribus, potiſſimum Auguſtino ſignificatur. Vide in Pſal. 45. v. 15. n. 54. & in 542. v. 10. n. 17.

(b) *Cauſſa maxima, & pene ſola, quod &c* = Et tamen quibus falſis criminationibus S. Doctoris, immo totius Eccleſiae, & veritatis hoſtes iter hoc infeſtaverint, ex ipſo Auguſtino lib. 3. contra litteras Petiliani, cap. 25. n. 30. audiamus. „ Inter multa etiam prorſus „ ad rem non pertinentia dicit, *Meſſia-„ ni proconſulis ſententia me fuiſſe per-„ cuſſum, ut ex Africa fugerem :* & „ propter hoc falſum (quod ſi non ipſe „ confinxit, certe malevolis fingentibus „ malevole credidit) quam multa alia „ falſa conſequenter non utcunque di-„ cere, ſed etiam ſcribere mira teme-„ ritate non timuit; cum ego Mediola-„ num ante Bautonem conſulem vene-„ rim, eique conſuli Kalendis Ianuarii „ laudem in tanto conventu, conſpectu-„ que hominum pro mea tunc rheto-„ rica profeſſione recitaverim; Mani-„ chaeos autem Meſſianus proconſul au-„ dierit poſt conſulatum Bautonis, ſicut „ dies geſtorum ab eodem Petiliano in-„ ſertus oſtendit. Quae ſi dubitantibus, „ vel contra (1) credentibus probare „ neceſſe eſſet, multos poſſem claros in „ ſaeculo viros teſtes locupletiſſimos ad-„ hibere totius illius temporis vitae „ meae.] Scilicet, ut obſervant & Benedictini lib. 2. Vitae S. D. c. 1. n. 1. Meſſiani ſententia dicta fuit anno Chriſti 386. Auguſtinus autem Mediolani procul dubio erat ante annum 385. Cui exilio lucem aliquam confert quod Manichaeis exprobrat ipſe S. Doctor lib. 5. contra Fauſtum, cap. 8. circa med. hiſce verbis. „ Fauſtus autem „ convictus, vel confeſſus quod Mani-„ chaeus eſſet, cum aliis nonnullis ſe-„ cum ad iudicium proconſulare perdu-„ ctis, eis ipſis Chriſtianis, a quibus per-„ ducti ſunt intercedentibus, leviſſima „ poena, ſi tamen illa poena dicenda „ eſt, in Inſulam relegatus eſt. „

Ut autem ad textum, a quo nonnihil eramus digreſſi, redeamus, Et hoc bonam Auguſtini indolem vel leviter prodit, quod adhuc Manichaeus, patriam, Matrem cariſſimam, fratres, conſanguineos, amicos reliquerit, tamque longum, & ſalebroſum iter inſtituerit, non plurimarum, quae ſpondebantur divitiarum ſpe: ſed honeſtiores inſtruendi adoleſcentes amore. Quo autem anno id contigerit, commentario ultimo opportunius videbitur.

(c) *Niſi conſuetudo patrona ſit.* = Quae tamen ab humanis poenis eximat, non a Divinis, & aeternis. Sed nec ab humanis honeſte, & iure: ſed perperam, & ut Theologi loquuntur, de facto. Nec enim mille ſaeculorum conſuetudo, neque lex totius orbis firmata calculis aeterna Dei lege inhibita turpitudine exuere poteſt. „ Videtur e-„ tiam tibi lex iſta, quae regendis ci-„ vitatibus fertur multa concedere, at-„ que impunita relinquere: quae per „ divinam tamen providentiam vindi-„ cantur, & recte. Neque enim quia „ non omnia facit, ideo quae facit im-„ probanda ſunt. Sed diſpiciamus dili-„ genter, ſi placet, quouſque per le-„ gem iſtam, quae populos in hac vita „ cohibet, malefacta ulciſcenda ſint. „ Deinde quid reſtat, quod per divinam „ providentiam inevitabilius ſecretoque „ puniatur &c.] Ipſe S. Doctor lib. 1. de Libero Arbitrio, cap. 5. & 6. n. 13. & 14. „ Quid illa lex, quae ſumma ra-„ tio nominatur, cui ſemper obtempe-„ randum eſt, & per quam mali miſe-„ ram, boni beatam vitam merentur, „ per quam denique illa, quam tem-„ poralem vocandam diximus, recte fer-„ tur, recteque mutatur, poteſt ne „ cuipiam intelligenti non incommutabi-„ lis, aeternaque videri? An poteſt ali-„ quando iniuſtum eſſe, ut mali miſe-„ ri, boni autem beati ſint &c.] Eodem cap. 6. n. 55. Recole etiam dicta ab Auguſtino, & a nobis l. 3. c. 8.

Peccabant ergo petulantiſſimi Everſores, nec poterant ignorantiam, aeternae Divinae legis praetexere, cum & ipſi Ethnici id agnoverint naturali quodam aut lumine, aut inſtinctu, aut utroque. Unde Homerus, „ Dii

(1) Edit. *contradicentibus.*

A. Ch. 383. Aug. 29. Mun. 32. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Thedos. V.

„ Dii scelarata adamant haudqua-
„ quam facta beati :
„ Iustitiam sed amant, rebus laetan-
„ tur & aequis,

Peccabant & Iudices, vel Praesides, ea flagitia, & fac nora dimittentes impunia; quod enim aeternam Dei legem violat, saltem cum & humanam sucietatem turbat, & humana ferula castigandum est.

(d) *Cum ipsa caecitate faciendi puniantur.* ☰ Illud forte Sap. 2. 21. intuetur: *Excaecavit illas malitia earum.* Et Isaiae 6. 10. *Excaeca cor populi huius &c.* Fere autem ut Machabaei Antiochu, Eversoribus Augustinus minas intentat: *Tu autem ne existimes tibi impune futurum &c.* Machab. l. 2. c. 7. v. 19.

Haec sententia similis est illi lib. 1. c. 12. D. *Iussisti, & sic est &c.* & maxime alteri l. 1. c. 18. n. 2. K. *Lege infatigabili spargens poenales caecitates &c.* In quarum sententiarum dilucidatione vidimus quid sit Deum caecitate impios punire. Quibus addere possemus quae habet S. Doctor In Psal. 77. n. 30. & S. Gregorius Homil. 11. in Ezechielem.

Haec autem caecitas, (nedum poena aeterna) in quam Eversorca incurrunt: quoddam nimirum velut otium Dei, eos in praecipitium euntes minime curantis: vel obdormiscentes non exsuscitantis, ea, quam aliis adferunt, longe, & supra omnem comparationem peior est.

(e) *Meas esse nolui.* = Citra controversiam Ita legendum est, ut etiam Benedictini, qui inquiunt. „ Codex Sorhonicus, *meas esse volui.* Consentit gal„ lica versio Arnaldi; sed alii codices, „ etiam Arn. in latino textu, habent, „ *nolui.* Et reipsa eum In schola retho„ ris studeret Augustinus fuit *longe se„ datior*, ut ait supra lib. 3. cap. 3.] Immo lenem quietamve Augustini indolem in praecedentibus frequenter demirati sumus. Unde genuinam lectionem praeferunt Vet. Am. Er. Lov. Som. Wangn. & MSS. 9. Etr. Licet 2. S. Cr. unus S. Mar. & unus Med. mendose suffragentur.

Eatenus vero amanuenses lapsi sunt, ut coniicimus, quod soleat Augustinus passim in his Confessionibus sibi exprobrare; nec difficile est litteram *n.* commutare *v.* At non poterat Augustinus falsum crimen sibi exprobrare; gravissime enim dixit lib. de Natura, & Gratia contra Pelagium cap. 34. n. 38. initio. „ Iam sane hoc multum faveo li„ bri huius auctori, quod adversus eos „ qui dicunt, *Rationabile quidem vide„ tur esse quod asseris, sed superbum est „ dici hominem absque peccato esse posse;* „ ita respondet, ut omnino si verum „ est, nullo modo superbum esse di„ cendum sit. Ait enim acutissime at„ que verissime: *In qua magis parte „ humilitas collocanda est? sine dubio „ falsitatis, si in ea quae veritatis pro„ batur esse superbia est.* Ac per hoc „ placet illi, & recte placet, ut in par„ te veritatis, non in parte falsitatis ma„ gis humilitas collocetur.] Et cap. 36. n. 42. „ Si dixerimus quia peccatum „ non habemus, nos ipsos seducimus (1) „ &c. An illud humilius responderet „ fortasse, quam verius? Sed huic iam „ placet, & recte placet, *laudem hu„ militatis in parte non ponere fals„ tatis.* „

Quod documentum optimum integrum & etiam repetitum exscribere placuit, quod nedum praesenti lectioni, sed pluribus quae S. Doctor in his Confessionibus in sui velut laudem prodit, & veris sanctitatis iuribus, quae mulierculae, & viri nonnulli ipsis similes non raro corrumpunt, amplam lucem conciliet.

Habes ergo cur Africam Augustinus reliquerit. At stimuli erant hi, quibus Deus aeterna clementiae suae decreta digerebat. Quod utcunque deprehendit & Plautus, vero licet Deo Iovem substituens: *Qui est imperator Divum, atque hominum Iuppiter. Is nos per gentes alium in alia disparat,*

(f) *Qui invitabant ad aliud, terrenum sapiebant.* = Qui ipsum Romam trahebant, maiora lucra, amplioresque honores pensabant; quos vellicat sumta Philipp. 3. 19. ab Apostolo phrasi: *Gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.* Qui etiam eiusdem Apostoli verbis Coloss. 3. 2. commonendi erant: *Quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est, in dextera Dei sedens, quae sursum sunt sapite, non quae super terram.* Et fortassis nimis illi terram sapiebant: suspicamur enim vehementer ex iis, quae cap. 10. fere per totum, & cap. 13. initio habentur, fuisse Manichaeos.

In

(1) Ioan. 1. 8.

In iis vero, quae sequuntur, tum si gestorum, tum si temporum rationes adtendas, tot erroribus capti sunt Augustinianae vitae scriptores, ut pigeat cunctos recensere, nedum confutare.

(g) *Et finxi me amicum nolle deserere, donec &c.* = Non igitur in ea sermonis conclusione tale mendacium implicatum est, ut sponderet Augustinus secum Matrem Romam ducturum: quod tamen nonnulli tradunt. Ioseph Renatus a Iesu Maria Augustin. Excalc. lib. 2. Vitae S. Monnicae, cap. 16. „ Mostrò di credere che fosse doverosa „ la di lei pretensione, e che però era „ esso dispostissimo di condurla seco . . „ . . . Rimase Monica del tutto consolata, e contenta per l'assenso, da „ essa creduto sincero, che gli prestò „ Agostino di prenderla in sua compagnia; e però rasciugate le lagrime, „ s'applicò con sollecitudine ad allestire le cose necessarie per così lungo, „ e scommodo viaggio. E però Agostino finse d'essere in necessità d'abboccarsi prima di partire con un „ suo amico, che ivi abitava per interesse di grao premura . „

Non id conclusum est; simul nempe Romam eundum: sed ad propria, post solutum amico orbanitatis pensum, remeandum. Nun necessitate, sed urbanitate; non colloquium, sed praesentiam debebat amico: non qui ibi domicilium haberet: sed qui ibi navim conscensurus esset.

Ubi autem haec contigerint, Carthagine, vel Thagastae non liquet. Unde & Benedictini lib. 2. Vitae, cap. 1. n. 2. *Quae cum &c. neque ab eo divelli se aequo animo pati posset, (Thagastae, an Carthagine decedentem dubium est) illum insequi constituit &c.*

(h) *Memoria beati Cypriani.* = Templum nimirum beato Cypriano dicatum, Quid heic Protestantes? quorum tamen cavillationes idem Augustinus praeoccupavit, Lib. 8. de Civitate Dei, cap. 26. n. 1. *Sed hoc videtur dolere, quo memoriae Martyrum nostrorum templis eorum, delubrisque succederent.* Et cap. 27. n. 1. „ Nec „ tamen nos eisdem Martyribus tem„ pla, sacerdotis, sacra, & sacrificia „ constituimus, quoniam non ipsi, sed „ Deos eorum nobis est Deus. Hono„ ramus sane Memorias eorum, tanquam „ sanctorum hominum Dei, qui usque „ ad mortem &c. Quis autem au„ divit aliquando fidelium stantem sa„ cerdotem ad altare etiam super sanctum corpus Martyris ad Dei hono„ rem cultumque constructum, dicere „ in precibus, Offero tibi sacrificium „ Petre, vel Paule, vel Cypriane; „ cum apud eorum Memorias offeratur „ Deo, qui eos & homines, & Mar„ tyres fecit &c. Quaecumque igitur „ adhibentur religiosorum obsequia in „ Martyrum locis, ornamenta sunt Me„ moriarum, non sacra, vel sacrificia „ mortuorum tamquam deorum] Videre etiam poterit, qui plura desiderat, Serm. 273. in Natali Martyrum Fructuosi episcopi &c. (Alias, de Divers. 101.) c. 7. n. 7 & lib. 20. contra Faustum, c. 21.

Monet autem Cornelius Lancillottus in Vita S. D. testari Nicephorum Callistum lib. 16. navim conscensuros Sanctorum patrocinio vitam, & incolumitatem suam commendare solitos suisse.

(i) *Illa autem non mansit orando &c.* = B. B. cum Vet. Am. Er. Lov, Som. *remansit*; qui tamen profitentur „ MSS magno consensu ferunt, „ *non mansit*. Verior forsitan lectio „ est, qua filium mater significatur fuis „ fletibus ac precibus prosecuta] Est etiam huiusmodi phrasis sublimior, magisque sapiens Augustini ingenium; Col forte velut doriuscolae & motae aliam imperiti librarii substituerunt. Conveniunt autem ex MSS. nostris septem, Licet MSS. 3. S. Cr. totidemque Med. habeant, *mansit*: & sic editis suffragentur.

Erasmus, qui litterae tantum, & quidem infeliciter, correctioni intentus, gravissima omnia silentio praeterit, superiora verba, *Mentitus sum Matri, & illi Matri*, observanda censuit, unde monuit in laterali margine: *Pondus hic adfert sermoni, quasi dicat, tali matri, tam non vulgari matrum more me amanti.* Sicut etiam commentario digna arbitratus est verba grammaticalia cap. 6. n. 2. *Atque ad vestiendas sententias &c.* inquiens: *Vestire sententiam Ciceronianum est verbum, nec aliter legendum.* Quibus prodit praeter alicuius verbi, aut periodi elegantiam se nihil aliud ad Confessiones has diluecidandas scivisse. Unde & nil mirum si *Pherepones Erasmi* spiraculum quanquam velut proposito commentatorem agens, gravibus contemtis, levissimis distendatur.

(k) *Ut me faceret quod semper petebat.* = Et hanc lectionem haberi in MSS.

A. Ch. 383. Aug. 20. Mon. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Thedos. V.

MSS. indefinite testantur Benedictini: qui tamen cum editis retinent illam, *ut in me faceres*. Nobis autem suffragantur miro consensu Etruriae MSS. omnes, scilicet tredecim. Quos ab editoribus corruptos arbitramur, ut lectio intruderetur usitato loquendi modo conformior.

Sententiam hanc dilucidat alia longe gravissima epist. ad Paulin. 31. (Alias, 34.) n. 1. *Bonus Dominus, qui non tribuit saepe quod volumus, ut quod mallemus adtribuat*. Quid autem semper ut in Augustino fieret Monnica a Deo petebat, nisi divinae misericordiae, & potentiae miraculum, hoc est conversio? Cum igitur gravissima Femina Filium a statuto itinere conaretur avertere potissimum, ne a matris habenis solutus, pro eo quod aliquando tandem resipisceret laberetur in deteriora: & ordinavisset Deus Augustini secessum ab Africa, ut eum Mediolani sanaret: Monnicae desiderii cardinem exaudivit Deus, dum filii discessum non praepedivit: cardo enim id est supra quod multa se diversa volvuntur unita.

Ex quibus patet non adeo serio, & proprie excipiendum esse quod sequitur, *illius carnale desiderium &c.* non enim tam humano, quam divino fine magnam Filii absentiam Monnica exhorrescebat. Et profecto qualis naturalis amoris excessus in fortissima Femina, quae Filium vix prolapsum in haeresim a sua mensa totaque domo excluserat quondam, ablegaverat? Recole dicta l. 3. c. 11. C. Nisi enim, Lector, harum Confessionum sententias, aenigmatum instar fusas diligentius adtendas, omnesque simul unias, ut ex unius splendore alia colluceat, saepe decipiaris oportet. Vide infra l. 6. c. 1. C. Quanquam & naturalis amoris stimulis illam punctam non inficiamur, quod sat est ad Augustini sententiam.

(*l*) *More matrum*. = Liquet ex integra historia, maxime ex his verbis, Augustinum non ita (licet plurimum) Monnicae praesentiam amasse, ut illa suam amabat. Ita vero plerumque naturae instinctu contingere adsolet, ut non tanto filii erga parentes, quanto hi erga filios amore ferantur. Cuius quidem rei triplex ratio dari potest. 1. Amor enim ponderis instar movetur: hoc autem non tam facile adscendit, sicut descendit. 2. Minores sunt qui a maioribus, efi tacentes naturali quodam instinctu sublevari confortari postulant: ideoque ab illis (puta filii a parentibus) clementia quadam inspiciuntur. 3. Non ita manifeste, & ad sensum intuentur filii quot a parentibus acceperint, sicut parentes quot filiis dederint. Vide Adamum Inficitam tom. 3. suae Theologiae, pag. 640. & apud ipsum S. Thom. lib. 8. Ethic. c. 8 & l. 9. c. 12. de Carit. q. 26. a. 9. 10. & 11. & q. 27. a. 1. Quod si theologicam, aut si mavis dicere asceticam eius rei rationem postules, eam tibi exhibet Theologus haud ignobilis, eximius autem asceticus noster Simon a S. Paulo (1) lib. de Reformatione hominis, in dialogo Recreationis honestae, & religiosae, hora 2. ubi. „ E „ questa è la causa d' una gran meraviglia, che si vede nel Mondo, cioè „ che l'amore de' Padri, e delle Madri verso i figliuoli è maggiore, e „ più stabile, che quello verso il Padre, e la Madre; con tutto che para „ dovrebbe essere al contrario, avendo „ essi riceuto l'essere, ed educatione per „ mezzo loro, e per il contrario non „ avendo essi riceuti da' figliuoli, se „ non fastidio, e dolore. Il medesimo „ accade fra i Maestri, e Discepoli: „ fra i Superiori, e Sudditi. La causa „ è, perche i Padri, e Madri, i Maestri, a Superiori si accostano più a „ Dio, e si assomigliano più ad esso, „ stanno in luogo suo, communicando il „ bene: ad i figliuoli manco, perchè „ lo ricevono; Di modo che l' amor „ de' Padri &c. si avvicina più alla le„ gge dell' amor di Dio, che quello de' „ figliuoli, discepoli, e sudditi. „

Cum ergo parentes, magistri, superiores maiorem Dei vegetantis instruentis, regentis praeferant similitudinem: ac filii, discipuli, subditi, magisque Deus homines amet, ac ipsi Deum; nil mirum si &c. Vide etiam Aristot. Ethic. 8. c. 7. & 8.

(*m*) *Arguebatur in ea reliquiarium Evae*. = Sequimur B. B. qui haec docte observant. „ Sic restituimus ex ve„ terrimo Corbeiensi codice: nam pec„ catum est in aliis plerisque MSS. qui „ habent, *arguebatur in ea reliquiarum* „ *Evae*. Quos sequuntur Bad. Am. & „ Er. Alii vero dum locum emaculatum cupiunt, substituunt, *res* pro, *in* „ *ea*: MSS. certe refragantibus. Nihil „ dubii est quin primum vitiatus fuerit „ lo.

(1) Volterranus obiit Longobardiae Provincialis die 6. Septembr. an. 1622.

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Theodoſ. V.

„ locus ab iis, quibus inſolens, & igno- „ ta eſt vox, *reliquiarum*. In qua li- „ brarii rurſum peccarunt lib. 1. quaeſt. „ in Geneſ. q. 148. ubi codices verio- „ res praeferunt, *enutrire veſtrum re-* „ *liquiarum*, iuxta Lxx. καταλειψις, „ non, *reliquias*, aut *reliquiarum*, ut „ alii.] Corbeienſi codici favent MSS. optimus S. Cr. & unus S. Mar. Communem lectionem habent Vet. & reliqui MSS. noſtri.

Henricus Wangnereck, qui cum Lov. & Som. legit, *rea reliquiarum*, ita exponit hunc locum „ Poenas intel- „ ligit peccati originalis, inter quas mi- „ ſerrima eſt, indomitarum affectionum „ moleſta rebellio; inde erat quod Mo- „ nica filii conſuetudine privata, im- „ modice dolebat. Editio Baſileenſ. vi- „ tioſe legit, *arguebatur in ea reli-* „ *quiarum Eva*, nullus enim ſenſus „ eſt. „

Communis lectio, quam plerique MSS. nec non Bad. Am. & Er. habent, non adeo inepta eſt, ſi ſubintelligatur, *quidquam*, vel ſimile; ut ſit ſenſus, prodidiſſe ea occaſione Monnicam quidquam infirmitatis Evae. Nec, iudicio noſtro, de infirmitate ad culpam, ut arbitratur Wangnereck, ſed ad poenam ſpectante loquitur Auguſtinus; quaerentis enim gemitum parientis gemitui comparat.

Ao autem filii diſceſſum aperta eiuſdem confeſſione: vel potius coniectura, & qua pollebat non mediocri ſagacitate praeintellexerit Monnica, haud ex his manifeſte deducitur. Poſteriori modo praeintellexiſſe opinari videntur Benedictini, qui lib. 2. Vitae S. D. c. 1. n. 2. ita loquuntur: *Non latuit Monnicam quod Auguſtinus animo volvebat proficiſcendi conſilium quae &c.* Unde & Caeſaris Benvenuti Canonici Lateranenſis, qui Vitam Auguſtini Gallice ſcriptam Italice reddidit, haec ſunt verba lib. 2. c. 1. n. 2. *Santa Monica, sta era attaccata al suo figlio conforme sono le madri &c. ſcoprì probabilmente da qualche congettura il diſegno, che avea d' andar a Roma &c.*

Ceterum tanta Monnicae in Filium amica propenſio non adeo oſcitanter penſanda eſt; & alii enim filii erant, erga quos tamen non ita aeſtuabat; non inquam illud dilectionis portentum in Monnicae ad amorem pronum animum unice revocandum eſt, ſed & in egregiam Auguſtini indolem, quae illum fovebat; & in divinae gratiae nunquam otioſae ſtimulos, quae S. Matris pectus in Filium, tunc quidem deceptum, ſed inde in ſummum Eccleſiae Catholicae Achillem: & tandem Empyrei civem, aut potius Senatorem transformandum, amice, & ſuaviter concitabat.

(n) *Et ego Romam.* = Contigit id anno Domini trecenteſimo octogeſimo tertio; ut ante nos Benedictini obſervarunt: qui lib. 1. Vitae cap. 9. n. 6. in fine haec habent. „ Sic animo adſ- „ ctus erat, cum relicta Africa Romam „ petiturus, traiecit in Italiam; quod „ iter cum ſtatim ab habito cum Fauſto „ ſermone commemorat, indicare vi- „ detur id ſe anno aetatis ſuae vigeſi- „ mo-nono vergente, per litterarias forſi- „ tan inducias anni trecenteſimi octoge- „ ſimi tertii ſuſcepiſſe; quanquam reve- „ ra nihil obſtet, quominus ſuſceptum „ ab ipſo ſub ineuntem hunc eumdem „ annum Chriſti exiſtimetur. „

Adſentiuntur velut exploratae rei Bollandi continuatores, nempe Ioannes Pinius, Guglielmus Cuperus, M. Ioannes Stiltingus, qui de actis SS. Auguſti, tom. 6. a die 27. uſque ad 31. §. 5. haec habent: *Anno Chriſti* 383. *S. Auguſtinus ex Africa Romam navigavit, ut turbulentas diſcipulorum Carthaginenſium ſeditiones effugeret, & ſibi quietius rhetoricam doceret.*

Fuit vero is annus Auguſtini 29. Monnicae quinquageſimus ſecundus, Adeodati undecimus, Damaſi Papae 17. Gratiani 16. Valentiniani Iunioris 8. Theodoſii 5. Merobaude, & Saturnino Conſulibus.

Inſciis autem amicis, ac ipſo etiam Romaniano hoc iter ſuſcepit; quod recolens lib. 2. contra Academ. c. 2. n. 3. ſic id in eiusdem amici, & Mecoenatis laudem vertit. „ Tu etiam cum „ te abſente, atque ignorante navigaſ- „ ſem, nihil (1) ſuccenſens, quod non „ tecum communicaſſem, ut ſolerem: „ atque aliud quidvis, quam contuma- „ ciam ſuſpicans, manſiſti inconcuſſus in „ amicitia: nec plus ante oculos tuos „ liberi deſerti a magiſtro, quam no- „ ſtrae mentis penetralia, puritaſque „ verſata eſt. „

Cum enim, ut videtur, ſubitum eſſet conſilium, cuive mora, publicaque fama poſſet officere, nec Romaniani abſentis, viri prudentiſſimi, cui

(1) Am. Er. *nauſeaſſet ſuccenſens* quibus ſuffragantur aliquot MSS melioris notae.

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Thedos. V.

animi propositum panderet, iussum censuit praestolari regressum. Quod opinantur & Benedictini lib. 2. Vitae, cap. 1. n. 2.

Cuius tamen itineris aut certiorem factum, aut saltem in suspicionem ductum Martianum veterem amicum Patribus Bollandi continuatoribus eodem tomo, & paragrapho, sicut & nobis videtur. Cui discessui honestiorem vitam Terentiano carmine eumdem precatum S. Doctor inde, nempe Epist. 258. (Alias, 155.) n. 5. ei commemorat, dicens. „ Memento quid mihi dixeris profectu„ ro: comicum quidem de Terentio „ (si recolis) versum, sed tamen aptis„ simum, & utilissimum: *Nunc hic dies* „ *vitam aliam affert, alios mores postu-* „ *lat* (1). Quod si veraciter dixisti &c.

At non dubitamus aliquot alios amicos tam magnum iter novisse: cui ut erant pro societate humana quidem honesti, sed non admodum pii, navi tantum amicum vehenti incolumitatem forte Horatii, vel similibus versibus precati sunt:

„ Sic te diva potens Cypri
„ Sic fratres Helenae, lucida sidera
„ Ventorumque regat pater &c.

Quos recitavimus lib. 4. c. 6. D. Et aliis eiusdem, Carmin. l. 1. Ode 35. ad Fortunam, ut Caesarem in Britannos iturum conservet:

„ O diva, gratum quae regis Antium
„ Praesens vel imo tollere de gradu
„ Mortale corpus, vel superbos
„ Vertere funeribus triumphos:
„ Te pauper ambit sollicita prece'
„ Ruris colonus; te dominam aequo-
„ ris &c.

Locum vero, ubi Augustinus Romanos discipulos Rhetoricam docuit, etiam num inspici, ex aliis refert Cornelius Lancillottus Erem. Augustinensis lib. 1. Vitae S. Doctoris, cap. 16. hisce verbis. „ Locum autem, in quo inibi „ docuit eloquentiam, adhuc hodie obser„ vari, eumque dici, *S. Maria della* „ *scala greca*, testatur Martinus Aum„ pies Decanus Moguntinus lib. 1. & „ 5. sui itiner. c. 12. „

C A P U T IX.

A R G U M E N T U M.

Romam appulsus, gravissimis divexatur febribus: quibus invalescentibus, in ultimum vitae discrimen adducitur; aeterni sic luctus abyssi, homini nedum ab originali sacris minime expiato laticibus, sed & patratis in Deum, in se, & in alios peccatis foedo omnino congrui ac debiti confinia salutans: A quo tamen malorum omnium gravissimo Matris nescientis quidem, sed in id preces suas dirigentis meritis se liberatum certum habet. Quod ne temere indicatum, & assertum censeas: Dei clementiam in excipiendis servorum suorum precibus: & eiusdem Matris insignem religionem exhibet.

I. ET Ecce excipior ibi flagello aegritudinis corporalis, & ibam iam ad inferos, portans omnia mala quae commiseram, & in te, & in me, & in alios (*a*) multa & gravia, super originalis peccati vinculum, quo omnes in Adam morimur (2). Non enim quidquam mihi donaveras in Christo (*b*): nec solverat ille in cruce (3) sua (*c*) inimicitias, quas tecum contraxeram peccatis meis; quomodo enim eas solveret in cruce phantasmatis, quod de illo credideram? Quam ergo falsa mihi videbatur mors carnis eius, tam vera erat animae meae: & quam vera erat mors carnis eius, tam falsa vita animae meae, quae

(1) Ter. Andr. Act. 1. Sc. 2.
(2) Cor. 15. 22.
(3) Ephes. 2. & v. 14.

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Thedos. V.

quae id non credebat. Et ingravescentibus febribus, iam ibam, & peribam. Quo enim irem, si tunc hinc abirem, nisi in ignem atque tormenta digna factis meis, in veritate ordinis tui (d)? Et illa hoc nesciebat, & tamen pro me orabat absens. Tu autem ubique praesens, ubi erat exaudiebas eam: & ubi eram, miserebaris mei, ut recuperarem salutem corporis mei, adhuc insanus corde sacrilego. Neque enim desiderabam in illo tanto periculo Baptismum tuum, & melior eram puer, quando illum de materna pietate flagitavi (1), sicut iam recordatus, atque confessus sum. Sed iam in dedecus meum creveram, & consilia medicinae tuae demens irridebam: qui me non sivisti talem bis mori. Quo vulnere si feriretur cor Matris, nunquam sanaretur. Non enim satis eloquor, quid erga me habebat animi: & quanto maiore solicitudine me parturiebat spiritu, quam carne pepererat.

II. Non itaque video, quomodo sanaretur, si mea talis illa mors transverberasset viscera dilectionis eius. Et ubi essent tantae preces, & tam crebrae sine intermissione? Nusquam, nisi ad te. An vero tu Deus misericordiarum, sperneres cor contritum, & humiliatum (2) viduae castae ac sobriae, frequentatis eleemosynas, obsequentis atque servientis Sanctis tuis, nullum diem praetermittentis oblationem ad Altare tuum: bis in die, mane, vespere, ad Ecclesiam tuam sine ulla intermissione venientis, non ad vanas fabulas & aniles loquacitates, sed ut te audiret in tuis sermonibus, & tu illam in suis orationibus? Huius ne tu lacrymas, quibus non a te aurum & argentum petebat (e) nec aliquod mutabile aut volubile bonum, sed salutem animae filii sui; Tu cuius munere talis erat contemneres, & repelleres ab auxilio tuo? Nequaquam Domine. Immo vero aderas, & exaudiebas, & faciebas ordine, quo praedestinaveras esse faciendum. Absit, ut tu falleres eam in illis visionibus & responsis tuis, quae iam commemoravi, & quae non commemoravi, quae illa fideli pectore tenebat (f): & semper orans, tamquam chirographa tua ingerebat tibi. Dignaris enim, quoniam in saeculum misericordia tua, eis quibus omnia debita dimittis, etiam promissionibus tuis debitor fieri (g).

(d) *Et in te, & in me, & in alios.* = Optima, & exactissima peccati divisio; Quam post Augustinum tradidit & Isidorus lib. de Summo bono: inde S. Thomas 1. 2. q. 72. ar. 4. per totum; & tandem Scholastici in tract. de peccatis, Peccata in Deum sunt v. gr. haeresis, sacrilegium, blasphemia: Peccata in nos ipsos gula, luxuria prodigalitas; In proximum vero homicidium, furtum &c. Cumque ut saepe Aristoteles observat, & ipsa naturalis ratio suadet: oppositorum eadem sit ratio; & virtutum quaedam circa Deum: quaedam circa nosmetipsos: aliae circa proximum sunt. Ex quibus patet merito Augustinum dicere se contra Deum, contra se, & contra alios deliquisse.

Vix autem Romae positum ea infirmitate vexatum arbitramur: in quam scilicet incurrere fere necessum erat tenue delicatum corpusculum maris Ira conterritum, tam longo salebroso itinere fractum, & novi caeli intemperie lacessitum. Et eu Augustinum in summo humanarum divinarumque rerum discrimine versatum inficiari non possumus; Corpore enim ita oppressus erat, ut cum morte confligeret: anima autem iam sempiternis ignibus addicebatur. Summum enim pro hac vita humano modo considerata malum do-

 lo-

(1) Lib. 1. cap. 11.

(2) Psal. 50. 19.

A. Ch. 383. Aug. 29. Mun. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Thedos. V.

lorem corporis esse Cornelio Celso praedicanti nonnihil adstipulatur S. Doctor lib. 1. soliloq. cap. 12. n. 21.

(b) *Non enim quidquam mihi donaverat in Christo.* = Illud, & similia intuetur: *Et cum mortui essetis in delictis &c. donans vobis omnia delicta.* Coloss. 2. 13. *Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* Rom. 10 32. Nihil Deus Augustino donaverat in Christo quia donat in Christo iis, qui eumdem induerunt, induimus autem Christum baptismate: *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis* Galat. 3. 27.

(c) *Nec solverat ille in cruce sua &c.* = Adstipulamur Benedictinis qui lectionis huius talem obviam rationem exhibent „ Sic legendum cum MSS. cum „ Bad. & Arn. non ut Am. Fr. & „ Lov. habent, *in carne*. Tametsi hoc „ etiam habeat locus Apostoli, ad quem „ alludit Augustinus. Nam hic dicere „ maluit, *nec solverat ille in cruce*, „ quia sui recordabatur erroris, quo „ antea eum Manichaeis non crucem, „ sed carnem Christi negaverat] Eamdem genuinam lectionem habent Vet. Som. & e MSS nostris novem.

De Christi carne Manichaeorum error stolidissimus expositus a nobis est lib. 4. cap. 4. F. unde non est cur heic quidquam dicamus. Addimus tamen quae habet Henricus Wangnereck (Qui legit, *in carne*) „ Non enim, „ *inquit*, credebant Manichaei Christum „ vere natum, & passum in vera carne sed simulatam speciem carnis ludificandis humanis sensibus praebuisse: „ ubi non mortem, verum etiam resurrectionem similiter mentiretur, cu„ ius erroris causam infra ponit S. D. „ qui recte ait, se non potuisse solvi „ a peccatis per simulatum redemptorem, nec veram in eo fiduciam collocare, quem credebat per phanta„ smata nobis illusisse.

Cur ergo dicat Augustinus se olim Manichaeum in phantasmatis crucem credidisse, ex iis quae ipse habet, ex iis, quae Benedictini, & Wangnereck addunt prorsus manifestum est.

At quae nobis satis, & ad abundantiam dilucidata, adhuc sepulta tenebris videntur *Pherepono*: qui ut est harum Confessionum accuratissimus, si superis placet, expositor, arrepto calamo, cumulo quidquam addere nititur: qua felicitate, videamus: *Hoc est, in cruce, a qua pependisse Phantasma, non Christum ipsum, tenebant Manichaei. Vide quae tantis hoc dogma habet Augustinus T. VIII. aut si pauciaribus rem descriptam cupias, libellum eius de Haeresibus, ad haeresin Manichaeorum.*

Quis te non comicis perfricet salibus commentatorum omnium ineptissime? qui tantillam, miseramque lucernulam tuam tota sepultam nocte, meridiam sole tenente viam, prodis, adolis, ostentas! Quot Augustini sententias, quot & quantia aenigmata arcana nec mussitans quidem omisisti? Nunc vero quaedam sese manifesta, ex se, & de tere a Benedictinis magis retecta, a Wangnereck sermone non brevi dilucidata, talia censes, quae absque tenebrosa lucernula tua inspici minime possint! Atqui alieni sermonis pauca verba quasi tua refricare voluisti, utinam non corrupisses. Dic enim primo, annon textoribus, atque textricibus notum sit Augustinum contra Manichaeos scripsisse? Quid autem commodi litterariae reipublicae confers, dum insinuas octavum operum S. Doctoris tomum scripta in Manichaeos complecti? vis nempe ut quaeramus aciculam, & tuo magisterio sat te fecisse arbitraris, quod dixeris, Videte Adriaticum mare, in ipso enim acicula est. Item omnibus notum est Augustinum haeresum scripsisse catalogum, in quo contineri & Manichaeam, contra quam S. D. adeo certavit, quis non conjiciat? Sed & illud tibi vitio vertendum est, quod numerum, sub quo Manichaea haeresis est, non insinuaveris.

Ex quibus omnibus suspicari licet, ea de re Augustinum a *Pherepono* numquam visum. Quod autem maxime *Pherepon* stupiditatem ignorantiamque, & eorum etiam quae nescit iactantiam ostendit, istud equidem est, nempe latuisse ipsum quis revera esset Manichaeorum error, de quo hic Augustinus. Non phantasma vice Christi, ut dicit *Pherepunus*; sed Christum ipsum in cruce pependisse, cuius tamen caro non vera, sed adparens, & phantastica esset tum in cruce, tum alibi Manichaei obstutiebant. En ipsa Augustini verba in lib. de Haeresibus, n. 46. post med. *Nec fuisse in carne vera, sed simulatam speciem carnis ludificandis humanis sensibus praebuisse, ubi non solum mortem, verum etiam resurrectionem similiter mentiretur.*

(d) *In veritate ordinis tui.* = Secundum iustissimam tuam legem, bonos aeternis gaudiis, malos poenis, item aeternis destinantem.

Inde vero admodum dolet in tanto se periculo baptisma non postulasse: quod expendens Wangnereck, ita loquitur. „ Ve-

„ Venerat in profundum peccatorum „ Augustinus, & contemnebat periturus „ salutis suae remedium, quod puerulus non spreverat, baptismi tum ardens efflagitator; multo nunc culpabilior, quod sciret veritatem apud „ Manichaeos non reperiri. „

Utique Proverb. 18. 3. dicitur: *Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit*; At id de peccatore petulantia contemnente dicitur: de eo inquam, qui consuetudine legem frangens, tandem pravitatis abundantia etiam contemnit; Non de eo, qui errore contemnit: qualis erat Augustinus tunc, Baptisma figmentum esse Ecclesiae credens, a qua recesserat. Parvulus quidem idem sacramentum minime contemserat, sed anxie postulaverat, ut habetur l. 1. c. 11. n. 1. Sed quid mirum, si tunc adhuc in piae Matris sinu ludens, nedum Manichaeorum laqueis haud captus fuerat, sed nec gravi ullo peccato (ut ex culparum historia diligenter expensa deducitur) animam suam inquinaverat?

Quanquam vero iam apud Manichaeos veritatem haud reperiri compererisset; non adhuc tamen Ecclesiae merita, & veritatem detexerat; adhaerens immo nonnihil ipsis Manichaeis, aut saltem non ab eis prorsus avulsus. *Non ut ab eis omnino separarer, sed quasi melius quidquam non invenirem &c.* c. 7. n. 2. huius libri.

Ceterum Naamano forte Iordanis aquas, ad leprae expulsionem ipsi ab Elisaeo propositas contemnenti Augustinus se comparat. De quo lib. 4. Reg. c. 5.

(e) *Quibus non a te aurum, & argentum petebat &c.* = Illud forte intuetur Dei Salomonis preces aequi bonique consulentis, eisque iamiam annuentis: *Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec divitias .... ecce feci tibi secundum sermones tuos &c.* l. 3. Reg. c. 3. Quatuor ergo expendit, quibus adtentis, prudens nemo suspicari poterat vota in cassum itura. 1. Misericordiam Dei. 2. Ardentissimas preces nunquam interruptas. 3. Petentis religionem, & quidem eximiam. 4. Votorum dignitatem: neque enim humana, sed divina res petebatur, nempe spiritualis filii salus.

Hic vero in Matre piam viduam, qualem Paulus optat, pictam ostendit. Quod egerat etiam l. 3. c. 11. ubi quaedam observavimus.

Quod dixerat paulo ante, *nullum diem praetermittentis oblationem ad altare tuum*, ita excipit Henricus Wangnereck. „ Puto intelligi Oblationes, quas ad Agapen, sive convivia pauperum afferre „ solebat ex more Africano, de quo „ infra. Id colligo ex prioribus, *quod „ frequentaret eleemosynas, obsequeretur, & serviret sanctis*. Sumit tamen „ S. Doctor oblationem saepe pro sacrificio Missae, cui quotidie interfuisse matrem significat.] Male: fere enim evidenter loquitur hic Augustinus de panis & vini oblationibus, quas pro sacrificio passim solebant adferre vetustae aetatis Catholici; itemque de oblationibus aliarum rerum, Episcopi, & ministrorum Ecclesiasticorum sustentationi destinatarum.

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. 11. Dam. XVII. Valent. VIII. Theodos. V.

(f) *Quae illa fideli pectore tenebat.* = Dei Matri in hoc Monnica nonnihil similis: *Maria autem conservabat omnia verba haec, conferens in corde suo.* Lucae 2. 19. De visionibus autem, ac divinis responsis, seu de eorum parte dixerat l. 3. c. 11. & 12. Has visiones, haec divina responsa tanquam chirographa (ut sequitur) Monnica Deo ingerebat; quasi illi diceret: Quemadmodum qui gratiae propria manu subscripsit, eamdem tenetur reddere gratiam; sic tu, qui tot visionibus mei filii spiritualem salutem spopondisti, teneris aliquando tandem eam concedere.

Porro sequentia verba, *quoniam in saeculum misericordia tua* depromsit ex v. 1. Psal. 105. quae Ipse suo loco sic dilucidat. „ Item quod dictum est, *Quo„ niam in saeculum misericordia eius:* „ Graecus habet &c. quod potest etiam „ in aeternum interpretari. Proinde si „ illa misericordia hic intelligitur, qua „ nemo sine Deo beatus esse potest, „ melius accipimus in aeternum. Si au„ tem illa est misericordia, quae mi„ seris exhibetur, ut vel consolentur „ in miseria, vel ab illa etiam liberen„ tur, melius in saeculum: hoc est usque „ in finem saeculi, in quo non deerunt mi„ seri, quibus misericordia praebeatur, „ Nisi forte quis audeat dicere, etiam in „ his qui damnabuntur cum diabolo & „ angelis eius, aliquam misericordiam „ Dei minime defuturam, non quia ex „ illa damnatione liberantur, sed ut eis „ aliquatenus mitigetur; atque ita ae„ ternam posse intelligi Dei misericor„ diam super illorum aeternam mise„ riam. Sed tolerabiliorem quosdam „ excepturos damnationem in quorumdam „ comparatione legimus; aliquius vero „ mitigari eam cui est traditus poenam, „ vel quibusdam intervallis habere ali-

quam

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Thedoſ. V.

„ quam pauſam, quis audacter dixe„ rit, quandoquidem unam ſtillam di„ ves ille non meruit (1)?] Qui Auguſtini ſermo (de Quo 4. Gen. diſ. 46. *Sed quaeritur*) addendus eſt iis, quae obſervavimus lib. 1. cap. 6. dum ea verba, *ſecundum divitias uſque ad fundum rerum diſpoſitas*, dilucidaremus.

(*g*) *Etiam promiſſionibus tuis debitor fieri*. = Deum debito, iuſtitiaque non ſola miſericordia, & liberalitate hominibus plura largiri certum eſt. At noli aut arbitrari, aut timere quidquam ex hoc contra maieſtatem eius inferri poſſe; debet enim, non omni modo, ſed promiſſionibus adtentis, in quas tamen miſericordia, & liberalitate ivit. Quid contra regem terrenum inferres, cui chirographum quidem ingerere poſſes, quod tamen clementia, & liberalitate ſua ſubſcripſerat: *Dicent enim tempore meſſis Domino ſuo; Domine adiuvante te, fecimus quod iuſſiſti: redde quod promiſiſti* (2). In calce Serm. 31. de verbis Pſal. 125. 5. (Alias, de Sanctis 45.) Eadem tradit Serm. 395. de Adſcenſione Dom. 6. in fine; qui Sermo nempe erutus eſt ex vetuſtiſſimo codice Remigiano, habeturque tom. 5. poſt Fragmenta Serm. Lib. item 1. de Libero Arbitr. cap. 1. n. 2. In Pſalm. 32. Serm. 1. ad v. 4. Doctius autem lib. de Gratia, & Libero Arbitrio cap. 6. n. 13. & 14.

C A P U T X.

A R G U M E N T U M.

Ab aegritudine inde recreatus: fuit tamen idem qui olim: a Manichaeis nedum haud prorſus avulſus, ſed eorum etiam Electis conſuetudine iunctus; eaque adhuc ſuperſtitione deceptus, Non a nobis, ſed a latente in nobis natura quadam peccata fluere. Cumque ab in eiſdem Manichaeis inveniendae veritatis ſpe decidiſſet, nec adhuc Eccleſiae Catholicae merita agnoſceret, incertus quo curſum ſuum dirigeret, pendulum Academicorum caput minime exhorruit. Interim ipſe in mille impingens ſcopulos, quod ſpiritualem naturam concipere non valens, cupienſve ex qualiſcunque pietatis ſtimulis creaturas malas a bono Deo tollere: Duas primas moles, ambas, licet non prorſus ex aequo, infinitas ex adverſo ſtatueret: ex quarum una bonae, ex altera malae naturae eſſent. Hinc etiam quum carni concerni, & carne haud inquinari nimis arduum, & portentoſum ſibi videretur: Salvatorem, quem nullo modo inquinatum volnit, ex Maria Virgine ortum credere timuit.

I. REcreaſti ergo me ab illa aegritudine, & ſalvum feciſti filium ancillae tuae (*a*); tunc interim corpore, ut eſſet, cui ſalutem meliorem atque certiorem dares. Et iungebar etiam tunc Romae falſis illis, atque fallentibus Sanctis. Non enim tantum Auditoribus eorum, quorum e numero erat etiam is, in cuius domo aegrotaveram; & convalueram: ſed eis etiam, quos Electos vocant (*b*). Adhuc enim mihi videbatur non eſſe nos, qui peccamus, ſed neſcio quam aliam in nobis peccare naturam: & delectabat ſuperbiam meam extra culpam eſſe: & cum aliquid mali feciſſem, non confiteri me feciſſe, ut ſanares animam meam, quoniam peccabat tibi (3); ſed excuſare eam (*c*) amabam, & accuſare neſcio quid aliud, quod mecum eſſet, & ego non eſſem. Verum autem totum ego eram, & adverſum me impietas mea me diviſerat (*d*): & id erat peccatum inſana-

(1) Lucae 16. 24.
(2) Am. Er. & MSS. addunt, *in aeternum*.
(3) Pſal. 40. 5.

nabilius, quo me peccatorem non esse arbitrabar: & exsecrabilis iniquitas te, Deus omnipotens, te in me ad perniciem meam (e), quam me a te, ad salutem malle superari. Nondum ergo posueras custodiam ori meo, & ostium continentiae circum labia mea: ut non declinaret cor meum in verba maligna, ad excusandas excusationes in peccatis cum hominibus operantibus iniquitatem; & ideo adhuc combinabam cum Electis (f) eorum (1).

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. 11. Dam. XVII. Valent. VIII. Theod. V.

II. Sed tamen iam desperans, in ea falsa doctrina me posse proficere: eaque ipsa, quibus si nihil melius reperirem, contentus esse decreveram, iam remissius negligentiusque retinebam. Etenim suborta est etiam mihi cogitatio, prudentiores caeteris fuisse illos philosophos, quos Academicos appellant (g), quod de omnibus dubitandum esse censuerant, nec aliquid veri ab homine deprehendi posse decreverant. Ita enim & mihi liquido sensisse videbantur, ut vulgo habentur, etiam illorum intentionem nondum intelligenti. Nec dissimulavi eumdem hospitem meum reprimere a nimia fiducia, quam sensi eum habere de rebus fabulosis, quibus Manichaei libri pleni sunt. Amicitia tamen eorum familiarius utebar, quam ceterorum hominum, qui in illa haeresi non fuissent. Nec eam defendebam pristina animositate; sed tamen familiaritas eorum, plures enim eos Roma occultat, pigrius me faciebat aliud quaerere, praesertim desperantem in Ecclesia tua, Domine caeli & terrae, creator omnium visibilium & invisibilium, posse inveneri verum, unde me illi averterant; Multumque mihi turpe videbatur credere figuram habere humanae carnis, & membrorum nostrorum lineamentis corporalibus terminari. Et quoniam cum de Deo meo cogitare vellem, cogitare nisi moles corporum non noveram, neque enim videbatur mihi esse quidquam (h), quod tale non esset, ea maxima & prope sola caussa erat inevitabilis erroris mei.

III. Hinc, enim & mali substantiam quamdam credebam esse talem, & habere suam molem tetram, & deformem, sive crassam, quam terram dicebant: sive tenuem atque subtilem, sicuti est aeris corpus, quam malignam mentem per illam terram repentem imaginantur. Et quia Deum bonum nullam malam naturam creasse, qualiscunque pietas me credere cogebat, constituebam ex adverso sibi duas moles, utramque infinitam, sed malam angustius, bonam grandius. Et ex hoc initio pestilentioso, me cetera sacrilegia sequebantur. Cum enim conaretur animus meus recurrere in Catholicam fidem, repercutiebar; quia non erat Catholica fides, quam esse arbitrabar (i). Et magis pius mihi videbar, si te, Deus meus, cui confitentur ex me miserationes tuae, vel ex ceteris partibus infinitum crederem, quamvis ex una qua tibi moles mali opponebatur, cogerer finitum fateri, quam si ex omnibus partibus in corporis humani forma te opinarer finiri. Et melius mihi videbar credere nullum malum te creasse quod mihi nescienti non solum aliqua substantia, sed etiam corporea videbatur, quia & mentem cogitare non noveram, nisi eam subtile corpus esse, quod tamen per loci spatia diffunderetur, quam credere abs te (k) esse qualem putabam naturam mali. Ipsum quoque Salvatorem nostrum unige-

ni-

(1) Psal. 140. a v. 3.

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. 11. Dam. XVII. Valent. VIII. Theodos. V.

nitum tuum, tanquam de massa lucidissimae molis tuae porrectum ad nostram salutem ita putabam, ut aliud de illo non crederem, nisi quod possem vanitate imaginari. Talem itaque naturam eius nasci non posse de Maria Virgine arbitrabar, nisi carni concerneretur. Concerni autem, & non inquinari non videbam, quod mihi tale figurabam. Metuebam itaque credere in carne natum, ne credere cogerer ex carne inquinatum. Nunc spiritales tui blande (*l*), & amanter ridebunt me, si has Confessiones meas legerint: Sed tamen talis eram.

(*a*) *Et Salvum fecisti filium ancillae tuae.* = Augustinum filium Monnicae ancillae Dei, hic sensus, ut Schola loquitur, caussalis: ac si diceres, Salvus factus est Augustinus quia filius Monnicae ancillae Dei: talis inquam ancillae meritis. Alludit autem ad illud Psal. 85. 16. *Et salvum fac filium ancillae tuae.* Ubi S. Doctor n. 22. *Dominus filios ancillae. Cuius ancillae? Cui nasciturus quando nuntiatus est, respondit & ait, Ecce ancilla Domini &c.* (Lucae 1. 38.) Vide infra l. 9. c. 1. A.

Hanc corporis salutem quasi indirecte Monnica Dei ancilla filio obtinuit: cum siquidem animae salutem postularet, Deus interim donavit illam, sine qua haec haberi haud poterat; unde sequitur: *tunc interim corpore, ut &c.*

(*b*) *Sed eis etiam, quos Electos vocant.* = Henricus Wangnereck ita exponit hunc locum: *Serviebat nimirum electis, cibos eis afferendo eosque audiendo: in electorum tamen ordinem nunquam venit, ut ipse testatur.* Non explicat qui fuerint Electi, cum l. 3. c. 10. satis doctus pater explicasset, inquiens ad illud, *si comedisset aliquis sanctus* „ Adverte ex eodem S. D. „ Manichaeos, in duas generatim clas„ ses fuisse distributos. Quidam dice„ bantur Electi sive Sancti, alii Audi„ tores. Priores erant, qui tantum in „ insania profecerant, ut magistri esse „ possent, aut in errore constantes es„ sent. Reliqui adhuc rudes, vel va„ cillantes Auditorum, velut discipu„ lorum & Catechumenorum loco e„ rant; in quo ordine mansit Augusti„ nus, nunquam receptus inter Electos] Et inde ex S. Doctore addit plura, ut nullibi commentarium ut hic profusum scripserit. Lib. 4. etiam, cap. 1. ad illud, *in officina aqualiculi sui &c.* quaedam alia habet.

Quorsum haec? de Manichaeis enim, eorumque classibus, & somniis, ipsius S. Doctoris verbis adductis, diximus ample l. 3. c. 4. quorsum igitur? Ut totus orbis agnoscat quantum ultimis temporibus commentariis suis nobis profuerit *Ioannes Phereponus*, qui sterilia huiusmodi verba ad hunc locum eructat „ Hi apud eos ve„ luti primariae virtutis, aut commen„ tis eius sectae addictissimi erant; minus „ perfecti dicebantur Auditores. Nam „ ut verbis utar Augustini ex memo„ rato libello his duabus perfectionibus, „ hoc est, Electorum, & Auditorum „ Ecclesiam suam constare voluerunt. „

Haec nedum ab Henrico, sed & ab ipso Augustino habebamus; immo longe ampliora, si plures quae in his Confessionibus occurrunt sententiae invicem iungantur. Certe illa sola l. 4. c. 1. *Illac autem purgari nos ab illis sordibus expetentes, cum eis, qui appellantur Electi, & sancti, afferremus escas, de quibus nobis in officina &c.* Haec sola, inquam, maiorem conciliant lucem, ac integer *Pherepons* commentarius.

Bollandistae t. 6. a die 27. usque ad 31. Augusti paragr. 5. Hoc Augustini testimonium respicientes talem suspicionem produnt „ Forsan & familiaritas „ ei praebuit occasionem detegendi va„ ria Manichaeorum flagitia, quae l. „ 2. de morib. c. 14. & 20. postea „ confidenter illis exprobavit in hunc „ modum: *Denique tam multa &c.*

Ut autem ad nos redeamus; Manichaeorum Electos falsos, atque fallentes vocat *sanctos*, quia ipsi Manichaea haeresi decepti, hypocrisi, scilicet sanctitatis umbra alios, maxime Auditores decipiebant.

(*c*) *Quoniam peccabat tibi, sed excusare eum &c.* = Ita communiter codices, & Benedictini, qui admonent „ Ita vetusti codices, ubi Lov. habent „ *Peccavi tibi, sed excusare me.*] Lov. tamen praeivit *Erasmus*.

Erravit autem *Erasmus*, & qui ei adhaesit, Davidis verba considerans, & non

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Theod. V.

non Augustini propositum ; Siquidem peccabat anima, & ipsa erat vel excusanda, vel accusanda.

At quid Lectori, & *Erasme*, qui ut ei lucem conciliaret, hoc velut summarium ad capitis initium posuit : *Errores ante susceptam Evangelii doctrinam*. (quod summarium, pro more retentum est in sequentibus editionibus, etiam in ea, quam Benedictini adornarunt.) Quid usque modo *Erasme*, quid inde : quid in prope integra hac opella Augustinus ; nisi errores recensere suos ante susceptam Evangelii doctrinam?

(*d*) *Et adversum me impietas mea me diviserat*. = Et impietas mea in me aliam substantiam posuerat, quae adversum me certaret, traheretque in peccata; vel ipsa sola peccans, mihi peccatoris nomen mereretur. Divisionem hanc ab impietate factam dicit: quia si non ipse, sed substantia in ipso latens in peccata quasi ex natura, & instituto fluebat: peccata quaelibet in Deum substantiarum omnium auctorem refundebantur. Deum vere peccatum non habere, sed exhorrescere clamant ubique sacrae Literae. Exodi 23. 2. Paralippom. l. 2. c. 19. v. 7. Iud. 5. 21. Iobi 34. 10. Prov. 15. v. 8., & 9. Rom. 9. 14. Iac. 1. 13. Quin immo praedicant solum bonum, & sanctum (sanctitate absoluta &c.) Reg. l. 1. c. 2. v. 2. Machab. l. 2. c. 1. v. 24., & 25. Matth. 19. 17. Lucae 18. 19. Impietatem suam Davidis pietati opponit dicentis Psal. 21. 5. *Confitebar adversum me iniustitiam meam Domino*.

(*e*) *Te in me ad perniciem meam*. = Sequimur Benedictinos, qui admonent. „ Lov. & antiquae editiones, *te a me*. „ Melius vero MSS. & Arn. *te in me*. „ Iuxta Manichaeorum errorem, qui „ Dei portionem in homine cum natura „ mali depugnare credebant. „

Quae ratio a diligentibus Patribus insinuata : paulo distinctius a nobis digerenda est, ut sic etiam hunc locum dilucidemus. Erat Manichaeorum, & Augustini error, ut ipse nonnihil n. 3. explicat, duos deos, duo prima principia, seu duas moles ambas infinitas dari : magis vero, pluribus nempe rationibus & quoad plura munia, infinitam bonam ; A bona creatum hominem : a mala quamdam in homine latentem substantiam malam ; quae quidem natura petulantissima assidue contra bonam decertans, non raro eam prosterneret : ex qua iniqua victoria mox haberetur peccatum, fructum scilicet gignente natura quae vicerat, non ea quae gemebat prostrata : Sic homo a peccato censebatur immunis, utpote in quod a mala substantia velut colligatus funibus, vel obtorto collo gemens tractus esset. Ex quibus patet cur error iste in pietatem peccaret: Primo enim, substantiae malae iniquitas in verum Deum debuisset refundi, quem vellent nollent, omnium prorsus substantiarum creatorem fateri debebant ; Ulterius vero, impietas est naturam bonam, a bono Deo factam, a mala, a malo facta prostratam dicere, & ad peccandum coactam. Maxime quoniam naturam bonam partem substantiae boni Dei esse somniabant.

Unde & in manifesto ponitur, quid hic velit Augustinus: & lectio nostra stabilitur ; Ex errore illo duarum substantiarum, malle, deduci poterat, Augustinum in se Deum, hoc est substantiam bonam ab ipso Deo factam, & eiusdem Dei partem ad suam perniciem ad peccandum : quam ab ipso Deo, vel eius gratia ad salutem, ad bona opera exercenda superari. Ceterum iam paulo ante dixerat S. D. existimavisse quod substantia mala esset non ipse, sed secum: adeo bona substantia, non a se, sed in se vincebatur.

(*f*) *Et ideo adhuc combinabam cum Electis eorum*. = In Vet. & textu Er. *convivebam*; in eius laterali margine, *communicabam*, *convivabar*. Alii, *combibebam*. Antiquorum codicum lectionem, quam habent etiam 3. MSS. S. Mar. (etsi unus obscure) & Ricar. praeferendam esse eadem quae Benedictinis nobis ratio suasit. Quia videlicet & hic, & alibi Lxx. lectionem Augustinus sequitur, quae habet, *combinabam*. Quandoquidem adludit ad illud Psal. 140. 4. *Et non communicabo cum electis eorum:* quod ipse in Psalmi expositione legit, *& non combinabo*. Cur. forte *Communicabam*.

Ad eum autem Psalmi locum haec habet S. D. n. 12. „ *Nostis, Fratres, quod non est praetermittendum quasi iniustus, eminentiores in se teneates velut primum gradum iustitiae Electos vocari apud Manichaeos. Qui noverant, recognoscant: qui nesciebant, audiant. Electi quidem &c.* Et prosequitur non ita brevi, acerrima autem declamatione Electorum superbum delirium perstringens.

Ut autem ad primum redeamus :

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 32. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Theduf. V.

Som. & Waegn. nobiscum sant: nisi quod passive verbum ponant, *cumbinabur*; & quidem non male: *cumbino* siquidem activae significationis est, non passivae: non scilicet *auri*, sed *aure* significat; unde S. D. l. 8. c. 6. n. 3. *Ut forte cambinati spatiabantur*. Et Sidonius l. 9. Epist. 8. *Obsequia cambinans numeris aequata, non meritis*.

(g) *Quos Academicos appellant*. = Quorum mens adeo obscura est; quorum institutum adeo aequivocum, & mille implicatum ambagibus, ut nec ipsi forte scirent quid vellent: certe iudicio nostro vel contra Academicos, vel de Academicis nonnisi magno volumine disseri potest; Ideo quae coeperamus hic scribere, delevimus, ne commentarios hosce ingenti vitiosa mole oneraremus. Contra viros istos, quos si quaedam species, doctissimos: si alia, phantasmatum somniatores appellare debes, tres libros adhuc catechumenus Augustinus exaravit: de quibus lib. 1. Retract. c. 1. haec ista pronuntiat „ Cum ergo reliquissem vel quae adeptus fueram in cupiditatibus huius mundi, vel quae adipisci volebam: & me ad Christianae vitae otium contulissem, nondum baptizatus contra Academicos, vel de Academicis primum scripsi, ut argumenta eorum, quae multis ingerunt veri inveniendi desperationem, & prohibent cuiquam rei assentiri, & omnino aliquid tamquam manifestum certumque sit approbare sapientem, cum eis omnia videantur obscura, & incerta ab animo meo, quia & me movebant, quantis possem rationibus amoverem. Quod miserante, atque adiuvante Domino factum est.] Vide etiam, si lubet Epist. 1. (Alias, 213.) ad Hermogen. Enchirid. c. 20. de Trinit. c. 52. de Civit. Dei l. 8. c. 12. & lib. 19. c. 1. & 58. Iis quae Epist. ad Hermogen. iunior habet ne admodum haereas, praeferasque ea quae observat in lib. Retract. & de Trinit.

(h) *Neque enim videbatur mihi esse quidquam &c.* = Sicut alii, quos supra nominasti, & inferius addis, ita error hic non a tua, sed ab aliena mente fluxerat, cui tamen aliis te Augustine rationibus iunxeras. Unde post plures annos (scilicet an. 413.) lib. vel Epist. 147. de Videndo Deo ad Paulinam (Alias, 112.) c. 25. n. 49. velut non de uno, sed de plurium errantium hominum coetu dixisti: *Sunt enim quidam, qui Deum ipsum omnino corpus esse praesumunt, putantes quidquid corpus non est, nullam prorsus esse substantiam; istas omni modo aversandos censeo*. Ceterum nihil esse quod corpus non sit hominis cuiuscunque meditationi videtur; sed aliud est meditari, seu intueri: aliud est ratione deducere; Cum corporeorum phantasmatum ministerio quaelibet in hac vita meditemur, omnia, ut Peripateticae scholae loquuntur, ad corporum modum adprehendimus; unde & eum mentis oculis Deum intuemur, adprehendimus veluti corpus; at interim Orthodoxa fide nedum, sed & ratione certi sumus, ens perfectissimum omni prorsus vel etiam subtilissimae materiae expers esse. Vide c. 14. C. & l. 7. c. 1. B.

(i) *Non erat Catholica fides; quam esse arbitrabar*. = Imponebant enim Catholicae Ecclesiae blasphemias quasdam Manichaei, a quibus eadem quantum ortus ab occidente distabat. Quaedam porro imponebant sua ipsorum malitia: alia iniustis, malisve consequutionibus. Docebant puta Catholici ex cap 1. Genes. hominem ad Dei imaginem factum; Inferebant Manichaei: Igitur iuxta Genesim, & Ecclesiam Deus corpus est in membra protensum: quandoquidem talis est homo ad eius imaginem factus. Cum tamen, ut vidimus l. 3. c. 7. B. ex anima, non ex corpore similitudo illa petatur. Vide infra l. 6. c. 3. n. 2.

(k) *Per loci spatia diffunderetur, quam credere abs te &c.* = Hanc lectionem omnino tenendam arbitramur. B. B. qui nobiscum sunt, haec admonent. „ Bad. Am. & Er. *diffunderetur abs te*. Has duas particulas expunxerunt Lov. neque nos praeter quam in Regiomontensi codice eas reperimus.] Expunxerunt etiam Som. Wang. Nec habent MSS. 3. S. Mar. optimus S. Cr. Ricar. Car. Habet tamen Vet.

Qui particulas illas addidere forte decepti sunt, factas censentes ab Augustino antitheses som inter duo illa, *diffunderetur abs te: quam credere abs te*. Verum quid cum his illud verbum, *diffunderetur*, quod ad sermonis telam haud spectas, sed interiectionem complet? Et profecto, quid illud, *abs te*, cum corpus, quanquam subtile sua natura per loci spatia diffundatur?

In eo autem quod addit, *concerni, & non inquinari &c.* haud male argumentabatur, maxime cum Manichaeorum opinione esset Christus purissima & delicatissima Dei pars: dato quidem fal-

so

so principio, quod caro a tenebrarum principe genita, vel facta esset. Quod tamen quum non subsisteret, totum consequenter argumentum ruebat. Vide l. 7. c. 2. D.

(*l*) *Nunc spiritales tui blande &c.* = Censebunt plures *spiritualium* vocabulo pios, & religiosos viros Augustinum hic designare. Alii magis veritati proximi dicent, de omnibus Catholicis, fidei sanctaeque professionis ratione spiritualibus, Augustinum loquutum. Verum si Augustini, Manichaeos conceptuum dogmatumve crassitie carnales passim vocantis, phrasim prae oculi habeas, dicere congeris, & quidem rectius Catholicos S. Doctorem inspexisse, quatenus iudicii puritate spirituales vocantur.

Non dure autem, & inique: sed blande, & amanter a Spiritualibus se irrisum iri confidit: optime sciens Catholici esse proximi aberrationes deplorare, & corrigere: non Pharisaico tumore, & fastu irridere. *Non irrideas hominem in amaritudine animae*. Ecclesiastici 7. 12.

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. 11. Dam. XVII. Valent. VIII Theodos. V.

C A P U T XI.

A R G U M E N T U M.

Quanquam Scripturarum divinarum oracula, a Manichaeis impetita posse vindicari diffideret: adhuc doctissimum Ecclesiae Catholicae hominem expetebat, qui de obiectis sensa sua depromeret. Iam enim olim apud Carthaginem cuiusdam Helpidii contra eosdem Manichaeos palam disputantis meliores partes agnoverat: quas horum subterfugia, Scripturas novi Foederis corruptas temere caussantium, & integra exemplaria nulla exhibentium minime labefactarent. At interim ipse corporalium imaginum mole oppressus, in spiritalium rerum naturam, in veritatis lucem non respirabat.



Einde quae illi in Scripturis tuis reprehenderant, defendi posse non existimabam, sed aliquando sane cupiebam, cum aliquo illorum Librorum doctissimo conferre singula, & experiri, quid inde sentiret. Iam enim Helpidii cuiusdam adversus eosdem Manichaeos coram loquentis & disserentis sermones, etiam apud Carthaginem movere me coeperant, cum talia de Scripturis proferret, quibus resisti non facile posset, & imbecilla mihi responsio videbatur istorum. Quam quidem non facile palam promebant, sed nobis secretius, cum dicerent Scripturas novi Testamenti falsatas fuisse a nescio quibus, qui Iudaeorum legem inserere Christianae fidei voluerunt: atque ipsi incorrupta exemplaria nulla proferrent. Sed me maxime captum & offocatum quodammodo deprimebant corporalia cogitantem (*a*) moles illae, sub quibus anhelans in auram tuae veritatis liquidam & simplicem (*b*) respirare non poteram.

(*a*) *Deprimebant corporalia cogitantem.* = Legimus Sap. 9. 15. *Terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem*. Si carnis haec sarcina, quam a natura habemus, mentis nostrae intuitus deprimit, quanto magis Divinitatis corporeae imagines, quas peccatum, quas puditissima praefixit haeresis? At nonnulla Augustino venia: neque enim ipse moles illas excogitaverat, sibique superinduxerat, sed a Manichaeis deceptus acceperat, eorsuerat-que a divinis Scripturis, quarum metaphoras ignorabat, doctas, ac stabilitas.

De Manichaeorum blasphemia, Scripturas a quibusdam, puta ab illis, qui Legem Evangelio miscere cupiebant falsatas praedicantium agit S. D. etiam lib. de Utilitate credendi, cap. 3. n. 7. &

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Thedos. V.

7. & lib. 11. contra Faustum, cap. 2. 4. 5. & 6. & lib. 32. cap. 21.

(*b*) *Liquidum, & simplicem*. = Omnino spiritualem, corporis nedum, sed & cuiuscunque compositionis tum physicae, tum metaphysicae expertem. Homo enim carne & physica compositione constat: Angelus tantum metaphysica: Deus vero nulla, utpote qui est simplicissimus spiritus.

Desiderius Erasmus ad huius capitis verticem hocce velut argumentum posuit: *Qualiter Augustinus contulerit cum catholicis*. (quod relictum est in sequentibus pariter editionibus, nec ea excepta, quam Benedictini adornarunt.) Ubi hic magna observatione digna collatio, quam cum Catholicis Manichaeus Augustinus habuerit? Quin immo nulla; Nisi collationis factae certum illud indicium arbitreris: *Aliquando fane cupiebam cum aliquo &c.*

Huiusmodi neniae in *Erasmi* editione passim occurrunt; at aliquoties tantum eas nos exhibemus, cum a gravioribus commentaria, ut hic, liberi sumus.

C A P U T XII.

A R G U M E N T U M.

Aliquot Romae sedulo collectis discipulis, de Eloquentiae iuribus disserit: eamque Urbi innotescit. Verum quos propria experientia Carthaginensibus scholaribus longe modestiores deprehendit, aliorum testimonio in reddenda praeceptori mercede iniustos initique pacti violatores agnoscens, eos exhorret. Quaerit nunc quales essent a se in eos concepti furoris igniculi: pie contra tales inde declamans.



Edulo ergo agere coeperam, propter quod veneram, ut docerem Romae artem Rhetoricam: & prius domi congregare aliquos, quibus & per quos innotescere coeperam; & ecce cognosco alia Romae fieri, quae non (*a*) patiebar in Africa. Nam revera illas eversiones, a perditis adolescentibus ibi non fieri, manifestatum est mihi. Sed subito, inquiunt, ne mercedem magistro reddant, conspirant multi adolescentes, & transferunt se ad alium, desertores fidei: & quibus prae pecuniae caritate iustitia vilis est. Oderat etiam istos cor meum, quamvis non perfecto odio (*b*). Quod enim ab eis passurus eram, magis oderam fortasse, quam eo quod cuilibet illicita faciebant. Certe tamen turpes sunt tales (*c*), & fornicantur abs te, amando volatica ludibria temporum, & lucrum luteum, quod cum adprehenditur, manum inquinat: & amplectendo mundum fugientem, contemnendo te manentem, & revocantem, & ignoscentem redeunti ad te meretrici animae humanae. Et nunc tales odi pravos & distortos quamvis eos corrigendos diligam, ut pecuniae doctrinam ipsam, quam discunt, praeferant: ei vero te Deum veritatem & ubertatem certi boni, & pacem castissimam. Sed tunc eos magis pati nolebam malos propter me, quam fieri propter te bonos volebam.

(*a*) *Et ecce cognosco alia Romae fieri, quae non &c.* = Quid iuvenis ingenue, cuius res, cuius aeternam salutem inspicit, ordinatque secretis viis Numen ab alto, quid sperabas? An ne felicitatem, & quietem? An prosperam, laetamque sortem Romae te inventurum, quam nullae iniustae, acer-

bae-

A. Ch. 383. Aug. 29. Mon. 52. Adeod. II. Dam. XVII. Valent. VIII. Thedot. V.

baeque res, quam nullius adversus casus nullum incommodum pungerent, concuterent, deturbarent? Fallebaris, crede mihi, ut tu ipse aliquando tandem disciplina Christi eruditus intelliges nedum, sed mihi, & universo orbi praedicabis. Cum Deus id a nobis exigat, ut pedibus terram calcantes, mentis oculos ab aeternis bonis non divertamus: annonne contra suipsius placitum, nostrumque salutem ageret, lac & rosas plantis nostris supponens, quibus nos illecti, caeli gaudiis, quae supra sensum extolluntur contemtis, aut non curatis, divitiis, carni, terrae prorsus adglutinaremur? Melius longe est, ut spinas, calculosque supponat, quibus puncti, terra dura noverca contenta. Matrem nostram in alto positam vel pia felicique necessitate coacti inspiciamus. At tibi specialior quaedam Dei providentia dura illa supposuit: ut nempe iis punctus, a Roma te divellas, & Mediolanum proficiscaris, cui vel potius cuius antistitis Ambrosii piis, & doctis verbis aeternam tuam salutem alta, recondita que divina iudicia colligarunt.

Ubi nos cum codicibus omnibus paulo post legimus, *subito*, aliquis, ut in margine editionis Er. innuitur, habet, *subditi*: minus bene, ut liquet.

Quod inde Augustinus habet, eos se scholares fidei desertores odisse, non adeo proprie dictum censeas; odium late sumitur, prout significat etiam stomachi motum, quem in malorum adtentione experimur, & iram qua in eosdem nobis Propositos malos naturaliter concitamur. Bene autem dixit Cicero, si naturam simplicem, non corruptam inspiciamus l. de Sen. c. 9. *Quod enim homini naturaliter insitum est, ea uti decet*.

(*b*) *Quamvis non perfecta odio*. = Davidi se opponit Psal. 138. 22. dicenti: *Perfecto odio aderam illos*. Quid sit autem perfecto odio malos odisse, explicat idem Augustinus ad illum locum n. 28. „ Quid est, *perfecto odio*? „ Oderam in eis iniquitates eorum, di„ ligebam conditionem tuam. Hoc est „ perfecto odio odisse, ut nec propter „ vitia homines oderis: nec vitia pro„ pter homines diligas &c. Quomodo „ implebit hoc, (*praeceptum de dili„ genda inimico*) nisi illo perfecto o„ dio: ut hoc in eis oderit, quod i„ niqui sunt, hoc diligat, quod ho„ mines sunt.] Et contra Petilian. l. 1. in fine, seu c. 29. n. 31. *Haec Fratres cum impigra mansuetudine agenda, & praedicanda retinete: Diligite homines, interficite errores*. Quod habet etiam l. 19. contra Faustum, c. 24. In Psal. 118. ad v. 113. *Iniquos odio habui, & legem &c.* Serm. 24. n. 1. In Psal. 139. n. 2. in fine. Unde antiquorum adagium: *Pacem cum hominibus habebis, bellum cum vitiis*. Vide etiam S. Thom. 2. 2. q. 25. art. 6. ad 1.

Quod odii genus ab Augustino, cunctisque honestis viris praedicatum adtendens Faustus Manichaeus, eo se quoque, imitator velut callidus simius, exornare voluit, inquiens lib. 33. c. 3. *Odimus enim nos, & respicimus non quod fuerunt, id est homines, sed quales fuerunt* (de prioris Foederis Sanctis loquitur) *idest malos; nec quod nunc sunt, idest purgatos, sed quod fuerunt, idest impuros aliquando*. Licet quae dixerat lib. 6. c. 1. in fine his addita Faustum facile pinguis contradictionis revincant.

Adeo vero certum est congruere nobis, iniquitates non ipsas personas odisse: ut nec Deus se aliter gerat: *Nihil odisti eorum, quae fecisti*. Sap. 11. 25. *Usque dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem*. Iudith. 5. 21.

Quanquam alia ratione nonnihil diversa se non perfecto odio iniustos scholares odisse, heic Augustinum adfirmare satis constet. Quod scilicet fortasse illorum iniustitiam non tam ut humanae reipublicae universim, quam ut suis adversam rebus sit stomachatus.

(*c*) *Certe tamen turpes sunt tales*. = Turpes, pravos, atque distortos iure meritoque eos scholares appellat; talis enim est qui nobilissima obiectis postponit; pecunia autem sapientiae amplissima ratione concedit: ut constat, vel ex cap. 7. libri Sapientiae. Annonne turpe, pravum, distortumque regnum diceres, in quo proceres plebi subiicerentur? talis autem erat illorum scholarium animus lucra divitias doctrinae virtuti praeferentium. Vide lib. 2. de Libero Arbitrio, cap. 10. n. 29.

A. Ch. 384.
Aug. 30. Mon.
33. Ad. XII.
Dam. XVIII.
Valent. IX.
Theod. VI.

C A P U T XIII.

A R G U M E N T U M.

Rei igitur suae consulens, Mediolanensi Oratoriae vacante cathedra, Manichaeis adiuvantibus, se Augustinus offert: qui publicae orationis experimento tentatus, probatusque Symmaco Urbis Praefecto, publicae evectionis commodo, & honore Mediolanum mittitur. Ubi ab Ambrosio clari nominis antistite tanquam hospes omni religiosae urbanitatis officio exceptus, in eum velut in benignum comitemque erga se hominem gratitudinis, & dilectionis stimulos concipit. De tanti autem viri eloquentia fama longe lateque resonante motus, ei in populo dicenti avidissime aures vacuos arriguit; non quidem intentione, qua debuit: non dogmatum excipiendorum; sed explorandi caussa tanti nominis Oratorem: an puta fama vera nuntiaret, vel mentiretur. Hoc licet pacto in Ambrosii verba Faustinis fucis suavitate nonnihil concedentia: eruditionis copia, & sententiarum gravitate vastissima ratione superemmentia Augustinus suspensus, ad salutis portum sensim accedebat.



Taque posteaquam missum est a Mediolano Romam ad Praefectum urbis, ut illi civitati Rethoricae magister provideretur, impertita etiam evectione publica (*a*), ego ipse ambivi per eosdem ipsos Manichaeis vanitatibus ebrios, quibus ut carerem ibam, sed utrique nesciebamus, ut dictione proposita me probatum (*b*) Praefectus tunc Symmachus (*c*) mitteret. Et veni Mediolanum ad Ambrosium Episcopum (*d*), in optimis notum orbi terrae, pium cultorem tuum, cuius tunc eloquia strenue ministrabant adipem frumenti tui (1), & laetitiam olei, & sobriam vini ebrietatem populo tuo (2). Ad eum autem ducebar abs te nesciens, ut per eum ad te sciens ducerer. Suscepit me paterne ille homo Dei, & peregrinationem meam satis episcopaliter dilexit (*e*). Et eum amare coepi, primo quidem non tanquam doctorem veri, quod in Ecclesia tua prorsus desperabam, sed tanquam hominem benignum in me. Et studiose audiebam disputantem in populo, non intentione qua debui (*f*), sed quasi explorans eius facundiam, utrum conveniret famae suae, an maior minorve proflueret quam praedicabatur: & verbis eius suspendebar intentus, rerum autem incuriosus & contemtor adstabam: & delectabar suavitate sermonis, quanquam eruditioris, minus tamen hilarescentis atque mulcentis, quam Fausti erat, quod adtinet ad dicendi modum: ceterum rerum ipsarum nulla comparatio; nam ille per Manichaeas fallacias aberrabat, iste autem saluberrime docebat salutem. Sed longe est a peccatoribus salus (3), qualis ego tunc aderam: & tamen propinquabam sensim, & nesciens (*g*).

(*a*) *Impertita etiam evectione publica.* = Diligentissimi B. F. Patres ita hunc locum dilucidant „ Evectio, quod „ aliis diploma, facultas erat usurpandi „ cursus publici, quem privato cui„ libet usurpare haud licuisset. Unde „ lex

(1) Psal. 80. 17.
(2) Psal. 4. 8.
(3) Psal. 118. 155.

A. Ch. 384.
Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

„ lex ab Honorio data ferebat: *Ne*
„ *quis ſibi deinceps curſum publicum*
„ *privatus uſurpet, niſi cum aut a*
„ *nobis evocatur, aut a clementiæ no-*
„ *ſtra veneratione diſcedit*. Narrat
„ Iulius Capit. in Pertinace quod is
„ tunc *Praefectus tabernis, in Syriam*
„ *profectus T. Aurelio Imperatore a prae-*
„ *ſide Syriae, quia ſine diplomatibus*
„ *curſum uſurpaverat, pedibus, ab An-*
„ *tiochia ad legationem ſuam iter fa-*
„ *cere coactus eſt*. „
At de hac eadem re fuſe Cardin. Noriſius t. 4. in Appendice ad Donatiſtarum hiſtoriam, lect. 4. cuius admodum eruditi Auguſtini filii haud pigebit pluta exſcribere: inquit ergo „ Tracto-
„ riae nomen vulgo dictum fuit diplo-
„ ma, quo cuipiam vel ab Imperato-
„ re, vel Praefecto Praetorio facul-
„ tas publicae evectionis concedebatur.
„ De his extat tit. 6 lib. 8. cod. Theod.
„ Mentio antiquiſſima occurrit, ut re-
„ cte obſervat Gothofredus in L. *Ne-*
„ *mini ex his* apud litteras noſtri Con-
„ ſtantini ad Ablarium ubi: *Data eve-*
„ *ctione publica per Africam &c.* Inde
„ vero tractoriae nomen derivatum eſt,
„ quod homines eo diplomate varios
„ terrarum tractus pertranſibant: unde
„ & curſalem tractum nominat Caſſio-
„ dorus lib. 4. variarum epiſt. 47. Tra-
„ ctoriae diplomata praeciſe dicta fuiſ-
„ ſe patet ex epiſt. 121. Plinii l. 10.
„ ubi ait; *Uſque in hoc tempus, Do-*
„ *mine, neque cuiquam diplomata com-*
„ *modavi, neque in rem ullam, niſi*
„ *tuam miſi*. Uxori audita morte avi
„ ait, ſe diploma ad iter conficiendum
„ dediſſe. Reſpondet Traianus &c. Ita-
„ que tractoriae tot numero dabantur
„ ſignatae ab Imperatoribus, quibus
„ poſtea addebatur nomen illius, cui
„ a Praeſide facultas publicae evectio-
„ nis concedebatur. Non autem leve
„ erat crimen curſum publicum ſine
„ diplomate uſurpare. Cum Pertinax
„ Imperator olim dux cohortis Tito Au-
„ relio Antonino imperante &c. Cum
„ Symmachus Urbis Praefectus legatio-
„ nem a Magiſtratu Mediolanenſi ſuce-
„ piſſet, qua Rhetorices profeſſorem ſi-
„ bi deſtinari poſcebat; Auguſtinus qui
„ trigeſimum aetatis annum agens Ro-
„ mae eloquentiam profitebatur, eo
„ miſſus uti ſcribit l. 5. conf. c. 13. pu-
„ blicam evectionem habuit. At Piſa-
„ ni profeſſores nullas Tractorias ha-
„ bent: nummi, quos agaſonibus dan-
„ dos e crumena extrahunt, illorum
„ Tractoria, ac conficiendi itineris di-
„ ploma eſt. Tractoriae aliae quid fa-
„ tis in rem habentium utile contine-
„ bant, nempe viaticum, unde & an-
„ nonariae dictae ſunt. Extat harum
„ formula apud Marculphum: Ego Im-
„ perator Gratianus omnibus agentibus
„ in loco illo. Nos Caium eo legatio-
„ nis cauſſa direximus: ideo iubemus
„ ut eidem evectio publica, & huma-
„ nitas veſtra exhibeatur, hoc eſt ve-
„ redi tot, paraveredi tot, ova tot,
„ olei, cerae, piperis, caryophilli &c.]
Infra autem idem Noriſius obſervat Tractorias ſacras epiſtolas fuiſſe, qua Epiſcopi a Primate ad ſynodum habendam in certum quoddam oppidum evocabantur; De quibus Auguſtinus Epiſt. 59. (Alias, 217.) ad Victorium: & conc. 2. in Pſal. 36.

(*b*) *Ut dictione propoſita me probatum.* = Dictio hic pro voce, verbo, themate ponitur, ex quo inſtruitur & in quod oratio reſolvitur. A Praefecto, vel ſecum iunctis doctiſſimis viris dictio, vel thema proponebatur: ne poſſet eligendus magiſter aut acceptis ab aliis, aut a ſe magno ſtudio, & commodo olim contextis, & limatis, quaſi recens factis, & extemporaneis ſe in alium transformare, auditoribus imponere, fucum facere. Haec vel ſimilis generis diligentia ſi ubique pro exercendi muneris ratione adhiberetur: non adeo facile de Eloquentia, de Mathematicis, de Philoſophicis, de Theologicis, aliiſque artibus, vel ſcientiis, e cathedra dicentes bubones videremus.

Auguſtinus igitur probatus Symmacho oratori ſummo, litterariae reipublicae noto, & immenſi numeri Romanis viris doctiſſimis, apud quos florebat, & pene tota ſervabatur eloquentia: ad lidium, inquam eius facundia tentata, probata lapidem, Mediolanenſem cathedram occupavit; Eamque pluribus lectionibus, duabuſque ſolemniſſimis orationibus immenſo ſpectante populo recitatis (de quibus l. 6. c. 6.) mirum in modum exornavit.

Talem tantumque magiſtrum quis Tullio eloquentia non compararet? non quidem longo rei facto examine, ſed mox illo uno praeiacto: Quod nobiliores ſcilicet orbis occupaverit cathedras, & quidem non forte, vel gratia: ſed factis experimentis, ordineve iuſtitiae. Et tamen non unius iunioris audax, iniurioſa, & fatua illa vox eſt, Auguſtinum Oratorum eloquentiam non adſequutum; ſed per crebros praecipi-
teſ-

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 93. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

tesque anfractus verba sua duxisse; longas praeter mensuram, ordinemque eructasse periodos; a suae gentis dictione non abhorruisse, quadem nempe *Africitate* delectatum.

Horum omnium coryphaeus videtur *Erasmus*, qui tamen non adeo manifeste loquitur; haec eius verba sunt in Censura ad libros Retract. & Confess. post med. *Offendit species quaedam loquacitatis, offendunt in longum productae periodi, offendit oratio nonnunquam ad popularem sermonem degenerans &c.* Et infra: *Habet Africa suum quoddam ingenium: & habebat omnino quiddam suae gentis Augustinus.* Quod imperiti aliqui (manifestissima quanquam violentia) sic vertunt, aut corrumpunt. *Habet Africa suum quoddam dicendi genus: & habebat omnino quiddam Africitatis Augustinus.*

Ex iunioribus sat est Ell' Dupin adtendere, qui tom. 3. Novae Bibliothecae auctorum eccles. haec habet: *Quamvis Rhetoricam docuisset, Oratoriam tamen eloquentiam non possidebat, aut illam saltem negligebat.*

Limatam omnino eloquentiam Augustinum animarum pastorem haud curasse, nec adeo simpliciter do, nec prorsus inficior. Oratorum tamen eloquentiam (aut curaverit, aut non curaverit) non possedisse nec Apollo mihi suadebit. Et quidem adeo iniuriosum portentum sensim impetendum, ac exsufflandum est.

Primo *Erasmo Erasmum* obiicimus: nec mireris: ut enim alibi observatum est, de eo dici potest quod ipse de Luthero dixit die 30. Iunii anno 1530. Epist. 1123. ad Georgium Saxoniae Ducem: *Non est illi novum sibi pugnantia scribere. Erasmus* ergo ad libros de Ordine hocce unicum, & breve monitum dedit: *Hoc opus accuratiore stylo elaboravit.* In Censura autem ad libros duos de Moribus Ecclesiae Catholicae, & Manichaeorum ita apertius loquitur. „ Mox ut nomen dederat Imperatori Christo, quo cum militonibus suis certissimam fidem faceret, se bona fide a Manichaeis transfugisse, sub quorum signis novem annis militaverat, prodit illorum mysteria. Idque facit admirabili sermonis elegantia, qua utinam illi licuisset in caeteris uti lucubrationibus. Hoc sane opere declaravit, si quid offendit eruditos in ipsius dictione non fuisse inscitiae, sed charitatis, qua stylum demisit ad imperitorum intelligentiam. Quandoquidem & textores, & textrices id temporis intelligebant latinam orationem simplicibus verbis, ac sensibus contextam, qualis est Divi Gregorii, non intellecturi dictionem Hilarii. Itaque quo latius pateret lectionis utilitas, ad vulgi captum mutavit stylum in opere posteriore; quod idem in plerisque suis operibus fecisse videtur. Tandem usus, ut fit, in naturam abiit, Ita denique factum est, ut hodie nec a tenuiter litteratis satis intelligatur, & a politioribus non sine taedio legatur, nisi pietas excludat fastidium. „

Certe operis posterioris, de quo *Erasmus*, initio id Augustinus profitetur his verbis. „ Si eligerent Manichaei quos deciperent, eligeremus & nos verba, quibus eis responderemus; cum vero illi & doctos litteris, & indoctos errore suo persequantur, & cum promittunt veritatem, a veritate conantur avertere, non ornato politoque sermone, sed verbis manifestis convincenda est vanitas eorum. Placuit enim mihi quorumdam vere Christianorum sententia, qui cum sint eruditi liberalibus litteris, tamen alios libros nostros, quos adversus Manichaeos edidimus cum legissent, viderunt eos ab imperitioribus, aut non, aut difficile intelligi, & me benevolentissime monuerunt, ut communem loquendi consuetudinem non desererem, si errores illos tam perniciosos ab animis etiam imperitorum expellere cogitarem. Hunc enim sermonem usitatum, & simplicem etiam docti intelligunt, illum autem indocti non intelligunt.] Lib. 1. de Genesi contra Manichaeos, cap. 1. n. 1.

Quod inquit *Erasmus* usum in naturam abiisse ruit mox si adtendatur, quaedam scripta Augustini senioris, puta contra Pelagianos, & de Civitate Dei elegantiora aliis esse eiusdem iunioris.

Sed & indefinite Augustini eloquentiam, & quidem non semel *Erasmus* commendavit. Die 31. Augusti anni 1513. ad Henricum Bovillum Epist. 148. (1) circa med. „ Certe conducit ad Theologiae cognitionem huius disci- pli-

(1) Iuxta novissimam operum eiusdem editionem *Lugduni Batavorum* anni 1703.

A. Ch. 384.
Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

,, plinae (*Grammaticae*) peritia, offi-
,, cit imperitia. Neque negari potest,
,, Hieronymum, Ambrosium, Augusti
,, num, quorum auctoritate potissimum
,, res Theologica nititur, ex hoc
,, Grammaticorum ordine fuisse] Die
31. Iulii anni 1529. Laurentio Puccio
Cardinali Epist. 448. in *Cyprianum*, ante med. *Peero cum olim Africa per-
moltas ediderit eloquentia, doctrinaque
celebres, inter quas sunt in primis Ter-
tullianus, & Augustinus &c.* Die 27.
Martii anni 1531. ad Augustinum Eugubioum Epist, 1175. ante med. ,, Quan-
,, quam non arbitrur inter Christianos
,, quemquam inveniri, qui pluris fa-
,, ciat unam Ciceronis voculam, quam
,, universa quae scripsit Cyprianus, &
,, Augustinus, praeter Theologiae co-
,, gnitionem, etiam eloquentia non vul-
,, gari pollentes ,,

Obiicimus inde Dupino Dupinum,
qui eodem loco de Confessionum libris
iudicium ferens, haec habet ,, Et qui-
,, dem opus hoc spiritualium persona-
,, rum admirationem traxit, iisque in
,, deliciis fuit. Opus huc haud senten-
,, tiis vacuum est &c. ut potior huius
,, generis pars; sed eximiis precibus,
,, altissimisque conceptibus confertum de
,, magnitudine, sapientia, bonitate, &
,, pruvidentia Dei. Solidis item observa-
,, tionibus circa hominis infelicem con-
,, ditionem, corruptibilitatem, miseriam;
,, suppeditantibus etiam remedia pro-
,, prilima eiusdem miseria, & tenebris:
,, instructionesque saluberrimas ad pro-
,, gressum faciendum in via spiritus.
,, Et tandem illud concludi potest, in-
,, ter asceticos libros omnes, hoc subli-
,, miorem, solidioremque haud haberi.
,, Nihilominus hoc in opere conceptus
,, occurrunt nimis metaphisici, nun cu-
,, iuscunque piae personae captui ac-
,, commodati. Eloquentia (*hic adten-
,, de*) nimis curata. Nimium for-
,, te spiritus, & vivacitatis. Defectus
,, autem dulcedinis, & simplicita-
,, tis.] Haec ex Gallico in Latinum
sermonem deducta simplici phrasi,
ut fidelitati quam maxime consulere-
mus.

En Dupine, tu qui late, & inde-
finite querebaris Augustinum Rhetoricae
magistrum Oratorum eloquentiam mini-
me adsequutum, aut saltem neglexis-
se; eodem nunc sermone quereris in
Confessionum libris nimio eam studio
quaesisse, affectasse, ostentasse! Cur
autem harum Confessionum eloquentia
Augustino vitio minime verti possit, vi-
dimus contra *Phereponum* l. 1. cap. 1.
litt. A. n. V. sub finem.

Quoniam vero Metaphysico, ut
ita loquamur, parente, immo omnium
Metaphysicorum principe haec Opella
genita est, non potuit omne metaphysi-
cum acumen exuere. Nec omnibus pror-
sus piis sutoribus puta, vetulis, puel-
lis &c. sed piis, & nunnihil eruditis scri-
pta est: Paulino, aliisve, quos S. Do-
ctor in lib. Retract. *Fratres* appellat.
Immo cum non ubique eadem Opella
metaphysicis conceptibus conferta sit:
sed iuxta boni Spiritus stimulos sit, ut
saepe diximus, varia: habet unde do-
ctissimos, unde doctos, & etiam unde
rudes pascat. Nec indecens erit, ut
pii ineruditi quaedam meditentur, alia
modeste praetereant. At cum tota O-
pella religionem spiret, impios omnino
dedignatur; hinc *Erasmus*, & *Phere-
ponus* minime eius ambrosiam gustave-
re.

Spiritus & *vivacitas* (alii a Du-
pino deprehensi naevi) doctissimorum
hominum etiam pios libros saepe co-
mitantur: gratia enim naturam haud
infringit sed complet. Immo id omni-
no voluit Augustinus, ut spiritu, &
vivacitate, quibus homines pelliciuntur,
ad divinae miserationis potentiaeque,
& suae infirmitatis legendam historiam
plurimos traheret.

Eiusdem Opellae *dulcedinem* testan-
tur pii omnes, qui ad eam gustandam
aptum palatum habent: *Da amantem,
& sentit quod dico: da desiderantem,
da esurientem, da &c. da talem, &
scit quid dicam. Si autem frigido lo-
quor, nescit quid loquor. Tales erant
isti, qui invicem murmurabant.* ipse
S. D. in Ioan. Tract. 26. post initium.
Vide l. 8. c. 4 A.

Et tandem tibi Dupine videtur
levis Augustini *simplicitas*, quod tan-
ta simplicitate peccata sua & gravissi-
ma, & minima: & vera, & adparen-
tia orbi universo detegat? Annon sim-
plicitatem diceres minutissimarum exa-
men rerum, ad pietatem ducentium:
quo quidem examine ab *Erasmo*, &
Pherepono eius hostibus vapulavit? Quam
simplicitatem postulas? eam ne, quae
mulierculatum est, doctissimos autem,
& gravissimos viros dedecet?

Sed tandem ad id, unde digressa
erat revertatur oratio. Scilicet iam
portentum illud: Augustinum veram e-
loquentiam non adsequutum triplici ar-
gumentatione impetendum est.

I. Mirum est hominem, mortalium
Zz om-

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 33. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

omnium, ut pluribus placet; Christianorum ut sanus nemo inficiatur ingeniosissimum, a teneris unguiculis usque ad virilem aetatem omnis eloquentiae studiis distentum, excultum, exercitatum: & qoidem munere, ut aiquiunt, passivo, & activo nec tandem aliquando Oratorum eloquentiam tenuisse!

II. Mirum est hebetis ingenii, durissimae minervae, & ligneae phantasiae hominem, Tagstensem, Carthaginensem, Romanam, Mediolanensem cathedras de Grammatica, de Oratoria occupasse; mirum quod ipse ambierit; mirum quod alii contulerint; mirum quod absque dedecore, quod absque derisionibus, absque cachinnis substinuerit! Non hic doctum eruditum lectorem postulo: sed quemcunque etiam rudem hominem, dummodo a praeiudiciis exemtum, & candidum. Quum Carthago, Roma, & Mediolanum totius orbis, ut neminem latet, principes civitates essent: annonne earum caecitas totius orbis dici posset? Iam ergo caecutivit totus orbis, caecutientibus civitatibus illis, quae super cathedras Eloquentiae hominem barbarum, *Afriitatem* spirantem, Oratorum eloquentiam non possidentem collocarunt.

III. Videamus tandem quam infelices progressus barbarus, durus, lapideus iste in assiduis quamvis & longis Eloquentiae studiis habuerit: quamve fregerit illud Ovidii, nunc totius orbis quanquam solidissimum: *Gutta cavat lapidem, consumitur annulus usu.* I. Se puerum memoria fida praeditum, & ingenio ad Grammaticalia studia apto confitetur. *Nec enim deerat, Domine, memoria, vel ingenium, quae nos habere voluisti pro illa aetate satis.* lib. 1. huius operis, cap. 9. n. 2. II. Linguam Latinam quasi miraculo didicit. *Nam & Latina advertendo didici, sine ullo metu, atque cruciatu, inter etiam blandimenta nutricum, & ioca adridentium, & laetitias adludentium. Didici vero illa sine poenali onere urgentium &c.* l. 1. c. 14. III. Magno progressu felicis exspectationis puer passim dicebatur. *Libenter haec didici; & eis delectabar miser: & ob hoc bonae spei puer appellabar.* l. 1. c. 16. in fine. IV. Memoria praestabat admodum: in eloquentia mirum in modum proficiebat: *Memoria vigebam, loquutione instruebar.* l. 1. c. 20. V. In Rhetoricae academia omnium excellentissimus erat: *Et maior iam eram in schola Rhetoris, & gaudebam superbe.* l. 3. c. 3. n. 2. VI. Ei velut omnium principi corona agonistica a Proconsule imposita est. *Qui proconsul e manu sua coronam illam agonisticam imposuerat non sano capiti meo.* l. 4. c. 3. n. 2. VII. Anno 26. aut 27. aetatis suae duos, aut tres libros de Apto, & Pulcro, omni eloquentiae studio digestos Hyerio Romanae orbis oratori excellentissimo nuncupavit; cumque nihil ad suiipsius retundendos inanis gloriae stimulos referati aequus quilibet iudex deducat oportet, eorumdem librorum nedum sententias, sed & eloquentiam eidem oratori placuisse. *Et magnum quiddam mihi erat, si sermo meus &c.* l. 4. c. 14. n. 3. Recole dicta eodem cap. 6.

IV. Et haec quidem in Africa. Ex quibus, aliisque eloquentia praeditum Augustinum, dicet cavillator aliquis, deducitur: at non eloquentia tali, quae nihil *Africitatis* redoleret. At subiumimus: Cur ergo Italia tot Oratoribus abundantissima huic genere, & eloquentia Afro nobiliores suas cathedras dedit? Famam quidem non raro mentiri ratione mihi, repetitisque experientiis nimis compertum est; At nec Roma, nec Mediolanum sola fama, & vocibus popolorum ducibus Augustinum sibi Oratoriae magistrum adscivere: Roma publica dictione, vel oratione, non quidem e turbatis adtendentibus, & iudicantibus discussa, probavit. Mediolanum, & cum ipso integer propemodum orbis publice, & solemnissime dicentem bis audivit: ut lib. seq. c. 6. accurata observabimus.

V. Nec est heic suspicioni locus, Augustinum publice quidem dixisse: sed non forte magno plausu orationes eius exceptas; Primo enim dic mihi, si quis es qui in lividam fatuamque huiusmodi suspicionam veneris: cur recitata coram Symmacho dictione, ab eodem ceu probatus eximius Oratoriae magistru, impertita etiam evectione publica Mediolanum mittitur? Cur Mediolanenses eumdem discussum, probatumque tanta cura, & aestimatione retinebant: ut ipse summae pietatis caussa honorificum munus resignaturus praetextu obtentuque, ut ex l. 9. c. 2. deducitur, usus sit? Et tandem si in aliquo non adeo adrisit doctioribus, cur id praeterit in his Confessionibus, in quibus minutissima quaeqoe expiscatur, narrat, amplificat quibus possit sibi verecundiam creare, famamque decurtare, mirum in modum protensam?

VI. At quam sortem incurrerit elo-

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

eloquentiae ſuae fama apud Italos, quibuſve ab eorum doctioribus, & ſeverioribus criticis ſit notata cenſuris, aperit ingenue, & domeſtice ſuae Matri lib. 2. de Ordine, c. 17. n. 45. dum eam ad contemnendas intemperatioris criticae hominum cenſuras in Latinae linguae uſo adhortatur his verbis. „ Si enim dicam te facile ad eum „ ſermonem perventuram, qui locu„ tionis, & linguae vitio careat, pro„ fecto mentiar. Me enim ipſum, cui „ magna neceſſitas fuit iſta perdiſcere, „ adhuc in multis verborum ſonis Ita„ li exagitant; & a me viciſſim, quod „ ad ipſum ſonum adtinet reprehendun„ tur. Aliud eſt enim eſſe arte, aliud „ gente ſecurum. „

Diligenter quaelibet ingenuae huius Confeſſionis pars adtendenda, & diſcutienda eſt. Et primo quidem ex eius ultimis verbis habemus, nihil prorſus in Auguſtini orationibus ab Italorum tetricis etiam cenſoribus vel leviter morſum qood ad linguae puritatem, vel artis praecepts adtineret. *Aliud eſt enim eſſe arte &c.* Inde: Quis eſt verborum ſonus, niſi orationis cortex ille, & minus quam cortex, hoc eſt verborum enonciatio, ſeu facta a lingua ſyllabarum inflexio? At nec certe, & prorſus corticis leve illud vitium Auguſtini linguae adhaeſit: profitetur enim Doctorum modeſtiſſimus eamdem cenſuram in ipſorum Italorum faciem ſe reieciſſe.

Adeoquod cunctis bene expenſis: Italorum cenſura tot finita limitibus, ac temperata modis certi vitii nec minimum quidpiam in Auguſtini eloquentiam extundi poſſit. Et huius enim aetatis noſtrae Rhetores verborum penſores diligentiſſimi, ni mavis dicere ſuperſtitioſi de huiuſmodi quisquiliis invicem digladiantur, pendula ſemper ad utramque partem victoria: & verborum controverſia intermiſſa, unoquoque cum ſuo verborum ſono cubitum diſcedente.

Si autem acriori morſu ab Italorum cenſoribus fuiſſet Auguſtinus ſuis in orationibus impetitus, illum abs dubio prodidiſſet, nedum, ut ſupra argumentabamur, modeſtiae cauſſa: ſed & ad ſententiam ſuam firmandam, quae erat nec ſummorum Rhetorum eloquentiam a cenſorum morſibus liberam, ac tutam eſſe.

Iam ergo Auguſtine *Eraſmo*, Dupino, aliisque fatuis canibus in umbras latrantibus non curatis, & prorſus contemtis: tuam tibi ſortem gratulor; Utinam talis ſors fuiſſet & Tullio, Romanae Eloquentiae principi, cuius tamen orationes quot ſint validiſſimis impetitae morſibus vidimus l. 3. c. 4. litt. A. teipſo etiam teſte, qui pro inſigni tua modeſtia eloquentiae tuae timens, eodem cap. & n. l. 2. de Ordine dixiſti. „ Soloeciſſimos autem quos dicimus, „ fortaſſe quiſque doctus diligenter ad„ tendens, in oratione mea reperiet; „ non enim defuit qui mihi nonnulla „ huiusmodi vitia ipſum Ciceronem fe„ ciſſe peritiſſime perſuaſerit. Barbariſ„ morum autem genus &c.] De iunioribus Tullianae eloquentiae acerrimis, & petulantiſſimis cenſoribus nil dicimus. Tales fuere ipſe *Eraſmus*, non quidem raptim, ſed propoſito Ciceer. Dial. op. t. 1. p. 823. Vala lib. 1. c. 25. Linacer, de quo Gard. Epiſt. ad Check pag. 176. *Certe Linater Ciceronis dictionem nunquam probare potuit, nec ſine faſtidio audire*. Unde dicendi leges, & integrae, haud ita breves, onoroſae Grammaticae, etiam invicem certantes, & oppoſita ſtatuentes in immenſum multiplicatae ſunt. Adeo quod aetate noſtra nec Socratis ſapientia in tuto ſit: de quo tamen Cicero in Catone maiori, ſeu de Senectute ante finem: *Demonſtrabantur mihi praeterea quae Socrates ſupremo vitae die de immortalitate animorum diſſeruiſſet, is qui eſſet ſapientiſſimus oraculo Apollinis iudicatus*.

At nec cenſeas Pater ſanctiſſime, & doctiſſime, quem citra Carthaginis, Romae, & Mediolani, conſequenter & totius orbis atrocem iniuriam oratorem ſummum haud dicere nequeo, quae ſupra in te blaterata recitavimus aut omnium eſſe, aut doctiorum; paucorum ea ſunt, & quidem talium, quorum teſtimonia, aut praeconcepta iudicia, aut ubique, & omnes mordendi pruritus, aut ignorantia flocci habenda commonent. Scriptores reliqui, in quos doctrina honeſtaſque iuncto foedere ierint, te Oratorum eloquentiam adſequutum rem velut nimis apertam, & non diſputandam arbitrantur. Addunt inſuper nonnunquam (maxime in his Confeſſionibus) te eloquenter ſcripſiſſe. Non de antiquis dico, queis iuniores in re puritatis linguae minus deferunt, & queis Auguſtinum eloquentiae portentum viſum eſſe patet ex eorum teſtimoniis in eruditione ad hoc opus praevia recitatis. De iunioribus loquor, quorum omnium vice duo adcedant voluminum nedum mole, & numero, ſed

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 33. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

gravitate, & praeſtantia orbi notiſſimi; ii autem ſunt, Iacobus Hyacinthus Serry Ord. Praedicatorum doctor Sorbonicus, & in Academia Potavino primarius Theologiae profeſſor; & Auguſtiuus Calmet Ord. S. Benedicti. Quorum primus lib. cui titulus: *D. Auguſtinus* ſummus praedeſtinationis, & gratiae Doctor a calumnia vindicatus adverſus Ioannis Launoii &c. ç. 23. ita loquitur. ,, *Ut quo iure Auguſtinum eloquentiae maieſtate Eccleſiae Latinae Chryſoſtamum voco: eodem plane Chryſoſtomum incorruptae de divinis auxiliis doctrinae profeſſione Eccleſiae Graecae Auguſtinum nil dubitem appellare.* Qua autem Latini puritate, quove eloquentiae ſplendore floruerit Hyacintus Serry notum eſt eruditis. Auguſtinus autem Calmet linguarum, nedum artium ſcientiarumque notitia celeberrimus, tom. 3. Praefat. in Amos Prophetam, ſub finem de eiusdem Vatis ſtylo diſputans, haec habet. *Imperitiori uſum ſermone S. Hieronymus &c. Verum S. Auguſtinus, qui eloquentiae Hieroeymianae nihil concedebat &c.* Nunc ita ſubſumo: Atqui Hieronymus apud eruditos divinus, ſeu Chriſtianorum Tullius audit; cuius tanta eſt eloquentia, ut ipſo *Eraſmo* lib. 5. Epiſt. 19. iudice, nonnunquam cum ipſo Tullio certare videatur. In aureo etiam libello *de Optimà Ingeedorum Eccleſiae Pateum methodo &c.* interprete I. F. R. S. Theologiae Doctore, parte 3. cap. 2. circa finem: haec habentur. ,, Neminem latet eos, ,, qui Eccleſiae utiliter inſervire conati ,, ſunt, Chryſoſtomum inter Graecos: ,, Auguſtinum inter Latinos unice dele- ,, giſſe. Habent inter ſe maximam, ſi ,, non in omnibus doctrinae capitibus, ,, in vulgi ſaltem exiſtimatione ſimilitudi- ,, nem, quum Chryſoſtomus Graecorum ,, Auguſtinus, & Auguſtinus Latinorum ,, Chryſoſtomus ſemper habitus fuerit.] Haec primo de doctrina: at paſsim & de eloquentiae ſuavitate intelligi ſolent. *Pherepontur* centies Auguſtini eloquentiam celebrat: immo in S. Doctorem debacchatur, velut eidem nimis indulgentem.

Ut tandem igitur rem iſtam finiamus; Auguſtinum Oratorum eloquentiam poſſediſſe, nemo niſi audaciſſimus, ac de primis principiis dubitans inficiari poteſt; At nec eloquentiam, quam poſſidebat, prorſus neglexiſſe compertum eſt, Quum autem eſſet non profanae Academiae moderator, ſed Chriſtianorum Achilles: graviſſimis divinis, aeternis arcanis detegendis, firmandis, pro rudioribus exponendis, contra ingruentes hoſtes propugnandis totus addictus erat; unde verba mundana ſuperſtitioſa lonce penſitare nec volebat, nec debebat, nec poterat: *Sicut enim noſtri auctores, divinarum ſcilicet litterarum de rebus maxime cogitaverunt: ſit mundanorum auctorum prope omnis cura de verbis eſt.* l. contra Adim. cap. 11. ſub finem. Cum inquam talium Achilles eſſet Auguſtinus, eloquentiae quidem; quum doctiores adloquutus eſt, vela aperuit: ſed non tanta ſolicitudine, & cura, non adeo ubique ſuperſtitioſe, & exacte, ut nihil contra ſeveriora Rhetoricae praecepta in eius ſcriptis expiſcari valeas.

Hoc etiam quod ſaepe in Auguſtini ſcriptis obſervavi, alta mente tenendum eſt. Cum mirabilis Doctor nimis felici viva, igneaque phantaſia praeditus eſſet, & mercurio polleret, ſi dicere licet, nullis propemodum finito limitibus: eos, ut ita loquar laqueos fregit, quibus hominum ceteri colligantur; Videlicet dicendi genus peculiare, & eloquentiam velut ubique ſibi iunctam, & propriam non adoptavit, non ſtatuit, non ſelegit: aut forte nec adoptare, ſtatuere, & ſeligere potuit, ſed foecunditate vaſtiſſimo, quaeve mentem rapiat, per diverſa dicendi genera, variaſque eloquentiae ſpecies paſſim diſcurrens, nunc Aſiatico, nunc Laconico: nunc acri, nunc ſuavi nunc graviſſimo, nunc lepido ſermone utitur. In libris puta de Civit. Dei media, ut mihi videtur, elegantia uſus, (niſi velis illam pro re ſubiecta ſummam appellare) ſoluto, & grato ſermone loquitur. Contra Iulianum diſputans, maxime in Opere Imperſ. & quidem initio Tullianam phraſim ſapit &c. In his Confeſſionibus Elegantiſſimus eſt: ſed quodam dicendi genere, quod ut mihi videtur, ab iis omnibus, quibus in aliis libris uſus eſt, prorſus & maxime diſcrepet, At in his Confeſſionibus gemina graviſſima monita Vener. Patris noſtri Ioannis a Ieſu-Maria Galaguritani viri pietate, & ſapientia, maxime altiori Theologia praeſtantiſſimi, cuius corpus in Conventu noſtro S. Silveſtri in Tuſculano incorruptum & flexibile adſervatur, prae oculis habenda ſunt; inquit ergo vir ſummus in Paraphraſi in librum Iob ad illa verba cap. 3. v. 4. *Dies ille vertatur in tenebras &c.* ,, Familiare ,, eſt viris graviter afflictis rem eandem perſaepe reſumere, & pro do- ,, loris modo, multifariam vertere, ac ,, invertere: quod unus pro plurimis

,, le-

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

„ Ieremias in lugubri threnorum carmine pervincit, Optarat Iob verſu proxime explanato natalem diem perire: nunc eumdem alio ſchemate impetit, aiens &c. „ Et ad verba cap. 10. v. 20 „ *Nunquid non paucitas dierum meorum &c.* Dolentium affectus non artis praeſcriptionibus, non uno orationis tenore, ad certos uſque fines procurrente, ibique artificioſe variato reguntur: ſed nunc una, nunc altera ſub forma, prout ingraveſcit moeror, vehementer efflantur, quod ad animi ſummam vexationem propalandam appoſitiſſimum eſt. En proximo verſu Iobus impenſe optavit, non viſiſſe, & modo ardenter precatur vitam aliquando longiorem &c.

His tamen adde dicta lib. 2. c. 3. E. & c. 6. A. & hoc lib. c. 6. A. B. C. D. E.

(c) *Praefectus tunc Symmachus.* = Bollandi continuatores cap. 10. haec verba ita dilucidant ſigno *d*. „ Hic Urbis praefectus ipſe erat orator, & paganus. Nomen eius *Quintus Aurelius Symmachus*, ut teſtatur Tillemontius tom. 5. Imperatorum in Theodoſio I. art. 91. ubi geſta Symmachi illuſtrat, aitque praefectum fuiſſe an. 384. quo haec contigit *Auguſtini* miſſio.] Qui de hoc Auguſtini diſceſſu loquuntur etiam paragr. 5. n. 76. At nihil lucis conciliant.

Benedictini lib. 2. Vitae, cap. 2. n. 1. „ Poſtquam periculum ſui feciſſet, & recitata publice oratione Symmacho ſeſe approbaſſet, votis potius, Mediolanum miſſus eſt, ubi tum temporis Valentinianus iunior aulam habebat (1). Eo pervenit ante Bautonis conſulatum, hoc eſt ante annum Chriſti trecenteſimum octogeſimum-quintum; ac ſi forte Romam non adventarat, niſi exeunte anno trecenteſimo octogeſimo tertio, Mediolanum commigrare non potuit ante annum trecenteſimum octogeſimum quartum; quo anno Symmachum praefecturam Urbis geſſiſſe reperimus.

Fuit autem is annus Auguſtini trigeſimus, Monnicae quinquageſimus tertius, Adeodati duodecimus, Damaſi Papae decimus octavus, Imperii Valentin. nonus, & Theodoſii ſextus, Ricimere, & Clearcho Conſ.

Illis verbis cap. 3. *Proloquar in conſpectu Dei mei annum illum undetrigeſimum aetatis meae*, mordicus inhaerens Ludovicus ab Angelis in Vita S. Doctoris, cenſet eumdem ipſo etiam aetatis ſuae anno 29. Mediolanum profectum eſſe. At citra illius teſtimonii iniuriam B. B. opinio regitur, quae eſt de anno 30. non completo, ſed vix incepto. Immo cum iidem Patres ita Romano itineri l. 2. c. 9. in fine, conſignaverint anni 383. ſenectutem, ut poſſe & eiuſdem conſignari initium non ſint inficiati, liquet eos inter & Ludovicum nullam eſſe diſcrepantiam: *Per litterarias forſitan inducias anni &c. quanquam revera nihil obſtet, quo minus ſuſceptum ab ipſo ſub ineuntem hunc eumdem annum Chriſti exiſtimetur.*

Quale tandem fuerit per ea tempora in orbe litterario Symmachi nomen, accipe etiam ex verbis Ioannis Rivii Erem. Auguſt. Lib. 1. Vitae S. Auguſtini paragr. 14. „ Hic eſt Symmachus, Romanorum ea tempeſtate diſertiſſimus, Epiſtolarum auctor, & Apologiae pro Veſtalibus Virginibus: qui de Ara Victoriae inſtauranda cum Valentinianum paulo antea interpellaſſet, Ambroſium Epiſcopum & Prudentium V. C. nactus eſt antagoniſtas. „

(d) *Ad Ambroſium epiſcopum.* = De viro pietate, ac doctrina orbi ſacro, & profano notiſſimo non eſt cur quidquam dicamus. Cumque Auguſtinus orbi fuſa iungat voces, eiuſdemque Antiſtitis pietatem atque doctrinam miris hic, & infra ornet laudibus: ſileant, conticeſcant, ſuaſque blaſphemias in orco ſepeliant oportet haeretici, qui tanto laudatori, doctorum veluti maximo faſces ſubmittendas fatentur. Vide enim quot qualeſque in ſanctiſſimum, & doctiſſimum illum Mediolanenſem antiſtitem iidem nebulones blaſphemias iaculati ſint; Lutherus ſaepe *ietune* ſcripſiſſe. Centuriatores cent. 4. c. 4. *Craſſa de mortuis invocandis* habere. Cauſaeus Dial. 6. 7. & 8. *Diabolica viſione faſtinatum, & cacadaemonis voce deluſum.* Genevenſes in Scuto Fidei, Dial. 6. *Diabolica deluſum malitia*, Brentius in Apologia fol. 138. *Ambroſio aliquoties nonnulla verba exciderunt.*

Cum autem Mediolanum acceſſit Auguſtinus, agebat Ambroſius annum aetatis ſuae circiter 44. (utpote qui iu-

(1) Poſſid. c. 2.

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 33. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

iuxta probabiliorem sententiam Hermantii lib. 1. Vitae eiusdem, cap. 3. de qua P. Antonius Pagi in Critica in universus Annal. Baronii, t. 1. ad 369. n. 3. natus est anno 340.) Episcopatus 10. Obiit vero anno 397.

(*e*) *Satis Episcopaliter dilexit.* = *Joannes Phereponus* has voces ad locum istum eructat: *Crediderim legendum*, direxit, *hac est peregrinum Episcopalibus consiliis adiuvit*. Ego vero crediderim crimen esse, etiam post castigatissimam B. B. editionem tanta animositate, nullo prorsus laudato codice textum corrumpere. Crediderim item crimen esse longe maximum, vel fatuitatem plenis buccis deridendam, contra omnium codicum fidem (constanter enim ita Car. &c.) textum corrumpere, qui in sua puritate nihil absurdi complectitur, & obvium sensum babet. Peregrinationem alicuius *satis Episcopaliter diligere*, est eumdem peregrinum omni caritatis officio excipere! *Episcopaliter* dixit: hoc est, ut debent Episcopi: illud Pauli 1. Tim. 3. 2. inspiciens: *Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse .... hospitalem &c.* & alterum non dissimile Tit. 1. v. 7. & 8. *Oportet ergo Episcopum sine crimine esse, non &c. sed hospitalem, benignum &c.*

(*f*) *Non intentione, qua debui.* = Unde S. Dacius Mediolanensis Episcopus, qui obiit anno D. 555., seu quicunque ipso iunior rerum Mediolanensium Chronicon adhuc ineditum scripserit de Augustino in Ambrosii verba suspenso haec habet „ Cum in Ecclesia Mediolanensi non orationis curiositate, nec secundum causam utilem videndi, & audiendi divini mysterii, sed reprehendendi gratia Divum Ambrosium ad populum invenisset tractantem, atque praedicantem, oblitus sui, & suarum omnium cogitationum, pallens, ac tremens omnibus qui aderant videntibus obriguit.

Locum autem, ubi Augustinus de eloquentia magister disseruit, etiamnum adservari, & Augustini cathedram dici testatur Cornelius Lancillottus Erem. Augustinensis lib. 1. Vitae S. D. cap. 17. hisce verbis *Celebris etiamnum ibi viget eiusdem memoria, locusque in quo rhetoricam est professus, Cathedra S. Augustini vocatur.*

(*g*) *Sensim, & ersciens.* = Ita B. B. & ante ipsus MSS. 3. Angl. & novem e nostris. Sed Am. Er. Lov. *& ersciens*, Vet. Blas. Som. Wangn. *& nesciebam*. Politior usitatissimus nostrae lectionis sermo est. Fatemur tamen discrepantiam hanc minimi esse ponderis.

Franciscus Mayro tres ex hoc capite flusculos colligit: en eius verba. „ Ex quo dicto accipiuntur tria saluberrima documenta. Primum est quod non solum qui audiunt bona intentione verbum Dei, sed etiam ex vana curiositate quandoque in eis proficiunt. Quoniam Augustinus per istum modum a B. Ambrosio fuit conversus. Secundum documentum, quod ad artem docendi multum valet facundia delectans, quia de tali acto Faustum commendat. Tertium documentum, quod melior est in docendo realitas, quam facundia, quia propter hoc Ambrosium Fausto anteponit incomparabiliter. „

Nihil ne Mayro pecoliarius habes quod ex his Confessionibus arcanis conferris ad orbis lucem, & documentum evellas? Quis naturali rationis usu non destitutus ignoret, orationem factam etiam humana intentione vel lectam, vel auditam conscientiam vitiis oppressam concutere posse; malamque & foedam e contra etiam non malo, sed naturali stimulo adtentam cordis puritatem posse inquinare? Facundiam delectantem etiam prolatarum sententiarum activitatem iuvare, ut sese in humani cordis secretiora insinuent, quis non videat? quis parvulus non audivit centies decantatum in scholis? De eo autem, qui Rhetoricae fucum gravissimarum sententiarum dignitati aut praeferret, aut compararet, quaereremus statim, an potenti esset mero sepultus, vel potius acuta febri deliraret? Et en Mayro tibi in *Arte Poetica* plaudit Horatius, tanquam illi, qui suavi eloquentia, & gravissima monitia egregii scriptoris munia cuncta obierit: *Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci - Lectorem delectando pariterque monendo.*



CA.

A. Ch. 384.
Aug. 30. Mon.
33. Ad. XII.
Dam. XVIII.
Valent. IX.
Theod. VI.

C A P U T XIV.

A R G U M E N T U M.

In Ambrosii facundiam mente animoque suspensus: tanti viri etiam neglectas doctrinas non adtendens excepit. Quibus edoctus spiritali sensu divinarum Scripturarum aenigmata quaedam esse extricanda, ipsi solam litteram adtendenti implexa nimis, & prorsus absurda usque tum visa, intulit non quidem Ecclesiam iam prorsus Manichaeae synagogae praeferendam, sed talem esse quae hostium calumnias, derisionesque posset arcere, & retundere. Unde animi sui tunc acrioribus collectis viribus: conatus est fortissimo aliqua argumento Manichaeorum a fundamentis systema convellere; at in cassum, non adhuc a corporeis phantasmatibus liber, ut posset sibi spiritualem substantiam praefigere. Adhuc tamen magis magisque considerans, concludensque amplo iure ipsorum Ethnicorum naturalia dogmata Manichaeorum gerris praeferenda esse, ad Ecclesiae sinum sese recepit; non cui vero mordicus adhaereret, sed in quo catechumenus eo de negotio ultima expediendo mana serio meditaretur.

I. Um enim non satagerem discere quae dicebat, sed tantum quemadmodum dicebat audire, (ea mihi quippe iam desperanti ad te viam patere homini inanis cura remanserat) veniebant in animum meum simul cum verbis quae diligebam, res etiam quas negligebam. Neque enim ea dirimere poteram. Et dum cor aperirem ad excipiendum, quam diserte (*a*) diceret, pariter intrabat & quam vere diceret, gradatim quidem. Nam primo etiam ipsa defendi posse mihi iam coeperant videri; & fidem Catholicam, pro qua nihil posse dici adversus oppugnantes Manichaeos putaveram, iam non impudenter adseri existimabam, maxime audito uno atque altero, & saepius aenigmate soluto de scriptis veteribus: ubi cum ad litteram acciperem, occidebar (*b*). Spiritaliter itaque plerisque illorum librorum expositis locis, iam reprehendebam desperationem meam, illam dumtaxat, qua crediderām Legem & Prophetas detestantibus atque irridentibus resisti omnino non posse. Nec tamen iam ideo mihi Catholicam viam tenendam esse sentiebam, quia & ipsa poterat habere doctos adsertores suos, qui copiose & non absurde obiecta refellerent: nec ideo iam damnandum illud quod tenebam, quia defensionis partes aequabantur. Ita enim Catholica non mihi victa videbatur, ut nondum etiam victrix adpareret.

II. Tunc vero fortiter intendi animum, si quo modo possem certis aliquibus documentis Manichaeos convincere falsitatis. Quod si possem (*c*) spiritalem substantiam cogitare, statim machinamenta illa omnia solverentur, & abiicerentur ex animo meo; sed non poteram. Verumtamen de ipso mundi huius corpore, omnique natura, quam sensus carnis adtingeret, multo probabiliora plerosque sensisse Philosophos, magis magisque considerans, atque comparans iudicabam. Itaque Academicorum more (*d*), sicut existimantur, dubitans de omnibus, atque inter omnia fluctuans, Manichaeos quidem relinquendos esse decrevi; non arbitrans eo ipso tempore dubitationis meae, in illa secta mihi permanendum esse, cui iam

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 33. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

iam nonnullos Philoſophos praeponebam: quibus tamen Philoſophis, quod ſine nomine ſalutari Chriſti eſſent, curationem languoris animae meae committere omnino recuſabam. Statui ergo tamdiu eſſe catechumenus (*e*) in Catholica Eccleſia, mihi a parentibus commendata, donec aliquid certi eluceret, quo curſum dirigerem.

(*a*) *Ad excipiendum quam diſerte.* = Lov. habent, *ad decipiendum*. Verum cum MS. Ricar. & reliquis codicibus omnibus tum editis tum MSS. nobiſcum eſt ;mauifeſta ratio. Hanc Auguſtiui in audiendu Ambruſium ſuſpenſionem nedum Dacius, ut ſupra, ſed & Poſſidius eap. 1. Vitae S. Doctoris pingit. Et ipſe S. Doctor lib. de Utilitate credendi, cap. 8. „ Et iam fere me commoverant nullae diſputationes Mediolanenſis Epiſcopi, ut non ſine ſpe aliqua de ipſo vetere Teſtamento multa quaerere cuperem, quae ut ſcis male nobis commendata exſecrabamur. „

(*b*) *Ubi cum ad litteram acciperem, occidebar.* = Ad illud Pauli adludit 2. Cor. 3. 6. *Littera occidit, ſpiritus autem vivificat*. Ex hoc loco ita: latenter nempe, & ſubtimide rodendi occaſionem ſumit *Pherepoaus* „ Auguſtinum „ in declamando prubabilia ſequi, non „ explorata ſolitus, ſimilibus ratioeina„ tionibus in interpretatiune ſeripturae „ ſatisfieri ſibi paſſus eſt. Nam alioqui „ conſtat Ambroſium plus aequo alle„ goriis deditum fuiſſe. „

Iam duorum Eeeleſiae Doctorum, Maximi, & Magui ſacrae eruditionis famam lacerare morſu uno conaris. An te torquet a ſpirituali ſenſu tantam ſortem, Auguſtini videlicet converſionem prognatam? Si vero tantopere ad ſpiritualem ſenſum Auguſtinus adceſſit, fuit igitur Paulo ſimilis, qui 2. Cor. 3. v. 5., & 6. gloria ac triumpho dicit: *Sufficientia noſtra ex Deo eſt; qui & idoneos nos fecit miniſtros novi Teſtamenti, non littera, ſed ſpiritu: littera enim occidit, ſpiritus autem vivificat.*

Non explorata velut certa docere temeritatis, & audaciae eſt. Velut probabilia tantum, modeſtiae eſt, ac prudentiae. De quo tamen latius lib. 12. Ceterum tot ut explorata dueuit Auguſtinus, ut ea utinam tu *Pherepone* tenuiſſes. Ut rem exploratam, certiſſimamve Gratiae neceſſitatem ad minima etiam opera, & Fidei initium docuit, & omni argumentorum genere (univerſa Eccleſia Achilli ſuo plaudente) ſtabilivit. At tu temerarius, & audax, & ſacrilegus, & blaſphemus, noviſſimis temporibus Pelagianis ruinis ſubſtentandis natus baculus, exploratum eertiſsimumque dogma illud nec ut probabile accepiſti, ſed impugnaſti blaſphemaſti!

Ambroſium vero allegoriis deditum minime infieior, ſed contendo, & tanti viri laude omnino volo. Quum enim, ut Theulogi paſſim obſervant, quatuor velut potiſſimis divinae Scripturae ſenſibus foecundae ſint, Litterali, ſeu Hiſtorico, Anagogico, Allegorieo, Tropologieo, vel Morali: pruvidus Deus totidem viros lunge doctiſſimos, atque ſanctiſſimos nobis largitus eſt; quorum quilibet in velut deſtinato ſibi ſenſu dilueidando feliciſsimus eſſet, & emineret: Pro Litterali, vel Hiſtorico habemus Hieronymum. Pro Anagogieo (omnium reconditiſsimo) Auguſtinum. Pro Allegorico Ambroſium. Pro ultimo tandem ſenſu Gregorium Romanum Pontificem. Cum tamen cuipiam haud vitio verti debeat, quod deſtinato ſibi muneri mordicus haereat, non adeo facile ad alienum divertens: dele *Pherepone*, binas illas tuas voces: *plus aequo*, & earum loeo ſubſtitue, *admodum*, vel, *accuratiſſime*; Ambroſius enim non *plus aequo*, ſed admodum, & accuratiſsime muneri velut ſibi deſtinato (retegendi nimirum allegoricum ſenſum) inſtitit.

(*c*) *Quod ſi poſſem &c.* = Haec certa implicatiſſimi labyrinthi via: hic diabolicae artis expugnandae cunieulus. Quod etiam c. 10. n. 2. in fine illis verbis conteſtatus fuerat: *Ea maxima, & prope ſola cauſſa erat &c.* Indeque Fauſto, & in ipſo cunctis Maniehaeis, inculeavit dieens. „ *Dei naturam, atque ſubſtantiam incommutabilem omnino, omnino incorruptibilem cogitate, vel credite, & Manichaei continuo non eritis, ut aliquando & Catholici eſſe poſſitis*. Lib. 33. & ultimo contra eumdem, in fine. Vide infra lib. 7. c. 1. B.

(*d*) *Itaque Academicorum more &c.* = Henricus Wangnereck quatuor ultima huius libri capita ſilentio praeterit; ad ca-

caput tamen. 3. libri sequentis ea verba expendens, *Nec iam ingemiscebam orando*, haec habet. „ Apparet S. D. „ Academicis fluctibus abreptum, subinde orationis studium, de quo supra desperatione inveniendae veritatis deposuisse: accedente praesertim „ desiderio gloriae humanae, quae cogitationes illius a salutis cura avertebat. Non assentior tamen Baronio, „ qui asserit S. Doctorem *inter Academicas sedulo professum*, ad quos eum „ se contulisse Spondanus ibidem putat. „ Nam etsi more Academicorum fluctuaret, & cum illis sentiret: sectam „ tamen illorum professus non est, nam „ & illi sine *nomine salutari Christi* „ *erant, sine quo philosophis curationem languoris animae suae committere omnino recusabat*, ut aperte scribit &c. „

Sagaci Patri omnino adsentimur. Non cum solis tamen Baronio, & Spondano nobis pugnandum est. Ut enim Odoricum Raynald. ad an. 384. p. 724. col. 2. Gulielmum Cave in Historia Litter. de Saeculo Arian. n. 398. aliosque praetereamus, quorum verbis non est cur paginas has oneremus, Ludovicus ab Augelis lib. 1. Vitae S. D. cap. 12. velut materiam statuit: *Dubitat de omnibus*; addens in margine: *Fit Academicus*. Et quod nobis portentum adparet, Benedictini lib. 2. Vitae, cap. 1. n. 4. „ Vix dum tamen „ bene discussa nube, quam Manichaeorum errores eius animo circumfuderant, saevior rursus incubuit „ tempestas, conversis ipsius ad Academicorum philosophorum sectam haesitationemque studiis, quos omnium „ longe sapientissimos habebat, seu quod „ ab omni assensu sese cohiberent, seu „ quod nihil veri ab homine comprehendi posse decreverint.] Et Bollandistae paragr. 5. n. 75. „ Sed evitata cariddi, in scillam incidit: & a „ Manichaeis transit ad Academicos, „ qui de omnibus dubitant, ut ipse „ sanctus in l. de beata vita, seu c. 1. „ p. 222. declarat his paucis verbis: „ *At ubi &c.* Id iterum indicat in l. „ de utilit. credendi, quem ad Honoratum adhuc Manichaeum scripsit, „ ubi c. 8. candide exponit ei, quomodo post relictam Manichaeorum sectam, more Academicorum in veritate indaganda dubius haesitaverit. „ Ut enim &c. „

Verum Augustinum Academicorum sectam minime professum fuisse aperta, certaque res nobis videtur: Nedum propter verba, quae sequuntur: *Quibus tamen Philosophis quod sine nomine &c.* quibus iure, & prudenter Wangnereck innixus est; sed & inde, Quia adeo suaviter in ipso lacte matris Christi nomen biberat, alteque retinebat, ut nihil prorsus, quamvis *litteratum*, & *expolitum*, & *veridicum sine eo totum ipsum raperet*: ut ipsemet in calce c. 4. l. 3. candide professus est. Adeo ut nominis huius absentia, nec Ciceronis Hortensius ipsum prorsus rapuerit. Tertio: Si Academicus: cur adhuc inquirendae veritati addictus erat? Academici enim & nulli parti adsentiebantur, & veritatem haud loquebant, quam inveniri non posse praedicabant. Sit tandem: Quid quod haec inter deiectum Academicorum animum erigebat? Vide l. 6. c. 11. B.

II. Immo ex hoc ipso, & ex aliis capitibus, ex quibus arbitrantur plures Augustinum in Academicorum sectam transiisse, certum habemus nos deduci oppositum. 1. Dicit S. Doctor, *Academicorum more*: Haec loquendi ratio colorem, seu imitationem, non veritatem significat; immo eam prorsus reiicit: Quemadmodum si diceremus nos; *Gallorum more ovva amentes &c.* statim nos minime Gallos esse proderemus. 2. Dixerat cap. 10. n. 2. *Suborta est etiam mihi cogitatio &c.* Quae dictio transfeuntem, volantemque imaginem quamdam, seu tentationem rei stultae significat. 3. Quaenam ea illatio? Academicorum superstitionem amplectitur, unde Ecclesiae Catholicae fit Catechumenus?

III. Augustinus igitur non quidem proprie Academicorum synagogae nomen dedit; haec enim de omnibus dubitabat: ipse autem tantummodo de Fidei dogmatibus, immo nec de dogmatibus omnibus: animae enim immortalitatem, tractusque post hanc vitam meritorum, ut c. 16. & alia plura semper tenuit; sed an plenissima, & constantissima in Ecclesia veritas praedicaretur, anceps, & dubius haerebat. Et in hoc determinato ancipiti iudicio, hic, & l. de Vita Beata, & de Utilitate credendi omni vestigiis genere pendulo Academicorum capiti suum modestissimus Doctor comparavit.

Non tamen, ut ingenue fateamur, Baronii, Bollandistarum, & potissimum Benedictinorum iudicii adeo misera, ac tenuis nobis insedit opinio, ut credamus illos omnino fetio... propterque lo-

A. Ch. 384. Aug. 30. Non. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

loquutos, ut in meridiana luce caecutierint; De nomine forsitan, non de re ventilatur quaestio; Eaque amplificatione, & similitudine Augustinum Academicum illi appellavere, qua talem se ipse S. Doctor appellaverat.

Horum omnium conclusio, sensusque est; Augustinus a Manichaeorum lacunis pedem retrahens, Academicorum, de omnibus (aut vere, aut ut vulgo creditur) & ubique dubitantium vertiginem, inconstantiamque praesetulit, adumbravit.

IV. Monet hic *Pbereponus*. „ *Vide quae de vera Academicorum sententia suspicabatur Augustinus Lib. 3. de Academicis Cap. XVII.* In eo capite haec observatione digna censeri possunt. „ Quamobrem cum Zeno sua quadam de mundo, & maxime de anima, propter quam vera philosophia vigilat, sententia delectaretur, dicens eam esse mortalem: nec quidquam esse praeter hunc sensibilem mundum; nihilque in eo agi, nisi corpore: nam & deum ipsum ignem putabat: prudentissime, atque utilissime mihi videtur Arcbesilas, cum illud late serperet malum, occultasse penitus Academiae sententiam, & quasi aurum inveniendum quandoque posteris obruisse. „

(e) *Statui ergo tamdiu esse catechumenus &c.* = Quod narrat etiam lib. de Utilitate Credendi, c. 8. his verbis: *Decreveramque tandiu esse catechumenus in Ecclesia, cui traditus a parentibus eram, donec aut invenirem quod vellem: aut mihi persuaderem non esse quaerendum.*

Regressum hunc Augustini ad Ecclesiae sinum, in quo a Matris pietate primo constitutus fuerat; & a quo imprudenter ipse inde se elongaverat Caesar Cardinalis Baronius e. 4. Annal. ad Chr. an. 384. n. 32. pulcre, & eleganter, suo more pingit his verbis. „ Accidit plane Augustino, ac si quis e portu solvens, undique ventorum turbinibus agitatus, jactetur undique fluctibus; qui diu oberrans, omni spe prosperae navigationis amissa, nihil sibi consultius accidere posse intelligit, quam si ad portum, unde solverat, revertatur; ita nempe qui a decimonono, ut ait, anno veritatis indagandae cupidus nobilis ingenii vela panderat, Manichaeorum flatus impetu raptus, caeca offusus diu caligine, & in incerto errans, advertit tandem se longe longius a portu, quem quaesierat veritatis abesse: a quo & remotius aberrasse, cum imprudens Academiam quaesivit: sed cito sensit, quod non veritatis portus, sed revera statio esset male fida carinis. Quamobrem &c. „

II. Quaedam vero, Mediolani se commorante, contigisse alibi S. Doctor testatur tam pia, & iocunda, ut libuerit ea religiosis, ac eruditis Lectoribus hic exhibere. Serm. 178. (Alias, 19. de Verbis Apost.) de verbis Tit. 1. *Ut potens sit exhortari &c.* c. 7. pauperrimum in rebus corruptioni obnoxiis; incorrupta iustitia, & caritate locupletissimum hominem exhibet, cui similem non adhuc nos observavimus „ Dicam quid fecerit pauperrimus homo, nobis apud Mediolanum constitutis, tam pauper, ut proscholus esset grammatici: sed plane Christianus, quamvis ille esset paganus grammaticus: melior ad velum, quam in cathedra. Invenit sacculum, nisi forte me numerus fallit, cum solidis ferme ducentis; memor legis, proposuit pittacium publice. Reddendum enim sciebat: sed cui redderet, ignorabat. Proposuit pittacium publice: Qui solidos perdidit, veniat ad locum illum, & quaerat hominem illum. Ille qui plangens, circumquaque vagabatur, invento, & lecto pittacio, venit ad hominem. Et ne forte quaereret alienum, quaesivit signa, interrogavit sacculi qualitatem, sigillum, solidorum etiam numerum; Et cum omnia ille fideliter respondisset, reddidit quod invenerat: Ille autem repletus gaudio, & quaerens vicem rependere, tanquam decimas obtulit illi solidos viginti: qui noluit accipere. Obtulit vel decem: noluit accipere. Saltem rogavit, vel quinque acciperet: noluit ille. Stomachobundus homo proiecit sacculum: Nihil perdidi, ait; si non vis aliquid a me accipere, nec ego aliquid perdidi.... Victus tandem ille, quod offerebatur accepit: continuo totum pauperibus erogavit, unum solidum in domo sua non dimisit. „

Benedictini vocem illam, *proscholum* in margine ita dilucidant „ Proscholum Ausonius Epigr. 23. in professor. *subductorum* vocat: Sed erat ille non tam docendis pueris, quam iis ad auditorium introducendis praefectus, ut scilicet composite ad magistrum accederent. Locus ipsius ante velum, proscholarium vocabatur. Vela quippe,

„ pe, ut dicit August. l. 1. Conf. c.
„ 13. n. 22. pendebint limiuibus &c.
„ Unde hic proscholom grammatico pa-
„ gano Christiana fide praestantem lau-
„ dans, *melior*, ait, *ad velum*, *quam*
„ *in cathedra*.] Alteram item sic ex-
ponunt: *Pittacium, seu pictacium dici-
tur schedula membranea, vel tabella ad
scribendum comparata*.

Libro autem *de cura pro Mortuis*,
c. 11. narrat defunctam parentem fi-
lio: & seipsum vivum Eulogio Cartha-
ginis Rhetori, suoque olim discipulo
in somnis adparuisse, prolixiisse secre-
ta, difficultates complanasse, Pro (1)
„ certo cum Mediolani essemus, au-
„ divimus qood cum debitum repete-
„ retur a quodam, defuncti patris cau-
„ tione prolata, quod filio nesciente,
„ a patre iam fuerat persolutum, contri-
„ stari homo gravissime coepit, atque
„ mirari, quod el pater moriens non
„ dixerit quid deberet, cum fecisset
„ etiam testamentum. Tunc ei nimis
„ anxio apparuit idem pater eius in
„ somnis, & ubi esset recautum (2),
„ quo illa cautio vacuata fuerat indi-
„ cavit. Quo invento iuvenis, atque
„ monstrato, non solum falsi debiti ca-
„ lumniam propulsavit, sed etiam pa-
„ ternum recepit chirographum, quod
„ pater non receperat, quando est per-
„ soluta pecunia &c. Sed eodem ipso
„ ferme tempore, quo id audivimus,
„ item nobis apud Mediolanum consti-
„ tutis, Carthaginis Rhetor Eulogius,
„ qui meus in eadem arte discipu-
„ lus fuit, sicut mihi ipse posteaquam
„ in Africam remeavimus, retulit,
„ cum rhetoricos Ciceronis libros di-
„ scipulis suis traderet, recensens le-
„ ctionem, quam postridie fuerat tra-
„ diturus, quemdam locum offendit
„ obscurum: quo non intellecto, vix
„ potuit dormire sollicitus: qua nocte
„ somnianti ego illi quod non intelli-
„ gebat exposui: immo non ego, sed
„ imago mea, nesciente me, & tam
„ longe trans mare aliquid aliud sive
„ agente, sive somniante, & nihil de
„ illius curis omnino curante. Quomodo
„ fiant ista, nescio, sed &c. „

Nunc vero Augustino, etsi adhuc
haesitante, ad Ecclesiae sinum utcun-
que collecto, laetiores ad novi libri
commentarios accedimus.

A. Ch. 384. Aug. 30. Mon. 53. Ad. XII. Dam. XVIII. Valent. IX. Theod. VI.

(1) Duo MSS. *porro certo*. Septem alii, *porro* omisso, *certo*.
(2) Bad. Am. & Lov. *repositum quod*. Melius Er. & MSS. *recautum quo*, idest scriptum, quo illa cautio revocata, sive ut hic dicitur *vacuata fuerat*.

PRIORIS VOLUMINIS FINIS.



